CORPUS REFORMATORUM

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN VIII.

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

1841.

PHILIPPI MELANTHONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN VIII.

HALIS SAXONUM
APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.
1841.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLAE, PRAEFATIONES, CONSILIA, IUDICIA, SCHEDAE ACADEMICAE.

ACCESSERUNT

CASP. CRUCIGERI EPISTOLAE ET IUDICIA, ALIORUMQUE ETIAM EPISTOLAE AD VITAM MELANTHONIS ILLUSTRANDAM SPECTANTES.

UNDIQUE EX LIBRIS EDITIS COLLEGIT,

EX MANUSCRIPTIS EMENDAVIT ET AUXIT, ET SECUNDUM SERIEM ANNORUM

DISPOSUIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN VIII.

ANNALES VITAE PHILIPPI MELANTHONIS.

ANNO 1553.

Ian.

1. Principibus Hennebergicis dicat Tomum VI. operum Lutheri germanicorum.

Praefatur ad Th. Crannerum in Alesii disputationes de epist. Pauli ad Romanos.

2. Scribit orationem de Mysia ab Hummelio recitandam.

5—10. Lipsiae est in nundinis.

12. Ioachimo March. Electori scribit de controversia Stancari. — In manibus habet scriptum prolixum adversus Stancarum, quod mense Iunio h. a. absolvit.

25. Culmanno Norinbergensi concionatori iterum scribit de erroribus, quos ex Osiandri libris hauserat.

Febr.

19. Abdiae librum mittit Georgio Anhalt. Iudicium de eo vid. in ep. d. d. 28. Febr. — Editio locorum germanicorum nondum est absoluta.

24. Scribit Hencelio, quid non probaverit in forma agendorum sacrorum Augustae Vindelicorum.

Locos germanicos dicat Annae, coniugi Ioachimi Camerarii. De quo libro vid. ep. d. 2. Nov. et d. 14. Nov. 1555.

Mart.

13. Melanthon absolvit locos germanicos.

14. Mittit *orationem de Mysia*, quam typographus deformavit.

Confessio Saxonica Lipsiae editur.

25. Mittit locos germanicos amicis.

28. Albertus Dux Prussiae in causa Osiandri scribit Melanthoni (cuius responsum datum est d. 4. Maii).

30. Theobaldus Thammerus, fanaticus, fuit Witebergae. (Vid. ep. ad Collinum d. 23. Apr.)

Hoc mense edit Ptolemaei quadripartitum, dicatque Erasmo Ebnero.

April

3. Moritur Iohannes Koch, fidelis Melanthonis minister.

12. Andr. Musculo ingenue scribit quid statuat de eius controversia cum Stancaro.

23. Coniux Melanthonis graviter aegrotat.

Hoc mense bellum Alberti Marchionis cum Episcopo Bambergensi et cum Norinbergensibus.

Maii

1. Coniux Mel. cum morte luctatur.

8. Scribit Regi Daniae ein Bedenken vom Verboth und Strafe des Wuchers.

11. Vocatus est in aulam, sed iter impeditur morbo coniugis.

Maii

16. Tilemannus Hesshusius renunciatur Doctor Theologiae ab Academia Witebergense. Pagellas disputationis de dicto: gratis venundati estis, gratis redimemini, scripsit Melanthon.

19. Iudicat de quaestione: an liceat ducere uxoris sororis filiam. Vid. etiam d. 20. Iun.

22. Uxor Melanthonis luctatur cum morte.

Iun.

6. Exspatiatur ad Georgium Anhaltinum aegrotantem, ibique perscripsit scriptum adversus Stancarum.

Iul.

Bellum inter Mauritium Electorem et Albertum Marchionem Brandenb.

6. Eduardus Rex Angliae moritur.

7. Coniux Melanthonis post febrim habet initia hydropis.

9. Pugna inter Mauritium et Albertum prope Peina vel Sievershausen, ubi Mauritius lethale accepit vulnus.

11. Mauritius moritur.

Aug.

1. Scriptum de Stancari controversia mittit Marchioni Br. Electori, et hoc mense amicis suis.

5. Augustus, Dux Saxon. Elector, venit Witebergam, confirmatque dotationem Academiae a Mauritio fratre factam.

10. Regiis literis Melanthon iterum vocatur in Angliam.

13. Palatinus Elector Melanthonem vocat in patriam.

17. Terrae motus Misniae.

20. Conventus est Lipsiae, ubi regis Danici et aliorum principum legati de pace cum Alberto Marchione eiusque sociis facienda agunt.

Sept.

1. Praefatur in librum Nicolai Asclepii Barbati.

11. Melanthon ad Georgium Anhaltinum: ,,Institui propositiones, quae complectentur summam doctrinae Ecclesiae Dei, in quibus et Osiandri errorem refutabo."

28. Torgam Melanthoni proficiscendum est.

Praefatur in Krausii librum genealogicum.

Oct.

1. Maria, Regina Angliae, inauguratur regno.

9. Adversus *Schwenckfeldii* deliria scribere incipit. Scriptum adversus *Stancarum*, antea a multis descriptum, Lipsiae typis exscribitur.

17. *Georgius Princeps Anhaltinus* moritur. Melanthon proficiscitur ad eius fratrem Ioachimum.

Advenit Sabinus, gener Melanthonis, cum duabus filiis.

30. Moritur Iacobus Sturmius Argentorati.

31. Mittit pagellas de Mediatore.

Sub finem Octobris sumptum est supplicium de Serveto Genevae.

Nov.

5 vel 6. Lipsiam proficiscitur ad explorandos studiosos, qui publica liberalitate aluntur.

10. Schnepfio scribit: ,,Elector Marchio vult, nec approbatorem esse Islebianae propositionis, quod Christus mortuus sit secundum divinam et humanam naturam." — ,,Iam Stancarus in Polonia, Staphylus in Silesia, Margitae (Agricola) in hac vicinia, Funccius in Prussia nos allatrant. Placidius et ex his regionibus et ex hac vita discedam, ut hanc ingeniorum rabiem effugiam.

Mittit carmen in nuptias Chytraei.

24. Allatus est Witebergam liber de Trinitate, renovans Samosateni errores (Serveti?), quem Melanthon a Campano scriptum putat.

Nov.

24. Occupatus est scribendo adversus Schwenckfeldium.

25. Uberius exponit quid statuat de forma, qua coena sacra sit celebranda, narratque abrogationem elevationis a Luthero factam. Cf. ep. d. 31. Ian. 1554.

Dresdam vocatur propter Academiae reditus.

Dec.

4. Melanthon cum Gressero, Pastore Dresd., Dresdae audit Martinum Wolfium, Pastorem Colditziensem, qui pro concione, praesente Augusto Electore, dixerat, Ioannem Fridericum et urbem Magdeburg. Evangelii causa a Caesare et Mauritio Electore bello vexatos esse. Quum Wolfius a Melanthone et Gressero a sua sententia se averti non passus sit, in carcerem coniectus et d. 13. Ian. 1554. ex terris Electoris expulsus est. Postea electus est Pastor in oppido Kahla in Thuringia. Totam rem narravit Saligius in hist. August. Confess. T. III. p. 222 sq. ex manuscripto in bibliotheca Guelpherbytana. Habentur in cod. Goth. 94. Acta Wolfii cum Saligii narratione ubique convenientia, et inscripta: „Historia Martini Wolfii, wie er von wegen einer Predigt, die er für dem Churfürsten zu Sachsen Herzog Augusto zu Coldiz gethan, ist verfolgt, und des Landes verweiset worden." Sunt 53 folia. Narratio autem a Wolfio ipso est scripta, quare minime fide digna sunt, quae de colloquio cum Melanthone habito, dixit, cuius colloquii argumentum satis exposuit Saligius l. c.

14. *Procli* interpretationem Quadripartiti Ptolemaei Melanthon nanciscitur, quam editurus est.

ANNO 1554.

Ian.

1. Praefatur in Tom. VI. operum Lutheri germanicorum ad Ioachimum Principem Anhaltinum.

25. Mittit carmen de Georgio Pr. Anhaltino.

31. Concionem Matthesii editurus est, cui vult intexere doctrinam de consolationibus et discrimine philosophicarum consolationum et Evangelicarum.

Febr.

13. Mittit orationem de Georgio Pr. Anhaltino.

16. Wimarienses ediderunt scriptum contra praedictiones astronomicas, ubi Melanthon quoque sugillatur. Vid. ep. d. 22. Febr.

18. Cum Cracovio Melanthon proficiscitur Lipsiam, ut deliberet cum Camerario de instituenda schola Stettinensi in Pomerania.

Mart.

1. Mittit examen ordinandorum, s. etiam Examen Megalburgense amicis.

3. *Iohannes Fridericus*, Dux Saxon. Elector, moritur.

17. Scribit: „Definitiones rursus editurus sum melius illustratas et auctas."

22. Laudes Ioannis Friderici, Ducis Sax. Elect.

25. Praefatur in T. V. operum Lutheri latinorum ad Wolfgangum Princ. Anhaltinum.

Expectat Sabinum, quem lis Osiandrica permovit, ut discederet ex Academia Regiomontana.

Apr.

20. Proficiscitur Lipsiam.

Maii

8. Mittit latinam interpretationem 3. libri Maccabaeorum.

17. Proficiscitur ad conventum Theologorum Saxonicorum, Hassiacorum et Suevicorum, qui iussu Augusti Electoris Naumburgi habitus est ad deliberandum de declaratione Caesari danda et ad iudicandum de doctrina Osiandri et Schwenckfeldii.

Maii
20. Venit Naumburgum.
22. Exspatiatur in Scholam Portensem.
23. Declaratio Theologorum in conventu. Theologi ex Suevia frustra expectantur.
24. Melanthon Witebergam redit.
Iun.
25. Desponsatio *Iohannis Lutheri.*
Iul.
7. Lithiasis Melanthoni satis molesta est. Albertus *Hardenberg* est Witebergae.
Aug.
24. Alberto, Duci Prussiae, scribit de componenda controversia Osiandristica.
29. Nordhusae controversia est de necessitate bonorum operum ad salutem.
Bremae iterum movetur controversia de coena sacra.
Sept.
1. Procli paraphrasin in Ptolemaei Quadripartitum edit, et dicat librum Cummerstadio.
1. Dolscio scribit epistolam nuncupatoriam ad Senatum Hallensem.
10. Proficiscitur Lipsiam, et inde cum Camerario Grimmam et Misniam, ut explorent scholas.
20. Cum Camerario proficiscitur in Scholam Portensem.
Oct.
3. Respondet Eperiensibus in Hungaria de controversia a Lauterwaldo mota.
14. Probat in epistola ad Calvinum, quod *Servetus*, homo blasphemus, a magistratu interfectus est, et scribit simul cur nolit sese immiscere controversiae de coena sacra.
22. Agitur de Sabini reditu in Academiam Regiomontanam.
27. Commemorat mortem Georgii Melanthonis, sui patris.
Nov.
14. Senatui Ratisbon. respondet de excommunicatione et de usuris, de quibus Nicol. Gallus controversiam movit.
Hoc mense Christophoro Pannonio (*Preiss*) scribit praefationem in Ciceronis orationes.
Scribit prolixe ad Ioannem Fridericum, Ducem Pomeraniae, de recte instituendis studiis literarum.
26. Georgius a Kunheim petit, sibi desponsari Margaretham, filiam Lutheri.
Dec.
18. Intercedit apud Albertum Ducem Prussiae pro Georgio a Kunheim, ut ei permittatur matrimonium cum filia Lutheri.
Commendat enarrationem Hecubae Euripidis scriptam a Matthaeo Heuslero.
25. Refert ad Augustum, Ducem Saxon. Electoris statum scholarum quas inspexerat cum Camerario.
31. Respondet quibusdam concionatoribus in Francia de ritu elevationis in coena sacra.
Calculo laborat Melanthon.

ANNO 1555.

Ian.
1. Mel. gratias agit Duci Pomeraniae pro munere accepto. *Sabinus*, qui se in exilium missum iri expectat, vocatur in Academiam Francofordianam.
6. Conventus concionatorum in Marchia, de cuius decreto vid. ep. ad Besold. d. d. 4. Febr. h a.
Melanthon calculo laborat.
12. Melanthon sententiam suam scribit de controversia Nordhusae orta de necessitate bonorum operum ad salutem.

Ian.
20. Nova editio libri Chytraei de matrimonio paratur, a Melanthone passim emendati. Cf. ep. ad Chytr. d. d. 1. Febr. et d. 19. Febr. h. a.
27. Ecclesiae in Polonia Melanthonis iudicium de Stancari opinionibus expetunt.
Scripturus est ad Prussiacos de inhabitatione Christi in sanctis.
Melanthon mittit definitionum libellum, sive examen Megalpurgense iterum editum.
28. Vocatur in aulam Electoris ad deliberationem de inspectione Ecclesiarum.
Mittit pagellas de Electro.
Febr.
5. Mel. proficiscitur Dresdam, ubi scripsit formam visitationis in usum visitatorum.
Initia Comitiorum Augustae Vindelicorum.
10. Scribit Principi Electori, quid faciendum sit in controversia ab Osiandro mota.
Audivit Dresdae Davidem, Diaconum Freibergensem, cum Pastore suo disputantem de adiaphoris. Vid. ep. ad Weller. d. 12. Febr.
13. Nomine Pastorum Misnensium scribit epistolam ad consolandos Pastores Bohemiae et Lusatiae, ob veram doctrinam expulsos.
14. Misniae est in reditu.
16. Witebergam revertitur.
Hoc mense nuptiae sunt Ioannis Alberti Ducis Megapol. cum filia Alberti Ducis Prussiae.
Mart.
5. Mittit amicis carmen: *Nihil sum* etc.
6. Conventus Principum Saxonicorum, Marchionum et Hassiacorum Naumburgi, ubi decernunt, se non discessuros esse a doctrina in confessione Augustana tradita.
19. Mel. mittit libellum Chytraei de matrimonio.
20. Mittit pagellas de λόγῳ.
23. Expectat Georgii Sabini adventum.
Exeunte Martio et mense Aprili Melanthon occupatus est visitatione Ecclesiarum vicinarum. Cf. ep. d. 9. et 10. Apr.
Apr.
5. Praefatur in Hieron. Osii libros de vitanda ebrietate.
9. Marcellus II. Papa eligitur, qui vero mox d. 30. Apr. moritur.
Hoc mense Melanthon et Bugenhagen iudicant de reservato ecclesiastico.
Maii
10. Mel. est Lipsiae.
14. De *εὐτραπελίᾳ* praefatur in Delii artem iocandi.
18. Indicat de Io. *Sleidani* historia de germanicis motibus.
Mittit *enarrationem proverbiorum Salomonis.*
23. Ioannes Petrus, Neapolitanus ex Caraffica familia Papa eligitur, qui se appellat Paulum IV.
Iun.
1. Hubertum *Languetum*, in Italiam profecturum, commendat Bellaio.
3. Studiosus ex Polonia noctu gladio impetum facit in Melanthonem. Qua de re Ioannes Stigelius haec cecinit, quae leguntur in Scriptis public. Acad. Witeberg. Tom. II. lit. Q. 3.:

„Aspera nocturno dum fervet rixa tumultu,
Impiaque effraenis concitat arma furor,
Agmine pro phoebi solitus vigilare *Melanthon*
Accurrens monitis triste diremit opus.

Audiit eloquio vincentem et pondere veri,
Et posuit fremitus caetera turba suos.
Unus et is tetri raptus cacodaemonis astro
Strinxit in augustum barbarus arma senem.
Hoc scelus ut fertis generosi infame Poloni?
Ille etenim e vestra Sarmata gente fuit.
Quid caput hoc sanctum tibi barbare fecerat hostis,
De quo iure potest nemo favente queri?
Non tamen aut animus firmae aut in corpore vires
Musarum oppressum destituere decus
Reppulit obiecti vim tantam verbere pili,
Obviaque innumeris ictibus arma tulit.
At tua te Nemesis meritae te in tempore poenae
Impulit, iniustis quae solet esse comes.
Ergo omni a populo damnatus iure fuisti,
Dum ferme saxis obrutus exulabis.
Gratia sit Christo, qui parvo in corpore magnus
Militiae servat membra dicata suae.
Quod si vim reprimens virtus in corpore tanta est,
Proelia si fortis talia dextra facit:
Quid facies animo blaspheme et impie livor?
Iun. Hic plenum invicto numine robur habet."

7. Crucigeri filium Melanthon commendat Georgio Fabricio, et Paulum Lutherum Regi Daniae.

21. Mittit amicis pagellam de genealogia Christi, cui addita sunt quaedam de gentium nominibus et originibus: „Stammzettel von den Voraltern Christi, dabei sind vieler Völker alte Namen und Ursprung angezeigt." Cf. ep. d. 13. et 22. Iul.

24. Scribit ad amicum: „ego in hoc aestu duorum mensium paene extinguor, nec cibos habeo nec potum naturae meae convenientem."

Iul.

13. Sabinus mittitur legatus ad Regem Poloniae.

Aug.

9. Mittit Mel. carmen de nomine Margareth.

Lithiasi laborat, qui morbus Camerario quoque molestus est.

10. Ambergensibus suam scribit sententiam de forma agendorum sacrorum, quam Witebergam miserant.

Probat supplicium de Serveto Genevae sumptum. Vid. etiam ep. d. 10. Aug.

28. Ultima Melanthonis epist. ad Mich. Meienburgum seniorem.

Iacobus Rungius hoc mense venit Witebergam, missus a Duce Pomeraniae, ut Melanthonis iudicium audiat de controversiis in Ecclesia Pomeranica agitatis. Cf. ep. 26. Oct.

Sept.

2. Melanthon mandata accipit ab Electore, ut se cum alio doctore Lipsiensi conferat Norinbergam ad componendas ibi controversias ex Osiandri sententia ortas.

Ineunte hoc mense moritur Mich. *Meienburg*, consul Nordhusanus.

5. Melanthon remittit Senatui Augustano agendorum sacrorum formam sibi missam.

8. *Sabinus*, Melanthonis gener, est in Academia Francofordiana.

9. Melanthon est Dessaviae ad componendam litem Pastorum Servestensium de infantibus non baptizatis.

13. Melanthon iterum est Witebergae.

14. Queritur Melanthon, epistolas suas intercipi a Flacianis.

16 v. 17. Iussu Electoris proficiscitur Norinbergam, comitibus Ioachimo Camerario, Alexandro Alesio, Mauritio Helingo et Iacobo Rungio.

26. Diebus 26—30. Septbr. sunt congressus Theologorum Norinbergae.

Sept.

26. Mel. scribit iudicium de iustificatione, cui omnes, praeter Culmannum et Vetterum, subscribunt. Item scribit orationem in qua ad concordiam Theologos hortatur, et concionem sacram a Rungio in templo habitam.

\- Ibid. praefatur in Conciones Georgii Pr. Anhaltini edendas.

Oct.

7. Melanthon iter ingreditur domum.

9. Est Coburgi.

26. Iudicat de controversia inter Frederum et Artopaeum de ordinatione.

Nov.

1. Federo ipsi scribit de eadem controversia.

2. Melanthonis loci communes cura Davidis Chytraei convertuntur in dialectum Saxoniae inferioris.

5. Acta Norinbergensia typis exscribuntur.

10. Lipsiae est ad explorandos scholasticos, qui publica liberalitate aluntur.

Medio mense iterum scribit de Culmanno et de controversia Osiandriaca Norinbergae agitata.

14. Procli libellum mittit Chytraeo.

25. Acta Norinbergica edita sunt.

28. Princeps Palatinus et Dux Würtembergensis petunt a Principe Electore Sax., ut conventus Theologorum discrepantium convocetur ante comitia Ratisbonensia, ad Calend. Mart. 1556. habenda.

Dec.

1. Io. Stigelius petita Melanthone, ut Calvini doctrinae de sacra coena contradicat.

Hoc tempore Melanthon suum iudicium scribit, an conducat conventum Theologorum convocare? quod negat.

7. Est Brandenburgi, quo conduxit filias Sabini ad salutandam matrem patris, ibi viventem.

25. Praefatur in Burenii orationem de recte instituenda schola Rostochiana.

Hoc anno praeterea scripsit de iudiciis in Ecclesia necessariis; de propositione: Christus est creatura; de omnipraesentia Dei; de mutuationibus et usuris.

ANNO 1556.

Ian.

6. Staphylo, qui edidit scriptum contra Lutheranos, responsurus est.

12. Flaciani Theologi (Amsdorfius, Schnepfius, Strigelius, Stolzius, Aurifaber) et legati Palatini et Würtembergenses Wimariae conveniunt et decernunt firmiter tenendam esse Lutheri doctrinam de libero arbitrio et de coena sacra.

15. Melanthon praefatur in Lasii libellum: „gülden Kleinod von dem verlornen Schaaf."

20. Praetorio scribit de filio Dei.

Exeunte Ianuario Paulus IV. Papa convocat 24 Cardinales, 45 Episcopos et 150 Doctores Romae, ut consilia conferant de emendanda Ecclesia.

Febr.

2. Peucero nascitur filia tertia.

Melanthon Dresdam vocatur, ad deliberandum, an conducat, ut ante comitia Ratisbonensia Theologi conveniant concordiae faciendae causa.

Febr.

8. Hoc fere die Melanthon Dresdam proficiscitur.

26. Moritur ***Fridericus Palatinus*** Elector.

Petrus Conyza Lituanus Witebergae est, et spargit Serveticos errores.

Mart.

1. Cometa conspicitur prope προτρυγητῆρα, caudam in Belgicum protendens. — Ascendit postea ad Arcturum, et ad minorem ursum. Vid. ep. d. 13. Apr.

11. Mel. praefatur in Tomum VIII. opp. Lutheri germanicorum ad Ioannem Marchionem Brandenburg.

Scribit ad Camerarium: „non poëticae carnificinae apud inferos pares sunt meae carnificina equa excrucior scribendis disputationibus, legibus, praefationibus, epistolis."

21. *Cranmerus*, episcopus Cantuariensis, comburitur in Anglia.

24. *Pfausero*, Concionatori Ferdinandi regis, respondet ad XI quaestiones de causa Evangelii.

25. Mel. de controversiis in Pomerania scribit ad Iacobum Rungium et Erdmannum Copernicum.

Nicolaus Gallus contra Melanthonem scribit de libero arbitrio.

Apr.

13. Rursus editur Melanthonis enarratio epistolae ad Romanos, quam Ulrico Mordisino dicat.

28. Mel. Lipsiam proficiscitur.

Maii

1. Intercedit apud Albertum Ducem Prussiae pro Sabino.

Schwenckfeldius scripsit contra acta Norinbergensia.

7. Mel. est iterum Witebergae.

27. Disputatio publica in Academia Witeb. Pauli ab Eitzen, cui Melanthon capita disputationis scripsit de intercessione Christi contra *Canisium*, Theologum Pragensem, qui reprehendebat formam precum: „fili Dei, Iesu Christe, intercede pro nobis", et contendebat, filium Dei non ut mediatorem, sed ut Deum, bonorum datorem, invocandum esse. Cf. ep. d. 23. Maii et d. 13. Iul.

Iun.

1. Melanthon vocatus Dresdam proficiscitur Lipsiam.

3. Lipsiae subscribit formulam, qua controversia Pacei cum aliis concionatoribus Lips. composita est.

Postea proficiscitur Dresdam, comitibus Peucero et Martha filia Sabini.

Iudicat de Synodo germanica habenda.

9. Est in oppido Ioachimsthal, ut visitet Matthesium aegrotantem.

15. Iterum est Lipsiae, unde revertitur domum.

Iul.

4. Scribit de controversia de s. coena a Wigando contra Calvinum mota.

6. De Toga et de Pallio scribit ad Buchholzerum. Cf. etiam ep. d. 10. Aug. ad eundem.

12. Flacius per Hubertum Languetum postulat a Melanthone, ut Cosvigam veniat ad colloquium habendum cum Flacio et eius adseclis.

15. Melanthon Langueto causas exponit, cur cum Flacio, Gallo et similibus colloquia de doctrina habere nolit.

21. Flacius itaque Melanthonem apud Languetum vehementer accusat.

Iul.

25. Melanthon suum rescribit iudicium de forma doctrinae et rituum Ecclesiarum Wolfgangi, Ducis Bavarici. Vid. ep. d. 16. Iul. et Reischeri scriptum d. 25. Dec. h a.

30. Gratias agit Regi Daniae pro accepto stipendio „Gnadengeld", (quovis anno 100 imperiales. Eiusmodi donum acceperat inde ab anno 1546. a Rege Daniae.)

Aug.

1. Est Dessaviae et praefatur in librum: „Genealogia et Chronica des Hauses Anhalt."

5. Redit Witebergam.

17. Scribit: „iam hic sunt duo Senatores Iglaënses, missi, ut pastorem Ecclesiae suae indicari petant. Petit etiam a nobis ex Polonia Comes ab Ostorog, formam sibi mitti Ecclesiae nostrae et confessionem."

20. Iglaënsibus mittitur Pastor.

28. Editurus est Melanthon aliquid contra Flacium, Conyzam Lithuanum, et Canisii blasphemias.

Sept.

1. Accipit ab Alberto, Duce Prussiae, nova scripta, ut de iis iudicet.

Epistolam nuncupatoriam in Helmoldi historiam Slavorum, a Schoerckelio editam, scribit ad Ioannem Fridericum, Ducem Pomeraniae.

4. Mel. graviter respondet Flacio Illyrico.

7. Accipit librum Flacii novum „von der Einigkeit" etc., ubi Flacius ei conditiones pacis scripsit, quae Flacii impudentia a doctoribus et scholasticis Witebergensibus aegerrime fertur. Prodeunt varia carmina in contumeliam Flacianorum scripta, quorum duo elegantia praestant, videl. „*synodus avium* auctore Iohanne Maiore Ioachimo", quod habes in Scriptis publicis Academiae Witeb. T. III. p. 3., et „*Idyllion de Philomela*" ibid. p. 10 b.

17. Carolus Caesar ex Belgico navigat in Hispaniam.

20. Melanthon de calceis et sandaliis veterum respondet Buchholzero.

Mittit pagellam de mediatore (adversus Canisium).

26. Mittitur Melanthoni ab aula Electoris Sarcerii magnum volumen, ut suum de eo iudicium aulae significet.

27. Sabinus est Witebergae.

Oct.

1. Mel. praefatur in Tom. VII. opp. Lutheri latinorum ad Barnimum, Ducem Pomeraniae.

2. Lipsiam proficiscitur ad nundinas.

8. Peucerus et Camerarius Norinbergam proficiscuntur.

13. Mittit Augusto, Regi Poloniae, exemplum confessionis Saxonicae.

23. Loci theologici germanici iterum eduntur.

25. Scribit propositiones, de quibus Conrad. Becker publice est disputaturus.

26. Pfeffingerus, Pastor Lipsiensis, Witebergae est in causa Pacei.

Sententia Witebergensium de Paceo.

Nov.

9. Nicol. *Gallus*, Pastor Ratisbonensis, scribit ad Melanthonem de libero arbitrio.

Sabinus, Melanthonis gener, revocatur in Academiam Regiomontanam, aucto stipendio.

Nov.

10. Melanthon concionatores Augustanos monet, ne rixentur de coena s.

11. Ioannes a Lasko est Witebergae, profecturus in Poloniam. Cf. ep. d. 21. Nov.

19. Melanthon hortatur Wessalienses, ut admittant exules ex Anglia.

29. Comitia imperii Ratisbonae, in quibus decernitur, novum colloquium inter Catholicos et Protestantes Wormatiae instituendum esse.

Dec.

1. Melanthon respondet ad Galli ep. d. d. 9. Nov.

9. Scribit ad Albertum, Ducem Megapolitanum, de pace facienda cum Flacianis.

11. Mel. ad epistolam Werneri, Flacii monitu scriptam, ingenue et graviter respondet.

22. Senatus Bremensis consulit Theologos Witebergenses de controversia de s. coena.

25. Nicolaus Gallus alteram scribit ad Melanthonem epistolam de sua controversia.

PHI-

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM
LIBER DUODECIMUS,

COMPLECTENS EA, QUAE MEL. SCRIPSIT ANNIS 1550—1556.

[Hoc Volumen continet ea scripta, quae ad ann. 1553—1556. pertinent.]

1 5 5 3.

No. 5304. 1. Ian.

Principibus Henneberg.

Epistola nuncupatoria praemissa Tomo sexto operum Lutheri germanicorum.

Den Durchleuchten, hochgebornen Fürsten und Herrn: Herrn Wilhelm und Herrn Georg Ernsten, Fürsten und Grafen zu Henneberg, meinen gnädigen Herrn zuvor.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helffer zuvor. Durchleuchte hochgeborne gnädige Fürsten und Herren. Es ist treuer und christlicher Wohlmeinung vor vielen Jahren bedacht worden, daß, so viel müglich wäre, alle Bücher und Schriften des Ehrnwirdigen Herrn Doctoris Martini Lutheri zusammengebracht, und als in ein Corpus gefasset würden, daß sie bei Etlichen zu finden, und die Nachkommen eigentlich darin selb lesen und erkunden möchten, was dieser Zeit Streit, und welche des Herrn Lutheri gründliche Meinung gewesen sey, welchs alles sehr nützlich ist zu wissen. Denn wiewohl allein göttlich Wort, das durch die Propheten und Aposteln geschrieben ist, des Glaubens Grundfeste seyn kann, so hat doch der Sohn Gottes gnädiglich das Predigtampt vom Anfang im Paradies uffgericht, und ist für und für selbs der Erhalter, sendet Prediger und Lehrer, und giebt ihnen sein Wort in ihre Herzen und Mund, und erleucht sie mit dem heiligen Geist. Diese sollen dem Volk Anleitung geben, der Propheten und Aposteln Sprach recht zu verstehen, und fremde falsche Verstand straffen und aus dem Weg räumen. Denn für und für bringen etliche Flattergeister frembde Verstand in die göttliche Schrift, mit mancherlei Verkehrung, scheinbarlich oder ohne Schein durch Tyranney, als Arius suchet seiner Lästerung großen Schein, also die Päpstlichen färben etliche Irrthumb mit mancherlei Farben. Wie die Pharisäer dichteten, ihre Opfer verdienten Vergebung der Sünden, das bracht viel Geld, denn das Volk wollt also Vergebung der Sünden mit vielen Opfern käufen: gleich also durch diesen Schein hat man viel Messe gestift und gemiethet *). Denn dieses ist in die Leute getrieben, man müsse ein täglich Opfer haben, Vergebung der Sünden dadurch zu verdienen etc. Darüber will der Papst viel grober Irrthumb ohne allen Schein, allein mit Gewalt erhalten, als, Heiligenanrufen, Eheverbot, Anbetung im Spectakel, so man ein Stück vom Sacrament umbträgt etc.

Wiewohl nu die göttliche Schrift selb klar und leicht ist, so wird sie doch durch falsche Lehre übel verkehret, und wenn die Gewohnheit einen Irrthumb oder Abgötterey gestärkt hat, als mit Heiligenanrufung, so wird die Welt blind, und will das Licht in göttlicher Schrift nicht mehr sehen. Dagegen erweckt der Sohn Gottes rechte Prediger, die Irrthumb und böse Gewohnheit straffen, und die Kirchen wiederumb zu Gottes Wort führen, wie er die Propheten wider die falschen Priester in Israel sendet, und wie Johannes Evangelista wider die jüdischen Gedanken von Messia, die Ebion und Cerinthus ausbreiten, von der Wahrheit Zeugniß giebet, daß in Messia göttliche und menschliche Natur sind, und ernach Gregorius Neocäsareensis wider Samosatenum, Athanasius wider Arium und Augustinus wider Pelagium Zeugen sind. Also hat der Sohn Gottes den Ehrnwirdigen Herrn Doctorem Martinum Luther in diesen letzten Zeiten gnädiglich erweckt, die päpstlichen Irrthumb zu strafen, und die Kirchen wiederumb zu der göttlichen Schrift zu weisen, giebet also zum rechten einigen Verstand der göttlichen Schrift Anleitung, und stärkt die Leser mit seinem Zeugniß. Er bringet keinen neuen Verstand in göttliche Schrift, sondern allein streicht er den Unflath weg,

*) d. i. durch den Priester für Geld thun lassen. Walch. in opp. Luth. XIV. p. 615. dedit: geschmiedet.

welchen Papst und Münch daran gekleibet haben. Wie nu seer nützlich ist zu Erinnerung und zu Stärkung der heiligen Lehrer, als Irenäi, Gregorii Neocäsariensis, Athanasii etc. Schriften zu wissen, darin sie klar ausdrucken, was ihr Glaub und Verstand gewesen ist vom Herrn Christo; also ist auch den Nachkommen seer nützlich des Herrn Lutheri Bücher zu lesen, zu Erinnerung und zu Stärkung des Glaubens, und ist gewißlich, daß viel nöthiger Artikel treulich von ihm erklärt sind, was Sünd ist, was Gnad ist, wie der Mensch Vergebung der Sünden erlanget, wie er gerecht, das ist, Gott gefällig ist, wie er durch göttlich Wort und heiligen Geist wiedergeboren wird und Gott recht erkennet und anruft, welche Werk, und wie sie Gott gefällig und Gottesdienst sind, welche Sünd in Heiligen in diesem Leben bleiben, welche die Gnad und heiligen Geist wegstoßen. Item, was rechte Bekehrung zu Gott ist, was der Glaube an Christum ist und der gewisse Trost aller Menschen, Unterschied zwischen Gesetz und Evangelio, Unterschied zwischen dem Kirchenampt und weltlicher Oberkeit, Unterschied zwischen Erleuchtung im Herzen und äußerlichen weltlichen Tugenden, Unterschied zwischen göttlichen und bischöfflichen Geboten, was der rechte Brauch der Sacrament ist, von Mißbrauch der Messe, Item vom Ehestand und von weltlicher Oberkeit, Gerichten und andern ordentlichen Stücken der weltlichen Aempter etc. Nu kann ein jeder Verständiger bei sich selb erkennen, daß allen Menschen von diesen Artikeln noth ist, wahrhaftigen gründlichen Bericht zu haben. Dazu dienen diese Bücher.

Damit auch männiglich jetzund und bei den Nachkommen wissen, daß diese Bücher treulich ans Licht geben sind, Item daß diese Lehre vieler gottfürchtigen König, Fürsten, Grafen und Herrn, und also in vielen Kirchen öffentlich Zeugniß habe, und sey nicht eine Winkelpredigt, ist recht und nützlich, daß in diesen Büchern der löblichen christlichen König, Fürsten, Grafen und Herrn und ihrer Kirchen Meldung geschiehet, daß die Nachkommen wissen, daß diese Lehre öffentlich am Licht gewesen ist, wie Gott will, daß sein Sohn Ihesus Christus bei allen Menschen erkannt werde, und er recht angerufen, und viel selig werden, und daß viel löblicher König, Fürsten, Grafen und Herrn diese Lehre angenommen, und sie zu erhalten viel haben leiden müssen; welche doch Gott in ihrem Leiden gnädiglich gestärkt und erhalten hat. Aus dieser guten Ursach sind Vorreden an etliche christliche König, Fürsten, Grafen und Herrn in diesen Büchern gestellet, also auch an E. F. G., die auch andern ein selig Exempel sind, und sind Zeugen, daß diese Lehre die ewige und unwandelbare Wahrheit von Gottes Wesen und Willen, und vom Herrn Christo, und der einträchtige Verstand der rechten katholiken Kirchen Gottes sey. Und daß E. F. G. dieses mit Herzen also gläuben und bekennen Gott zu Ehren, beweisen E. F. G. mit Beständigkeit in dieser Bekenntniß in mancherlei Fährlichkeit und Verfolgung. Der Sohn Gottes Ihesus Christus wolle gnädiglich für und für E. F. G. stärken in rechter Erkenntniß und Anrufung, und E. F. G. Person, Land und Kirchen gnädiglich bewahren, und wolle bey E. F. G. seyn, und sich beweisen und erzeigen, daß er bei E. F. G. gegenwärtig sey mit Gnaden, daß andere Gläubige gestärkt werden, und die heidnische Weisen bekennen müssen, daß Gott sey und wahrhaftiglich zörne wider alle Sünde, und wolle also erkannt seyn und Gnade erzeigen, wie er uns in seinem Evangelio lehret.

Denn dieses ist gewißlich göttliche, ewige, unwandelbare Wahrheit, daß allein diese Lehre von Gottes Wesen und Willen recht ist, die Gott selb geoffenbaret hat, mit gewissen Zeugniß, und hat sie aus besondern Gnaden durch die Propheten und Aposteln in Schrift fassen lassen, und erhält dazu eine Kirchen, darin er dieselbige Bücher und Lehre bewahret, auch ist keine andere Versammlung, die Gottes Volk sey, und darin Gott wirken und ewige Seligkeit geben will, denn allein die Versammlung, welche der Propheten und Aposteln Schrift mit Glauben und in diesem reinen Verstand, der in den Symbolis der Aposteln, Niceno und Athanasii ausgedruckt ist, annimpt. Denn Gott will gnädiglich allezeit im menschlichen Geschlecht umb des Herrn Christi willen ein Erbe behalten. Aber alle andere Versammlungen, welche der Propheten und Aposteln Schrift nicht annehmen, oder ihren Verstand fälschen, die sind gewißlich Gottes Feind, und werden ewiglich verdammpt, wie Johan. III. geschrieben: wer nicht gläubt an den Sohn, über denselbigen bleibet der Zorn Gottes, sie haben Namen wie sie haben, Heiden, lästerliche Jüden, Mahometisten, Ketzer, Papisten, Wiedertäufer etc.

Und ist verständigen und gottfürchtigen Menschen nützlich, oft und fleißig zu betrachten diese folgende sechs Zeugniß, die beweisen, daß allein christliche Religion recht sey, und keine andere.

Das erste Zeugniß sind für und für die großen Mirakel und Wunderwerk, die Gott darum gewirkt hat, sich zu offenbaren, und zu bezeugen, daß ein allmächtig Wesen über die sichtbare Natur sey, und ist darumb die sichtbare Natur zu ordentlichem Verlauf, Verstand und Wirkung geschaffen, daß diese Ordnung Zeugniß sey, daß ein Werkmeister sey, der weise, gütig, gerecht, wahrhaft, keusch sey, nämlich Gott. Und dieser Schaf-

fer wirkt ernach andere Werk außer *) dieser Ordnung, als Auferweckung der Todten, Aufhaltung der Sonnen, daß sie still stehet oder zurückgehet etc., damit man gewißlich wisse, daß Gott ein allmächtig Wesen sey, noch stärker denn diese ganze Welt, und helfen könne über und außer natürlicher Ordnung und Hülf.

Das andere Zeugniß ist, daß der Propheten und Aposteln Lehre die älteste ist, und hat für und für gewisse Jahrzahl erhalten. Das findet man bei keinem andern Volk oder andrer Religion, sondern allein in der rechten Kirchen Gottes, und geben die heidnischen Historien selb Zeugniß, daß der Propheten Historia älter sey. Nu ist recht gesprochen von Tertulliano: die erste Lehre ist recht, denn Gott hat allezeit eine Kirchen gehabt. Nu kann keine Versammlung Kirche seyn, wo der eingeborne Sohn Gottes nicht erkannt ist. Darumb hat Gott alsbald im Anfang seinen Sohn und Vergebung der Sünden und Gnad geoffenbaret. Dieses Zeugniß wird oft von den Alten angezogen, als von Justino, Clemente und andern.

Das dritte Zeugniß ist: Reinigkeit der Lehre an ihr selb im Gesetz und Evangelio. Erstlich vom Gesetz zu reden, wiewohl Gott den Verstand des Gesetzes in die menschliche Natur in der Erschaffung gepflanzt hat, daß, wie alle vernünftige Menschen von Natur zählen können, also hätten sie auch die zehen Gebot gewußt. Gleichwohl nach der Sünde ist dieses Licht dunkel worden, aber Gott hat es in seiner Kirchen für und für verneuet und erhalten. Aber die Heiden haben grobe Sünde dagegen getrieben und gebilligt, als nämlich, sie haben viel Götter, und widerwärtige Götter erdicht und angerufen; auch haben sie öffentliche Unzucht, Ehebruch, Blutschand gebilligt, und zu etlichen Zeiten für heilige Werk gehalten. Item, alle Heiden haben Menschen, als Opfer zum Gottesdienst, getödtet. Nu ist nicht müglich, daß Gottes Volk sind solche, die etwas wider die zehen Gebot billigen. Diese Regel merk wohl, dieweil denn göttlich Gesetz allein in dieser Versammlung ist blieben, die der Propheten und Aposteln Bücher gehalten hat, so ist gewißlich diese Versammlung allein Gottes Kirche, und trotz allen Teufeln und allen klugen Heiden, und jetziger Zeit neutralen, daß sie dieses Argument umbstoßen können. Auch ist keine Versammlung, die vom ewigen Leben nach diesem Leben, und vom rechten Trost, Vergebung der Sünden, und daß uns Gott gewißlich erhören wölle, etwas beständiges gelehrt habe denn allein diese Versammlung, welche der Propheten und Aposteln Bücher hat. Die andern alle lassen die Menschen im Zweifel stecken, wie jetzund die Papisten. Auch können die andern Secten nicht anzeigen Ursach des Elends in der edlen menschlichen Natur. Also ist zu merken, daß alle andre Secten Blindheit sind in viel hohen Stücken nöthiger Lehre.

Das vierte Zeugniß ist im Herzen das Zeugniß des heiligen Geistes, das allen Gottfürchtigen und Rechtgläubigen in ihren Trübsal bekannt wird, davon Paulus spricht Röm. 8.: ihr habt Gottes Geist empfangen, der rufet zu Gott, Abba lieber Vater, und giebet euerm Geist Zeugniß. Wenn du in ernstlicher Betrübniß Gottes Wort mit Glauben fassest, so spricht der Sohn Gottes Trost in dein Herz, und zeiget dir, daß dir Gott gnädig sey, und giebt dir Freude durch seinen heiligen Geist, die dein Herz gewißlich fühlet. Also wird David aus dem Tod und aus der Hölle errettet, da der Prophet Nathan spricht: Gott hat deine Sünde weggenommen, und ist gewiß, daß er wiederumb zu Gnaden angenommen ist, und zum Erben ewiger Seligkeit gemacht. Also überwindet er seine Trübsal da er aus dem Reich gestoßen wird. Also überwindt Laurentius die Flammen und *) Feuer. Und gehört zu diesem Zeugniß die Großmüthigkeit der Martyrer in ihrem Leiden, die solche Freude fühlen, wie gesagt ist. Wiewohl nu diese Freud nicht allezeit im Herzen leuchtet, und nicht in allen gleich groß ist, so ist doch ein Fünklin davon in allen, die zu Gott bekehret sind, wie sie selb in rechter Bekehrung und Anrufung oft fühlen.

Das fünfte Zeugniß ist: Weissagung von Ordnung der höhesten Monarchien uff Erden. Denn es ist kein Volk uff Erden gewesen, das solche Weissagungen gehabt habe, wie die höheste Monarchia von den Chäldäern und Assyrien uff die Person, darnach uff die Griechen, darnach uff die Römer kommen soll, und sollen nach der vierten Monarchia die Zerstörung durch die Türken, darnach die Ufferstehung der Todten folgen. Nu sind die Monarchien also nach einander gefolget, und dieses hat niemand verkündigen können denn allein Gott. Darumb sind gewißlich unsre Propheten vom wahrhaftigen ewigen Gott gesandt. Wiewohl nu dieses Zeugniß in die Mirakel mag gerechnet werden, so ists doch ein besonder schön Zeugniß, dadurch die hohen großen König Nabogdonosor, Darius, Cyrus und andere zum wahrhaftigen Gott bekehret sind. Darumb sollen wirs auch oft betrachten.

Das sechste Zeugniß: Erhaltung dieser wahrhaftigen Kirchen vom Anfang der Welt bis zu End, und ernach in Ewigkeit, wiewohl doch die Kirche in diesem

---

*) Walch. aus, ex mendo.

*) und] Walch. ein.

Leben von weltlicher Macht wenig Schutz hat, und die längere Zeit grausame Verfolgung leidet von Teuffeln, Tyrannen, Ketzern. Wiewohl nu diese Erhaltung auch in die Mirakel mag gerechnet werden, und selb für und für voll Mirakeln ist, so ist sie doch eine gemeine Wohlthat und ein Trost für und für, für alle Nachkommen. Darumb wird [sie] insonderheit gemeldt, und gehört hiezu dieser Spruch: die Pforten der Höllen werden sie nicht vertilgen. Und obwohl oft die wahrhaftige Kirch seer geängstigt, klein und schwach wird, als zur Zeit Machabeorum, und nun zu diesen letzten Zeiten; so erweckt sie doch Gott für und für wiederumb, und stürzt die Tyrannen und Ketzer zu Boden, wie Pharao, Antiochus, Nero, Diocletianus, Arius gestraft und grausamlich weggeräumt sind.

Diese sechs Zeugniß wollen E. F. G. auch bei sich betrachten und ihnen weiter nachdenken. Denn viel nützlicher Lehre hierin gefasset ist zu Stärkung des Glaubens, daß E. F. G. Kirchen und andere damit in der Lehre einträchtige, gewißlich die einige wahrhaftige Gotteskirche sey, und daß Gott in dieser Versammlung recht erkannt, recht angerufen und recht geehrt werde, und daß darin gewißlich allein die Erben ewiger Seligkeit sind und in keinen andern Secten, welche diese Lehre verfolgen, die in E. F. G. Kirchen geprediget wird. Mahometisten und Türken sind gewißlich Gottes Feinde, denn ihre Lehre ist ein neu Gedicht, das lang nach den Propheten und Aposteln uffkommen ist, und wirft das ganze Evangelium weg; dazu zerreißet es das Gesetz, lehret wie man mag falsche Eid und Ehebruch mit Almosen vergelten, und billigt große Unzucht; Item, dichtet viel Götter, denn sie rufen auch ihre Heiligen an, wie sie bei ihnen gerühmt werden, und über dieses gebeut ihnen der Bluthund Mahomet, daß sie unser Versammlung zerstören, und uns tödten sollen, darumb daß wir der Propheten und Aposteln Lehre haben. Also auch können Papisten nicht Gottes Kirch seyn, die Verfolgung wider der Propheten und Aposteln Lehre üben. Item, ihre Heiligenanrufung ist öffentlich grobe Abgötterey, auch sind ihre Messe und Möncherey abgöttisch.

Dieses alles soll man fleißig betrachten, und die rechte Kirchen Gottes suchen und bauen lernen und unterscheiden von andern Secten, und den wahrhaftigen Gott, der sich in Christo geoffenbaret hat, in rechtem Glauben uff den Sohn Gottes, Jhesum Christum, recht anrufen, und in rechtem Gehorsam ehren, der will uns in Ewigkeit seine Weisheit und Gütigkeit ernach mittheilen. Zu dieser hohen unaussprechlichen Seligkeit sind wir erschaffen und wiederumb durch den Sohn Gottes erlöset. Und wird diese hohe Seligkeit nicht anders erlanget denn durch die Predigt und Betrachtung des Evangelii, dadurch der Sohn Gottes kräftig ist in den Gläubigen in dieser einigen Gott gefälligen Versammlung. Die ist nicht ein unsichtbar Ding, sondern ist und muß bekannt seyn. Denn Gott will aus großer Barmherzigkeit, daß sein eingeborner Sohn Jhesus Christus im ganzen menschlichen Geschlecht bekannt sey, wie er spricht: Dieses ist mein geliebter Sohn, daran ich Wonne und Freude habe, Diesen sollt ihr hören. Diesen allmächtigen Sohn Gottes Jhesum Christum unsern Heiland, der ihm gewißlich für und für ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht sammlet, bitt ich mit Herzen, daß er E. F. G. und E. F. G. Land und Kirchen allezeit gnädiglich bewahren und regieren wölle. Amen. Datum Witteberg uff den ersten Tag Januarii, Anno 1553.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5305. 1. Ian.

Th. Cranmero.

Epist. praemissa libro: „Omnes disputationes D. Alexandri Alesii de tota epistola ad Romanos, diversis temporibus propositae ab ipso in celebri Academia Lipsiensi et a multis doctis viris expetitae, iam tandem collectae per Ge. Hantsch. Cum praefatione Phil. Melanthonis." M. D. LIII. 8. (*Lunz.*)

Reverendissimo Domino Thomae (Cranmero), Archiepiscopo Ecclesiae Cantuariensis Philippus Melanchthon S. D.

Etsi in hac caligine hominum et in tanta confusione opinionum, morum et eventuum multi de providentia dubitant, et quaerunt, sitne aliqua Dei Ecclesia seu coetus, qui magis Deo curae sit, quam ceteri homines: tamen nos, qui patefactionibus divinis, quae illustribus testimoniis palam, resuscitatione mortuorum et aliis mirandis factis confirmatae sunt, et doctrinae Dei, quam fulgere divinitus in mentibus nostris scimus, adsentimur, constantissime statuere debemus, hunc coetum in genere humano vere esse Dei Ecclesiam, in quo sonat vox Evangelii incorrupta, et in hoc coetu, etiamsi in hac vita cives dissimiles sunt, tamen multos esse, qui in tota aeternitate erunt cives Ecclesiae coelestis, in quibus Deus erit omnia in omnibus.

Hoc qui statuunt, agnoscere etiam debent ingentia beneficia, quae Deus Ecclesiae tribuit: ac, ut iam de ceteris non dicam, quanta bona sunt, quod filium misit, ut esset redemtor et Salvator, quod per eum patefecit decretum de reconciliatione et salute nostra, quod sua voce per filium, per prophetas et Apostolos nos docet, et voce doctrinae collegit aeternam Ecclesiam. Quod cum ita sit, cum Pauli conciones audimus, Deum ipsum loqui per hoc organum, sciendum erat, et reverenter adsentiri nos Deo oportebat, et velle discipulos esse vocis divinae, non cavillatores.

Accidit autem praecipue in Pauli scriptis, ut audacissime dilacerata sint interpretationum varietate. *Origenes*, ut ita dicam, prorsus ἐκτος ὁδοῦ currit, et transformat Paulum in contrariam sententiam, cum hic doceat: Fide iustificamur, id est, propter filium Dei, gratis fide, non propter nostra facta seu nostras virtutes accipimus reconciliationem: *Origenes* contra inquit, propter notitiam historiae et nostra facta accipimus reconciliationem. Et hunc secuti sunt Monachi, Thomas et deinceps alii, qui ut eluderent dicta Pauli, χρησφύγετον de fide formata excogitaverunt. Augustino scintilla divinae lucis illuxit, ut in viam redierit, et ostenderit, fide, id est, fiduciae misericordiae gratis accipi reconciliationem. At Enthusiastae transformarunt Paulum in Platonicam Philosophiam. Iustitia Dei in Evangelio patefit, id est delabitur in homines idea, ut Plato in Phaedro inquit: hac idea lucente in nobis sumus iusti et legem implemus. Nostra aetas habet imitatores et *Origenis* et Enthusiastarum. Monachi adhuc deliramenta sua mordicus retinent. Anabaptistae iactant illam suam ideam, qua transformari se gloriantur, et nobis rabiose maledicunt, quod dicimus, etsi fit inchoatio obedientiae in cordibus a Spiritu sancto, tamen credentes iustos esse propter filium Dei, fiducia misericordiae, non propter illas novas virtutes. Vetus hoc certamen est, et semper in Ecclesia fuerunt multi Enthusiastae, qui illam gloriosam sapientiam ostentarunt. Unde et vetus descriptio iustitiae recitatur apud *Clementem Alexandrinum*: δικαιοσύνη ἐστὶ κοινωνία Θεοῦ μετὰ ἰσότητος.

Hanc splendidam descriptionem admirabantur homines. Quis enim non velit videri divinae naturae particeps? Deinde quid dulcius est nomine aequalitatis? quod quidem tunc ita amplificasse fanaticos homines scribit *Clemens*, ut docuerint, et uxores oportere communes esse, et tetra exempla recitat. Vide autem insidias. Non fit mentio Mediatoris in definitione iustitiae, et omittitur id, quod praecedere necesse erat, videlicet remissio peccatorum, et reconciliatio propter Mediatorem, filium Dei. Ac tunc fit homo particeps naturae divinae, cum fide accipit remissionem peccatorum et ex doloribus inferorum retrahitur. At Enthusiastae omissa doctrina de fide et de vera consolatione fingunt societatem divinae naturae esse suas speculationes seu illabentes ideas. Postea addiderunt particulam μετὰ ἰσότητος, ut complecterentur externam et civilem consociationem. Ita tota definitio loquitur de iustitia operum interiorum et exteriorum, non de ea, quam Paulus nominat iustitiam fidei. Ita his triginta annis de nativa Pauli sententia dimicamus cum utroque genere praestigiatorum, cum Monachis et cum illis superbis fanaticis, qui ad flatus suos falso iactitant, et a conspectu meritorum filii Dei abducunt mentes in admirationem suae novitatis. Comperi autem vanitatem multorum, qui vere erant similes sepulchris picti foris, artificiosa simulatione sanctorum gestuum: intus vero pleni erant spurcitiae.

Deinde etiamsi qua est inchoatio novitatis, in immensum anteferre debemus filii Dei obedientiam his ipsis divinis motibus, qui in nobis fiunt. Hoc argumentum pii et saepe et attente cogitent, nec *Osiandri* clamoribus a simplici et nativa sententia Pauli, quam Lutherus illustravit, et quam Ecclesiae Saxonicae docent, abduci se sinant.

Nova grandiloquentia tonans et fulminans *Osiander* Paulum sic interpretatur: Iustitia Dei in Evangelio revelatur, videlicet iustitia essentialis. Imo vero haec in lege patefacta, et nunc in lege patefit haec iustitia, qua filius Dei nos vestit, donans nobis remissionem peccatorum et reconciliationem, quam meruit sua obedientia, et cum reconciliatione simul amplectitur nos ipse filius Dei et reddit nobis vitam, et dat nobis de spiritu suo. Quamquam autem renati sunt domicilium Dei: tamen multo pluris faciunt obedientiam filii Dei, quam has divinas actiones in ipsis.

Utile est considerare et conferre dissimiles interpretationes, et videre, quae sit proxima fontibus, et congruat cum perpetuo consensu Prophetarum et Apostolorum. Non obscura, non perplexa, est doctrina nostrarum Ecclesiarum, quae et de poenitentia plane concionatur, et mon-

strat agnum Dei, qui tollit peccata nostra, et fidem adfirmat esse fiduciam misericordiae acquiescentem in Mediatore, seu in Deo propter Mediatorem.

Hanc esse Pauli sententiam, nihil dubium est. Cum autem plurimum prosit, nosse integram seriem disputationis in Paulo, probo consilium reverendi Doctoris, *Alexandri Alesii*, qui fideliter docet in Academia Lipsica puram Evangelii doctrinam, et vera invocatione Deum colit, quod has propositiones collectas in unum volumen edit. Etsi enim in Pauli oratione non est ambiguitas: tamen cum a Monachis et Anabaptistis affinguntur corruptelae, utile est extare multorum testimonia de simplici et nativa sententia.

Est et iunioribus monstrandus ordo rerum, quae traduntur, et membra distinguenda sunt. Haec facit pius interpres, non gignit novas sententias. *Osiander* inquit: Per unius obedientiam iustificantur multi, id est, per divinitatem, quae fecit Christum obedire, iustificantur ceteri. Etiamsi verum est, Deum ipsum efficacem esse in his, qui convertuntur: tamen Paulus hic de merito Christi loquitur, propter quod accipimus remissionem peccatorum et reconciliationem. Sed lector ipse conferat interpretationes. Tibi autem, Reverendissime Antistes, mittimus haec scripta, quia et iudicio Ecclesiarum haec subiicimus, et vere optamus, ut Ecclesiae unum sint in Deo, sicut ipse Dominus noster Iesus Christus precatus est: Pater sancte, serva eos in nomine tuo, ut unum sint in nobis. Ad huius summi Sacerdotis nostri precationem et vota et gemitus nostros adiungimus et oramus eum, ut ipse nos doceat et gubernet, et faciat, ut in ipso unum simus. Bene vale. Cal. Ian. Anno 1553. Witebergae.

No. 5306. 1. Ian.

G. Cracovio.

Epist. lib. II. p. 371. (ed. Lond. lib. II. ep. 385.).

D. Georgio Cracovio, Doct. Iuris et Consil. Elect. Sax.

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Et amore tuo et assiduitate quam in scribendo praestitisti, delector, tres enim a te Epistolas in patria amanter et graviter scriptas accepi, tibique gratiam habeo, et multo ante ad te scripsissem, si tabellarios habuissem. Heri etiam Bibliopola qui *Knipstruvii* lucubrationem attulerat nactus comites, subito ingressus est iter, ac vix spacium concessit ad rescribendum optimo Principi *Pomeraniae.* De Academia scito, Dei beneficio, nulla nunc luis contagia vagari, et postquam *Saturnus* longius recedet ab *Aquario*, spero salubriorem aërem fore, Deo dante, *ἐν ᾧ ζῶμεν, καὶ ἐσμὲν, καὶ κινούμεθα.* *Eberus* adhuc est *Argeliae*, *Vitus* in *Turingia*, et *Erasmus* Mathematicus in patria. Vos hortatus sum *βραδέως σπεύδειν* propter hyemem, quae erit horridior. Oppidi, Dei beneficio, mediocris est tranquillitas. Bellicos apparatus nondum audimus, semina hoc quidem tempore nunquam desunt. Sed oro Filium Dei, custodem Ecclesiae suae, ut nos protegat. Et quia veniunt mihi in mentem versiculi, quos hodie in lecto feci, multa cogitans de publicis et privatis miseriis, mitto tibi eos in pagella descriptos. Ecclesiarum in *Mysia*, *Turingia*, *Pomerania* et *Saxonia* mediocrem consensum esse existimo. In *Prussia* *δευτεραγωνίσται* mortui *Cleonis* tumultuari non desinunt, sed spero Deum repressurum esse illos furores. Ineptit *ὁ μαργίτου κόλαξ καὶ ὁ δύσοδμος* *). Oremus Deum ut nos gubernet. Ad moenia urbis *Metensis* aiunt *τὸν αἰακίδαν* infeliciter pugnasse et vulneratum esse, haec cum meo somnio congruunt. Bene vale. Calend. Ianuarii. Plura non potui scribere. Salutem opto D. *Suanemo*, *Antonio* et *Paulo.*

No. 5307. 1. Ian.

Io. Praetorio.

Epist. lib. V. p. 140 sqq.

Iohanni Praetorio, docenti Evang. Vratislaviae.

S. D. Sumus in eo coetu, qui studium habet veritatis, et est vera Dei Ecclesia. Semper autem in hoc ipso coetu sunt, erunt, et fuerunt multa tenera membra. Quare etiamsi incidunt alicubi dissensiones, non de fundamento, sed de aliis materiis: tamen non sunt faciendae dilaceratio-

---

*) Stancarus.

nes, sed aut sananda aut tegenda sunt vulnera: quod, ut faciatis, magnopere vos oro. Docemus in usu Coenae Domini vere et substantialiter adesse Christum, et efficacem esse in sumentibus. Non defendimus εἰδολομανίας Monachorum, qui extra usum institutum circumgestant, et adorant partem Sacramenti. Saepe autem optavi, ut docti viri colloquerentur, et deliberatione communi ederent sententias, quae ostenderent, quae formae verborum retinendae essent, quae reiiciendae. Et discrimen utcunque declararent inter localem seu Physicam inclusionem, et praesentiam in usu. Sed videtis ita exulceratas esse voluntates docentium, ut colloquia institui non possint. Vos vestrae Ecclesiae consensum et concordiam tueamini. Filius Dei est Emanuel, ac vere et substantialiter adest nobis. Hanc propositionem, scio, verissimam esse. Hanc teneamus, et intelligere etiam discamus. Bene et feliciter vale. Cal. Ianuarii 1553.

Philippus.

No. 5308. 1. Ian.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 68. Cod. Goth. 188. ep. 134.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo, S. D.

Cariss. frater. Assumsit massam nostri generis filius Dei, ut nos gestet ac sustentet. Hunc tecum oro, ut faciat, ut hic veniens annus sit faustus et felix. Ecclesiae suae, et tibi, et tuae domesticae Ecclesiae, ac significationem mitto, ut iam diu solitus sum, donec una esse non potuimus. Mitterem splendidiora xenia, si possem. Sed tibi nota et probata est vox, χαρίτων δὲ θύμος ἄριστος. Utinam colloqui, antequam ex hac vita discedo, possim. Significa quaeso, an scordium, quod Argelia misimus, acceperis. Bene et feliciter vale. Cal. Ianuarii. Anni 1553.

Philippus Melanthon.

No. 5309. 2. Ian.

P. Ebero.

† Ex autogr. in bibl. Norinb. descripta a Clar. *Rannero.*

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Paulo Ebero, collegae et fratri suo cariss.

S. D. Carissime frater. Scis me dulcissimo versu Psalmi delectari: *circumvallat angelus domini timentes eum.* Hunc angelum, aeterni patris filium oro, ut et meam familiam, et vestras protegat, et hanc academiam restituat, gubernet et servet. De itinere Lipsico deliberabo, cum mea familia advenerit, etsi proficisci Lipsiam cogito. Mitto tibi *Fabricii* carmina et elegiam scholastici nostri mediocrem. Dabis exempla duobus *Milichii* filiis, d. doctori *Christophoro* et sponsae. Mitto et exemplum *Brentianae* epistolae *), quam hodie attulit *Christophorus,* amicus *Andreae Aurifabri.* De pugna ad moenia urbis *Metensis* audio hoc tantum adfirmari, *Aeacidem* infeliciter proeliatum esse, et multos in exercitu *Caroli* interfectos esse. Ipsum *Aeacidem* spero, ut illum in Comoedia, sibi loco cavisse. Orationem de *Mysia* non iniucundam lectu, habebit *Humelius,* Deo iuvante. Nam paene absolvi. Bene et feliciter vale. 2. Ianuarii.

Philippus.

No. 5310. 4. Ian.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1230.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Carissime frater. Etsi ex tuis literis cognovi tuam voluntatem de Augusta: tamen ad te mitto et senatus Epistolam, et *Baptistae* adhortationem. Scripserat senatus de *Snepio* ad Ducem *Iohannem Fridericum,* qui quid responderit, nondum scio. Sed Augustam misit [1]) tres, quorum aetas est mediocris, et ingenia, eruditionem, ac pietatem spero usui fore Ecclesiae. Noribergensem *Ketzmanum, Melhornum* Aldeburgen-

*) Videtur esse Brentii epist. ad Mel. d. d. 6. Nov. 1552.

1) *misit?* — Videtur scribendum *misi.*

sem, et Filium Doctoris *Stephani*[2]), qui ante annos 20 docuit Ecclesiam August. Quod autem in Academiis te malle vivere intelligo, non reprehendo consilium tuum. Optandum est enim, ut sint in Academiis tales, qui, quantum Deus concedit, fontes doctrinae norint, et refutare errores possint, qui subinde sparguntur a monstrosis ingeniis, aut ab organis Diaboli. Venit in Marchiam *Stancarus* Italus, qui iactitat, se trecentos errores collegisse ex nostris editionibus. Ebraice doctus est, *τὰ δὲ ἄλλα ὄνος βαστάζων μυστήρια.* Contendit iam, Christum tantum secundum naturam humanam esse mediatorem. Mitto epistolam de intercessione. Quid *Brentius* de Balthica controversia recens ad me scripserit, cognosces ex eius epistola, cuius vobis exemplum mitto[3]). Recens scripsit meus frater viciniam nostrae patriae tranquillam esse. Sed post illud tempus Dux *Wurtebergensis* occupavit *Elwangen*, et alia quaedam oppida Teutonici Magistri, ut nominant. Saxonicus exercitus adhuc vagatur in Lycaonia. *Carolus* Metensem urbem obsidet, ubi ante mensem *Marchio Albertus*, postquam se cum Carolo coniunxerat, mediocri praelio copias Gallicas profligavit. Nunc aiunt eum infeliciter pugnasse. Haec tantum sciebamus. Reliqua Germania adhuc quidem tranquilla est. Deus nos gubernet, et doceat, et tribuat Ecclesiae et Reip. pacem. Bene vale et saepe ad nos scribito. Salutem opto vobis omnibus, D. *Aurifabro*, *Bordingo* hospiti tuo, *Burenio*, Andreae *Martino*, et aliis amicis. Die 4. Ianuarii 1553. Mitto vobis pagellas.

Philippus.

No. 5311. (fere d 6. Ian.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 696 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis, et resuscitatum, ut faciat, ut hic annus sit faustus et felix Ecclesiae, et vobis et vestris omnibus. Ego cum mea familia redii Witebergam, ubi iam cessant contagia, sed quia iam fiunt inusitata, antea, quale ver futurum sit, considerandum erit. Velim itaque, non ante ver mitti ad nos Filium. Postea si erit salubritas et pax, spero, Academiae studia Filio profutura esse. Et si volueritis, libenter eum in meas aedes recipiam, ut exercitia styli apud me habeat, et apud Magistrum *Casparum* in Philosophia erudiatur. *Christophorum* adhuc manere apud Doct. *Schneidewein*, credo, ei utile esse. Ac prius in iudicio Camerae vellem eum alicui commendari, quam mittatur in peregrinas terras. Oro autem Deum, ut his Regionibus pacem tribuat, et salutaria regimina. Nam quae semina sint bellorum, videmus. Sed Deus inter hos fluctus tamen suos coetus servabit. Mitto filio pagellas. Bene valete. Lipsiae 1553. Mense Ianuario.

Philippus.

2) Agricolae, s. Kastenbauer.

3) Vid. supra d. 6. Nov. 1552.

No. 5312. (d. 6. vel 7. Ian.)

E. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 232. (ed. Lond. III. ep. 141.).

Erhardo Sneppio

S. D. Nulla in Coelo et in terris ardentior vox audita est, quam precatio Filii Dei in illo admirando agone, in quo orat aeternum Patrem, ut faciat, ut nos unum in ipso simus. Ad huius summi Sacerdotis nostri precationem, scio te quoque vota, gemitus, et lachrymas tuas adiungere; Et spero consensum in his Ecclesiis, ipso filio Dei iuvante, mansurum esse. Responsionem meam de *communicatione ἰδιωμάτων*, et de *Mediatore* ad *Marchionem* *), vobis missurus sum, quamprimum totam descripsero. Et de volo, ut Iudicem legere; praeterii quaedam, de quibus tecum et cum aliis, omnino Deo iuvante colloqui volo. Viro integerrimo D. *Stigelio* gratiam et debeo et habeo, quod ad nos accessit. Bene vale.

No. 5313. 12. Ian.

Ioachimo Electori.

Edita in Melanthons christlichen Berathschlagungen und Bedenken, p. 375.

*) Vid. d. 3. Oct. h. a.

„An Marggraff Joachim zu Brandenburg, Churfürsten ꝛc. Von Musculi und Stancari Streitsache."

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, und ein neu seliges Jahr zuvor. Durchleuchtigster, Hochgeborner, Gnädigster Churfürst und Herr. E. Churf. G. christliche und fürstliche Schrift *) habe ich in Unterthänigkeit empfangen, und dabei Stancari und Musculi übergebene Erklärung ihrer Meinung, die ich alsbald durchlesen habe.

Nun ist es wahr, dieses Leben kann ohne fragen, zweifeln und disputiren nicht hingehen, wie auch zwischen den Aposteln Fragen fürgefallen. Es ist aber hoch betrüblich, daß solcher Grimm und Haß dazu kommt, wie in vielen Schriften zu sehen, darnach Spaltung, Auslöschung rechter Anruffung, Verachtung ganzer Religion, Gottes grausame Straffen, Zerstörung und Verdammniß folgen.

Es sind aber in gedchter Erklärung zween Artikel; der erste von den modis loquendi, oder communione Idiomatum. Da sollen billig beide Theil zufrieden seyn mit den Formen zu reden, die im Synodo Ephesina aus wohlgegründter Ursach wider Nestorium beschlossen sind.

Der andre Artikel ist vom Ampt des Mittlers. Nun erkläret diesen Artikel die Epistel zu den Ebräern selbst. Die weiset eben dieses, daß der Mittler des neuen Testaments sey Gottes Sohn, und gründet sich auf den Psalm: dicit dominus etc. So ist der Sohn Gottes Vorbitter gewesen auch vor der Menschen Verderbung. Psalm 2.: bitte von mir, so will ich dir die Heiden geben zum Erbtheil.

Dieweil man denn in beiden Sachen diese leidige Anfechtung hat, wie gesagt ist, können sich E. Chf. G., als ein hochlöblicher, christlicher, weiser und alter Churfürst selbst erinnern, was in diesen Sachen zu schließen sey, und hernach das Gezänk ernstlich verbieten. Ich kann auch aus Stancari Schriften nicht verstehen, wozu die göttliche Natur in Christo ist, wann sie nicht ins Mittleramt gehöret; Item, wer diese Worte des Sohnes verstehen will: glorifica me, pater, gloria ea, quam habui apud te ante constitutionem mundi. Von diesen ernstlichen Sachen ist nützlich in Gottesforcht und Demuth christliche Unterrede zu halten. Darum will ich E. Churf. G. Schrift und mit übersendte Erklärung] den Legenten und Prädicanten allen auch fürtragen, und E. Chf. G. in 14 Tagrn mit Gottes Hülf unser aller Bedenken zusenden.

Daß mich aber Stancarus so grausamlich schmähet, laß ich Gott und fromme Leut richten, die meine Arbeit wissen. Ich habe, so viel mir Gott Gnade geben, die Summa christlicher Lehr zusammenziehen müssen, da ich zur Visitation und Confession gebraucht bin worden, habe mich also in allen fürnehmen Artikeln verkläret, so viel mir möglich. Was aber *Stancarus* hält, weiß ich noch nicht, und wollte er etwas straffen, so sollte er es christlicher Weise thun. Davon aber zur andern Zeit weiter.

Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihme gewiß ein ewige Kirche im menschlichen Geschlecht durch das Evangelium sammlet, wolle Ewr. Churfürstliche Gnade, und Ewr. Churf. Gnaden Gemahlin und junge Herrschaft allezeit gnädiglich bewahren und regieren. Datum 12. Januarii, Anno 1553.

E. Churf. G.

unterthäniger Diener
Philip. Melanth.

*) Vid. ep. ad Baumgartnerum d. d. 25. Ian. h. a., ex qua etiam intelligitur, cur Melanthon non plura hic scripsit de illa controversia.

No. 5314. 12. Ian.

(*Testimonium.*)

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 428.

Testimonium cuiusdam M. Christophori, quod ei dedit vir clariss. et doctiss. D. Phil. Melanthon.

Salutem omnibus lecturis has literas. Filius Dei, dominus noster Iesus Christus, summus sacerdos, inquit: sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Hac voce et authoritate ministris Evangelici expresse tribuitur et valde ornatur eorum dignitas, modo ut recte doceant, et sint mores eorum honesti. Complectimur igitur tales propter filium Dei, cum quidem et soli sint eiusdem militiae. Quare honestis viris omnibus commendo hunc Mag. *Christophorum*, natum in Viena, urbe honestissima in Salinis ad Salam, qui iam servit Ecclesiae in ministerio Evangelii. Commoratus est in Academia Saxonum et studiose didicit initia philosophiae et doctrinam Ecclesiae. Habet uxorem honestam, ex qua nunc duas filias habet, ut in quodam carmine scripsi:

Orphana herba sumus, nobis spes unice, Christe, es. Tales familias Deo curae esse scimus, et pietas ei grata est, benefacere piis Evangelii ministris. Nec dubium est, vicissim Deum benefacturum esse iis, qui talibus opem ferunt. Datae Wittenbergae 12. Ianuarii anno 1553.

No. 5315. 16. Ian.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 395.

Reverendo viro D. Georgio Buchholtzer, amico charissimo.

S. D. Reverende vir et amice charissime. Dei beneficio speramus aerem fore salubriorem deinceps, et contagia luis cessura esse, quae iam rara sunt. Sed tamen vellem filios vestros expectare tempus aequinoctii: magis bella quam luem metuo. Sed nos Deo commendo: quem oro, ut servet harum regionum Ecclesias et earum hospitia et doctrinae studia. Heri huc venerunt scholastici Hungarici, qui narrant, in Pannonia iam propter luem Turcica praesidia non late vagari: sed tamen oppida hoc anno occupata, *Temeswar* et *Lippiam*, eos retinere.

De controversiis *Stancari* et *Musculi*, Deo iuvante, pie respondebimus. Utinam de his tantis rebus pii et docti inter se colloqui possent. Profecto maiorem controversiam movet *Stancarus*, quam antea Balticus, orator. Sed de his copiosius alias. Bene valete. Die 16. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

No. 5316. 19. Ian.

A. Lauterbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 137.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Antonio Lauterbach, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Birna, fratri suo carissimo.

S. D. Reverende vir et amice, carissime frater. Dei beneficio reversi sumus ad nidulos nostros, et tecum oramus filium Dei, custodem Ecclesiae suae, ut nos doceat et gubernet, et tribuat his regionibus salutarem pacem et gubernationem.

Post *Osiandri* mortem iam hostem habemus *Stancarum*, hominem Italum, qui Francofordiae ad Oderam nobis conviciatur. Contendit, Christum esse mediatorem tantum secundum humanam naturam, nec orare pro nobis secundum divinam naturam. Et movebit fortassis plura. Nos iam scribimus responsionem ad *Marchionem Electorem*, qui eius maledica scripta nobis misit.

Vidua reverendi D. *Lutheri Torgae* pie decessit ex hac mortali vita. Mitto tibi paginam propositam in festo, sicut est Academiae consuetudo, et pagellam de prodigiis conspectus non procul a Brunswiga. Mittam etiam plura. Bene et feliciter vale. Die 19. Ianuarii 1553.

Phil. Mel.

No. 5317. 21. Ian.

Ioachimo Princ. Anhalt.

Edita in Becmanni Access. historiae Anhalt. p. 123. (Danz.)

Ioachimo, principi Anhaltino.

Cum nuper adesset illustrissimus Princeps *Wolfgangus*, me ad se vocavit, et mecum locutus est clementer, adhortatus, ut vel in conventu aliquo vel alio modo concordia docentium in his regionibus restitueretur. Dixi extare nostram Confessionem, quam spero non taxari ab aliis piis. Et tamen si conventus Imperialis procederet, profuturum tunc esset, in ipso loco conventus omnium principum piorum et statuum legatos una voce Imperatori pium consensum ostendere. Haec coram exponam Celsitudini Vestrae copiosius cum *Camerario*. Post primos illos sermones multa amanter locutus est Illustrissimus Princeps *Wolfgangus* et de illustrissimo Principe *Georgio* et de C. V. et adfirmavit, se conservaturum esse perpetuam benevolentiam erga C. V. Fui laetatus cum oratione, et precor Deum, ut Principum pectora regat ad ipsorum et publicam salutem. Bene et feliciter valeat C. V. Die 21. Ianuarii.

No. 5318. 22. Ian.

Christiano Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. ep. 17. p. 47.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Großmächtiger, durchleuchtister, gnädigster König und Herr. Ewr. Königlichen Majestet danke ich in Unterthänigkeit von wegen des gesandten Gnadengelds, das Jost Stertzkop treulich anher bracht und mir überantwort im vergangenen Decembri. Und so viel wir jetzund Zeitung haben, habe ich auf beigelegten Zettel verzeichnet.

E. K. Majestet dank ich auch unterthäniglich für die Elemosynas, welche den armen Unterthanen gesandt sind. Hernach aber hat sich ein Unfall zugetragen, daß ein Bote von Torga dem Johanni Hoino und andern hat Geld bringen sollen von ihren Aeltern und Freunden, welches er empfangen hat; er hat aber den größern Theil davon gestolen und ist entloffen.

Derhalben bitt ich in Unterthänikeit und um Gottes willen, E. K. M. wollen gnädiglich dem Johanni Hoino und Andreä Petri von Barsböl ein Elemosyna senden, welchen, als armen, dieser Schad viel größer ist, denn den andern. E. K. M. wolle als ein hochlöblicher, christlicher weiser König an diesen, meinen Bettelbriefen kein ungnädiges Mißfallen haben; denn E. K. M. können selb achten, daß ich mich der armen Jugend Elend annehmen muß. So sind E. K. M. Unterthanen viel allhie gewesen und noch, die ich hoffe, daß sie den Kirchen im Vaterland zum Theil nützlich und seliglich jetzund dienen, und zum Theil seliglich dienen werden, dazu der Sohn Gottes, Christus Jesus, seinen Segen geben wolle; der wolle auch E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft allezeit gnädiglich regiren und bewahren. Dat. Witeberg 22. Ianuarii Anno 1553 *).

E. K. M.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

(*Pagella I., huic epistolae inclusa.*)

Anno 1553. die 22. Ianuarii haben wir diese folgende Zeitung gehabt,

Daß der Röm. Kaiser Carolus jetzund Metz nicht mehr belagert, sondern hat das Volk lassen von Metz in das Winterlager ziehen um Straßburg.

Graf Volrads Volk liegt noch im Herzogthum Brunswig, hat noch nicht Alfeld und Wolfenbuttel. Man sagt, Hertzog Henrich von Brunswig sey zum Kaiser geritten.

*) Schumach. 1558., ex mendo typographi.

Auf diesen 22. Tag Januarii ist der Churfürst zu Sachsen, Hertzog Moritz, in der Stadt Meideburg, und es sind Handlungen zwischen ihm, dem Capitel und der Stadt, was jeder da für Gerechtigkeit haben soll, und ob etwas da mit dem Kriegsvolk in Brunswick gehandelt wird, das wird die Zeit eröffnen.

Hertzog Johann Friedrich ist zu Weimar, und sind allerlei Sorgfältigkeit des Titels halben: gebohrner Churfürst, und der Liquidation vom Einkommen, ob der Churfürst Hertzog Moritz etwas noch weiter zu geben schuldig sey. Hanget alles unvertragen.

In der Mark sind an einander gewachsen zu Frankfort an der Oder ein Legent, genannt Doctor Musculus, und ein frembder Italiener, Stancarus, der sagt: Christus sey Mittler allein nach menschlicher Natur, bitte für uns auch allein nach menschlicher Natur. Und sind ihre disputationes an die Herrn Pastor, Doct. Pomeranum und andere allhier gesandt; Wollen E. K. M. unsere Antwort zusenden durch die nähist Botschaft oder durch Josten Stertzkop. In Hungarn ist eine große Pestilenz, darum die Türken jetzund nicht ausfallen; aber sie behalten gleichwohl noch, was sie den vergangenen Sommer eingenommen haben, Temeswar und Lippia.

(Addidit quidem *Schumacher.* alteram pagellam rerum novarum, quae autem non ad hanc epistolam pertinet, sed ad eam, quae d. 9. Martii 1551. scripta est.)

No. 5319. 22. Ian.

Cph. Libio.

Manlii farrag. p. 209 sq.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti Lybio[1]), *pastori Ecclesiae in Tangermunda, fratri suo charissimo,*

S. D. Venerande domine, et charissime frater, intelligo senatum *Brandeburgensem* de te vocando ad gubernationem suae Ecclesiae deliberare [2]): ac a me petivit, ut tibi hortator sim, ut ad ipsos commigres. Nihil mihi potentiae sumo, sed opto ut vicina Ecclesia feliciter regatur. Et spero te in urbe *Brandeburga* utilius Ecclesiae serviturum esse. Nobis quoque propiorem te esse opto. Scriberem plura, nisi nuncius festinaret: et meas oc-

1) Nomen, quod Manl. tacuit, adscripsit G. Buchholzer.
2) Vid. ep. d. 22. Febr. 1553.

cupationes nosti. Bene et feliciter vale. 22. Ianuarii.

No. 5320. 24. Ian.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Tangermunda.

S. D. Venerande vir et carissime frater. Est omnino verum vetus dictum: sacra res consilium est. Nec humanae mentis acie prospici omnia possunt. Sed orandus est Deus, ut ipse et consilia nobis ostendat, et gubernet eventus. Et hos versus saepe repeto:

συμβουλὴν ἀγαθὴν καὶ ἀφορμὴν ἐντυχίαντε
συμβούλευτα ἐμοὶ δὸς πατρὸς ἀΐδιον *).

Senatus *Brandenburgensis* ante aliquot dies me oravit, ut tibi sim hortator, ut gubernationem Ecclesiae Brandenburgensis suscipias. Tunc igitur ad eos epistolam misi tibi inscriptam, sed non cogitavi de Goslaria. Etsi autem in utraque parte pericula video, tamen quam fuerit inquieta Goslaria multis annis vidimus, et difficilior est gubernatio in illis turbulentis civitatibus. Spero in hac vicinia te plus tranquillitatis habiturum esse. Hoc autem primum scire Brandenburgenses oportet, an Marchio Elector permissurus sit, ut te accersant. Bene et feliciter vale, carissime frater. Die Timothei.

Philippus.

No. 5321. 25. Ian.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 300 sq. (edit. Lond. lib. II. ep. 308.).

D. Guilhelmo Hausmanno, docenti Evangel. Augustae Vindel.

S. D. Charissime *Guilhelme*, Cum et officiosum hominem te cognoverim, et sciam te intelligere quantum nostra referat, scire quae sint erga vos saniorum voluntates, valde miror silentium vestrum. Nihil enim a vobis literarum post iter vestrum accepi. Nunc pro mea amicitia abs te postulo, ut mihi scribas et de Ecclesia vestra, et de vobis. Mitto tibi fasciculum literarum *Davidis* **), quarum eas quae *Augustanis* scriptae sunt istic exhibeto. Alteras meo fratri scriptas et *Marbachio* mitte quamprimum poteris. Bene et feliciter vale, et rescribe. Die conversionis Pauli.

No. 5322. 25. Ian.

Ad. Cureo.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54[3].

D. Adamo Cureo, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta urbe Vratislavia, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. In dandis consiliis sit causa honesta, pia et probabilis: et simul orandus est Deus, ut gubernet eventum, sicut scriptum est: commenda Deo viam tuam, et spera in eum, et ipse faciet. Adhuc iudico pias et graves causas fuisse non discedendi ex urbe Aristocratica. Plurimum enim refert, in talibus urbibus esse viros recte sentientes et moderatos, et non tribunicios. Oro autem Deum, ut nos omnes gubernet ***). Bene et feliciter vale. Die conversionis Pauli.

Philippus.

No. 5323. 25. Ian.

H. Besoldo.

† Ex apogr. in cod. Goth. 19. p. 162[b].

Venerando viro eruditione et virtute praestanti, Hieronymo Besoldo, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta Noriberga, fratri suo carissimo

S. D. Venerande vir et cariss. frater. Vetus illud saepe mihi venit in mentem hoc tempore:

---

*) Leguntur in Mel. Epigrammat. p. 39.

**) Chytraei.

***) Quum Cureus, ut intelligitur ex ep. ad Moibanum d. 25. Iul. 1552. scripta domum redierit, ut ibi locum quaereret, haec ep. scripta videtur a. 1553.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ χρὴ μη δάκη ῥήτωρ ἀθρεῖν [1]). Etsi credo *Culmannum* honestum virum esse, tamen quia in scripto, quod ad me misit, multa sunt ambigue dicta et videntur misceri sententiae non congruentes, ita ei respondi [2]) ne ostendere literas meas possit tanquam πρόκριμα aut suffragationem. Ac tibi exemplum meae responsionis mitto. Fasciculum literarum, quem huic epistolae addidi, quaeso ut Augustam mittas ac flagites, ut de Ecclesia Augustana aliquid nobis significent. Nemo inde ad me post iter [3]) ullum ἰῶτα scripsit. Id silentium iuste reprehendo, quia multum nostra refert scire et quae sint initia restitutionis Ecclesiae in eo loco, et quae sint saniorum voluntates erga ipsos. Petas et a *Melchiore Michaële* responsionem. Bene et foeliciter vale. Die conversionis Pauli.

Ph. M.

No. 5324. 25. Ian.

Hier. Baumgartnero.

Edita ex autographo in *Strobelii* Beyträgen zur Literat. II. p. 131.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Exercuit me hic annus cum aliis molestiis, tum vero theologicis rixis, quae variis locis motae sunt. *Marchio* *) misit nobis suorum controversias iudicandas, in quibus δυσκώφῳ δύσκωφος ἐρίζει. Sed oro filium Dei, ut nos regat.

Culmannus **) magnum volumen mihi misit, quod nominat confessionem suam. Rhapsodia est, in qua videtur miscere utramque sententiam. Credo esse honestum hominem, sed ἀκυρολογίαι multae sunt in eius sermone. Et fortassis in his certaminibus non multum versatus est.

1) Verba Aristophan. in Thesmophor. 530. ubi sic se habent:
— — ὑπὸ λίθῳ γὰρ
παντί που χρή, μὴ δάκῃ etc.
In cod. pro δάκη ῥήτωρ mendose scriptum est δίκη ῥηπῶς.

2) Vid. ep. ad Culmann. d. 25. Ian. h. a. coll. ep. d. 11. Dcb. 1552.

3) Post iter videlicet Hausmanni, qui Augustam profectus fuerat. Vid. ep. seq. ad Hausmann.

*) Ioachimus Brandenburgensis, vid. ep. d. 12. Ian. h. a.

**) De eo vid. ep. die brumae 1552.

Respondi ei ita, ut non possit ostendere meam epistolam tanquam πρόκριμα, sicut *Osiander* partem meae epistolae mutilatae pro concione recitabat. Te tamen prius volo legere meam epistolam.

De bellorum metu in his regionibus nihil scribo, quia vobis notiora esse arbitror ea, quae ad movendum bellum parantur. Nos oramus filium Dei, ut poenas leniat.

Bene et feliciter vale. Die conversionis Pauli [d. 25. Ianuar. 1553 *)]. Oro filium Dei, ut servet et protegat et regat te et totam Ecclesiam tuam domesticam. Pagellas mitto meo more, et utinam diutius mittere possim.

No. 5325. 25. Ian.

L. Culmanno.

Epist. lib. V. p. 245. ubi caret inscriptione. — Apographon in cod. Goth. 19. p. 163. Iterum edita in *Strobelii* Beyträgen zur Literatur Vol. II. p. 133. et in Eiusd. editione Vitae Melanthonis a Camerario scriptae p. 463. — Apud Strobelium et in cod. Goth. inscribitur:

Leonhardo Culmanno, Pastori ad D. Sebaldi Norimbergae.

S. D. † Venerande vir, et amice colende." Mediocri diligentia perlegi totum scriptum tuum, quod si non misisti tanquam reprehensionem nostrae sententiae, nolo acerbe iudicare. Etsi enim quaedam generaliter dicta sunt, de quibus coram sciscitarer, si una essemus, tamen candor est omnibus conveniens, aliena scripta non flectere ad deteriores sententias nimis dura interpretatione, ea praesertim, quae ab iis scripta sunt in nostris Ecclesiis, quorum pia est voluntas. Nec velim mihi aut Ecclesiae plus accersere certaminum. Illud autem ingenue dico, me aliquanto magis, quid *Osiander* dicat, intelligere, quam tuam narrationem. Ille diserte definit, iustitiam esse, quae efficit, ut iusta faciamus, et procul removet remissionem peccatorum. Vult, nos iustos esse divinitate in nobis habitante, quod idem et sapiens vetustas inter Ethnicos dicebat; Nullam esse excellentem virtutem sine motu divino. Ac nos quidem in Ecclesia planissime fatemur, habitare Deum in renatis, non solum ut motus salutares

*) Uncis inclusa addita videntur a Strobelio.

tribuat, sed etiam ut vitam aeternam in nobis inchoet, ac, ut Petrus ait, ut faciat nos socios naturae divinae. Idque declaro, dici consolationem † in corde" [1]) a Filio, et ostendi Patrem, audita voce Evangelii, et per Filium dari S. S. qui est substantialis laetitia et flamma dilectionis, et vivificari credentes, sicut inquit: Ego vitam aeternam do eis etc.

Haec omnia cum planissime dicamus, tamen alia quaestio est, quomodo accipiat homo remissionem peccatorum et reconciliationem et imputationem iustitiae; Num propter inhabitationem, an vero propter obedientiam Filii? Quandocunque autem accedimus ad Deum, primum accipi oportet remissionem peccatorum et reconciliationem, ut Petrus in Actis docet, et Psalmus inquit: Beati, quorum remissae sunt iniquitates. Nec ibi quaestio est de inhabitatione, sed an Deus tibi remittat peccata, et an placeas Deo? Quanquam igitur verbis videtur aliud dicere *Osiander*, tamen re ipsa hoc dicit, renatos novitate iustos esse. Nos, etsi renovatio necessaria est, tamen retinemus hoc dictum: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Et dicimus, in renato oportere lucere hanc fidem, quod propter obedientiam Filii sit iustus, id est, acceptus Deo. In tuo autem scripto videris miscere utramque sententiam, studio fortasse conciliationis. In pagina 22. definis, iustitiam Christianam esse, habitare Christum in nobis. Alibi pag. 32. commodius loqueris. Si est in vocabulo iustus haec significatio, accipiens remissionem peccatorum, et placens Deo, certe fatendum est propter obedientiam Filii hominem iustum, id est, acceptum esse. Deinde quia fit in nobis vivificatio per Filium dato S. S. Certissimum est, hominem renatum esse Templum Dei. Sed fides accipiens remissionem peccatorum intuetur non hanc habitationem, sed obedientiam Filii Dei, quae, ut antea ad te scripsi, in infinitum anteferenda est iis actionibus, quae in nobis fiunt. Scis autem, magno consensu multas Ecclesias de hac tota doctrina edidisse suas responsiones, ideo sum brevior, teque oro propter gloriam Filii Dei, et propter Ecclesiam, ne te ab illarum consensu seiungas. Ne *Brentium* quidem, opinor, velle ab illo consensu dissentire. Scio, veram esse hanc sententiam, quam tot iam annos Ecclesiae nostrae pio consensu docent. Hoc enim agimus, etiam cum habitat [2]) in corde Deus, tamen haec consolatio praelucere debet, placere personam propter obedientiam Filii Dei, qui est umbraculum *καὶ ἱλαστήριον* Ecclesiae suae. *Osiandri* fulmina pauciores movent, quia [3]) in posterioribus editionibus absurdiora scripsit, *καὶ σκιᾷ τινὶ λόγους ἀνασπᾷ,* et multas manifestas calumnias *καὶ βωμολοχίας* coacervat. Unde tantum fuerit incendium odii adversus me, nescio: Sed Deo Ecclesiam et me commendo, teque oro, ut hanc meam epistolam amico animo scriptam esse statuas. Bene vale, et rescribe. Die Conversionis Pauli.

Philippus Melanthon.

1) addit Strob.

2) Cod. *habitet.*

3) Saub. *qui.*

No. 5326. 1. Febr.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 312 sq.

Christophoro Pannonio, (doctori in Academ. Francof.)

S. D. Charissime frater. Subito scribendum erat, cum iam nuncius abiturus esset. Quare veniam brevitati literarum dabis. Valde doleo, nos amisisse virum doctissimum et integerrimum, Doctorem *Willichium.* Nam etsi eius monumentis ac scriptis fruimur: tamen consilia et iudicia in multis negociis, quae nunc quoque moventur, desideramus. Sed obtemperemus DEO, qui evocavit eum ad coelestem Academiam, ne spectator esset venturarum calamitatum in tota Germania.

Vides, attrahi civilibus bellis Turcas. In Silesia, scis, spicas cruentas multas conspectas esse. Postea montes Boëmici magnis motibus quassati sunt, et nuper die 14. Ianuarii rursus magno terrae motu quassata est *Vallis Ioachimica.* Petamus autem a Filio Dei mitigationem poenarum.

Viduae honestissimae dolorem lenito consolationibus divinitus traditis. Epitaphium tu potes optime scribere. Sed tamen et ego mittam versiculos, quales facere possum, ut meum studium vobis ostendam, rectius esset, vos mihi histo-

riam eius mittere, ut orationem componeremus, adiungendam aliis multis, ut de *Crucigero*, et aliis quibusdam, scripsi. Mitto tibi pagellas, nam plures nunc non habebam ad manus. Bene vale. Die 1. Februarii 1553.

Philippus Melanthon.

No. 5327. 12. Febr.

Io. Petreio.

† Ex autogr. Mel. in cod. Basil. XXV. fol. 45.

Venerando Viro eruditione et virtute praestanti Domino Iohanni Petreio Ecclesiae Dei in Willandsdorf, amico suo.

S. D. Venerande vir. Mallem coram de multis rebus tecum loqui. Et Reverendo viro Dno *Pastori* nostro item visum est, ut te orarem, ut huc venias ut te audiat nostra Ecclesia *). Nondum enim decrevit de toto negocio. Quare te oro ut huc expatieris post duas septimanas. Desiderat diaconum et Dresdensis Ecclesia. Ibi si esse malles, ei te Ecclesiae commendarem. Sed commodissimum esset nos coram colloqui. Quare vel ipse advenias, vel significes tuam voluntatem. *Iusti Menii*, amici mei, coniux matrona honestissima nuper ex hac mortali vita ad celestem Ecclesiam et immortalem evocata est. Eius te luctu adfici scio. Sed Deum oremus ut publicas et privatas aerumnas leniat. Mitto tibi pagellas recens hic excusas. Bene vale. Die 12. Febr.

Philippus Melanthon.

No. 5328. 19. Febr.

Georgio Pr. Anhalt.

Mel. select. Epist. p. 287. Epist. lib. I. p. 105. (ed. Lond. lib. I. ep. 51.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Nondum absolvi scriptum de *Stancari* controversia: Nam editionem locorum *Germanicam* absolvere cupio ante Mercatum *Francofordiensem*, et abfui his diebus *Lipsiae*. De ordinatione ministrorum Evangelii scribam aliquid plenius, statim post editionem locorum, Deo iuvante. *Abdiam* *) adferet D. Doctor *Milichius*, etsi video non esse veterem et incorruptam Historiam. De causis mirandi foederis divinae et humanae naturae in Christo Filio Dei nato ex Virgine pie cogitandum est, et prodest extare commonefactiones recte scriptas. Legi *Anselmi* scriptum, *Cur Deus homo:* quod etsi tenuius et obscurius est, tamen non sit ignotum studiosis. Illud autem in *Germanica* pagella C. T. durius dicitur, quod oportuerit sic redimi homines, nos non quaerimus necessitatis causas, sed quod ita congruerit. Ideo si vult C. T. edi talem aliquam commonefactionem, scribam pleniorem, et quaedam verba duriora omittam. De censu prorsus sic statuo: Censum nihil ad gravidas nec ad foetum in utero pertinere, quia erat conscriptio virorum et facultatum, ut in Imperio sciretur, unde milites sumi possent, et ubi exercitus ali possent. Nec textus sic in *Luca* intelligendus est, foetum censeri, sed particula *σὺν μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ* referatur ad verbum *ἀνέβη*, non ad verbum *ἀπογράφεσθαι*. Hoc narrat *Lucas*, *Ioseph* virum sanctum et scientem iam coniugem esse gravidam divinitus, et parituram esse *Messiam*, non voluisse relinquere solam domi, cum ipsum necesse esset proficisci ad locum sui census, quia voluit puerperae praestare officia necessaria. Et Spiritus sanctus movit eius pectus, propter praedictionem in *Michea* scriptam. Alia quaestio eruditior est, *An oportuerit Ioseph pendere quinque Siclos pro primogenito, cum Nazaraeus fuerit?* Sed existimo debuisse *Ioseph* pendere illos quinque *Siclos*, id est, duos *Ioachimicos* cum dimidio, quia Christus non fuit *Nazaraeus* politico illo more, nec attributus templo, ut *Samuel*. Bene et feliciter valeat C. T. et C. T. frater Illustris. die 19. Febr.

---

*) *Georg. Fabricius* (vid. Aliquot G. Fabricii ad Meurerum de Melanchthone epistolae. Lips. 1829. p. 15.) de eo scribit d. 28. Iul. 1547. Meurero: „*Ioannem Petreium*, virum doctum et in divinis scripturis exercitatum, ac recte sentientem et magni animi hominem, novisti; is locum, in quo nunc est, mutari cupit, et habet causas honestas, valetudinem uxoris, quae labores et opus rusticum ferre non potest: cupit etiam studia sua colere, et linguae sacrae operam dare, neque locum suis rebus aptiorem invenire se posse existimat vestra Lipsia." — Possit igitur haec epistola scripta videri anno 1548. — Sed de Petreio in commodiore loco collocando Melanthon quoque loquitur in ep. ad Graeserum d. 28. Nov. 1552., quare malim eam referre ad ann. 1553.

*) Vid. epist. d. 17. Decbr. 1552.

No. 5329. 22. Febr.

Io. Aepino.

Philocalia epistolica ed. a *I. H. a Seelen*, p. 8. (*Lunz.*)

Ioh. Aepino, Episcopo Ecclesiae Dei in inclyta urbe Hamburga, fratri suo chariss.

S. D. Reverende vir et charissime frater. Quod filius Dei in agone suo precatur, ut aeternus pater sanctificet nos veritate sua, et faciat, ut in ipso unum simus, idem et te precari scio, et ego precor, et gaudeo in controversia *Osiandri* non factam esse maiorem dilacerationem Ecclesiae. Scriptum vestrum de *Osiandri* controversia legi, et vestram sententiam veram esse, non dubito [1]). Nunc *Stancarus* novum bellum movet. Contendit, Christum mediatorem tantum esse κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν, nec τὸν λόγον ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς pro nobis deprecatorem esse. Scis, quae Sententiarii in tertio libro disputent. Sed mittam, quod Marchioni Electori responderim, cum absoluta erit nostra responsio. Utinam saepe tecum colloqui possem. Mitto tibi *Siclum* iusti ponderis τετράδραχμον cum inscriptione, qualis fuit olim Siclus in politia Iudaica. Mitto et pagellas [2]), quas dabis amicis. Bene vale. D. 22. Febr.

No. 5330. 22. Febr.

(*Cph. Libio.*)

Manlii farrag. p. 374. Manlius nomen eius, cui inscripta fuit, non exhibuit, sed in exempl. Manlii Berolinense adscriptum est „*Libyo.*" Vid. supra epp. d. d. 22. et 24. Febr. ad eundem.

No. 5331. 24. Febr.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 311. (ed. Lond. lib. II. ep. 318.).

1) „Responsio Ministrorum Ecclesiae, quae est Hamburgi et Luneburgi, ad confessionem D. Andreae Osiandri de mediatore Iesu Christo et iustificatione fidei, inclyto Hamburgensis et Luneburgensis Reip. Senatui exhibita anno 1552. mense Febr. scripta. Magdeb. apud Michael. Lotth. Kal. Ian. 1553. 4."

2) Carmen de Siclo, quod adiecerat huic epistolae.

D. Iohanni Baptistae Hencelio, consuli August.

S. D. Et oculi et animi hominum offenduntur, crebris praesertim mutationibus rituum in templis. Ac initio *Lutherus* vestitus ineptias etiam tulit, ne novitas seu morosis seu profanis sermones praeberet. Quare hinc ad vos proficiscentibus *) diserte dixi, ne quid ipsi mutarent in ritibus Ecclesiae vestrae; ac hortatus sum, ut expectarent Senatus deliberationem ea de re. Multi suae consuetudini favent. Ideo monui, ne pugnarent, ut omnino ritus vestri ad nostram consuetudinem congruerent. Eandem admonitionem scribo nunc ad *Ketzmannum* et ad alios. Et hic *Stephanum* et *Georgium* amanter oravi, ne pugnarent de ritibus. Optarem autem in vestra vicinia, *Augustam*, *Ulmam*, ditionem Ducis *Wirtebergensis* deliberare de simili Ecclesiarum forma. Etsi enim scimus omnes, haec spectacula, ut ita dicam, non oportere similia esse: tamen dissimilitudo alienat oculos et animos populi. Ac speravi vos de forma Ecclesiarum urbis vestrae deliberaturos esse, quae possit esse durabilis. In pagellis vestrae formae quas legi, placet mihi omitti verba in pag. 15. Zu seiner zeit, quia fatendum est, Spiritu Sancto tunc infantes, cum baptizantur, sanctificari. Sunt in eis motus Spiritus Sancti quales illa aetas capit. Mihi non displicet omitti Exorcismum, ut nominant, qui adhuc apud nos recitatur.

Ex admonitionibus de Baptismo maxime probo tertiam, quae aliquo modo interpretatur verba, In nomen Patris, Filii, et Spiritus Sancti, quod Pater recipiat propter Filium, et sanctificet Spiritu Sancto. Precationem vero ultimam de Baptismo maxime probo. In pagellis de Coena Domini nihil reprehendo. Sed explicatam formam Absolutionis optarim recitari. Vides in *Megalburgensi* scripto comprehendi in forma coenae, admonitionem, confessionem, absolutionem, precationem et gratiarum actionem. Illud autem oro, ut vigilantes sitis in tuendo consensu verae doctrinae, ac si quis in dogmate aliquo dissidium movet, discedere eum iubeatis. Bene et feliciter valete. Die Natali Imperatoris *Caroli*, Anno 1553.

*) i. e. doctoribus, quos miserat Augustanis.

No. 5332. 24. Febr.

Annae, coniugi Camerarii.

Epist. nuncupatoria praemissa libro: „Heubtartikel Christlicher Lere, im latin genandt, Loci Theologici, Etwa von Doctore Justo Jona in Deutsche sprach gebracht, jetzund aber im M. D. LIII. jar, von Philippo Melanthon widerumb durchsehen. Wittemberg. 1553. 4."

Der erbarn und tugentsamen Fraw Anna, des hochgelarten Herrn Joachimi Camerarii Hausfraw, wünsche ich Philippus Melanthon,

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Son Jhesum Christum unsern Heiland und wahrhafftigen Helffer zuvor, Erbare tugentsame Fraw, Alle Christliche Hertzen sollen täglich die gnädige göttliche Offenbarung und Lehre betrachten, Gottesforcht, Glauben, Trost, Anruffung, Danksagung durch Gottes Wort und Erkenntniß zu erwecken und zu stärken, und sollen der Propheten und Aposteln Schrifften, und die Symbola der Born und Quell und der Grund des Glaubens seyn und bleiben zu allen Zeiten. Daß aber hernach viel Bücher geschrieben sind, ist Ursach, daß allerley Gezänk fürgefallen ist, darinn die göttliche Reden und die Sprach in den Propheten und Aposteln in frembden Verstand geführet sind. Da haben die rechten Lehrer den eigentlichen Verstand in der Propheten und Aposteln Sprach erklären und erhalten müssen. Denn rechte Lehrer dichten nicht neue oder besondere Lehre von Gott, sondern bleiben straks in dem einigen Verstand, wie sich Gott durch diese Reden geoffenbart hat, die in der Propheten und Aposteln Schrifften und in den Symbolis gefasset sind, und ist das ganze Predigampt, das Gott geordnet hat in öffentlichen Versammlungen, auch das Schreiben, nicht anders denn der Propheten und Apostеln Schrifften und die Symbola dem Volk für lesen oder sprechen, und dabei eine Erinnerung thuen, wie eine Grammatica, was der Sprache wahrhaftiger Verstand sey, was Gott genennet ist, was erschaffene Ding sind, was diese Namen, Leib, Geist, Person, Gesetz, Sünde, Evangelium, Verheißung, Glaube, Gnade, gerecht werden, Gottesdienst etc. bedeuten. Und ist eine hohe große Weisheit und göttlich Liecht, dieser Namen und der Sprach rechten Verstand empfahen und behalten, und soll dazu der Catechismus dienen.

Nachdem nu der allmächtige Son Gottes, Jhesus Christus, seine Lehre wiederumb durch den Erwürdigen Herrn, Doctorem Lutherum, gnädiglich hat scheinen lassen, und die päpstlichen und [der] Mönche Irthumb und Abgötterey gestraft hat, und ich hernach als ein armer Schüler zur Visitatio und Confessio gezogen bin, habe ich von vielen Sachen mit Vielen müssen disputirn, dadurch ich verursachet bin, diese Anleitung Locos Theologicos zusammen zu ziehen, und habe solches ganz einfältiger Meinung gethan, ist auch mein Gemüth nicht anders gewesen, und ist noch nicht anders, denn die einige Lehre, die in den Sächsischen Kirchen, laut der Confession, die zu Augßburg Anno 1530. durch unsere Kirchen überantwort ist, zu erzählen. Habe also diese Anleitung dem jungen Volk zu Erklärung der fürnehmsten Namen, gleich als einen Catechismum, zusammen gezogen. Ob nu dieses leicht, oder nicht leicht zu thuen sey, mögen die Verständigen richten. Und dieweil ich befunden habe, wie schwer mir dieses ist, bitt ich den christlichen Leser, er wölle nicht ein unfreundlicher Richter seyn, und unterwirfe mich und alle meine Schriften der Kirchen und Universitäten Urtheil, welche der gedachten Augsburgischen Confession anhangen. Und obgleich Viel wider diese Lehre, und nämlich wider mich geschrieben haben, als Cocleus, Alfonsus, Perionius, Osiander und Andere, [so] tröste [ich] mich doch der wahrhaftigen Kirchen Urtheil. Denn diese Streit sind allezeit, und hat ein Jeder wider solche Feinde Trosts genug, so er selbs für Gott erkennet, daß er recht lehret und dienet treulich in seinem Beruf, und hat Zeugniß der wahrhaftigen Kirchen.

Dieses Werk sende ich euch als einer christlichen Person, die in rechter Gotteserkenntniß und Anruffung lebet, und ihre tugendsame Kinder auch dazu uffziehet, welchen diese Arbeit in deutscher Sprach nützlich seyn mag. Der allmächtige Gott, Vater unsers Heilands Jhesu Christi, wölle umb seines Sohns Jhesu Christi willen, Ewern lieben Herrn Joachimum Camerarium, Euch und alle Ewre Kinder gnädiglich bewahren und regiren. Datum Wittemberg, die Matthiae Apostoli, Anno M. D. LIII.

(Praefatio, quae sequitur, ad librum ipsum pertinet, et dabitur cum illo suo loco.)

No. 5333. 28. Febr.

Georgio Pr. Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 264. (ed. Lond. lib. II. ep. 263.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Clarissimo viro Doctori *Milichio* dedi *Abdiae* librum, ut inscriptio nominat, ab impostore aliquo addita, seu adferendum seu mittendum C. V. Aiunt *Apollinarem Iuliani* tempore, cum arcerentur *Christiani* a scholis eruditis, in quibus veteres Tragoediae *Sophoclis* et *Euripidis* enarrabantur, scripsisse Tragoedias, argumentis Apostolorum et Martyrum; Has legere mallem quam hunc nothum *Abdiam*. Sed qualiscunque est, librum C. V. dono. Addidi et orationem in qua est *Mysiae* descriptio *). D. *Forsterus* C. V. remittit conciones de foedere duarum naturarum in Domino nostro Iesu Christo, et causas huius mirandae copulationis intexui, quas conturbat *Stancarus*. Utinam plures docti et boni possent aliquando inter se colloqui. Bene et feliciter valeat C. V. Pridie Calend. Martii.

*) Oratio de rege et gente Mysorum. In Mel. declamatt. IV.

No. 5334. (28. Febr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 632 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 774.). — Editor hanc epistolam retulit ad ann. 1549. Sed ex iis, quae de Abdia dixit, intelligitur, ep. scriptam esse a. 1553. hoc mense. Vid. ep. anteced. ad Georgium Anhaltinum et ep. ad. Peucerum d. d. 17. Decb. 1552.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario amico suo cariss.

S. D. De indiciis temporum, quae ob caussas tibi notas et saepe a me commemoratas, crebro usurpo, scribis: Non arbitrari te, quod possint certo dies negotii aut casus ullius demonstrari, cum de annis quoque dubitationes non careant ratione, et quid exquisitae notationi obstet, prudenter colligis. Ego vero, quamvis sciam non posse praecise quicquam in hoc genere definiri: tamen utile duco, quam proxime exquisita tempora habere in promtu. Scis Astrologos quoque interdum contentos esse τῷ ἔγγιστα, cum disciplina illa nitatur scientia Geometriae, cuius demonstrationes firmiss. putantur, et cogere assensum, ut proverbio etiam locum dederint ἀνάγκαι γεωμετρικαί. Meus autem mos tibi non est ignotus, de quo memini te aliquando argumentari: In fugiendo ambages et dubitationes, quatenus fieri potest, et diserte aliquid exponendo, et, quemadmodum dicere soleo, κατηγορικῶς. Itaque et narro ista forma etiam ea, de quibus fortasse alii aliter. Mihi enim scripta aut dicta refero, οὐδὲν ὑπολογιζόμενος τὴν κατάφασιν ἢ ὑπόφασιν. Iam scio repetes tecum id quod nuper dicebas: Videndum tamen, ne quid forte falso affirmetur. Hoc illi videant, qui autores sunt. Et interdum falsa quoque disseminari et fabulas utiles narrari, prodest. Ego quidem nihil comminiscor. In recitando si minus iudicor timidus, vel nimis etiam confidens, detur venia simplicitati meae, aut feratur etiam istud vitium. De his igitur satis.

Nicephori Callisti editio latina non respondet opinioni meae conceptae ex Indice, quem aliquando tibi misi. Circumlatae quoque diu fuerunt *Abdiae* nescio cuius historiae. Legat hos qui volet. Ego eos, qui legere volent, adhortandos existimo, ut attendant animum. Ac suaserim potius, ne legant omnino. Sunt enim illa scripta mirifica, et referta falsitate manifesta. Superstitionum autem in eis tanta est copia, ut facile appareat, quibus temporibus isti libri compositi sint, nimirum non solum indoctis, sed infelicibus quoque, una cum Reip. calamitate Ecclesia gravissime laborante. Quae mala fere coniungi solent.

Venio nunc ad meorum censorum mentionem in litteris tuis, immo obtrectatorum et ardentium malevolentia atque odio, de quibus nunquam male meritus sum. Nisi quod de malis omnes male merentur. τοὺς γὰρ φύσει κακοὺς οὐδὲ αἱ εὐεργεσίαι νικῶσι. Neque ego non praevidi pericula a quibusdam. Sed mea εὐήθεια saepe mihi nocuit, et deinceps fortasse est nocitura. Quod autem sermonibus et scriptis meis aliquos ostendis abuti, et suo loco bene dicta detorquendo in meam perniciem convertere, et non incommode alicubi disputata in deteriorem partem interpretando pervertere: Ad haec mihi est in animo, ex Psalmo istud: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis, seu Iuniperorum. Quae quidem, ut metuo, sagittae aliquanto post

infestius coniicientur, et carbones illi aestuabunt vehementius. Ego vero orabo. Et si attingent me ista mala viventem, perpetiar, sicut hactenus feci, inimicorum et malevolorum alapas. Sin me mortuo incendium excitabitur, et tela emittentur, oret posteritas quoque, et veritatis relictae custos sit, animo simplici et voluntate recta, et bona conscientia, quam, Deo iuvante, mecum auferam. Sed nimis multa de his. Tuam et tuorum salutem commendo filio Dei μεσίτῃ καὶ σωτῆρι generis humani. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 5335. 1. Mart.

Comitibus Stolberg.

Edita in: Mich. Neandri Graecae linguae erotemata, cum praef. Phil. Mel. Basil. 1553. mense Aug. per Io. Oporin. Iterum apud eundem anno 1565., ex qua editione epistolam descripsit *Lunzius*. Equidem contuli editionem posteriorem, Witeb. 1577. 8.

Inclytis et generosis Dominis, Henrico et Alberto, Comitibus in Stolberg et Koenigstein etc. Phil. Melanthon S. D.

Extat in epistōla *Ioannis* Evangelistae descriptio peccati, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία, ubi Ioannes eruditissime docet, quid sit peccatum; videlicet quidquid pugnat cum norma, videlicet cum lege divina, sicut usitatum est, privativa nomina definire κατὰ ἀφαίρεσιν ἐναντίου. Cum enim antea multa dixisset de vitandis peccatis, haud dubie praesertim inter gentes multi interrogarunt, quae igitur mala nominet peccata? ac definitionem tradi voluerunt, ex qua de re tanta iudicari possit *). Adiecit ergo Ioannes definitionem maxime propriam et perspicuam, quam notissimam esse in Ecclesia oportebat, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία. Hanc luculentam definitionem Latinae interpretationes ita obscurant, ut, quid dicant, ne quidem intelligi possit: peccatum est iniquitas. Qui fontes non considerant, arbitrantur otiosam ταυτολογίαν esse. Cum fontes adspeximus, videmus tradi gravissimam definitionem, plenam eruditionis. Tantum refert nosse fontes. Ac possem exempla recitare multa ex Latina interpretatione omnium librorum Propheticorum et Apostolicorum, ubi aut depravatae sunt sententiae, aut ita redditae, ut nihil intelligatur. In prima concione ad filios Adae sententia gravissima est de providentia et de iudicio Dei ac poenis scelerum. Voluit enim Deus hanc doctrinam de iudicio statim initio in genere humano sonare. Hic tamen interpres discessit a verbis, quae significant, certo puniri delicta, etiamsi interdum poenae differuntur: peccatum tuum cubabit, donec revelabitur. Horum verborum pondera si quis consideret, res maximas breviter indicatas esse intelliget. In capite *Ioannis* octavo legitur: Principium, quod et loquor vobis. Soloecismus est, qui nullam gignit sententiam, cum Graeca lectio de re maxima concionetur: τὴν ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν, prorsus hoc sum, quod loquor vobiscum. Nam τὴν ἀρχὴν usurpatur ut adverbium *Prorsus*, ac phrasis Graeca valde usitata est: ut apud *Herodotum* in Erato: εἴγε ἀρχὴν μὴ ἔλαβον, si prorsus non accepi; et *Pausanias* in Boeoticis: οἱ μὲν οὐδ' ἀρχὴν ἀνῃροῦντο νεκρούς, aliqui prorsus non tollebant cadavera. Sum igitur prorsus hoc verbum, quod assumsit humanam naturam, et sonat decretum aeterni patris inter vos de restituenda natura humana, et quod verbum efficax est in iis, qui fide meam vocem amplectuntur. Talia exempla multa ostendunt, necessariam esse Graecae et Hebreae linguae cognitionem. Deinde usus est Graecae linguae in controversiis Ecclesiae gravissimis. Aiunt Hosium, ignarum Graecae linguae, deceptum esse in Syrmiensi Synodo, cum adsentiretur impio decreto, in quo pro vocabulo ὁμοούσιον ponebatur ὅμοιον. Nec historia vetus, nec ars medica, nec philosophiae fontes cognosci possunt sine Graecae linguae scientia. Quare studium eorum laudandum et adiuvandum est, qui Graecam linguam mediocriter docent. Sed omnino accedat cura recte discendi linguam Latinam et recte loquendi. Parum enim prodest linguas multas callere, ut nos vidimus *) errones aliquot gnaros multarum linguarum, qui tamen, quia curam recte loquendi non habebant, nec recte iudicabant de veterum scriptis, nec exponere res graviores mediocriter poterant.

Laudanda est igitur industria *Neandri*, qui adolescentiam exercet in utraque lingua, et probandum est consilium honestissimi senis, qui

---

*) Lunz. *posset.*

*) Ed. 1577. *videmus.*

praeest veteri collegio Ilveldensi, quod talem scholam in illa solitudine Harcinia instituit, quae prodesse vicinis Ecclesiis poterit. Praecipue vero vos oro, inclyti Domini, cum pro vestra excellenti sapientia sciatis, hacc studia literarum Ecclesiae Dei necessaria esse, ut ea vestra auctoritate contra barbaricos impetus indoctorum defendatis. Hanc curam pertinere ad gubernatores scitis. Bene et feliciter valete, inclyti Domini. Cal. Martii.

No. 5336. 2. Mart.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

D. Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Et reipublicae causa et propter nostram familiaritatem magno in dolore sum, quod a nobis avulsus est *Erasmus* *), qui erat non solum huius Academiae sed totius Germaniae ornamentum. Colligo autem consolationes primum ex iis causis, quas filius Dei nobis patefecit, deinde ex recordatione meritorum ipsius et corporis imbecillitate. Non dubito haeredem esse consuetudinis coelestis aeternae cum filio Dei, quia ad excellentem eruditionem in sua philosophia adiunxerat cognitionem doctrinae Ecclesiae Dei, et Deum vere invocabat. Cum igitur in illa coelesti Academia coram sapientia Dei fruatur, non existimemus, hanc migrationem ipsius causa praecipue deplorandam esse. Respublica virum utilem amisit, sed hic (?) felicissimi labores superiorum annorum nos consolentur. In tota Germania sparsit semina optimae doctrinae. Quanquam igitur si vixisset plus lucis allaturus erat his artibus quas docebat, tamen cum aliquando ex hac statione discedendum esset, praeclare eum vixisse cogitemus, cum tam multorum studia excitaverit. Erat autem corporis imbecillitas tanta, ut longa senectus non fuerit expectanda, qua de re saepe colloquuti sumus. Oremus autem Deum, ut ipsius familiam, et alias pias familias et Ecclesiam servet et gubernet, et praestemus benevolentiam ipsius filio et filiabus, quam ipsi debebamus. Existimo, et hoc ei minuisse moestitiam, quod in complexu parentum ex hac vita discessit. Et patuit eis filium et filias commendare. Libros, quos petis, mittam cum habebimus aurigas. Bene et feliciter vale. die 2. Martii 1553.

Philippus.

*) Erasmus Reinhold, Saalveldensis, Prof. Witebergensis, mortuus Salveldiae, quo profectus fuerat.

No. 5337. 3. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 565 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Existimo, *Christophoro* utilius esse, videre iudicium Camerae, quam nobilium sodalitia Ingolstadii. Vos adhortor, et oro, ut in hac senecta, quantum fieri potest, quaeratis curarum et laborum levationes. Et Deo nos et Rempublicam piis votis et gemitibus commendemus, qui quanquam sunt magni furores hominum: tamen servabit aliquas Ecclesiae suae reliquias. Videmus, nos non posse nostris cogitationib. omnes motus publicos regere. Studia doctrinarum sunt hic mediocria. Sed mihi labores crescunt, quos Deus gubernet.

Hodie rursus adest nuncius *Augustanus*, qui mihi novas molestias adfert. Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut vos et honestissimam coniugem vestram, et dulcissimos filios et filiam servet incolumes, et protegat has Ecclesias, et earum hospitia. Bene valete. Die 3. Martii. 1553.

Philippus.

No. 5338. 3. Mart.

Senatui Augustano.

Edita in *Schelhornii* literar. Ergötzlichkeiten. Vol. II. p. 716. (Danz.)

An den Rath zu Augspurg.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heyland und wahrhafftigen Helfer

zuvor. Edle, Ernveste, Weyse, Günstige Herren! Dieweil der gut alte Mann Doctor Stephanus Agricola in Augspurg treulich gedient hat, und bekannt gewesen ist, hab ich gehofft, E. Ernveste und E. W. werden seinem Sohn deß geneigter sein, habe auch ihn und die andern vermahnet, der Ceremonien halber Gedult zu haben. Nachdem aber sich die Sachen anders zugetragen, laß ichs auch bey E. Ernvest und W. Schriften beruhen, und hab Stephano die Brief an mich haltend, zugesandt, und ihm dabey geschrieben, daß er sittiglich antworten wolle.

Ich habe nicht Gefallen an unnöthigen Gezänk, denn man hat sehr gnug zu thun mit vielen groswichtigen Sachen, davon die Verständige und Alten freundliche Unterrede halten sollen, eine solche Unterrede sollten christliche Herrschaften fürdern.

Und wo ich euern Kirchen, oder sunst zu gutem dienen kann, dazu bin ich mit Gottes Hülff willig. Der Allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewislich ein ewige Kirche im menschlichen Geschlecht, durch sein Evangelium samlet, wolle E. Kirchen und löbliche Stadt und Euer Ernveste und die Euern allezeit gnädiglich bewahren und regieren, Und in euer Stadt allezeit auch ein Kirchen samlen. Datum Witenberg die 3. Martii. 1553.

Ewer Ernveste und E. W.

Williger
Philip. Melanthon.

No. 5339. 4. Mart.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 322. (ed. Lond. lib. II. ep. 328.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio, Consuli August.

S. D. Vetus dictum est ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Etsi *Stephanus* nondum apud vos gubernavit Ecclesiam: tamen in aditu gubernationis, ostendit naturam esse pugnaciorem. Iudicavi et ego eius censuram duriorem esse cum mecum essent ante adventum vestri nuncii *Georgius Melhorn* et *Stephanus.* Ac de meo iudicio ad te scripsi lecto toto libello vestro, cui titulus est *Forma Ceremoniarum* etc. Eam Epistolam afferet *Georgius Melhorn.* Literas Senatus vestri ad me scriptas, iussi nuncium vestrum adferre *Stephano*, eumque adhortatus sum, ut verecunde responderet. Tuas, quia vehementius scriptae sunt, non misi ne adolescentem iracundum, ut video, accenderent, ut Senatui minus placide responderet. Scio me reprehendi, quod minus sim pugnax. Etsi autem fateor me hominem et quidem imbecillem et miserum esse: tamen in tanta confusione rerum lenitatem et cunctationem certo consilio censui adhibendam esse. Et saepe illud *Isocrateum* usurpo, *Κράτιστον μὲν τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν, ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμαθήτως ἔχουσιν, ἐλλείπειν αἱροῦ μᾶλλον, καὶ μὴ πλεονάζειν· αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν.* Erit autem et pietatis et prudentiae tuae cavere, ne dissidia inter docentes oriantur. Bene et feliciter vale. 4. Martii, Anno 1553.

No. 5340. 6. Mart.

Georgio Pr. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 264. (ed. Lond. lib. II. ep. 264.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, In recitatione doctrinae de communicatione *τῶν ἰδιωμάτων*, recte dicuntur omnia quae sunt in concione C. V. scripta. Causas de copulatione duarum naturarum in Messia brevissime addidi, sed profecto res digna est cogitatione piorum, et coram de his tantis rebus colloquemur. De censu quaedam dubia sustuli. Mitto C. V. librum Ducis *Prussiae* recentem, in quo praecipit recipi *Brentii* conciliationem *). Haec conciliatio pariet nova dissidia, ut fit cum ambigui cothurni proponuntur. Valde doleo res tantas in aula constitui sine vera deliberatione. Continet autem liber vevas, eruditas et luculenter scriptas responsiones *Mörlini*, quarum lectio C. V. iucunda erit. Hae responsiones illustrant veritatem, et magis confirmant pios. Bene et feliciter valeat Cels. V. Die 6. Martii.

*) Edictum Alberti Ducis Pr. quod prodiit ineunte anno 1553. De tota hac re vid. Planck, Gesch. des prot. Lehrbegr. P. IV. p. 389 sqq. et infra ep. d. 29. Mart. h. a.

No. 5341. 6. Mart.

Ph. Gluenspiess.

† Ex apographo (ab autographo descripta) in cod. Guelph. in fol. num. 11. 10. p. 256.

Honestissimo viro, prudentia, virtute et pietate praestanti, Dom. Philippo Gluenspies, amico suo veteri et carissimo,

S. D. Honestissime vir et amice carissime. Scio te saepe cogitare dulcissimam vocem, quae praecipit nobis omnibus in Ecclesia, ut coniunctionem nostram tueamur. *Deus est dilectio, et qui in dilectione manet, in Deo manet.* Ego te semper dilexi praecipue, quia scio, te vera invocatione Deum colere, et benevolentiam erga te meam adferam ad coelestem consuetudinem, ubi dulcius amicitia nostra fruemur. Interea tamen etiam officia praestamus, si qua praestare possumus, utilia communi consociationi. Adolescentes, de quibus scribis, iudico et ingeniis valere, quod carminum suavitas ostendit, et ita eruditos esse, ut non indigeant domestica adsuefactione ad Grammaticam. Tantum opus erit eis studiorum gubernatore et inspectore. Haec officia praestabimus et ego et *Paulus.* In aedibus autem *Pauli* nunc habitare non possunt. Quare, si venient, collocabimus eos in aedibus collegii, et ubi coram eos audiverimus ordinem studii eis instituemus et de caeteris rebus deliberabimus. Oro autem filium Dei, ut Ecclesias harum regionum et pia studia et tuam domesticam Ecclesiam protegat. Mitto tibi dulcissimum carmen *Stigelii* *). Plura exempla nunc non habebam, alioquin adolescentibus misissem. Bene et feliciter vale. Die 6. Martii 1553.

Salutem opto reverendis viris D. *Coelio* et D. *Wigando.*

No. 5342. 7. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 560 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Hanc epistolam dedi huic Doct. Medico, *Andreae Aurifabro*, qui Legatus mittitur a Duce *Prussiae* ad Matrem Ducis *Brunsvicensis Erici.* Sperat, iter minus periculosum fore per Northusiam, quam per alia loca. Scio, vos Legatorum nomen magnifacere. Et hic vir doctus et ingeniosus est. Et Principi Prussiae gratum erit, si hospitalia officia ei praestabuntur. Petet a Senatu vestro ductorem in itinere per saltus Hercinios. Quaeso, ut ei petenti ductorem attribuatis. Notus est et filio vestro *Christophoro*, et *Matthiae* cognato vestro. Gener est *Osiandri*, ideo famam eius tueri studet: sed tamen mihi cum ipso et eius fratre, viro doctissimo et optimo, vetus est amicitia. Bene et feliciter valete. Die 7. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 5343. 10. Mart.

Io. Marbachio.

Edita in *Io. Fecht.* hist. eccl. sec. 16. Suppl. p. 31.

Ioh. Marbachio, Argentorat.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Cum iam iter ingressuri essent nostri bibliopolae, venit ad me vir honestus, *Sebastianus Matthaeus*, Wittebergensis, qui narrat, debere sibi Argentoratensem *Iohannem Weidner*, quadraginta Ioachimicos et Grossos duodecim, ac promisisse, se numeraturum esse eam pecuniam statim post nondinas Francofordianas, quae proximo autumno fuerunt. Quaeso, ut in re iusta, quantum potes, vel apud ipsum, vel apud magistratus agas, ut debitum numeretur. Scis haec officia necessaria esse. De caeteris rebus scribam alias. Dux *Prussiae* edidit conciliationem sententiae *Osiandricae* et *Brentianae*, et praecipit iis, qui non adsentiuntur, ut discedant *). Inde novi tumultus orientur. Bene et feliciter vale, et rescribe. Die 10. Martii 1553.

Philippus Melanthon.

---

*) Carmen Stigelii hoc est: Concio Christi de vitanda anxia sollicitudine victus et cura rerum externarum, de Cap. 6. Matthaei. Incipit: ne premat humanae ratio nos anxia vitae etc.

*) Vid. epist. ad Georgium Anhalt. d. 6. Martii h. a.

No. 5344. 10. Mart.

D. Chytraeo.

Ex David. Chytraei epistolis p. 1226.

Davidi Chytraeo.

S. D. Carissime frater. Iam adest apud nos tabellarius Ducis *Wurtebergensis*, qui attulit declarationem *Brentianam* de controversia *Osiandri*. Exemplum vobis mittam. Nunc enim subito describi non poterat. Scitis autem *Ducem Prussiae* iam edidisse conciliationem et edicta unde nova dissidia orientur. Fuit hic D. *Andreas Aurifaber* [1]), qui ait, se proficisci ad matrem Ducis *Erici Brunswicensis* [2]); dedi igitur ei literas ad Cons. *Northusanum*, ut ductorem addat περὶ δογμάτων non disputavimus. Sed iam edetur *Germanica locorum expositio*, in qua de tota re dixi, non ἐριστικῶς, ut ego quidem existimo, sed plane et vere. Mittam cum erunt absoluti libri. Nunc mitto alium scholasticum libellum. Huic aurigae *Henrico Vetter* civi nostro dedi epistolam et Ioachimicos septem et quadrantem exhibendos *Martino Wagnero* Zeapolitano. Nec enim plus accepi, ut literae et Syngraphae et testes adhibiti ostendent. Eam pecuniam curabis exhiberi *Martino* Zeapolitano, et iubebis, ut mihi Syngrapham mittat, qua testetur se accepisse et literas et inclusos Ioachimicos epistolae ad me scriptae. De negociis publicis nihil audio, nisi conventuros esse in Salinis ducem *Mauritium* et *Henricum* Brunswicensem. Tuas literas et flagito et expecto. Bene vale, die decimo Martii. Salutem opto D. Doctori *Iohanni* et caeteris amicis.

Philippus.

No. 5345. 12. Mart.

Io. Aurifabro.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Iohanni Aurifabro.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Vidi conciliationem Prussiacam et edicta Principis, quae frater tuus *Andreas* nobis exhibuit *). Miratus sum audaciam eorum, qui sunt architecti et doleo. Nam et conciliatio fax erit novorum certaminum, et edicta parient exilia et tumultus. Sed oremus filium Dei, ut nos doceat et gubernet. Dux *Wirtebergensis* misit mihi recentem *Brentii* declarationem, cuius exempla vobis mittam. Nunc enim nondum descripta erat. Quaeso autem, ut de *Andrea Weslingo* nobis respondeatis. Non vult se anteferri *Illyrico*. Sed cum ille non migret ad vos et malit alia agere, quam in scholis tradere grammaticam, *Weslingus* hunc spretum ab aliis laborem libenter susciperet. Scis virum honestum, eruditum et concordiae publicae amantem esse, quare te oro, ut significari nobis Illustrissimi Principis voluntatem cures. Bene vale. Die 12. Martii.

Philippus.

No. 5346. die aequin.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 205 sq. — Autographon in cod. Landshut. Vol. I. fol. 188. nobis contulit S. V. *Schulzius*.

Reverendo viro, eruditione et pietate praestanti, domino Georgio Buchholtzero, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in urbe Berlina, amico suo charissimo,

S. D. Reverende vir et amice charissime: Venit huc tabellarius ducis Wirtebergensis *Caspar Schubart* Cygneus, modestus homo, qui attulit *Brentianam* declarationem, in qua ostendit *Brentius* nominatim, quas corruptelas *Osiandri* improbet. Mittam vobis exempla, ubi descripserimus. Idem nuncius epistolam habet scriptam ab illustrissima coniuge ducis Wirtebergensis, ad illustrissimam sororem, ut mihi quidem videbatur foris aspicienti inscriptionem. Iussi igitur nuncium ipsum istuc proficisci: quia hoc genus literarum singulari diligentia et fide exhibendum est. Petetis etiam responsionem: omnino gratificandum est mutuae pietati sororum.

Me hactenus impedivit *editio Locorum* doctrinae Christianae Germanica, quo minus *Stan-*

---

1) Medicinae Doct. Regiomontanus, frater Io. Aurifabri Rostochiensis, missus in controversia Osiandri ad varias principum aulas.

2) Elisabeth, Ioachimi II. Brand. Elect. filia, mortua d. 25. Maii 1558.

*) Frater Andreas Aurifaber, vid. ep. d. 6., d. 7. et d. 10. Martii h. a.

caricam responsionem absolverim. Sed nunc rursus eam in manib. habeo. Exempla Locorum vobis mittam, cum typographus absolverit. Nunc mitto alium libellum *), non vestra lectione dignum, sed tamen ostendentem nostros labores in hac scholastica gubernatione: quam ut Deus adiuvet, toto eum pectore oro. *Snepius* copiose mihi de Mediatore scripsit: et defendit idem, Mediatoris et intercessoris officium non esse unius tantum naturae proprietatem, sed personae, secundum utranque naturam. Sed haec alias copiosius. Quaeso ut per hunc tabellarium respondeas. Bene et feliciter vale. Die aequinoctii verni, Anno 1553.

Philippus.

No. 5347. de aequinoct.

Io. Marbachio.

Edita in *Schelhornii* Ergötzlichkeiten aus der Kirchengesch. und Literatur. Vol. III. p. 898.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Marpachio Doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Dei, in inclyta urbe Argentorato, suo chariss.

S. in Christo. Reverende vir, et carissime frater, Vobiscum oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut Ecclesiae calamitates leniat. Multis et variis doloribus excruciamur. Nam ut ex Titanum sanguine terra alios Gigantes genuit, ita ex *Osiandri* sanguine alii sophistae nati sunt, qui iam ex Prussia pellunt recte sentientes. Et sunt edicta proposita sanguine scripta. *Stancarus* etiam in vicina Marchia tumultuatur. Interea multos ubique praestantes viros, qui utiliter Ecclesiae servierunt, amisimus, quorum interitus auxit nobis moerorem. De *Francisci Dryandri* morte iam ad me scripserant amici ex urbe Norica. Itaque de uxore et filiabus eram sollicitus. Tuae literae narrant et uxoris mortem. Nec dubito, vobis orphanos curae fore. Meministis enim dictum Siracidae: „Qui orphano opitulatur, magis diliget eum Deus, quam mater propria." Etsi nos iterum nova exilia expectamus propter bella: tamen unam ex filiabus ad me transvehi velim, nisi alibi melius collocatae sunt. Significabis igitur mihi, et quomodo alantur, et quid tibi videatur de meo consilio. Edidi rursus Germanice scriptos *Locos Theologicos*, ut Pastores rudiores verborum genere proprio in doctrina *περὶ τρίων ὑποστάσεων καὶ περὶ δικαιοσύνης* utcunque instruamus. Tibi mittam, et volo, ut inspicias tanquam iudex. Libenter tecum et cum aliis colloquerer: et si bellum hinc nos expellet, ad vos exspatiabor. *Hedioni* difficile erit successorem invenire parem. In his regionibus hi, quorum aetas matura est administrationi, retinentur a suis Ecclesiis. Hodie mittimus virum honestum et eruditum *) Gosslariensibus: sed illi fortassis grandiorem aetatem desiderabunt. *Nicolaum Florum* vobis commendo. Scio enim, esse virum honestum, eruditum, et amantem communis concordiae: et iussi, ut tibi obtemperet, quod facturum se esse promittit. Bene vale. Die Aequinoctii verni (13. *Martii*) 1553. Salutem vobis omnibus opto, D. *Iacobo Sturmio*, D. *Iohanni Sturmio*, D. *Gerbellio*.

Philippus.

No. 5348. 14. Mart.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 411 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

Delector et amore tuo et literis, et tibi gratiam habeo, quod me etiam numero epistolarum his mensibus proximis vicisti. Elegantia semper vincis. Sed quid possum scribere in his occupationibus, etiamsi ingenium esset *μουσικώτερον*. Et nunc luctus accessit, multos amicos, optimos viros, eripuerunt mihi hi proximi menses. Nec tantum mihi, sed etiam Reipublicae et Ecclesiae. Oro Filium Dei, ut calamitates publicas et privatas nobis leniat. Exemplum confessionis scriptae a nobis nullum habeo. Sed iam Lipsiae edentur. *ἡ περὶ δείπνου ἐξήγησις* verecunda et pia est, dico de praesentia in usu, removeo prophanationes extra usum. Ita semper locuti sumus. Nunc mitto

---

*) Orationem de Mysia.

*) *Tilemannum Hesshusium.*

tibi *orationem de Mysia*, quam etsi insulsitas Typographi deformavit, tamen a te legi volo, ut mihi limites tuae Patriae melius ostendas. Videbis, qualem triangulum pinxerim, et lectionis mercedem mitto hunc Siclum. Bene vale, et rescribe. Die 14. Martii.

No. 5349. (hoc temp.)

Lectori.

Praefatio in librum: „Confessio doctrinae Saxonicarum Ecclesiarum, scripta anno domini MDLI., ut Synodo Tridentinae exhiberetur. (Prodiit ed. genuina Lipsiae 1553. mense Martio.) Etiam in Opp. Mel. Witeb. T. I. p. 121. et in Mel. Corpore doctrinae christianae p. 234. — De ea confessione conf. epistolae d. d. 9. Iul., 25. Aug. et 2. Septb. 1551. Item d. d. 4. Maii et d. 12. Mart. 1553. Vid. etiam Schumacher's Briefe, T. II. p. 151. et p. 156.

Philippus Melanthon Candido Lectori S. D.

Nequaquam voluimus dissidia in nostris Ecclesiis accendere, sed summam doctrinae, quae sonat in Ecclesiis omnibus, quae Reverendi D. *Lutheri* confessionem amplectuntur, simpliciter et fideliter recitare voluimus, ac repetimus sententiam Confessionis, quae *Imperatori Carolo* exhibita est in Conventu Augustano, Anno M.D.XXX. etsi quaedam hic narrantur plenius. Oramus igitur omnes Lectores, ut in iudicando candorem adhibeant, convenientem bonis et doctis viris. Facile est excerpere mutilata dicta et ea cavillari, ac delectat nunc multos hic ludus. Sed Thucydideum illud meminisse nos praesertim in Ecclesia decebat: *Διαβολὰς οὐ σώφρον οὔτε λέγειν οὔτε ἀκούοντας ἀποδέχεσθαι.* Ac speramus, iudicia piorum et eruditorum, qui sine malevolentia iudicant, aequiora fore. Cumque velit Deus esse in Ecclesia iudices, ad tales viros, qui intelligunt controversias, nec amant sophismatum praestigias, provocamus, ac optamus talium colloquia. Oramus autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, qui vere sibi in genere humano aeternam Ecclesiam colligit, ut nos doceat et gubernet, et efficiat, ut quam plurimi in IPSO unum simus.' Bene vale, candide Lector.

No. 5350. 18. Mart.

Christophoro, Duci Würtemb.

Edita in Melanthons christlichen Berathschlagungen und Bedenken p. 372.

An Herzog Christoffen zu Wirtenberg vom Streit Andreä Osiandri.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvorn. Durchleuchtiger, Hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. Ew. F. G. christliche und gnädige Schrift*) habe ich in Unterthänigkeit empfangen und gelesen, und dabei der ehrwürdigen Herrn Prädicanten declaratio und confessio. Ob ich sie recht achte und gleichlautende mit der Lehr, die durch Gottes Gnade ingemein in Kirchen dieser Lande, welche der Augsburgischen Confession anhangen, gepredigt wird: darauf ist dieß meine einfältige, klare Antwort in Unterthänigkeit.

Erstlich von der Conciliation ist nun zu spat zu reden; denn nachdem sie in Preußen kommen ist, hat sie des Osiandri Anhang nicht als eine Vergleichung, sondern als eine Condemnation des andern Theils gedeutet, und sind Edicta gefolget, darinnen diesen das Land verboten wird, die des Osiandri Meinung anfechten. So ist öffentlich, daß Osiander viel Beysachen eingeménget, die unrecht seyn; als da er schreibet im Buch wider mich: die Sünde sind vergeben, da der Herr Christus am Kreuz gestorben ist, aber hernach erlangen die Gläubigen iustitiam essentialem. Ist nun solches seine Meinung gewest wie die Worte lauten, so ists erschrecklich zu hören, gleich als wären Neroni die Sünde vergeben, aber er werde verdampt, daß er nicht habe iustitiam essentialem. Darum wollte ich lieber, die Conciliation wäre nicht fürgenommen.

Zum andern von der Declaration, die zu Tübingen auf den 30. Januarii **) Anno 1552. gestellet ist, und von der beigelegten Confession, welcher Anfang ist: wir glauben, bekennen und lehren ꝛc. sage ich, daß die beiden Schriften recht sind, und gleichlautende mit der Lehr, wie in unsern Kirchen geprediget wird; aber von wegen der Kürze möchte vielleicht jemands noch mehrern Bericht begehren.

---

*) Missam per nuncium. Vid. ep. ad Buchholzerum die aequinoctii. De re ipsa vid. Saligii hist. Aug. confess. T. II. p. 1026 sqq.

**) Videatur Salig. l. l. p. 974 sq.

Dieweil aber im Ende angehänget ist, daß sie in diesen und andern Artikeln Lutheri Lehre folgen, sollen billig damit gesättigt seyn, die in unsern Kirchen predigen oder schreiben. So kenne ich viel derjenigen, die auch unterschrieben, und weiß, daß sie gelehrte, gottförchtige und friedliebende Männer sind, habe derhalben nie dafür gehalten, daß sie eine widerwärtige Meinung hätten wider unser Kirchen. Wo ich auch verhüten kann unfreundliche Schriften wider sie, so will ich Fleiß thun, daß ihrer, wie billig, verschonet werde. Dieses ist mein unterthänige und einfältige Antwort auf E. C. F. G. Frage.

Was aber den Streit Osiandri an sich selbst belangend, achte ich nicht, daß E. F. G. Frage weiter von mir Bericht begehre. Es sind viel Sachen, aber der Hauptstreit ist, daß Osiander diese nöthige Lehr verdunkelt und vertilgt, daß, obgleich die Wiedergeburt geschehen muß, und in den Bekehrten geschehen ist, gleichwohl ist der Wiedergeborne für und für gerecht, das ist gottgefällig, von wegen des Mittlers Christi, Gott und Menschen, durch Glauben; und ist der Gehorsam Christi viel höher zu achten, denn die neue Wirkung in uns. Dagegen sagt Osiander, der Mensch sey gerecht um der essentiali iustitia, und macht eine Definition, iustitia heiße das uns recht macht thun. Das sind Gesetz Rede, und so jemand gedenken soll, er sey nicht eher für Gott gerecht denn er thue recht, würde der Trost aus den Augen weggenommen, und der Mittler verdunkelt. Davon ist in diesem Buch auch Erinnerunge, das ich E. F. G. hiemit unterthänig zusende, und mag E. F. G. als eines hochlöblichen, christlichen und hochverständigen Fürsten, und E. F. G. Theologen Urtheil wohl darüber leiden. Denn mein Gemüth ist nicht, Zank zu erregen, sondern habe treulich rechte, einfältige Erklärung gesucht. Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihme ein wahrhaftige ewige Kirchen in menschlichem Geschlecht sammlet, wolle E. F. G. und derselben Gemahlin und junge Herrschaft gnädig bewahren und regieren zum Heil der wahrhaftigen Kirchen. Datum den 18. Martii, Anno 1553.

No. 5351. 20. Mart.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Lybio, [*Pastori in oppido veteri Brandenburga.* *)]

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Archetypum literarum Inclyti Principis Marchionis Electoris misi, ut necesse erat, Senatui Brandenburgensi, et hortatus sum, ut tibi ostenderent aut exemplum mitterent. Sunt clementer et honorifice de te scriptae. Nec ego ita sum morosus, ut etiam, si qua aspersa mollis repraehensio, non existimem dissimulandam esse. Exemplum tibi misi inclusum literis, quas ad Diaconum Ecclesiae Brandenburgensis misi, ac rursus iam describerem, si non properaret auriga. Mitto rursus exemplum declarationis Brentianae, quae nunc post conciliationem fucosam editur. Bene vale et rescribe. Die 20. Martii 1553.

Philippus.

No. 5352. 25. Mart.

Ioach. Morlino.

Edita in Preuß. Zehenden. Vol. I. p. 550. (descripta a Cl. *Foerstemanno*).

Reverendo Viro eruditione et virtute praestanti D. Ioachimo Morlin, Theologiae doctori, amico suo veteri et Carissimo,

S. D. Reverende vir et amice carissime. Propter multas gravissimas caussas valde dolemus, Ecclesias in *Prussia*, quae floruerunt multis veris ornamentis, hac doctrina et disciplina dissipari et filium Dei oramus, ut etiam huic nostro vulneri medeatur. Cum autem ex tua sede iniuste pulsus sis [1]), ut olim Athanasius, Basilius et multi excellentes viri, tua vox etiam in aliis locis Ecclesiae salutaris esse poterit. Est autem in inclyta urbe *Lubeca* Ecclesia, Dei beneficio bene constituta, et ornata viris optimis, qui populum docent, quorum aliquas novi familiariter; sed Inspectorem desiderant, qui et concionator sit et sit interpres doctrinae divinae, ut in schola; de quo cum diu nobiscum deliberaverint, te indicavimus nunc,

---

*) Sic quidem inscripta est epistola in codice, sed ex eius argumento satis apparet, Libium illo tempore adhuc fuisse Tangermundae. Vid. Epp. d. d. 22. et d. 24. Ian. h. a.

1) Mense Ianuario 1553. Mörlinus ex Prussia eiiciebatur. Vid. *Planckii* Gesch. des prot. Lehrbegr. Vol. IV. p. 389 sqq. et ep. ad Placotomum d. 30. Apr. 1553.

fama exilii tui ad nos allata. Speramus, te in illa inclita urbe, quae ut nomen *Lubeca* sonat, corona est multarum urbium in Germania, multum profuturum esse Ecclesiae et studiis doctrinarum. Cum igitur a Senatu litteras accipies, valde te oramus, ut non recuses eius urbis Ecclesiae gubernationem suscipere. Scimus in re tanta magis te consideraturum esse publicam utilitatem, quam privatam. Sed tamen, in tanta aularum confusione, existimamus, commodius vivere homines doctos in Aristocraticis urbibus, quam in iis locis, ubi plus valent Sycophantiae in aulis, quam leges. Saepe etiam cogitamus, beneficio Dei, Ecclesias in magnis urbibus restitutas esse, ut cum, aut bellis intestinis Principum, aut armis Turcicis fient vastationes, tamen reliqua sint honesta Ecclesiarum et doctrinae domicilia; quare optamus, ut in urbibus sint Doctores, qui eruditione, et virtute excellunt. Bene vobis et nobis, rescribito. Anno 1553. die Martii 25. quo ante annos 1518. filius Dei pro nobis in cruce victima factus est, et quo ante annos 1516 [2]), ut scribitur, Adam et Heva conditi sunt.

Iohannes Bugenhagen
Pomeranus.
Philippus Melanthon.

No. 5353. 25. Mart.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Petro Vincentio. (Lubecae.)

S. D. Carissime frater. Egone de silentio tuo queri possim, cum viderim, me multo ante in illo tuo carmine duraturo tam amanter ornatum esse, tametsi scio, me ab his laudibus procul abesse, et agnosco, me esse miserum *ἔκτρωμα*, ut se Paulus quoque nominat, et quotidie oro filium Dei, ut me faciat *σκεῦος ἐλέους*: sed tamen benevolentia tua valde delector, tibique gratiam debeo et habeo. De Lubeca tua publicorum studiorum causa laetor, talia edi scripta, quia his exemplis et invitatur iuventus ad doctrinae amorem et eruditur, aliquorum etiam senum honestiorum alitur benevolentia erga literas. Et tales panegyrici continent multas historias, quarum consideratio et senes delectat, et utilis est iuventuti. Quare et consilium tuum et carmen et urbis picturam laudo. Cogitabo etiam, ut a me *ἀντίδωρον* habeas. Nunc mitto *Valentino* editionem recentem locorum communium, Theologiam germanicam [1]); nam plura exempla vehere equites non poterant. Hanc a te velim inspici, ut iudices. Si viveret collega meus *σταυροφόρος*, habebam et *συμφράδμονα* et monitorem: nunc cum multorum colloquia expetam in controversiis multis et intricatis, pene solus sum. Sed oro filium Dei, ut nos regat. Optarem tamen saepe tecum et cum aliis, qui iudicare possunt, deliberare. *Ὁμιλία*, inquit Euripides, *τέχνας ἔτεκε*. Plura cum scribere vellem properantibus vestris non potui addere quae praecipue volebam [2]). Bene et feliciter vale. Anno 1553. die 25. Martii, quo ante annos 5516, ut scribitur, conditi sunt Adam et Eva.

Philippus.

No. 5354. 25. Mart.

Ad. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [4].

Integerrimo viro eruditione et virtute praestanti, Magistro Adamo Aquilae, amico suo,

S. D. Carissime Adame. Sententia est divina, sed numeri sunt graeci poëtae: *εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λωΐα, δυσσεβέων δ' οὔ.* Cum igitur et vera invocatione Deum colas et adolescentiam recte doceas de Deo, et praepares ad Ecclesiae militiam, tibi et tuis adfuturum esse filium Dei spero, et ut te et tuos servet incolumes, eum oro. Filio quidem recens nato dedit fausta ingenii signa *). Natura erit oratoria et doctrinarum capax, et lucebit industria in gubernatione. Precor autem filium Dei, ut te et tuos regat. Pro tuo munere et pro perpetua benevolentia tibi gratiam habeo. Bene et feliciter vale. Anno 1553. die 25. Martii, quo

---

2) Scribendum est 5516.

1) Ea prodiit mense Febr. anni 1553. Quanquam igitur in Scriptis publicis Acad. Witt. (ad d. 25. Mart. 1554.) anno 1554. Adam dicatur creatus esse ante annos 5516., tamen haec ep. non anno 1554. sed 1553. scripta est.

2) Apogr. *volebant.*

*) Desideratur quis dederit.

ante annos 5516, ut scribitur, Adam et Heva conditi sunt.

Philippus.

No. 5355. 26. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 673. (ed. Lond. lib. IV. ep. 812.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Opto equidem ut feliciter redeat hic amicus noster ad dominum. Sed interea motae sunt atroces contentiones in ea regione *), quae impedient salutares deliberationes. Crescunt incendia odiorum sine modo. Scripsi non miscenda esse negocia Politica, gubernationi Ecclesiae, et quod scriptum est servandum esse, τῷ θεῷ, τὰ θεοῦ, καὶ τῷ καίσαρι τοῦ καίσαρος. Sed animadverto inflammatos esse animos hominum utrinque, ita, ut Homerica λίτη non sit depulsura τὴν ἐχθίστην ἄτην. Confugiamus igitur ad illam consolationem, quae est in tuis versib. *Turbati erigimus Deus ad te lumina cordis.* Caetera coram Deo iuvante. Bene vale. Filius Dei te et Ecclesiam tuam domesticam servet incolumem. Die coenae Christi in Bethania.

Philippus.

No. 5356. 27. Mart.

Io. Forstero.

Edita in *Schelhornii* Ergötzlichkeiten aus der Kirchengesch. und Liter. Vol. II. p. 47.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Iohanni Forstero, Doctori Theologiae, collegae et amico suo colendo,

S. D. Reverende vir et carissime amice. Quamquam iudicium vestrum non impedio, tamen oro, si mediocriter est idoneus hic *Sebastianus* Witebergensis, ut ei tribuatur munus canendi in templo. Pium est anteferre civium filios. Et valet hic *Sebastianus* ingenio, recte discit doctrinam Ecclesiae utilem, et scribit carmen cum laude aliqua. Quare oro, ut ei benefaciatis. Foveamus bona et recta ingenia, ut habeat Ecclesia ad posteritatem homines idoneos ad refutandos fanaticos furores. Mihi nunc certamen est cum homine τετυφωμένῳ, *Theobaldo Thammero*, qui Francofordiae ad Moenum annis aliquot in Ecclesias nostras debacchatus est, cum habeat manifestos errores plurimos. Non discernit Legem et Evangelium: vult Ethnicos novisse Christum interno lumine *). Oremus filium Dei, ut tales hypocritas reprimat. Bene vale, die 27. Martii.

No. 5357. 28. Mart.

Albertus Dux ad Melanth.

Edita a Fabro in epp. p. 195 sqq.

Albertus Dux Prussiae Philippo Melanthoni.

Gottes Gnad neben Erbietung alles gnädigen Willens zuvor, Achtbar, würdiger und hochgelehrter, viel geliebter in Christo, guter Gönner. Zeiger dieses hat mir vermeldet, wie er verruckter Zeit bei euch gewesen und ihr gedacht, daß ihr verlassener Zeit einen gnädigen Herrn an mir gehabt; Ihr könntet aber nicht wissen, wie meine Neigung jetziger Zeit gegen euch sey ꝛc. Welche Rede mir Bedenken macht, daß ich vielleicht gegen euch anders und mit Ungrunde angegeben möchte seyn. Dann wie nicht ohn, daß ich euch und den euren allwegen mit hohen Gnaden zugethan und gewogen, ist auch solch Gewogenheit bey mir nie erloschen, liebe und ehre euch noch, denn ich euch von Herzen allwegen geliebt und geehret. Ob ihr euch aber vielleicht derhalben meiner Ungewogenheit bekümmern mochtet, weil Osiander gottseliger euer in etzlichen Drucken gedacht, zeuge ich doch mit und vor Gott, daß es mir nie mit gewesen, auch neben andern, so viel mir möglich, gewehret, und lieber gesehen, er hätte es unterlassen, wie ich auch solches euch durch Doctorem Andream Aurifabrum, meinen lieben getreuen Rath, Diener und Leibarzt, im Grund der Wahrheit anzeigen und melden lassen. Der gute ehrliche Mann aber, Osiander, hat sich gar hart beschweret und zu Herzen gehen lassen, daß eure

---

*) Würtembergica C. W.

*) Vid. de Thammero infra d. 10. Apr. 1557. Epistola autem non anno 1557. sed anno 1553. scripta est, quum Forsterus anno 1556. d. 8. Decbr. mortuus sit.

Discipuli zum Theil dermaaßen mit Ungrund an ihn gesetzt, und, um Neid und Haß willen, den sie zu ihm trugen, an Ehre, Glimpf, Gut und Lehre gekurzet, und gleich mit euch, als lehret er anders denn von Anfang mit und neben Luthero, angezogen und Schuld gegeben. Welchs zu verantworten er die Schüler, daß er sich mit ihnen einlegen sollte, zu jung angesehen. Weil sie sich Anfangs an euch gezogen, hat er auch Noth halben sich gegen euch einlassen müssen, weil ihr selbst eure Discipeln nicht persuadiren wollen, daß sie mit der Sach gebürlich handelten; denn sich auch euer Schüler eines theils allerley gerühmet, dardurch sie ihn zu solchem verursacht. Warum ich ihn auch seine Ehre, als einen Diener göttliches Worts mit heiliger Schrift und Wahrheit zu vertheidigen nicht wehren können. Wiewohl ich aber auch verhoffet, daß durch euch und andere diese Wege gesucht sollten seyn, und neben der christlichen Liebe auch betrachtet worden, jetziger Welt Geschwindigkeit und daß durch christliche billige Wege diese Zwiespalt zu Gottes Ehre, Befriedung der Kirche, dahin gelegt worden seyn, daß Fried und Einigkeit in der Kirchen gestifftet; welches mich auch verursacht an alle christliche Orter zu schreiben, seine Confession mitzuschicken und zu bitten, daß die Zwiespalt gestillt hätt mögen werden und zu Fried und Einigkeit verholfen, kann ich doch nicht urtheilen, (wie es Gott ohne Zweifel zu seiner Ehre verhänget) daß der Streit noch in mehr Weitläuftigkeit gerathe ꝛc.

Was will ich aber viel lange Schrift machen! Einmal haben euer Discipuli einen bösen Hader angefangen, dem sie viel zu wenig, daß er gestillt und gesühnet werde. So versehe ich mich aber zu euch, wie ich auch um Gottes willen und seines lieben eingebornen Sohnes ꝛc. bitte ich aber und abermals, ihr neben den Oberländischen und andern, wollt diese Wege für die Hand nehmen, die göttlicher Schrift und Wahrheit zu Erbreiterung Gottes Ehre und zu Erquickung der Gewissen, das handeln, damit die Kirchen befriedet, die Gewissen getröstet, Ehrbarkeit und Zucht gemehret ꝛc. ꝛc. Bitte aber und abermals um Gottes willen, ihr wollet die Sach Gott zu Ehren fördern helfen, die Belohnung von Gott hoffen und den Ruhm von der Welt erlangen; meinen lieben Vater Pomeranum sehr und kindlich grüssen und mich euer aller Gebet befohlen seyn lassen, die samt uns allen des höchsten Gottes Gnad, Schutz und Schirm thue befehlen. In Eile Königsberg den 28. Martii Anno 1553.

Albrecht der ältere ꝛc.

(Respons. Mel. vid. d. 4. Maii. 1553.)

No. 5358. 29. Mart.

Hier. Schuollio.

Manlii farrag. p. 410 sq.

Reverendo viro, Hieronymo Schuollio, docenti Evangelium et pie et fideliter in Ecclesia Berlinensi, amico suo carissimo.

S. D. Reverende vir, et amice charissime. Tueamur coniunctionem propter gloriam Dei, et salutem Ecclesiarum: praesertim cum passim fiant perniciosae dilacerationes. Acerrima mihi certamina fuerunt cum *Theobaldo Thammero*, qui olim professor fuit in Academia Francofordiana, qui in unum chaos confudit Ethnicos et Ecclesiam Dei: ait et in Ethnicis fuisse Christianos, qui legem noverint. Et cogitat divinitatem Christi esse ipsam legis noticiam. Nunc illo τετυφωμένῳ rursus dimisso: redeo ad *Stancari* disputationem, quam mittam istuc. In Prussia quos tumultus pepererit amici nostri N. *) conciliatio, audivisse te arbitror. Iam N. **) edidit prioris sui scripti declarationem seu ἐπανόρθωσιν valde tenuem, cuius exemplum mitto. Plura scriberem, si aurigae tempus concederet. Bene vale. Die 29. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 5359. 30. Mart.

Georgio Pr. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 265. (ed. Lond. lib. II. ep. 265.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Sperabam hoc Paschate C. V. venturam esse ad *Dessaviam*, eoque accedere decreveram, ut ostenderem scripta de *Stancari* controversia, et alias materias. Sed si iter C. V. differetur, ad C. V. ad *Harciniam* accedam. Nunc mitto editionem *Germanicam* locorum in qua prorsus nulla mutatio est posteriorum Articulorum, sed explicatio, ut ego existimo, in prioribus est planior, etsi quaedam addam, si vivam, in proxima editione. Mitto autem C. V. tanquam Iudici. Utinam docti et pii

*) *Brentii.*
**) *Brentius.*

de tantis rebus colloqui plures interdum possent. Fuit hic his diebus ex *Hassia* missus homo fanaticus *Theobaldus Tammerus*, qui *Francofordiae ad Moenum* furenter debacchatus est in Ecclesias nostras; nunc fingit confusionem Ethnicorum et Ecclesiae. Ait Ethnicos habuisse Christum, quia legis notitiam habuerunt. Scripsi de eo ad *Landgravium*, ut coram exponam. Bene et feliciter valeat C. V. Die 30. Martii.

No. 5360. (ex. Mart.)

Henr. Mollero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Mag. Henrico Mollero, Hamburgensi.

S. D. Carissime Henrice. Opinor te meminisse versum, quem saepe recito: *εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς εἰςβλέπειν γλυκύ.* Fuit igitur conspectus fratrum tuorum magnae mihi voluptati, et sermonibus *Ioachimi* honestissimis valde delectatus sum. Nunc te expecto, et filium Dei oro, ut nos omnes doceat et gubernet. Halcyonia adhuc habemus ipsius beneficio, quae ut sint diuturna faciat. Duos amisimus amicos *Erasmum Salveldensem*, qui in patria mortuus est *), et *Franciscum Hispanum* Argentorati mortuum, quos propter studia et Ecclesiam doleo tam cito ex hac statione abductos esse. Bene vale et rescribe, aut advenias. Salutem opto vobis omnibus.

Philippus.

*) Mense Mart. 1553.

No. 5361. (m. Martio.)

(*Dictum.*)

† Hoc, quod hic legitur, Epiphanii dictum Melanthon solebat hoc tempore inscribere libris, quos donabat amicis. Inveni illud A) manu Melanthonis exaratum cum brevi enarratione in singulari folio, quod habetur in cod. Goth. 379. p. 54. — B) Manu Melanthonis inscriptum editioni locorum suorum germanicorum (Heubtartikel christl. Lehre etc.) vom Jahr 1555., qui liber habetur in Bibl. Goth. ubi autem, quia secundum folium ante titulum periit, non est integrum, sed finitur verbis: „*transformentur in allegorias quia.*" — C) In editione locorum theologicor. Melanthonis germanica quae anno 1553. prodiit, et extat in biblioth. Gothana idem dictum cum enarratione Melanthonis legitur, manu antiquissima descriptum. — (Praeterea in Scriptis publ. Acad. Viteb. T. II. ad ann. 1555. legitur alia enarratio huius dicti, quae vero non est Melanthonis sed M. Conradi Beckeri). — Habes hic I) textum mst. A. et B. — et II) textum mst. C.

I.

Epiphanius.

Οὐ πάντα τὰ θεῖα ῥήματα[1]) *ἀλληγορίας δεῖται, ἀλλ' ὡς ἔχει. θεωρίας δὲ δεῖται καὶ αἰσθήσεως εἰς τὸ εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν*[2]).

Doctrina Ecclesiae comprehensa est in libris propheticis et apostolicis, quorum nativa sententia retinenda est iuxta linguarum phrasin. Nec lex moralis et promissio gratiae et articuli symboli[3]) transformentur in allegorias, quia[4]) oportet certos esse fontes divinitus traditos. Sed cur ait Epiphanius, opus esse speculatione et sensu?

Speculationem nominat dialecticum ordinem membrorum doctrinae, videlicet definitiones, distinctiones consequentias recte coagmentatas, quia necesse est considerare, quae membra, ubi in scriptis propheticis et apostolicis tradita sint, et haec ordine ad docendum accommodata recitanda sunt.

Ait etiam *sensu*, quia ad intellig — — — — — — — — — — — — — — — — —[5]) guntur verba, vita, mors, poenitentia, timor, fides, consolatio, spes, patientia sine experientia, id est sine exercitiis in corde. Quare Epiphanius aperte haec tria coniunxit, lectionem librorum propheticorum et apostolicorum, sensum quo vocabula intelliguntur, et speculationem quae est forma doctrinae ordine comprehensa.

II.

Epiphanius: τὰ θεῖα ῥήματα οὐ πάντα — — — τὴν δύναμιν.

Deus immensa bonitate se patefecit, et vult in Ecclesia doctrinam suam certam esse, quae in

1) Mst. B: *τὰ ῥήματα θεοῦ οὐ πάντα.*

2) Idem dictum Epiphanii ex schedula quadam Melanthonis edidit *Io. Olearius* in scrinio antiquario, sed sine enarratione, pro qua potius dedit haec, cum loco Epiphanii male coniuncta verba Melanthonis:

„*Traditio domus Eliae.*"
Sex millia annorum mundus, et postea destructio. Duo millia annorum, inane. Duo millia, lex. Duo millia dies Messiae. Et si qui anni ex his deerunt, deerunt propter peccata nostra, quae multa sunt.

Scriptum anno 5516.
eiusdem Philippi manu."

3) Mst. 2.: *symboli fidei.*

4) Reliqua in mst. 2. perierunt.

5) Est hic lacuna in autogr.

propheticis et apostolicis libris scripta est sermone usitato, sonans recte loquentibus in linguis prophetarum et apostolorum, qui recte voluerunt intelligi. Retinenda est igitur nativa ratio sermonis iuxta phrasin illarum linguarum, nec transformandus est in allegorias sermo legis moralis et promissionum gratiae et articulorum fidei in scriptis propheticis et apostolicis ac symbolis. Cur autem dicit Epiphanius, opus esse speculatione et sensu? Plana responsio est. Sensus declarat singula vocabula, et experientia ostendit, quid significat vita, mors, timor, fides, dolor, laetitia. Manifestum est igitur, sensu et experientia opus esse ad intelligenda vocabula. Nec gignitur sensu peregrina sententia, sed agnoscitur nativa. *Speculationem* nominat dialecticum ordinem membrorum, definitiones, divisiones, distinctiones, iudicium de consequentiis. Haec etiam non gignunt peregrinas sententias, sed nativas recte ordinant. Hae viae non mutant scripta, sed illustrant eorum lectionem.

Ph. M.

No. 5362. m. Martio.

E. Ebnero.

Epistola praemissa libro: Claudii Ptolemaei de praedictionibus astronomicis, cui titulum fecerunt Quadripartitum, graece et latine, libri IV. Philippo Melanthone interprete. Basil. apud Io. Oporinum. 8. (s. a.) Legitur etiam Declamatt. IV. p. 376.

Clarissimo Viro, sapientia et virtute praestanti, Erasmo Ebnero, Senatori inclytae urbis Noribergae S. D.

Certissimum est, sapientiam, intellectum numerorum, ordinis, discrimen honestorum et turpium, rerum salubrium et insalubrium, illustria testimonia esse de deo et de providentia. Quare amandae sunt artes non solum propter utilitates, quas vitae hominum adferunt, sed etiam hanc ipsam causam, quia et esse deum testantur, et ostendunt, qualis sit, videlicet sapiens, verax, beneficus, castus, vindex scelerum, servator humanae naturae et custos legitimae societatis. Quare et Plato dulcissime dixit, gratam de deo famam in artibus sparsam esse. Ut autem artes monstravit deus humano generi, ita sua ope mirabiliter eas conservat, ne in tantis confusionibus imperiorum extinguantur. Habuit vetustas doctrinam de motibus stellarum, haud dubie eruditissime extructam ex antiquissimis observationibus, habuit accurate descriptam seriem temporum et veterum imperiorum. Cum autem in Aegypto Saracenica barbaries et academiam Alexandrinam et studia delevit, vetera monumenta perierunt. Et tota doctrina de motibus interitura erat, quae tunc dispersa fuit in multos et varios libros, nisi paulo ante Saracenicos motus Ptolemaeus totam artem in unum volumen contraxisset. Hunc artificem deus excitaverat, ut artem dispersam colligeret. Nam unum volumen et eripi bibliothecarum incendiis et privatorum studiis et sumptibus describi potuit et transmitti ad posteros. Totae vero bibliothecae servari hoc modo non potuerunt. Agnoscamus igitur dei beneficium, et celebremus, quod et monstravit doctrinam et conservat. Memoria etiam Ptolemaei delectemur, cuius mentem deus ad hunc utilissimum laborem suscipiendum exuscitavit. Manifestum est enim, veram et utilem esse doctrinam de motibus, et magnum decus esse hominum, et totam hanc sapientiam illustre de deo testimonium esse. Idem autor reliquias veteris doctrinae divinatricis, quae ex astrorum positu temperamenta et motus aliquos iudicat, in parvo volumine collegit, quod hanc ipsam ob causam extare et conservare utile est, ut, quae fuerit vetus doctrina in hoc genere, conspici possit et quam verecunde ex causis physicis plerasque significationes ratiocinetur. Etsi enim hoc loco non instituam disputationem de viribus astrorum, praesertim cum Ptolemaeus ipse in huius libri initio refutet cyclopicos sermones, quibus haec tota doctrina furenter deridetur: tamen experientia manifesto ostendit, aliquam esse vim luminis in mutatione aëris et in corporum nostrorum temperamentis. Et haec multae inclinationes in moribus sequuntur. Quamquam igitur nec omnes eventus reguntur a temperamentis, nec significationes omnes notae sunt, tamen quantulacunque haec pars est, quae significationes ex physicis causis ratiocinatur, vitae utilis est in multis rebus. Multi morbi diligentia vitari aut leniri possunt, si quis corporis temperamentum recte aspicit. Possunt et eventus magis placidi sequi, si quis prospiciens pericula coecos impetus reprimat. Nulla plantula, quanquam spreta, temere nascitur, nulla non ad certos et magnos usus divino consilio ordinata est, ac saevissimi morbi ope vulgarium re-

rum, malvae aut arnoglossi, depelluntur. Credamus igitur et illa pulcherrima corpora, tanta arte facta, et motus tam certis legibus ordinatos, habere effectiones aliquas.

Estque testimonium de Deo et de providentia hic ipse consensus superiorum corporum et inferiorum. Videmus sapientia artificis quasi foedus quoddam institutum esse superiorum et inferiorum corporum; in aëris et aquarum et terrae mutationibus videmus causam aliquam esse, lumen et motus coelestes, ut in magna humiditate, qualis fuit anno 1524., propter coniunctionem multorum planetarum in piscibus, aut in magno aestu, qualis fuit anno 1540., propter solis eclipsin in ariete. Et voluit deus prospici inclinationes in temperamentis, ut maiore consilio regantur actiones.

Haec omnia significant et arte institutam esse hanc corporum cognationem, et deum voluisse utilitati nostrae consulere. Prodest igitur sapienter considerare, quae sint vires luminis. Nec propterea tota doctrina deleatur, etiamsi impostores aliqui et agyrtae recentiores miscuerunt corruptelas aut praestigias. Sed hanc ipsam ob causam vetus doctrina consideretur et conservetur, quia verecundior et gravior est. Et in naturae consideratione semper deum opificem intueamur, sciamus ipsum praeesse naturae, et liberrimum agens esse, ac invocantibus ipsum vere lenire mala.

Adhortor igitur amantes philosophiae, ut et hunc Ptolemaei librum legant et conservare studeant. Ac duo priores libri ab optimo et doctissimo viro *Ioachimo Camerario* luculenter in latinam linguam translati sunt, quem optaremus et reliquos addere. Nunc qualemcunque versionem addidimus. Numeri etiam in locis apheticis emendati sunt in graeca et latina lectione. Cum autem sciam, te ad caeteras egregias virtutes et cognitionem optimarum artium adiunxisse et haec studia amare, praecipue nunc ad te scripsi, ut autoritate tua multi alii ad haec studia colenda invitentur. Bene et feliciter vale. Anno 1553. mense Martio.

No. 5363. 1. Apr.

Georgio [*Pr. Anhalt.*

Epist. lib. II. p. 250. (ed. Lond. lib. II. ep. 247.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, *Gregorius Nazianzenus* diaconum, cui fuit nomen *Maximo*, habuit familiarissimum: hic maximis adfectus beneficiis a *Gregorio*, profectus est bis *Alexandriam*, et calumniis perfecit, ut *Gregorio* mandaretur, ut Episcopi gradum in urbe *Constantinopoli* cederet huic *Maximo*. Cum igitur contentiones crescerent, cessit *Gregorius*, et dixit se malle in mare abiici, quam videre contentiones illas. Experimur et nos saeviciam calumniatorum, et minus dolerem si me in *Albi* mergerent et occiderent. Sed commendemus nos Deo, et modeste necessariam doctrinam recitemus, nec iracunde irritemus inimicos, qui iam triumphant propter nova bella. Fui dissuasor *Georgio* *) edendi illas responsiones, in quibus non plus proficit, quam si ignem gladio foderet. In pagina C. V. necesse fuit mitigare quaedam verba, et oro nullam mentionem fieri formulae *Misnensis*, quia nomine isto irritantur vicini *Critici*. Et illa verba, nötig zur Seligkeit, sunt in impressione omissa, nec velim haec certamina renovari, etsi magna differentia est inter haec dicta: *Sunt necessaria ad salutem ut merita, et sunt necessaria ad salutem, sicut paries ut sit albus;* Albedo est necessaria, necessitate causae formalis, quia ipsa vita aeterna est novitas omnium virtutum, vel potius est ipsa vita qua vivificamur per Filium Dei et efficimur conformes Deo. Sed iam non volo rixari cum hominibus ebriis superbia et odio. Iudicium erit penes pios et doctos. Bene et feliciter valeat C. V. Die 1. April.

No. 5364. 3. Apr.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Christophoro Libio, Pastori in oppido veteri Brandenburga.

S. D. Venerande vir et carissime frater. Etsi eram in magno luctu et dolore, tamen hanc ad te epistolam scripsi, ac te oro, ut nobiscum ores filium Dei, ut servet Ecclesiae suae reliquias. Hac

*) Maiori.

hora mortuus est meus minister *Iohannes*, homo fidelissimus, qui vera pietate Deum coluit et erga homines iustitiam et veritatem praestitit, ut omnes testantur. Et fuit homo castus et amans castitatis. Magnum vulnus accepi ipsius morte. Sed hac me consolatione sustento, quod credo voci divinae: Beati mortui, qui in domino moriuntur. Mitto tibi pagellam de paschate recte *) scriptam. Bene vale. Spero, me ad vos Brandenburgum venturum esse. 3. Aprilis 1553.

Philippus.

No. 5365. 4. Apr.

Scholasticis.

Scripta publ. Witteb. II. p. 8. [*Lunz.*].

Lectoribus S. D.

Deo iuvante, vixit mecum quatuor et triginta annis meus minister *Iohannes*, natus ad Neccharum **), qui vera pietate Deum coluit, et erga homines iustus, verax et officiosus fuit; fuit et castus et castitatis amans. Tempus diei quotidie tribuit mane lectioni sacrae et precationi; deinde fovendis et erudiendis meis parvis filiis et filiabus; postea operis oeconomicis. Comes fuit exiliorum nostrorum omnium belli et luis temporibus, et spectator totius vitae meae, laborum et aerumnarum. Nec unquam tempora eum nobis mutarunt: sed plane talis erat, ut in Sophocleo versu dicitur:

ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.

Nihil erat in moribus eius adscitum, arte simulatum, aut fucatum. Sed cum esset assiduus in lectione divinae doctrinae et in invocatione Dei, fulgebat in eo filius Dei, sol iustitiae, et veras virtutes accendebat. Nec solum propter fidem grata mihi eius familiaritas fuit, sed etiam propter consilium, et in dogmatum controversiis rectitudinem iudicii. Saepe me prudenter monuit; interrogatus etiam de controversiis graviter iudicabat; diligebat Ecclesiae coniunctionem adeo, ut nulla ex re maiorem dolorem ceperit tot annis, quam ex his distractionibus, quae hoc quinquennio ortae sunt: quo dolore languefactus, paulatim factus est imbecillior. Nunc postquam Deus eum ex hac mortali vita ad societatem coelestis Ecclesiae evocavit (non enim dubito, eum in hoc numero esse, de quo dicitur: Beati mortui, qui in Domino moriuntur), etsi ipsi migratio ad Academiam filii Dei et beati agminis in coelo optatissima fuit: tamen ego magnum vulnus accepi. Nec tantum orbitate mea, sed etiam aliis causis moveor. Sed oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut semper Ecclesiam sibi in his regionibus colligat et eam gubernet, nec sinat exstingui doctrinae studia, nec sinat fieri barbaricam vastitatem. Idem vos quoque precari iustum est, et mei ministri haec erant quotidiana vota, quae non fuisse inania certum est. Exuvias eius sepeliemus hodie hora duodecima. Quare adhortamur Auditores nostros, ut tunc ad communem precationem in funeris ceremoniis conveniant.

Die Ambrosii, Anno 1553.

Philippus Melanthon.

No. 5366. (4. Apr.)

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1231.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Carissime frater. Tueamur eo maiore cura inter nos coniunctionem, ut noster consensus plus prodesse possit Ecclesiae Dei contra fanaticos homines, qui et delere doctrinam et dissipationes facere conantur. Post Balthica et *Stancarica* dissidia, iam *Tebaldus Thammerus*, qui Francofordiae ad Moenum diu in Ecclesias nostras debacchatus est, vagatur et circumfert Ethnica deliramenta. Novisse Ethnicos Christum, ac con-

---

*) *recte?*] Fortasse *recens.*

**) Integrum huius ministri nomen est *Ioh. Koch*, Suevus, natus Isfeldi, prope Heilbronnam, unde Heilbronnensis est dictus, ad Neccharum, unde ipsi Nicri nomen est tributum, cum a *Suevo* in Acad. Witebergensi plag. Vuu. 1. b. tum a *Baltasare Menzio* in Syntagmate Epitaphior. Witeb. L. III. p. 19. In *Scriptt. Witeb.* p. p. (ed. 1568.) fol. 122. item in *Melancht.* Epigramm. a Io. Maiore edit. Lit. P 2. b. sic legitur: Epitaphium Iohannis ministri D. Philippi.

„Iohannes patrii Nicri discessit ab undis,
Huc accersitui voce, Philippe, tria.
Quem comes exilii iuvit, precibusque fideque:
Nam vere gnato credidit ille Dei.
Ipsius hic Dominus sepelivit corpus inane:
Vivit conspectu mens fruiturque Dei."

Plura de eo vid. in Riederer's Abhandlungen p. 424 sqq. et in Vita Mel. per Camerar. ed. Strobelii p. 41. [*Lunz.*]

tendit divinitatem in Christo, *τὸν λόγον*, esse ipsam legis notitiam. Multa sunt portenta, de quibus alias prolixe scribam. Missus est a *Landgravio* ad *Sneppium* et ad me. Gloriatur, se ire per Germaniam, triumphantem. Haec scire vos necesse est. Scito *Iohannem* ministrum meum virum fidelissimum, et DEO carum ex hac mortali vita ad coelestem Ecclesiam evocatum esse. Etsi enim ipsi gratulanda est dulcissima consuetudo cum filio Dei, cum prophetis et toto agmine coelesti, tamen ego multiplici dolore excrucior. Funeris frequentia totius civitatis iudicia de eo ostendit. Lacrymae impediunt, quo minus plura addam. Bene vale, Salutem D. D. *Iohanni*, *Arnoldo*, *Andreae* et vobis omnibus opto. *Tilemannus* *) vocatus est ad Ecclesiam Goslariensem.

Philippus Melanthon.

No. 5367. 12. Apr.

A. Musculo.

Manlii farrag. p. 71 sqq.

Ad Andr. Musculum in Academ. Francofordiana [1]) *de modo loquendi secundum rationem idiomatum.*

S. D. Ego vero, reverende vir et charissime frater, vel quotidie tecum colloqui me posse optarem, non de populi fabulis, sed de rebus maximis ad doctrinae explicationem pertinentibus. Nam et diligo te, et studium probo, et opto inter nos pium consensum, ac in omnibus his Ecclesiis et Academiis perpetuum esse. Quare silentii mei causam non putes iudicii vel voluntatis mutationem: sed exilia et aliae aerumnae saepe haec officia impediunt. Quod vero scribis te a me reprehensum esse, et quidem in scriptis publice propositis: id non esse factum, scripta ipsa ostendunt, quae tibi mitto: quorum alterum a *Stancaro* reprehensum est. Legi et propositiones tuas de duabus naturis in Christo, et de idiomatum communicatione, ante annum mense Maio editas, easque palam dixi me approbare. Sed cum ad me inclytus Elector *Marchio* controversiam misisset, scripsi ei [2]) de modis loquendi, me optare, ut illas et vos et nos sequamur, et constanter retineamus veterem loquendi formam, approbatam in synodo Ephesina, et a doctis deinceps. Quaestionem vero de *mediatore*, iudicari posse ex epistola ad Hebraeos. Ac prorsus affirmo, me invocare filium Dei, Deum et hominem, et hanc personam agnoscere mediatorem, sicut inquit: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. De hac tota re longiorem tibi explicationem mittam. Illud autem non dissimulo displicuisse mihi, quod in libro *Berlinensi* [3]) scriptum erat, Christum secundum utramque naturam mortuum esse. Non sic loquitur vetustas. Etiamsi vera est propositio iuxta communicationem idiomatum: Deus est mortuus. Nec tamen moveo rixas, sed cogitabam alios moturos esse: nec te existimabam architectum libri esse, sed alium [4]), qui suas quasdam delicias in loquendo amat, nec proprietatem, nec antiquitatis consuetudinem retinere studet, ut ipse iudicare potes. Spero te lecta nostra responsione, quam mittam inclyto Electori, non pugnaturum esse nobiscum. Et te propter Filium Dei et Ecclesiae salutem oro, ut vocem et autoritatem tuam ad tuendum pium consensum in his Ecclesiis et Academiis conferas. Vagantur passim multi, qui et dissidia serere conantur, et piorum invocationem turbant: ut nuper et *Tamerus* fanaticas opiniones spargere coepit. Adversus tales tueamur coniunctionem nostram. Res magnae sunt, de quibus iam disserimus: de Mediatoris invocatione, de proprietatibus personarum divinarum, et de aliis quibusdam doctrinae membris, de quibus certamina mota sunt et in Gallico littore, et alibi. De quibus et tecum coram colloqui vellem, et aliquando colloquar. Bene et feliciter vale. Die 12. Aprilis, anno 1553.

No. 5368. 23. Apr.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 608 sqq.

---

*) Til. Heshusius.

1) Manlius *Musculi* nomen reticuit; sed adscriptum legitur in exempl. Manl. Berolinensi manu Georg. Buchholtzeri.

2) Vid. ep. d. d. 3. Oct. 1552.

3) a Ioh. Agricola.

4) *Islebium*, adscripsit margini Georg. Buchholtzer.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Ago gratias Deo, quod hactenus et vos servavit, et vestros, et dedit urbi vestrae et his nostris nidulis mediocrem tranquillitatem Filius *Michaëel* recte valet, et discit apud *Andream*, in Collegio adhuc habitat, quia nondum propter mea domestica impedimenta aliter statuere potui. Post mortem mei *) fidelissimi aegrotare coepit coniux mea, et nunc febri tertiana periculose laborat aliquot septimanis. De filio *Christophoro* sic sentio, si potest esse Spirae, magis velim eum ibi aliquandiu manere. Sed si non est commode, et Iurisconsultos Italicos vult audire, oro Deum, ut eum regat, et servet, et non dissuadeo iter, ac sit Patavii, ubi aër salubrior est, et minus periculi est, quam alibi. Eo iam recens profecti sunt et filii *Geuderi*, quos docet *Iohannes Boso*, Mansfeldensis, *Christophoro* notus, homo integer et fidelis. Et sunt ibi alii honesti viri, *Christophoro* noti. Adiungam tamen et meas literas, cum proficisci decreverit. De bellis nihil scribam. Scio, nos non humanis praesidiis servari, sed Filius Dei tegat suam Ecclesiam, et ut nos in ea tegat, toto eum pectore oro. Videmus, impendere mutationem germanico Imperio, imo toti generi humano, ac post paucos annos Turcae invadent Germaniam. Speremus autem, Filium Dei poenas mitigaturum esse. Lipsiam propter morbum meae coniugis nunc proficisci non possum, sed si potero, ad vos post aliquot menses expatiabor. Bene valete et feliciter. Die Georgii 1553.

Philippus.

*) Ioannis ministri.

No. 5369. 23. Apr.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Doctissime vir et carissime frater. Teneamus hanc et consolationem et praeceptionem: cum etiam inter imperiorum ruinas filius Dei Ecclesiam servaturus sit, hanc docendi militiam non deseramus. Etsi studia sunt languidiora tam turbulentis temporibus, tamen in his vicinis Academiis adhuc Dei beneficio mediocria sunt. Mihi novum bellum est cum homine fanatico *Thamero*, qui Francofordiae ad Moenum in Ecclesias nostras diu flagitiose debacchatus est, qui contendit, Ecclesiam semper fuisse et esse coetum, qui honesta disciplina mores rexit aut regat etiam inter Ethnicos, qui nomen Christi non norunt. Abolet discrimen legis et Evangelii, et Evangelium ait tantum esse νόμον φυσικόν. Haec est παρασκευὴ πρὸς βεβηλότητα *) τουρκικήν. Sed omitto has commemorationes. Scripsi adolescenti testimonium, quod dices fortassis Pindari exemplo scriptum esse, qui fere ubique plura dicit de aliis, quam de eo, cuius celebratur victoria. De Boiemia scribam aliquid ut petis: sed te esse praeconem patriae rectius erat. Descripsi nostram *Mysiam*, quam inclusi triangulo, cuius basis est latus montium vestrorum, qui nominantur Sudetes, latus orientale Albis, occidentalis fluvius Pica κίττα **), et κορυφὴ confluens Salae et Albis. Edita est oratio, sed nunc exemplum nullum habeo. Bene vale cariss. frater. Die S. Georgii 1553.

No. 5370. 25. Apr.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Petro Vincentio, gubernanti studia literarum in inclyta urbe Lubeca, fratri suo carissimo,

S. D. Carissime frater. Magna cum voluptate legi utrumque carmen, panegyricum urbis et laudationem verae nobilitatis, ac delector consilio rerum gravitate, ubertate venae. Nec offendor etiam sicubi scribentis impetus celerius aut tardius unam atque alteram syllabam rapit. Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus et mens. Memini cum in *Hutteni* splendido carmine quidam sciolus repraehendisset syllabam, *Erasmum*

*) Sic scriptum est.
**) Die Elster.

dicere: μωμήσεταί τις θᾶττον ἢ μιμήσεται. Vicissim tibi mitto qualescunque versus de *Erasmo Mathematico* *), in quibus est *Ioachimi* carmen erudite scriptum et eleganter. Meum est squalidum. Sed haec scribo, ut alios invitem. Agnosco enim infirmitatem meae naturae, et, si quid esset ingenii, extinguitur in his doloribus et rixis. Nuncio, quia huc rediturus est, aliquid literarum dabis. Bene et feliciter vale. Die Martii **).

Philippus.

Valentino et caeteris amicis salutem opto. Ac oro filium Dei, ut vos omnes et totam urbem protegat.

No. 5371. 26. Apr.

N. N.

† Ex apogr. in cod. Mehn. III. p. 209. — Subscriptione quidem caret, sed legitur media inter Mel. epistolas et utique ab eo scripta esse, at vero non suo sed alterius, et quidem discipuli nomine, videtur.

(*N. N.*)

Nobilis ac magnifice domine. Etsi mihi occupationes tuae non sunt ignotae, tamen petenti *Martino* literas ad te non invitus dedi, et ut *Martino* gratum facerem, et ut me hac occasione in amicitiam insinuarem tuam; quorum alterum iudicabam officium esse necessarium non petitioni iustae deesse, alterum vero mihi optatissimum est. Questus est mihi *Martinus* istuc nescio quibus calumniis invidorum alienari a se parentum et amicorum animos atque in eam suspicionem rapi, qui neque officium suum praestaret, nec sumptibus ullis hic parceret; qua iniqua accusatione nihil, ait, sibi tristius accidere posse, praesertim quia in quo accusatur, culpa se vacare dicit. Quare vehementer orat, ut autoritate tua efficias, ut parentes et caeteri amici ipsi fiant placatiores, et aequiores, et ut adversus iniustas accusationes tegatur ac defendatur. Fuit hic apud hospitem, qui est homo paulo attentior ad rem, qui ex re etiam minima sua quaerit commoda. Existimavit is fortasse, facultates Martini sumptus . . . . . .

*) Erasmo Reinholdo, Profess. Mathem. in Acad. Witeb., mortuo Salveldiae, patria urbe, quo expatiatus fuerat mense Martio h. a. Versus Melanthonis vid. in eius Epigr. p. 245.
**) Fortasse *Marci*, qui est d. 25. April.

liberaliores ferre posse, idque fieri sine detrimento sui patrimonii. Nec mihi satis constabat de voluntate parentum in faciendis sumptibus; alias minime passus fuissem, ut apud hunc hospitem victitaret ac suppellectilem librorum satis amplam pararet. Quicquid autem est, sumptuum, hos et necessarios et honestos fuisse spero, mihique certe persuadeo, se hanc iacturam et diligentia et sedulitate ac parcitate facile compensaturum esse. Quare iterum rogo, ut eius defensionem Magnificentia Tua suscipiat. Versatur hic optima cum spe in his artibus, quae ad humanitatem et culturam ingenii maxime conducunt, in quibus eos progressus fecit, ut neque operae neque expensi eum poenitere possit; et spero, mores et doctrinam *Martini* omnibus bonis et honestis probari. Tanta etiam est virtute et moderatione praeditus, ut beneficii tui memoriam summa cum gratitudine servaturus sit. Postremo peto, ut has meas literas M. T. boni consulat, ac me quoque inter studiosos bonarum artium commendatum habeat. Bene ac feliciter valeat M. T. Anno domini 1553. 4. Calend. Maii.

No. 5372. 27. Apr.

Ph. Gluenspiess.

† Ex apographo in cod. Guelph. in fol. num. 11. 10. p. 258., ubi in fine ab eo, qui epistolam descripsit, addita sunt haec: *ex autographo.*

Philippo Gluenspies.

Cum videamus quam sint infirma omnia, teneamus hanc veram consolationem, quod ideo filius Dei massam nostri generis adsumsit, ut nos quasi de ipsius cervice pendentes gestet ac sustentet. Nominat eum patriarcha *Iacob Siloh*, quod significat foetum, qui est similis pelliculae, quae nominatur χόριον, quae innuit foetum in utero. Quid autem est fragilius tali χορίῳ? Sed filius Dei tribuit ei vitam atque ita nos quoque servat et inter has imperiorum ruinas servabit totam Ecclesiam.

Doleo, tibi accedere ad alios dolores etiam oculorum morbum, quem audio curatione insulsi empirici exasperatum esse. Habes in vicinia in Salinis medicum *Philippum Novenianum*, cuius eruditionem, prudentiam et fidem experti laudant. Hunc potius consulito, quam indoctos errones.

Dei beneficio in Academia adhuc mediocria optima artium studia sunt, ac Deum oramus, ut nos doceat et gubernet et harum regionum Ecclesias protegat, et leniat calamitates publicas et privatas. Studia adolescentum Deo iuvante inspiciam. Mittam tibi pagellas, quarum lectionem tibi non insuavem fore arbitror. Bene et feliciter vale. Die 27. April. 1553.

No. 5373. 28. Apr.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 412 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

Et Siclum tibi misi, et *Mysiae* qualemcunque descriptionem, quam a te legi volui, ut de limitibus mihi tuam sententiam ostenderes. Nam de tota oratione sciscitari nihil opus erat. Scio non magis includi in talem orationem ornamenta Mysiae posse, quam in Aeneae clypeum inclusa est Romanae virtutis et Imperii magnitudo. Sed tamen te oro, ut aliquid de eo argumento nobis scribas, praesertim cum literae tuae mihi levationem dolorum meorum insignem afferant. Adolescentis studia, qui tuam epistolam recens scriptam attulit, inspiciam, eumque fratri *Andreae* commendabo, cui legendam dedi epistolam, quam ad me scripsisti. Impendent novae deliberationes de Ecclesiis, quas Deus gubernet. Bene vale, et rescribe. Die Aprilis 28.

No. 5374. 30. Apr.

Io. Placotomo.

Epist. lib. VI. p. 287 sq.

Iohanni Placotomo (Doctori artis medicae Regiomonti).

Clariss. vir et amice cariss. Hodie Magister *Iacobus* mecum locutus est, non abhorrere animum tuum a munere docendi in Academia *Francofurtiana*, postquam Vir Clariss. D. *Willichius* in Academiam caelestem evocatus est [1]). Ea de re fac ut voluntatem tuam sciamus. Credo Principem Marchionem Electorem, ubi intellexerit praedicari eruditionem tuam et industriam, libenter te vocaturum esse, et ut tuae virtutis apud eum testes habeas, per amicos posse perfici spero. Quaeso ut mihi scribas. Salutem opto Viro Reverendo D. Doctori *Ioachimo Moerlino*, quem ut vocent *Lubecenses* suasimus, et literas ad eum scripsimus. Bene vale. Pridie cal. Maii, 1554. [2]).

No. 5375. (m. Apr.)

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 91. (ed. Lond. lib. II. ep. 77.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Vetus formula Iuris est de Contractibus bonae fidei: *Inter bonos bene agier.* Ut praestitisti mihi officium gratum in mittendis octo siclis: ita et ego *Chiliano* fideliter numerabo quinque Ioachimicos, quod eius ministro dixi. Ipse enim tunc ad mercatum *Francofordiensem* proficiscebatur. Mihi ad alias aerumnas accedunt etiam domestici dolores. *Iohannes* meus minister, cuius fides et virtus fuit excellens, ex hac vita ad consuetudinem coelestis Ecclesiae evocatus est. Nunc mea coniunx ita aegrotat, ut natura morbum superare non videatur. Oro autem Filium Dei, ut nobis adsit, et servet nos in Ecclesia, sicut his versiculis precari soleo:

Te maneat semper servante Ecclesia *Christe*,
Insertosque tibi nos tua dextra tegat:
Tres velut in flamma testes *Babylonide* servas,
Rex ubi praesentem te videt esse Deum.

De dicto, *Gratis venundati estis, gratis redimemini:* mittam tibi post paucos dies explicationem, quam recitabo in Disputatione, quam proponet quidam qui petit publicum testimonium gradus *). Nunc mitto pagellas de Paschate, et

---

1) De Willichii morte vid. ep. d. 1. Maii. Fuit is Francof. ad Viadr.

2) Annus ab editore haud dubie additus est. Sed est scripta ann. 1553.

*) Vid. ep. ad Matthesium d. d. 11. Maii 1553.

de Mathematici nostri *) morte. *Casparo* dabis exempla ipsi inscripta. Salutem vobis omnibus opto.

No. 5376. (fortasse exeunte Aprili.)

Iudicium.

† Ex autographo Melanth. in Tabular. Cassel. nobis descriptum a Clariss. D. *Neudecker*, Gothano. — Inclusum est scriptum Melanthonis autographon epistolae Mauritii, Ducis Saxon. Elector. ad Philippum Landgravium Hassiae, ubi Mauritius inter alia haec: „unser jungsten mit E. L. „gehaltenen Unterrede und genommenen Abschied, deßgleichen E. L. und des auch hochgebornen Fürsten, unsers „freundlichen lieben Oheimen und Schwagers, Herzog Christoven zu Wirtemberg darauf erfolgten Schreiben nach, „haben wir den ehrwirdigen unsern lieben getreuen Herrn „Philippum Melanchtonem zu uns anhero erfordert, und „ihm beider E. L. und unser Vorhaben und Gemüth der „vorstehenden der Theologen Zusammenkunft halben gegen „Erfurt auf den schierst kommenden neunten Tag Juny „[1553.] eroffnen und vorhalten lassen. Was er nun deßfalls uns zu Antwort gegeben und sein Bedenken sey, hat „E. L. beiliegend aus seiner eigen Handschrift freundlichen „zu vernehmen." — De hoc conventu, qui non processit, praeterea nihil legi. Occasionem rei suspicor fuisse ea, quae Saligius in hist. Aug. Conf. T. II. p. 977. refert: „weil nun beide Partheien (in Preußen) das Oberländische (von Brentius in der Osiandrischen Sache im „J. 1552. gefertigte) Responsum auf ihre Seite zogen, so „schrieb Herzog Albertus den 26. Febr. (1553.) abermal an „Herzog Christoph zu Würtemberg, und bath, daß seine „Theologen in Form einer Synode dem ersten Bedenken Declaration geben möchten. — Er sähe auch gerne, wenn „der Herzog Christoph seiner Theologen Declaration den „vornehmsten Theologen und Prädicanten im Oberlande und „Sachsen vertrauter Weise zuschriebe und communicirte."

(*Sententia Phil. Mel. de conventu Theologorum in causa Osiandrismi Erfordiae habendo d.* 9. *Iun.* 1553.)

Der durchleuchtigst hochgeborne Furst und Herr, Herr Philipps Landgrave zu Hessen 2c., m. g. H. weiß sich zu erinnern, wie sorgfältig s. f. g., dergleichen der durchleuchst hochgeborne Furst und Herr, Herzog Ulrich gewesen, da im 37. Jahr die Theologen gen Smalkalden in ziemlicher Anzahl ankommen sind, und haben beide Fursten mich angeredt, daß ich in alle Weg Fleiß fürwenden wollt, daß die Unterreden also gemäßigt werden, daß nicht größer Zwiespalt daraus erfolget, und spricht Nazianzenus, er habe zu seiner Zeit keinen Synodum gesehen, der nicht größer Zwietracht angericht habe denn zuvor gewesen.

*) Erasmi Salveldensis. Scheda publica de morte Erasmi desideratur in Scriptis publicis Acad.

So weiß auch hochgedachter Furst, der Landgrave, wie es gangen zu Marpurg, da *Lutherus*, *Zwinglius*, *Oecolampadius* und andere da gewesen. Nu sind in dieser Zeit die Fursten und Theologen mehr getrennt denn zu selbiger Zeit, darum ist sehr zu besorgen, obgleich etliche zusammenkommen, daß andere Fursten und Städt niemand senden werden.

It. die Zeit ist zu kurz, Preußen, Pomern, Megelburg, Mark, den Städten Hamburg, Lubeck, Lunenburg, Bremen 2c. zu schreiben, daß sie die Ihren noch dahin senden sollen.

It. obgleich solche ankommen würden, so ist doch nit zu hoffen, daß Einikeit erfolgen wurde, und habe ich diese Gedanken, daß etliche neben beswerliche Quaestiones erregen werden.

Nu ist jetzund kein einiger oder zween, dadurch die andern in Zaum gehalten werden, wie dennoch vor diesen Jahren viel ein Scheu hatten vor Luthero.

It. nach dem Synodo wurden Schmachschriften von der Handlung ausgehen, und diese beswert werden, die etwas geredt hätten, das dem Pöfel nicht gefällig ist 2c.

Weiter acht ich, daß *Osiandri* halb kein Synodus der andern Kirchen halb nöthig sey. Denn alle Prädicanten in Sächsischen Landen, Pomern, Meggelburg, Mark, Meißen, Turingen, Franken, Suaben, sind noch durch Gottes Gnad einträchtig in derselben Sach.

So man aber viel grübeln wollt, wurde Uneinikeit furfallen, denn Osiander mengt viel Beysachen unter seine principal Disputation, da ein groß Fieber *) aus werden möcht, da er selb sich nicht genug erkläret hat. Auch ist das Wirtebergisch Gezänk vom Chorrock und mitteln Dingen kein Streit von der Lehr. Wer sie nit will halten, mit dem will ich nit streiten.

Es werden auch erregt disputationes von den Bischoffen 2c. So viel Preußen belanget, wär gut, daß man zuvor wisse, was die jetzigen Gesandten da ausgerichtet hätten.

Daß man auch bedenken soll, was man auf dem Reichstag ehrlich antworten will, dieses bedarf bei den Theologen keiner weitern Unterrede, denn diese sollen strack bei der Confession bleiben, die sie zuvor überantwort haben.

Und so Kaiserliche M. auf das Interim dringen wird, kann dagegen alsdann angezeigt werden, warum es nicht anzunehmen sey, und alsdann wird man sehen,

*) Fewer? i. e. Feuer.

welche Chur und Fursten, Graven und Stádt eine einträchtige Antwort geben wollen. Dieses kann nicht durch die Theologen berathschlagt werden.

Darum ist mein einfältig Bedenken, daß diese Zusammenschickung nicht fürzunehmen sey.

Doch so mich oder andre unser gnädigister Herr dahin sendet, wollen wir in Unterthänikeit gehorsam seyn, wiewohl ich weiß, daß größer Zwitracht darnach erfolgen wird, und bitt in Unterthänikeit dieses zu bedenken.

Ich acht, daß dieses bei den Herzogen zu Wirteberg durch den preußischen Gesandten pracktiicirt sey.

No. 5377. 1. Maii.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 319 sq.

Christophoro Pannonio (*doctori in Acad. Francof.*).

S. D. Clarissime vir, et charissime frater. Haec cum scriberem tremula manu, ita luctabatur mea misera coniunx, honesta matrona, cum morte, ut hodie moritura esse videatur. Statim post mei fidelissimi ministri *Iohannis* mortem febri seria et periculosa conflictari ipsa quoque coepit. Multis igitur et laboribus et doloribus occupatus non institui carmen, quod flagitat honestissima matrona, vidua viri doctissimi et integerrimi D. *Iodoci Willichii.* Interea et nostro Mathematico *Erasmo* Epitaphium scripsi, quod mitto, missurus etiam Epitaphium D. *Iodoci*, etsi, tuum carmen mihi placet, sed intexi aliquid oportet de pietate ipsius erga Deum. Bene vale, et da veniam brevitati. Mitto tibi optimum *Stigelii* carmen. Cal. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 5378. 2. Maii. (h. a.?)

M. Iunio.

Epist. lib. II. p. 273. (ed. Lond. lib. II. ep. 273.).

D. Melchiori Iunio, *Pastori in oppido Calva*,

S. D. Venerande vir et amice charissime, Scis utrumque voce divina praedictum esse, in hac delira mundi senecta, et futuras esse maiores generis humani confusiones, quam fuerunt antea: Et tamen Filium Dei aeternam sibi Ecclesiam collecturum esse etiam inter ruinas imperiorum, et quidem in illis ipsis agminibus, ubi sonat vox Evangelii incorrupta. Feramus igitur communes labores placide, etiamsi minus adiuvamur a gubernatoribus politicis. Hi nervos casti coniugii tueri debebant; quod cum negligenter faciant, nos, quantum possumus, moneamus populum, de omnibus praeceptis, quae scire singulos necesse est. Vellem quotannis in concione semel aut bis legi praecepta de gradibus cognatorum et affinium. Cum in tuo casu, ubi consobrinus vult ducere consobrini viduam, secundus gradus est affinitatis, nos ante factum prohibemus; sed quia non est iuris divini prohibitio, post factum non pugnamus. Si nondum desponsatio facta est sis dehortator. Bene vale. Die 2. Maii.

No. 5379. (hoc t.)

Scholasticis.

Haec scheda Melanthonis bis legitur in Tomo II. Scriptorum publicor. Academiae Viteberg., primum inter schedas, quae d. 1. et 9. Maii 1553. prodierunt, et iterum inter schedas, quae d. 1. et 9. Septbr. anno 1554. publice affixae sunt. Verosimile est, eandem schedam bis affixam esse. Dedimus igitur primam, simul notata varia lectione in altera.

Philippus Melanthon Scholasticis S. D. [1]).

Manifestum est in omnibus vitae negotiis magnum usum esse non numerationis tantum sed etiam artis illius, quae ostendit in magnis acervis dividere partes, et numeros numeris accommodare, quae usitate Arithmetica nominatur. Haec communis utilitas in vita omnia mediocria ingenia ad huius artis cognitionem et exercitia invitare debet. Sed cum in sola Ecclesia Dei inde usque ab initio vera anni ratio et nota fuerit, et semper propagata et conservata sit, nunc quoque studiosos [2]) doctrinarum et amantes Ecclesiam tangere haec cura debet, ut hanc pulchram possessionem de Anno retineant. Qualis enim barbaries esset non scire temporum intervalla? Nec leves causae sunt,

---

1) Scheda altera inscripta est: *In Arithmeticam.*
2) Scb. alt. *studiosos quoque*, praetermisso *nunc*.

propter quas Deus voluit annos discerni. Vult sciri initia mundi, vult considerari, quae sit prima doctrina, quibus testimoniis edita sit, quando accesserint corruptelae, quomodo iudicatae sint, quae fuerit futura series Monarchiarum, cuius Monarchiae tempore Christus concionaturus [3]) fuerit in carne, quae sint spatia annorum mundi usque ad postremam aetatem, de quibus dixit Elias: *sex millia annorum erunt anni Mundi, postea* [4]) *conflagratio. Duo millia inane, duo millia lex, duo millia dies Messiae. Et propter peccata nostra, quae multa sunt, deerunt ex his anni* [5]), *qui deerunt.*

Harum maximarum rerum consideratio nulla esse, denique nulla series historiarum observari unquam potuisset aut posset, nisi ratio anni esset [6]). Hoc igitur officium aliqui ingeniosi praestent Ecclesiae, ut harum artium doctrinam conservent, quae ad [7]) anni rationem necessariae sunt. Nec sinant se ab hac optima [8]) doctrina abduci ab iis [9]), qui partim inscitia, partim mera malicia et contra conscientiam optimas artes allatrant. Est autem, ut Plato dixit, ianua caeterarum artium arithemetica.

Eam artem [10]) foeliciter docere potest *Iohannes Piscator*, monstrata via breviore et faciliore in divisionibus, quam est usitata. Hic *Iohannes* cras hora duodecima in Auditorio Medicorum inchoabit libellum, cuius et ipse exempla vendit [11]), quem recens erudite scriptum edidit. Adhortor ergo [12]) studiosos, ut eius exercitia [13]) cognoscant [14]).

3) Sch. altera *concionatus*.
4) Sch. alt. *et postea*.
5) Sch. alt. *annis*, mendose.
6) Sch. alt. *nisi anni ratio nota esset*.
7) Sch. alt. *ad considerandam*.
8) *optima*] abest a Sch. altera.
9) *ab iis*] Sch. alt. *clamoribus eorum*.
10) Sch. alt. *arithmetica, et eam artem*.
11) Sch. alt. *vendet*.
12) *ergo*] Sch. alt. *autem*.
13) *eius exercitia*] Sch. alt. *huius Iohannis erudita exercitia*.
14) Sch. alt. addit: *Bene vale Lector.*
Philippus Melanthon.

No. 5380. 4. Maii.

Alberto Duci Pruss.

Edita a Fabro in epist. p. 198 sq. ep. 57.

Alberto, Duci Borussiae

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Accepi literas Celsitudinis vestrae clementer scriptas de benevolentia Celsitudinis vestrae erga me, de qua Celsitudini vestrae reverenter et habeo et debeo gratiam. Apud Dionem extat laudatio de Imperatore Marco Antonio. Fuit, inquit, bonus, et mansit sibi similis. Talem cum scirem esse Celsitudinem vestram, et manere sibi similem in bonitate, speravi benevolentiam Celsitudinis vestrae erga me non extingui, praesertim cum sciat Celsitudo vestra me in hac mediocritate doctrinae magnis laboribus Ecclesiae serviisse, et adhuc servire, et semper oro filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, ut me faciat vas Misericordiae, et non sinat me fieri vas irae. De initiis discordiorum istic nihil scribam. De re ipsa quid sentiam extat mea moderata et pia responsio, de qua Ecclesiae permitto iudicium. Oro autem filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ac vere regnantem in credentibus et invocantibus ipsum, ut Celsitudinem vestram gubernet, et diu servet incolumem, et sanet vulnera nostra. Datae die 4. Maii 1553.

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

No. 5381. 4. Maii.

Cph. Libio.

Manl. farrag. p. 211 sq.

Reverendo viro et virtute praestanti, domino Lybio *), *pastori Ecclesiae Dei in inclyta urbe Bremi, fratri suo charissimo,*

S. D. Reverende vir et charissime frater, et debeo et habeo gratias Senatui vestro, pro benevolentia erga me: tum vero etiam pro vino misso:

*) Nomen, quod Manl. tacuit, adscripsit G. Buchholtzer.

teque oro, ut meis verbis reverenter Senatui gratias agas. Mitto tibi duo exemplaria disputationis, etsi nuper unum ad te misi, quorum alterum dabis Secretario Senatus vestri. Nunc adest illustrissimus princeps archiepiscopus *Meideburgensis.* Aulici narrant, ducem *Henricum Brunsvicensem* duxisse exercitum ad N. urbem. Bene vale, et rescribe. Quarto Maii.

No. 5382. 5. Maii.

Testimonium.

† Ex autographo quod est in biblioth. Guelpherb. — Testimonium typis est exscriptum, exceptis iis, quae signo „—" notavimus, quae Melanthon sua manu exaravit.

(Testimonium.)

Gratias agimus Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi, conditori coeli et terrae, et angelorum et hominum, et aliarum creaturarum, una cum Filio suo Domino nostro Iesu Christo et Spiritu suo Sancto, quod immensa misericordia Ecclesiam in omni aeternitate ipsum celebraturam etiam in his regionibus sibi colligit et eum supplices et ardentibus votis oramus ne lucem suae doctrinae inter nos extingui sinat, sed deinceps quoque in his regionibus Ecclesias regat et servet. Propter te aeterne Deus, propter te serves Ecclesiam, ut tua gloria semper recte celebretur. Testamur autem hunc Virum honestum „*Melchiorem Weidmann* Erfordiensem" vocatum esse ad Ministerium Evangelii in Ecclesia Dei „in Inclyta urbe Erfordia in templo S. Andreae." Cumque rogati essemus, ut explorata eius eruditione publicam Ordinationem adderemus, diligenter eum audivimus et comperimus eum recte tenere summam Christianae doctrinae et amplecti puritatem Evangelii, quam Ecclesia nostra uno Spiritu et una voce cum Catholica Ecclesia Christi profitetur, ac a fanaticis opinionibus damnatis iudicio Catholicae Ecclesiae Christi abhorrere. Promisit etiam hic „Magister Melchior" in doctrina constantiam et in officio fidem et diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam Apostolorum, publica Ordinatione commendatum est Ministerium docendi Evangelii et Sacramenta a filio Dei instituta administrandi iuxta vocationem. Cumque scriptum sit de filio Dei: Ascendit, dedit dona hominibus, Prophetas, Apostolos, Pastores et Doctores. Precamur, ut suae Ecclesiae gubernatores det idoneos et salutares, ac efficiat, ut huius iam ordinati Ministerium sit efficax et salutare. Ipsum etiam „Magistrum Melchiorem" et suam Ecclesiam hortamur, ut iurent Evangelium Dei pure et fideliter conservari et propagari. Nam hoc officio Deus praecipue se coli postulat, sicut inquit Christus: In hoc glorificatur Pater meus, ut fructum copiosum feratis, et fiatis mei discipuli. Et hac luce retenta, manet Ecclesia, et aderit in ea Ecclesia Deus, dabit Vitam aeternam invocantibus ipsum, et opitulabitur in aerumnis huius vitae. Ibi enim adest et exaudit Deus, ubi vox Evangelii sonat incorrupta sicut scriptum est Ioh. XV. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quidquid volueritis, petetis, et fiet vobis. Datae Witebergae „Anno 1553. Die quinto Maii quo die filius Dei „ante annos 1519. admirando triumpho spectante „magno coetu Apostolorum et discipulorum in „coelum ascendit."

Pastor Ecclesiae Witebergensis et caeteri Ministri Evangelii in eadem Ecclesia.

Iohannes Bugenhagen
Pommer D.

I. Timothei IIII.

Attende lectioni adhortationi, doctrinae, Negligas donum quod in te est, quod datum est tibi per Prophetiam cum impositione manuum coetus Seniorum.

Iohannes Forsterus Dr.
„Philippus Melanthon."
(L. S.) (L. S.)
Sebastianus Kossthelius M.
Lucas Hetzerius M.

No. 5383. 5. Maii.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Iacobo Bordingo, doctori artis medic. in inclyta Acad. Rostochiensi.

S. D. Clarissime vir et amice carissime. Scio te quoque hac notissima sententia Platonis delectari: *δεινοὺς ἂν παρεῖχεν ἔρωτας ἡ φρόνησις, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο*

εἰς ὄψιν *)*. Te quidem intuens et audiens cum visus sim videre illustrem effigiem virtutis, valde accensus sum et amore et desiderio tui. Quam primum igitur potero istuc excurram cum propter alios amicos tum vero propter te, ut tuis praecipue eruditissimis sermonibus et tua suavitate fruar. Et fortassis bella cogent nos rursus exulare. Urgent mundum fatales poenae, et huius Germanici Imperii periodus circumacta est. Ideo sapienter has miserias feramus, et oremus filium Dei, ut poenas leniat; ut quotidie tuam Ecclesiam domesticam veris gemitibus precari non dubito. Quaeso ut nobis tempora annotata mittas, quibus nati sunt duces Megalburgenses. Bene et feliciter vale. Die 5. Maii, quo ante annos 1930 Lacedaemonii Leuctrio proelio victi sunt.

No. 5384. 8. Maii.

Dav. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1232.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Carissime frater. Meministi versum *εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς εἰσβλέπειν γλυκύ.* Attulit igitur aliquam mihi levationem dolorum conspectus viri optimi et eruditissimi D. *Iacobi Bordingi* [1]. Nam post ministri, hominis integerrimi, mortem aegrotare mea coniux coepit, quae nunc quotidie cum morte luctatur. Nuper etiam narratum est, *Iohannem Hungarum* Phorcae mortuum esse, veterem amicum nostrae familiae, et praeceptorem meum, eodem fere tempore, quo meus minister ex hac vita decessit. Mitto vobis pagellas disputationis, nuper editas. Vellem adfuisse eo die D. *Bordingum*, cum dissereremus de dulcissimo loco Micheae [2]; ubi dicitur: מוֹצָאֹתָיו מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם [3], ubi de discrimine processionis filii, et processionis Spiritus sancti dicebatur. De *Andrea Weslingo* gratiam vobis habeo. Magnum beneficium accipere se iudicabit, si vester convictor apud Reverendum virum D. *Draconitem* esse poterit; cui salutem reverenter meis verbis. Bene vale. die 8. Maii.

Philippus.

*) Est locus Platonis, Phaed. p. 250. ed. H. Steph. *δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν, καὶ τἄλλα ὅσα ἐραστά.*

1) Vid. ep. ad Bording. d. 5. Maii.

2) Cap. 5, 1.

3) Misere depravata haec verba edidit Chytraeus. — Caeterum Eberus in Mel. quaestionibus academicis p. 125. disputationem de hoc dicto habitam esse dicit d. 29. Ian. ann. 1554., non anno 1553., quanquam dubio caret, hanc ep. pertinere ad annum 1553.

No. 5385. 8. Maii.

Christiano III., Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 51. ep. 18. et antea in *F. Pet. de Ludewig* Reliqu. Mscr. Tom. V. p. 357.

Dem Durchleuchtisten Hochgebornen großmächtigen König, und Herrn, Herrn Christian zu Dennmark, Norwegen, der Gothen und Wenden König, Herzogen zu Schleswik und Holstein ꝛc. Der Ditmarsen Herrn ꝛc. Graven zu Oldenburg, mein. gnäd. Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtister, großmächtiger, gnädigster König und Herr. E. K. M. sende ich unterthänig mein einfältig Bedenken, belangend die Frag: von Verbott und Straff des Wuchers, und nachdem diese Sach an ihr selb weitläufig ist, hätte ich gern E. K. M. ein längeren Bericht geschrieben; aber der Bott eilet. Erbiete mich aber noch zu weiter Erklärung, und stelle dieses mein Bedenken in Unterthänigkeit zu E. K. M. selb Urtheil, und zu verständiger Gelahrten Erkenntniß. E. K. M. sende ich hiermit eine disputatio, daraus E. K. M. vernehmen wird, daß wir new Anfechtung haben. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, wolle E. K. M. gnädiglich bewahren und regiren und ihm allezeit ein Kirchen in E. K. M. Königreichen und in diesen Landen samlen, die ihn wahrhaftiglich anruff und preise. Datum, eilend 8. Maii 1553.

E. K. M.

unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

(*Consilium Mel. huic epistolae adiunctum.*)

Philippi Melanchthons Bedenken: vom Verbot und Straff des Wuchers.

Alle Verständige wissen, daß große und weite Unterscheid ist 1) zwischen Erbzinsen, die von den Herr=

schaften also zur Regirung geordnet sind; 2) item jährlichen gebührlichen Bezahlungen aus verkauften Gütern auf Wiederkauf, da die Bezahlung gegründet ist auf derselbigen Güter Grund und Früchten; 3) item, was wahrhaftig und nicht erdicht Interesse ist; item 4) was zum Contract Societatis gelegt ist, davon den andern in der Gesellschaft ihr gebührender Theilen folgen soll. In diesen Fällen wissen alle Verständigen, daß Gottes Will und Recht ist, daß die Bezahlung geschehen soll; und hat solches alles sein Maas in natürlichen und gesatzten Rechten, die Gott gefällig sind. Von denselbigen Fällen ist weit zu unterscheiden der contractus mutui, item die usurae, Wucher eigentliche also genannt. Der contractus mutui ist, so einer einem Geld, oder Korn, oder dergleichen Ding leihet, das verzehret wird, und soll soviel wiederum geben auf bestimmte Zeit, oder wie solches abgeredt wird, und ist kein Kauf, daß ein Grund oder unbeweglich Gut dem andern verkauft werde etc. Nun ist ganz kein Zweifel, daß Gottes Will ist in allen Contracten, daß Gleichheit gehalten werde; denn sonst können die Menschen nicht nebeneinander leben, so einer den andern auffressen oder aussaugen wollte. Darum spricht Gott von dieser Gleichheit in allen Contracten Levitici 19. Ihr sollt nicht Ungleichheit üben in Gerichten, in der Maaß und in Gewichten etc. und wäre sehr viel davon zu reden, wie gnädiglich Gott diese Gleichheit geordnet hat, damit man wisse, daß er selb auch Gleichheit halten will, und nicht ein Tyrann ist etc. Und sonderlich ist von dem mutuo geboten, daß dieser, der von andern geborgt hat, in Gleichheit so viel bezahlen soll, als er empfangen hat, und soll derselbige, der ihm geliehen hat, von wegen der Verzug mehr nicht fordern oder nehmen; denn so einer von weggeliehen Geld etwas nimmet, nimmet er solches von fremden Gut, nicht von seinen etc. Und spricht der Text ausdrücklich: ihr sollt leihen, und nichts davon hoffen, das ist, weiter und über die Hauptsumm. Nun will ich jetzund in dieser Eil nicht schreiben von den beifallenden Fragen, vom Interesse etc.; denn ich hab zuvor gesagt, wahrhaftig Interesse und ander Contract solle man weit unterscheiden vom mutuo. Auch kann diese weitläufige Sach nicht in Kurtz gefaßt werden, sondern ich will allein auf Königlicher Majestet Frag antworten. Öffentlich ist, daß man viel wucherischer unrechter Händel treibt, man gebe denselbigen Namen, wie man wolle, und ist vielleicht nicht möglich, allen Wucher, klein und groß, abzuthun. Nun ist die Frag, ob ein Potestat recht thut, daß sie ein Straff setzt auf grobe, übermäßige Wucher? ob sie gleich auf geringeren Wucher keine Straff setzt. Als im weltlichen Rechten, in Codice, ist vom christlichen Kaiser Iustiniano eine Ordnung gemacht, item der jetzige Kaiser Carolus Quintus hat eben diese alte Ordnung in seinem Erbland wiederum in öffentlichen Edicten geboten, nämlich, daß er niemand wolle zwingen zur Bezahlung des Wuchers, so man über zwölf fl. fordert oder zugesagt hat. Und ist davon im Reichstag zu Regensburg, anno 1541, viel disputirt worden, ob der Kaiser Macht habe, eine solche Constitutio zu machen; denn es scheinet, als bestätigt er den Wucher unter zwölf fl. und stärket ihn. Davon ist aber diese Antwort geben: erstlich, daß Kaiser Iustinianus und Kaiser Carolus keinen Wucher, klein oder groß, billigen und bestätigen wollten, sondern wollten viel lieber, daß ganz kein Wucher gebraucht werde; sie wollten auch, daß aller Wucher, klein und groß, durch das Predigtampt ernstlich gestraft würde als Sünd. Aber die Kaiser, als weltliche Herrn, könnten nicht alle Sünd mit leiblicher Straff strafen, sondern die äußerlichen, leiblichen Straffen sind geordnet auf grobe Uebertretung, und haben die Potestaten alle Händ voll zu thun, so sie nur grobe Uebertretungen ernstlick und unnachläßlich strafen. Und ist ein sehr weiter Unterschied zwischen der Lehr von der Sünd und zwischen der weltlichen Straff, die von der Obrigkeit soll geordnet und gehalten werden, zur Erinnerung von Gottes Willen, zu Frieden und Schutz der Menschen. Als, die Potestat straft Ehebruch, und soll solche Straff mit großen Ernst üben; wenn aber ein lediger Gesell mit einer unehrlichen ledigen Frawen Unzucht treibt, doch nicht in öffentlichen Aergerniß, so übet die weltliche Potestat keine Straff, gleichwohl billigt sie solche Unzucht in keinem Weg. Undankbarkeit ist ein große Untugend, und wird in wenig Fällen, die grob sind, gestraft etc. Dieses ist allein darum gemeldet, zu betrachten Unterscheid zwischen der Kirchen Lehr von Sünden und äußerlicher, weltlicher Straff. Dieses ist also dieselbige Zeit zu Regensburg disputirt worden, und sind dabei gewesen, der alte, löbliche Grave von Manderschied, Gerardus Feldwick, kaiserl. M. Rath, Gropperus, Bucerus und ich etc. Und dieser Meinung bin ich, daß die weltlich Potestat schuldig ist, ein Straff zu setzen auf den groben Wucher, obgleich kleiner Wucher nicht gestraft wird. Es ist auch durch dieses Gesetz der klein Wucher nicht gebilligt oder bestätigt durch die weltliche Potestat. In summa, weltliche Regierung kann nicht alle Sünden verhüten oder strafen. So nun Königl. Majest. wollt ein Edict lassen ausgehen, so wäre in selbigen Edict erstlich im Eingang diese Erinnerung christlich und königlich, daß Königl. Majest. wüßte, daß gewißlich Gott die weltliche Regi-

ment dazu geordnet habe, nämlich daß sie in äußerlicher Zucht alle Gottesgeboth dem Volk verkündigen und gebieten sollen, und ernstliche Execution thun wider alle ungehorsamen. Item, daß sie der Kirchen und zu Erhaltung christlicher Lehr Schutz halten. Zu diesen hohen Werken sey Königlicher Majest. Gemüth und Arbeit vornehmlich durch Gottes Gnade gericht. Nun wisse K. M., daß Gott den Wucher verboten habe, und wolle ernstlich hiemit allen Pastoren und Dienern des Evangelii befohlen haben, allen Wucher, groß und klein, mit der Predig zu straffen; doch sollen sie bei den Verständigen Bericht empfahen von Unterscheid der Contract, und damit dieses Unrecht zu Erinnerung von göttlichem Gebot, auch den Unterthanen zum Guten, gestraft werde, so wollte K. M. fürohin alle solche Contract, da mehr denn fünf vom Hundert in einem Jahr gefordert und gewilligt sind, für unkräftig und nichtig halten. Und so jemand angeklagt wird, wollte ihre K. M. denselben strafen, also, daß er die Hauptsumma solle verlohren haben, oder nach Gelegenheit der Umständ noch größer Straff tragen. Auch wollen K. M. der Renunciation nicht Statt geben, so etliche sich verpflichten, sie wollen großen Wucher geben, unangesehn dieses Königlichen Edicts etc. Die alten heidnischen Regenten haben viel Arbeit gehabt, den unmäßigen Wucher abzuschaffen, und haben gemeinlich diese Form gehalten, daß man zugelassen hat, vom hundert ein Jahr zwölfe zu nehmen. Dieses ist genannt Centesima, und ist so alt, daß auch im andern Buche Esdrae im fünften Capitel gemeldt ist, daß die geizigen Juden von ihren Brüdern Centesimas gewuchert hätten. Wiewol nu dieses viel ist, so ist doch die Welt nicht dabei geblieben, sondern es sind die Leut also hoch beschwert worden, daß sie haben geben müssen drey oder vier Centesimas. Solches haben in Asia gefunden Lucullus und Cicero, haben derohalben dieselbigen Aufsätz abgethan und Edicta gemacht, daß man nicht höher wuchern solle den eine Centesima. Diese Edicta sind hernach von Iulio und Augusto wiederum aufgerichtet, da sie in Kriegen gefallen waren etc. Also haben für und für die Regenten mit dieser Sach zu thun gehabt. Darum acht ich recht und nöthig seyn, daß K. M. ein ernstlich Edict mache und setze Straffe auf ein benannten Grad, als so man über fünf oder sechs fordert vom hundert jährlich, und thue E. K. M. auch Executio. Ich habe auch nicht Schewe, daß dieses mein Bedenken von andern in theologia und iure fürgetragen werde, ihr Bedenken weiter zu hören, und habe mit den Iurisconsultis allhie davon geredt, die ihn diese Meinung gefallen lassen. Und so K. M. weiteren Bericht von mir begehren wird, erbiet ich mich dazu in Unterthänigkeit; denn dieser Bott hat eilend Antwort gefordert, und wiewol diese disputatio weitläufig ist, habe ich dennoch diese kurze Meinung, die recht ist, gestellt, damit der Bott nicht ganz ohne Antwort ankäme. Wiewol aber dagegen mag gesagt werden, ein solch Edict stärke den geringen Wucher, so ist doch dieses nicht des Edictes Meinung, und ist in weltlichen Regimenten zu bedenken, was möglich ist etc. Und wäre davon viel zu disputiren, das ich aber jetzund in dieser Eil unterlassen will. Gott wolle selige *) Regiment geben. Amen. 1553. die octava Maii.

No. 5386. 8. Maii.

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Iohanni Aurifabro, Doct. Theolog., *(in Acad. Rostoch.)*

S. D. Reverende vir et carissime frater. Heri adfuit tuus frater ex Suevia reversus [1]), ac properat, ut ipse inquit, in Prussiam. Literas a *Brentio* mihi attulit, in quibus longa querela est de iis, qui *τὴν διαλλαγὴν αὐτοῦ* reprehendunt. Hortatur me, ut compescam clamores amicorum. Etsi ubi possum id facio, tamen sum propemodum *ὥςπερ ὄνος ἐν σφηκιαῖς.* Rectius tranquillitati tuae consulis, si non te sines pertrahi in Prussiam. *ἔξω φυγὼν μὴ ζήτει δίκην,* inquit, ut scis, atticus dux [2]).

Mitto vobis pagellas proximae disputationis. De *Andrea Wesselingo* vobis omnibus et habeo et debeo gratiam. Iter ingredietur intra octiduum Deo volente. Bene et feliciter vale. Die 8. Maii.

Philippus.

No. 5387. 9. Maii.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

---

*) selige] Rescripsi pro solche, quod mendum est.
1) Andreas Aurifaber. Vid. supra d. 7. Mart. h. a.
2) In margine legitur; Alcibiades.

Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Reipublicae causa omnes docti lugent mortem *Erasmi* *), viri doctissimi et integerrimi, et vera pietate filium Dei colentis. Multum enim profuit studiis, et iam labor eius plus profuturus erat. Ego vero etiam propter privatam familiaritatem et colloquia plena eruditionis et pietatis valde eum desidero, et magno in dolore sum, quod tali amico et collega orbatus sum. Sed Deo obtemperemus. Tu quoque patris moestitiam lenito. Mitto tibi et carmen de eius virtutibus et nostras propositiones, quam lectionem spero tibi gratam fore. Talium nostrorum scriptorum *Erasmum* volebam esse iudicem. Te quoque oro, ut legas ut iudex. Nos in multis magnis aerumnis utcunque servimus doctrinae verae studiis, et optamus, ut in harum regionum Ecclesiis sit aeternus consensus et aeterna concordia. Qualis autem sit quorundam *κακοήθεια* contra nos experimur. Oro filium Dei, ut sanet nostra vulnera. Bene vale, et interdum ad nos scribe. Die 9. Maii 1553.

Philippus.

No. 5388. 9. Maii.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 198. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 185.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Scimus vere colligi a Filio Dei aeternam Ecclesiam in genere humano, eamque inter horribiles Diabolorum furores protegi, sicut servabantur tres viri in Fornace Babylonica in mediis flammis. Et custos ipse Filius Dei inquit: *Nemo potest rapere oves meas ex manibus meis.* Has consolationes et ipse cogito, et a vobis cogitari scio, et cum vestris sanctis matronis et filiabus et parvis filiis invoco filium Dei ut vos protegat. Nec irrita erunt vota vestra. Post mei ministri, viri integerrimi, mortem, aegrotare coepit mea coniunx, quae iam quotidie cum morte luctatur. Studia doctrinarum hic adhuc Dei beneficio mediocria sunt: metuimus autem nos quoque bella. Sed filio Dei nostras parvas familias commendamus. Bene et feliciter vale, et cum poteris rescribito. Die 9. Maii *).

Philippus.

No. 5389. 10. Maii.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 233 sq.

Hieronymo Besoldo (docenti Evang. Norinbergae).

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Meministi dictum Salomonis, qui iubet benefacere, etiamsi eventus incerti sunt, et promittit, non irritos fore labores nostros. Fuit in Academia nostra honestus adolescens Lubeccensis, viduae filius, quae fuit Mater 18. natorum ex uno Patre, *Hieronymus Schroderus* **), spei amplissimae et praeclare eruditus. Is ante paucos dies mortuus est. Venit huc frater eius *Aurifaber*, *Nicolaus Schroderus*, antequam sciret, fratrem esse mortuum, quaesiturus artifices. Nunc cum fratrem amisisset, coepit consilium Noribergam, vel Augustam proficiscendi. Si ad te venerit hic *Nicolaus* Lubeccensis, quaeso, ut eum artificibus commendes. Ideo ei literas dedi, ut testimonium habeat apud honestos homines, et ut sciatur, quis sit, et unde veniat. Nec te onero sumtu, tantum oro, ut officium commendationis iuveni honesto et peregrino praestes. Bene vale. Die Triumphi Filii Dei, quo spectantibus Apostolis in coelum ascendit. Tuas literas et flagito et expecto de vestra Urbe et de vobis. Oramus autem Filium Dei, ut vos et nos protegat.

Philippus.

No. 5390. 11. Maii.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 99. (ed. Lond. lib. II. ep. 85.).

---

*) Erasmi Reinholdi, Salveldensis.

*) Alia manus adscripsit: 1553.

**) Sepeliebatur d. 5. Mai 1557. Vid. Scripta publ. T. I. p. 410.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et chariss. frater, Pagellas disputationis proximae *) tibi mitto, cui intexui et dictum, *Gratis venundati estis*, *gratis redimemini*, ac spero tibi lectionem hanc non insuavem fore. Accerserem te ad publicam renunciationem testimonii, nisi tempus nimis breve esset. Fiet enim renunciatio 16. Maii. Et ego ipse nunc subito in aulam avocor, quanquam mea coniunx iam cum morte luctatur. Dedi Bibliopolae quinque Ioachimicos, ut precium pro siclis numerarem. Et forte adfuit apud Bibliopolam *Paulus Eberus*. De dicto, *Diem illum et horam nec Filius novit*, simplicissimam esse explicationem *Lutherus* etiam iudicabat: Filius in quantum missus ad ministerium Evangelii profitetur ea se scire, quae mandavit Pater exponi, sicut ipse inquit, Ioh. 12. *Qui misit me Pater mandatum mihi dedit: ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτως λαλῶ.* Nescit alia arcana, id est, nobis ea nescit, quia non vult eum Pater alia profiteri extra mandatam revelationem Evangelii. Non exponit quare *Alexandro* tribuerit Monarchiam, non *Croeso*. Haec nihil ad Evangelium pertinent, et sunt extra mandata quae accepit. Talis est responsio Christi de die et hora conflagrationis mundi. Scio et alias responsiones de discrimine naturae divinae et humanae dari, quibus si quis mavult uti, non repugno. Sicut alibi dicitur, *Crevisse sapientia et aetate*, quod a multis ita enarratur; Etiamsi fulsit divinitas in natura humana, tamen aliter fulsit in infirmitate assumpta, aliter in grandiori aetate, aliter in passione, aliter in laetitia. Simus etiam contenti mediocri enarratione in explicatione harum arcanarum rerum. Bene vale et rescribe. Die festo quo celebratur memoria admirandi triumphi, quo Filius Dei in coelum ascendit. 1553.

No. 5391. (11. Maii.)

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 419. (ed. Lond. lib. II. ep. 439.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Etsi vicinia vestra non est tranquilla: tamen spero Filium Dei protecturum esse vestros nidulos, et ut protegat, eum vobiscum oro. Ideo autem nunc brevius scribo, quia ad praefectum vestrum et ad te literas dabo *Andreae* nuncio. Nunc te oro ut cogites de publico negotio. Extant Ephemerides tantum adhuc triennii, ut scis. Postea deerunt. Nec regibus haec tanta res curae est. Optarim te biennii aut triennii Ephemerides adornare, ac spem ostendere plures edendi. Eam rem utilem omnibus et gratam prudentibus, existimo etiam inventuram esse patronum liberalem *Fuggerum*, si Principes negligerent. Credo viam ad haec inveniri posse. Valde te oro ut et cogites hac de re, et cogitationes tuas nobis significes. *Erasmus Salveldensis* inchoavit annorum aliquot Ephemerides, et iussi custodiri eius chartas, ut inspiciantur, quicquid inveniemus significabo. Bene et feliciter vale. Die quo Sol in Tauri primum gradum ingressus est.

No. 5392. 14. Maii.

Academicis.

Scripta publ. Acad. Witeberg. T. II. Lit. c[5]. — Melanthonem hanc pagellam scripsisse dubio caret.

(*Academicis.*)

Gratias agimus Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi conditori generis humani, una cum filio suo coaeterno Domino nostro Iesu Christo, et Spiritu suo sancto, cum pro aliis innumerabilibus muneribus, tum vero pro hoc summo beneficio, quod Ecclesiam sibi per filium in genere humano colligit voce Evangelii, ut ei suam sapientiam, iusticiam et laeticiam in omni aeternitate communicet, et eum ardentibus votis oramus, ut inter nos quoque semper Ecclesiam colligat, quae vere ipsum invocet et celebret. Necesse est autem electos ad societatem aeternae Ecclesiae primum in hac mortali vita audire vocem Evangelii. Nec aliter Ecclesia colligitur. Et ministerii docentium caput et summus sacerdos est ipse filius Dei, *λόγος* aeterni Patris, qui et conservat ministerium Evangelicum, et excitat Doctores salutares, sicut scriptum est ad Ephesios: dat dona hominibus,

---

*) Tilemanni Hessbusii, vocati ad gubernationem Ecclesiae Goslariensis, quae fuit d. 16. Maii 1553. Vid. Scripta publ. T. II. pl. C.

Pastores et Doctores, et ipse est efficax voce docentium. Sumit autem ministros ex hoc agmine, quod didicit lectionem Propheticorum et Apostolicorum librorum, et vult esse studia doctrinae in Ecclesia, quod cum sit certissimum, quia scriptum est: attende lectioni, consolationi et doctrinae: foveamus scholasticos coetus, et amemus studia. Cum igitur ex hac Academia ad *Goslariensis* Ecclesiae gubernationem vocatus sit vir honestus et eruditus Magister *Tilemannus Heshusius*, et deceat eum adferre testimonium de doctrinae puritate et de bonis moribus, publice id testimonium renunciabitur die Maii sedecimo, in qua renunciatione et gradu Doctorum Theologiae ornabitur. Nam et mores honesti et pii sunt, et doctrinam Ecclesiae Dei recte didicit, et cum diu alios in hac Academia docuerit, et a nobis auditus sit, ostendit se amplecti incorruptam Evangelii doctrinam, et tueri pium consensum Ecclesiarum in Saxonia, qui in confessione nostra exhibita Imperatori Carolo, anno 1530., expressus est. Ad hanc renunciationem ut conveniant Doctores, Magistri et Scholastici in hac Academia petimus, et ut declarent suam benevolentiam erga nos, qui labores, odia, pericula et aerumnas propter ministerium sustinemus, et ut significent, se velle cum hac Ecclesia coniunctos esse, nec delectari distractionibus, et ut nostros gemitus et vota invocatione sua adiuvent, et simul cuncti precemur filium Dei, ut servet in his regionibus Ecclesiam, et nos omnes et hunc *Tilemannum* doceat et gubernet, et faciat nos omnes vasa misericordiae et organa salutaria, et tribuat harum regionum Ecclesiis piam et aeternam concordiam. Vere enim adfirmare possumus, nos maxime optare, et ut consensus sit perpetuus harum Ecclesiarum de doctrina, et ut voluntates docentium sint coniunctae mutua benevolentia, et vere simus omnes*) in Deo. Et gravissimae concionis memores simus, in qua dicitur: *ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.*

Datae die 14. Maii, anno 1553.

*) *omnes?* — imo *unum.*

No. 5393. 17. Maii.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 413 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti scholam Misnensem.

Saepe recito Homeri versum, quem et Pindarus laudat: *ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.* Ac inepti nuncii saepe mihi bilem movent. Nunc illi tuo tabellario, cui te literas ad me dedisse audio, irascor. Meministi enim, me flagitare tuum iudicium de Mysia*), et significasse te aliquid existimo. Opto, ut instauratio tuae Academiae sit fausta et felix. Pagellas tibi mitto, quae aliqua ex parte studia nostrae Academiae ostendunt. Serviamus Ecclesiae in hac militia, et nos hac consolatione divina sustentemus, quam recitat Paulus his verbis, *ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἐστὶ κενὸς ἐν Κυρίῳ.* Bene vale. 17. Maii.

No. 5394. 19. Maii.

Ge. Praetorio.

Manlii farrag. p. 107 sqq. Repetita in Mel. Consil. lat. P. I. p. 646.

Venerando viro eruditione et virtute praestanti, Georgio Praetorio, Pastori Ecclesiae Dei in Gebersdorf, amico suo,

S. D. Valde dolendum est, tantam negligentiam et populi et gubernatorum esse, ut gradus cognationum non considerent in coniugiis contrahendis, aut permittendis. Et irasci Deum incestae consuetudini, manifestum est. Narratio tua haec est: An licebit viro ducere uxoris sororis filiam. Respondeo, nequaquam licere: quia lex divina Levitici 18. prohibet hunc gradum, ducere uxorem patrui mortui. In tuo casu gradus idem est. Ibi enim vult nubere viro materterae. Rectius autem erat vos venire, et coram sciscitari, ut negocia melius inquiri possent. Utinam diligentia et disciplina maior esset. Mitto tibi pagellas. De tuo negocio mihi scribito, quale sit, et quid, et unde petas. Significa etiam, an has literas acce-

*) i. e. de oratione Melanthonis de Mysia, quam Fabricio miserat d. 28. Apr. h. a.

peris. Bene vale. Non allocutus est me vir de quo scribis. Die 19. Maii, 1553.

(*Appendix a Manlio adiectus.*)

Hanc sequentem adhortationem, et declarationem, praecedentis epistolae narrationi venerandus vir D. *Geargius Buchholzer*, praepositus et fidelissimus verbi Dei propagator in Ecclesia Berlinensi, deque tota cohorte scholasticorum bene meritus, adiecit, his sequentibus verbis:

Quidam pastor contemnens hoc scriptum D. Philippi, duxit in uxorem filiam sororis suae coniugis mortuae. Sed Deus executor suae legis, hunc contemptum punivit. Prima nocte cum ei pro more solito sponsam adducerent, paralysi in dextero latere laborare incoepit. Quo denique morbo adeo debilitatus est, ut septimo die computando a nuptiis moereretur. Hoc exemplum omnibus sit propositum, ne spreto mandato divino, temere ducant uxores contra gradus divinitus prohibitas.

No. 5395. 22. Maii.

Georgio Pr. Anhalt.

† Ex autographo Melanth. quod habetur in biblioth. Servestana, communicato mecum a Clar. *Sintenis*, bibliothecae praefecto.

Illustrissimo et Reverendiss. Principi ac Domino, Domino Georgio, Principi in Anhalt et Ascania etc. gubernanti Ecclesiam Dei in Mysia etc. Domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et Reverendiss. Princeps. Et debeo et habeo gratiam Celsitudini Vestrae pro edita et mihi donata enarratione dulcissimi Psalmi *). Et Ecclesiae causa gaudeo, talia extare principis monumenta et talem confessionem. Legi partem scripti, praesertim de articulo: *descendit ad inferos.* Certe singularis ibi victoria describitur, de qua et Petrum loqui existimo. Et memini *Lutherum* in familiari colloquio nostro ingressum in eum sermonem multa graviter dicere, quae coram recitabo.

Nunc mitto Celsitudini vestrae pagellas orationis recitatae in renunciatione publici testimonii Doctoris cuiusdam *).

Mitto in pagella altera et annotationem de secundo capite in Actis, quod in hoc festo publice legitur. Spero Celsitudini Vestrae hanc lectionem non insuavem fore.

Mea misera coniux ita luctatur quotidie cum morte, ut ab ea discedere non possim. Etsi autem commiseratione valde excrucior, tamen hoc mihi dolorem lenit, quod mens ipsius et integra et tranquilla est, et saepe divinas consolationes recitat et miscet invocationem. Filius Dei restitutor vitae conservet eam, et regat nos omnes. Bene et foeliciter valeat Cels. V. Postridie τῆς πεντηκοστῆς.

Celsit. v. addictus
Philippus.

*) ,, Anno 1552. Georgius Princeps Dessaviae quatuor sermonibus sacris a die Virid. usque ad diem Pasch. enarravit 16mum Psalmum." [Nota *Sintenisii*.]

*) Tilemanni Hesshusii. Vid. ep. ad Matthesium d. 11. Maii.

No. 5396. 24. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 721 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 865.). — Ex errore editor hanc epistolam ad annum 1557. retulit, quum scripta potius sit hoc anno. Nam anno 1557. in epistolis mense Maio scriptis nihil de morbo coniugis habetur, adeoque d. 24. Maii 1557. alia, diversa ab hac, epistola ad Camerarium legitur. Mense Apr. et Maio anni 1553. Norinberga ab Alberto Marchione graviter vexata est; conf. ep. d. 1. Maii, et d. 1. Iun.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti, Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Et debeo tibi et habeo gratiam, quod poma punica quaesivisti, et misisti cerasorum succum. Accepimus postea missa a myropola Torgensi duo poma punica, sed nec morbum ista leniunt, nec misera uxor mea fruitur his rebus, quae quidem quotidie cum morte luctatur. Magno dolore afficior propter commiserationem, sed hoc levationem aliquam affert, quod mens ipsius integra est et tranquilla. Et cum ingreditur oratione in divinas consolationes, ita loquitur, ut adpareat eam divinitus confirmatam esse agnitione filii Dei, et spe aeternae consuetudinis cum celesti Ecclesia. Oro filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut publicas et privatas calami-

tates leniat. De tuis et de ipsa Noriberga valde sum solicitus. Scribes igitur quoties habebis tabellarios. Hanc epistolam *Lasano*[1]) dedi, per quem scribes genero et filiae. Hodie literas ex urbe Vienna recens scriptas die Maii quarto, accepimus. Nunc quidem *Turci* quiescunt. Sed vicina[2]) gubernatio duas res contrarias simul agit, postulat ut dent pecuniam et gerant bellum contra Turcos Hungari, et in Ecclesiis quae nobiscum sentiunt, recipiantur veteres εἰδωλομανίαι. Impendet finis, ac Deum oro, ut nobis assit, et affuturum esse non dubito. Mitto vobis pagellas, et salutem opto vobis omnib. Nam scribere plurib. non potui. Bene vale XXIIII. Maii.

Philippus.

No. 5397. 29. Maii.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 694 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Dei beneficio filius recte valet, et discit. Et Academiae frequentia mediocris est. Oro filium Dei, ut et gubernet studia, et tribuat his regionibus pacem. Hanc epistolam scribo die 29. Maii, quo ante annos centum capta est Constantinopolis, et prorsus deletum est Imperium Graecorum. Cum igitur dies me admoneret de Turcici Regni incrementis, maiore cum dolore scelera detestatus sum eorum, qui iam lacerant Patriam, et Turcos attrahunt. Sed teneamus hanc consolationem, Filium Dei reliquias Ecclesiae inter has ruinas Regnorum servaturum esse. Mea misera coniunx quotidie luctatur cum morte. Sed mens integra et tranquilla est. Commiseratio mihi magnos dolores adfert. Sed Deo nos commendemus. Bene et feliciter valete. Die 29. Maii.

Philippus.

1) Bartholomaeo Lasano, Cygneo.
2) Austriaci, C. W.

No. 5398. 29. Maii.

U. Mordisino.

† Ex autographo in cod. Goth. 379. fol. 33.

Magnifico Domino Cancellario Illustrissimi Principis Ducis Saxoniae Electoris, etc. Viro clariss. D. Ulrico Mordisin, Doctori Iuris, eruditione et virtute praestanti, patrono colendo.

S. D. Magnifice d. Cancellarie, et patrone colende. Hanc epistolam dedi *Plateano* die 29. Maii, quo ante annos centum capta est Constantinopolis et funditus deletum Imperium Graecorum. Nunc ruit et Germanicum. Sed teneamus hanc consolationem, filium Dei servaturum esse aliquas suae Ecclesiae reliquias etiam inter Imperiorum ruinas. Quaeso ut *Plateani* calamitatem consideretis; et quam astutum habeat adversarium scitis.

De theologico conventu quid responderit *Landgravius* scire cupio, etsi spero, placere principibus, ne fiat conventus[1]).

Duci Prussiaco seni *Alberto* iam ante tres septimanas natus est filius[2]). Bene et feliciter valete. die 29. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 5399. 29. Maii.

Io. Draconiti.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ³.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Ioanni Draconitae, doctori Theologiae, rectori inclytae Academiae Rostochianae, amico suo veteri et cariss.

S. D. Reverende vir et magnifice Domine Rector. Aliquanto minus deformis est Ecclesia, donec in Academiis harum regionum et vox doctrinae sonat eadem, et mutua est docentium benevolentia. Hanc coniunctionem nostram scio te

1) Conventus Theologorum Erfordiae d. 9. Iun. habendus de controversia Osiandrica. Vid. epist. ea de re scripta, quam supra mense Aprili dedimus.

2) Albertus Fridericus, natus anno 1553.

pro tua gravitate et prudentia libenter et studiose tueri, teque cum propter excellentem eruditionem tuam, tum vero etiam propter hunc ipsum in tuenda consociatione diligentiam valde diligo. Cum autem iam istuc ad operas grammaticas accersitus sit *Andreas Weslingus* *), praecipue tibi commendandum esse censui, quia et ipse tuam amicitiam maxime expetit, cum sciat te et Ecclesiae doctrinam recte intelligere et excellas cognitione linguae hebraeae, et speret sibi tua colloquia multum ad pietatem et eruditionem profutura esse. In bonis viris magnum vinculum est mutuae benevolentiae studiorum similitudo et iudiciorum collatio. Animadvertis autem hunc *Andream* honestum virum esse et communis concordiae amantem et alienum ab obtrectatione. Quare te oro, ut eum complectaris et consiliis tuis regas. Spero eius familiaritatem tibi non insuavem fore. Decrevi ad vos expatiari quam primum potero, ut de gravissimis quibusdam quaestionibus tecum et cum aliis eruditis colloquar. Bene et feliciter vale. Die 29. Maii.

Philippus.

No. 5400. 31. Maii.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Iacobo Bordingo, doctoris artis medicae in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Et debeo et habeo tibi gratiam, quod in itinere tuo nuper nos alloquutus es [1]). Etsi enim breve colloquium fuit, tamen de quibusdam magnis rebus iudicium tuum libenter audivi, ac ita accensus sum desiderio tuae consuetudinis, ut cum primum potero ad vos accedere, et aliquantisper commorari istic decreverim, tecum ut diutius colloqui liceat. Nihil amabilius est rectitudine iudicii coniuncta cum candore. His virtutibus cum te excellere videam, frui eruditissimis tuis sermonibus valde cupio. Nunc retineor adhuc domesticis aerumnis. Nam mea coniunx adhuc quotidie cum morte luctatur, qua in re hoc mihi nonnihil dolorem lenit, quod mens ipsius et integra et tranquilla est. Valde autem oro te, ut interea saepe ad me scribas. Ego quoties potero et literas et paginas hic editas mittam. De bello nescio quid scribam. Scis quiddam sphingi simile esse mixtam crudelitati sophisticam. Talia nunc multa fiunt; aliud agitur, aliud ostenditur; cui quibus coniuncti sint vix illi norunt, qui consiliis intersunt. Ego me procul abesse a talibus deliberationibus gaudeo. Interea Ecclesiam et nos filio Dei commendo. Oppidum non procul a Noriberga situm *Forchheim* nunc obsidet *Marchio Albertus*. Propiora oppida Noribergae, quae rexit Senatus Noribergensis, delevit incendio. Aiunt ducem *Henricum* Brunsvicensem ducere exercitum adversus Marchionem Albertum. Plura scribere nunc non potui, nec historias certas habebam. Haec scripsi mane, stans ad lectum miserae coniugis meae, luctantis cum morte. Oro filium Dei, ut calamitates publicas et privatas leniat, et servet te et tuos omnes incolumes. Bene vale. Prid. Cal. Iunii. Salutem opto D. *Mylio*. *Andream Weslingum* tibi commendo.

*) Abiit in Academiam Rostochianam, ut ex Tomo II. Scriptorum publicor. Acad. Witeb. intelligitur, mense Iulio 1553.

1) Vid. d. 5. Maii h. a.

No. 5401. 31. Maii.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 106. (ed. Lond. lib. II. ep. 92.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Saepe repeto dulcissimum versum,

Εἰς ὄμματ᾽ εὔνου φωτὸς εἰσβλέπειν γλυκύ.

Erit igitur et conspectus vester mihi iucundus et dulcis oratio cum adveneritis. Nam de multis magnis rebus et consideratione dignis colloquemur. Quare ut veniatis opto, et Filium Dei oro ut vos protegat, ut texit *Iacob* facientem iter cum Ecclesia sua domestica. Mea misera coniunx quotidie iam cum morte luctatur, ego commiseratione valde excrucior. Sed hoc dolorem lenit, quod ipsius mens et integra et tranquilla est manifesto Dei beneficio. Tibi et *Casparo* pagellas mitto, de quibus iudicium vestrum flagito. Bene vale. Pridie Calend. Iunii.

No. 5402. 31. Maii.

Esr. Rudingero.

Ex autographo in cod. Mss. no. 131. Fol. no. 10. in Biblioth. Academ. Lips. descripta a *Lunzio.*

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti, Esromo (Rüdiger, s. Rudinger), gubernanti studia doctrinae in Inclyta urbe Cygnea, amico suo cariss.

S. D. Cariss. *Esrome.* Vox divina est: omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Nec dubito honestissimum socerum tuum *) et eius domesticam Ecclesiam partem esse eius coetus, quem filius Dei protegit. Hunc custodem invocemus, et nos ei commendemus. Hic adolescens Meiningensis mihi a Cancellario Principum Hennebergicorum commendatus est. Sed, ut audio, grammaticis exercitiis indiget. Hortatus sum, ut ad Cygneam scholam proficisceretur. Habet aliquid ex patrimonio, sed non tantum, ut inde victum habere possit. Consulamus igitur ei, ut pauperibus scholasticis consuli istic potest. Bene vale. Mitto tibi pagellas. Pridie Cal. Iunii.

Philippus.

No. 5403. (ex. Maii.)

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libio, Pastori Brandenburgensi.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Legi cum magno dolore tuam epistolam **). Sed rectissimum et simplicissimum est, et ad tranquillitatem Ecclesiae vestrae et amicorum vestrorum accommodatissimum, prorsus nullam mutationem in ritibus vestris facere. Si quis expostulabit, respondete reverenter, vos consulere tranquillitati Ecclesiae, praesertim posteaquam exempla proximorum annorum ostenderint, quanta odiorum incendia orta sint ex minimarum rerum mutatione. Si iubebunt vos discedere, non deerunt vobis hospitia hic et in hac vicinia, nec officia nostra vobis defutura sunt. Etsi migratio vobis et Ecclesiis vestris aliquid adferet incommodi, tamen plus esset incommodi, si qua fieret mutatio, sustinere odia et contemptum. Doleo, talibus ineptiis turbari invocationem piorum. Mitto vobis pagellas. Cum mittam inclyto Electori meum scriptum de *Stancari* controversia, orabo etiam, ut parcat Ecclesiis suis recte Deum invocantibus. Bene valete. Salutem vobis omnibus opto. Anno 1553.

Philippus.

*) Ioachimum Camerarium. Quidam e familia Camerarii illo tempore vel Bambergam vel Norimbergam profecti esse videntur, in quibus regionibus illo tempore bellum flagrabat. Vid. ep. ad Camerar. d. 24. Maii. h. a.

**) Quid metuerit Lybius intelligitur ex epistolis d. 20. Martii et d. 15. Iunii ad illum scriptis. Data est igitur haec epistola sine dubio mense Maio a. 1553. Scriptum adversus Stancarum d. 18. Iunii a Melanthone absolutum et d. 1. Augusti 1553. ad Marchionem Electorem missum est.

No. 5404. 5. Iun.

N. Gallo.

Edita in *Eckhardi* vindiciis p. 167 sq. — Contuli apographon in cod. Goth. 188. ep. 46., quod ex codice msti Iutrebocensi haustum est.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, Domino Gallo, Pastori Ecclesiae Dei in Iutrebock, amico suo.

S. D. Venerande vir, et amice carissime. Etsi eos, qui praesunt, non libenter onero, maioribus laboribus, tamen vita hominum talis est, ut necesse sit, saepe ab aliis[1]) auxilium petere. Quare te oro, ut hanc causam, quam ad te defero, inquiras, et mihi rursus significes, quid actum sit. In pago, quem tenent Viri Nobiles *Loeseri, Welsekendorff*, est quidem *Augustinus Perkaw*, qui tenet cauponam, filius[2]) Consulis in *Brugk*, *Sabini* mei cognatus. Is uxorem habet *Annam*, filiam molitoris, Bürgermüllers in Jüterbock, quae, marito irata, ad patrem in Iutrebock rediit. Maritus petit, ut uxor aut coniugii iure secum vivat, aut, quid sit factura, plane dicat. Fuit alius quidam Iuterbocensis, qui eam ducere voluit, cui propter cognationem hic in Consistorio non concessum est[3]) hoc coniugium, et audio, per hunc alienari mulierem a marito. Scri-

1) Cod. Goth. *eis* pro *aliis.*

2) Eckh. *et filius.*

3) *est*] non habet Eckh.

psi igitur ad Senatum Iuterbocensem, ut molitorem et filiam hortentur, ut faciant, quod iustum est. Te autem oro, ut inquiras negotium, et audias, an mulier velit redire, et horteris, ut redeat. Si non volet, petit maritus auxilium a Consistorio. O rem miseram et deplorandam! quanta sit populi contumacia, credo, te quotidie experiri, et disciplinam Pastores, qui non iuvantur a Magistratibus, tueri non possunt. Scriberem ad M. *Christophorum Finckium* *), sed propter valetudinem ipsius ad te scripsi, teque oro, ut hoc negotium inquiras et suscipias, et mihi respondeas ac significes, quid perfeceris. Multa in hac *Ἀναρχίᾳ* necesse est, nos agere, quae ab aliis oportebat agi. Sed necessitati miserorum servire nos hic publicus locus, in quem doctrinae causa collocati sumus, cogit. Bene vale, carissime *Galle*. Salutem opto venerando Dn. *Christophoro*. A. 1553., die 5. Iunii.

Philippus Melanthon.

No. 5405. 5. Iun.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 199. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 186., cui Baumgartnerus adscripsit: „1553. d. 13. Iunii per Mauritium Hellingum". Editor libri 6ti hunc diem, quo epistola Norinbergam perlata est, suo arbitrio inepte epistolae addidit, quasi eo die data fuisset a Melanthone.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Clariss. Vir et Patrone cariss. Scio tibi notissimum versum esse, qui saepe a veteribus recitatus est:

Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς εἰσβλέπειν γλυκύ.

Laetatus sum igitur conspectu *Mauricii* viri docti et integri. Nec tantum propter privatam amicitiam colloquio eius delectatus, sed multo magis propter Ecclesiam Dei. Oro enim Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesias nostras gubernet et servet, et faciat ut quam plurimi unum in ipso in tota aeternitate simus.

In vicinia captivi nondum liberati sunt, et *Constantius* recens etiam ademit praelectionem cnidam, quem *τὸ βλακικὸν σύνταγμα* pelli voluit. Ego nos Filio Dei commendo et spero doctrinae genus quod proponimus et intelligi posse et a piis probari. Bene vale. Die Leuctricae pugnae, a qua hic annus est 1919. Deus servet urbem vestram et Ecclesiam suam in ea communem et tuam domesticam Ecclesiam. Utinam possem comes esse itineris *Mauricii* *).

Philippus Melanthon.

Salutem vobis omnibus opto.

No. 5406. 12. Iun.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Christophoro Libio, Pastori in oppido veteri Brandenburga.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Existimo de bello vos certiora habituros esse prius quam meae literae istuc adferentur. Aiunt die dominico, id est die nona Iulii, pugnatum esse a duce *Mauritio* et Marchione; multos utrinque interfectos esse. Caetera audiemus intra paucos dies. In oppido *Isemberg* in aëre conspecti sunt duo ignei serpentes, mutuo lacerantes colla et implicantes caudas, et inter serpentes conspectum esse aiunt crucem igneam, quae fortassis significat bella in loco Ecclesiae. Oremus filium Dei, ut mihi pugnae historiam scribes, sicut apud vos narrabitur. Bene vale. Die natali Iulii Caesaris **), anno Christi 1553.

Philippus.

No. 5407. 13. Iun.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 600 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northus.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Audivi filium his diebus, et video, sic praeparatum esse cognitione Dialecticae, ut tempus sit, eum inchoare Iuris studium, ac modeste vivit.

---

*) Chph. Finckius fuit minister verbi divini in oppido Iuterbog.

*) Serior manus adscripsit: 13. Iunii 1553.

**) Id est secundum Pauli Eberi Calendarium d. 12. Iunii.

Deus et ipsum et nos omnes gubernet. Nova, quae habuimus recens hic narrata, iussi filium scribere, ut argumenta haberet exercendi styli. Nova mihi cum Prussiacis certamina sunt; litigamus de hominis mortui *) ambigue dictis. Sed de his et aliis negotiis, aliquando coram colloquemur. Bene et feliciter valete. Deus servet vos, et vestros incolumes. Die 13. Iunii.

Philippus.

No. 5408. 15. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 670sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 809.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Dei beneficio, et animi et corporis vires in Principe *Georgio* confirmantur. Pene ut ex morte reviviscit. Spero et congressum tuum ei profuturum esse. *παραμυθητικὸν γὰρ ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος,* inquit Aristoteles. Et fratres ambo valde petunt, ut ad ipsos expatieris. Responsionem de *Stancari* controversia ibi perscripsi, quae multo est et brevior, et summissior, quam postulat magnitudo causae. Sed hominem iracundum et biliosum non volui accendere. De re ipsa vobiscum libenter colloquerer. Et ad vos accedam. Quo festinat autem *Aeacides* [1]), postquam intra *Pylas* [2]) venit? Etsi quid agetur, ratiocinari non possum, tamen non sum sine dolore et sine metu. Sed discamus non humanis praesidiis, verum dextra filii dei Ecclesiam protegi. Litteras a te expecto.

Mea coniunx paulatim contabescit, qua in re hoc mihi moesticiam lenit, quod mens eius integra et mediocriter tranquilla est dei beneficio. Oro filium Dei, ut te et tuos protegat. Bene et feliciter vale. Die Viti.

Philippus.

---

*) Osiandri, mortui mense Oct. 1552.

1) Albertus Marchio. C. W.

2) *Pylas*] in Saxoniam. C. W.

No. 5409. 15. Iun.

Cph. Libio.

Ex autogr. Mel. in cod. Seid. Dresd. edita in *Wegscheideri* Progr. I. ep. 7.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti D. Christophoro Libyo Pastori Ecclesiae dei in veteri arce Brenni, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Ut Paulus inquit de Onesiphoro, *δώῃ ἔλεος ὁ κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε* [1]), sic nos bene precemur *τῷ ἀρχιγραμματεῖ,* ac oremus filium dei, ut faciat eum vere *ὀνησιφόρον,* et confirmet ei vires corporis et animi. Existimo eum optare, ut Ecclesiae sint tranquillae, et non impediatur piorum invocatio. Gaudeo nunc quidem non fuisse duriorem aut tragicam *καταστροφὴν* Inspectionis istic factae. Fortassis tempus leniet [2]) hos motus, sed, ut sunt voluntates aulicae mutabiles [3]), etiamsi [4]) non erunt postea mitiores, non frangamur animis. Videmus ubique cymbam Christi magnis fluctibus concuti. *Marchio Albertus* [5]) cum mille Equitibus et mille peditibus tormentariis celeriter fecit iter per Turingiam ad Harciniam, et proficisci dicitur ad comitis Oldeburgii exercitum in Caycos. Cui novum bellum illaturus sit, nondum audio. Responsionem de *Stancari* controversia perscripsi ac mittam Illustriss. Principi. Profecto magna causa est. Removet ab officio Redemptoris divinam naturam, cum clarissime dictum sit: Sic deus dilexit mundum, ut filium unigenitum dederit. Scripsi lenius, quam magnitudo causae postulat. Sed vobis quoque mittam legendam nostram [6]) responsionem. Bene vale et rescribe, vellem vos ad nos expatiari. Salutem opto vobis omnibus et nominatim collegis tuis. Die Viti.

Philippus.

---

1) 2 Tim. 1, 16.

2) *leniet*, non *veniet*, habet autogr.

3) *mutabiles*] excidit e textu Wegsch.

4) Wegsch. tantum: *etiam*.

5) Fuit ille Albertus IV., marchio Brandenburgicus Byruthanus, cognomine Alcibiades, qui post varia bella et fata a. 1557. decessit. [Wegsch.] — De Alberti et exercitus eius itinere vid. Sleidan. p. 795.

6) *nostram*] excidit e textu Wegsch.

No. 5410. 16. Iun.

Chph. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 634 sq.

Christophoro Meienburgio.

S. D. Charissime Domine *Christophore.* Scis, in omnibus artibus ad doctrinam adiungi oportere exempla, usum, considerationem et collationem artificum: Ideo cum doctrinae semina acceperis, fui hortator, ut aliquantisper iudicium Germaniae praecipuum videres, et considerares non modo fori ordinem, sed etiam sensus et iudicia peritorum. Hanc considerationem tibi profuturam esse spero: et Filium Dei oro, ut te protegat et gubernet. Gaudeo autem, te istic*) hospitem habere meum fratrem, quem semper iudicavi valere ingenio, et gratulor ipsi hanc honestam militiam: dices ei, me optare ipsi et suis salutem.

In Academia nostra, Dei beneficio, rursus mediocris frequentia est. Frater, Dei beneficio, recte valet, et discit studiose optimae Philosophiae initia, mihi subinde nova bella inferuntur. *Stancarus*, Italus, Francofordiae ad Viadrum certamina de multis magnis rebus movet, cum sit *ὄνος βαστάζων μυστήρια.* Mitto pagellas, et mitterem alias, si nuncii onerari se paterentur. Bene vale. Die 16. Iunii.

Philippus.

No. 5411. 16. Iun.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 649 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Gratum mihi fecit filius *Christophorus*, quod ad me scripsit, ac oro Deum, ut vos et vestros servet et regat. Spero, ei profuturum esse, quod videt utcunque iudicium Camerae Imperii Germanici, et considerat multorum Iurisconsultorum sensus et iudicia. Certe tali consideratione et collocatione homo non hebes excolitur. De peregrinatione in Italiam deliberabitis, posthac cum propius erit tempus idoneum ad iter. De Conventibus precemur Deum, ut sint salutares Germaniae: sed quae spes potest esse? Imperator magis aegrotat, quam antea unquam aegrotavit. Principes bella ex bellis serunt. Inter hos tumultus tamen servabit Filius Dei Ecclesiam suam, et aliqua Ecclesiae hospitia. Hac nos consolatione sustentemus. Bene et feliciter valete. Die 16. Iunii.

Philippus.

*) Spirae. Vid. ep. ad Meienburg. patrem d. 16. Iun. h. a.

No. 5412. 17. Iun.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 297. (ed. Lond. lib. II. ep. 304.).

D. Guilhelmo Hausmanno

S. D. Venerande *Guilhelme*, Non libenter onero alios sumptu, ut tu quoque animadvertere potuisti. Quare vellem amplissimum senatum urbis inclytae *Augustae Rheticae* mihi tam magnum praesertim munus, non misisse. Sed tamen benevolentia senatus laetor, et gratitudinem me pro munere debere fateor, ac Deum oro, ut Ecclesiam et civitatem *Augustanam* protegat et gubernet. Scripsi ad virum clarissimum D. *Iohannem Baptistam Hencelium*, ut meis verbis senatui gratitudinem meam exponat, id a te quoque fieri volo. Mitto tibi pagellas recentes, et plura exempla misissem, sed in officinis nulla erant reliqua. Collegis salutem opto. In Academia Dei beneficio mediocria sunt studia doctrinarum, et frequentia mediocris. Testimonium tuum scribam hisce diebus cum absolvero responsionem de *Stancari* controversia, necesse est enim me *Marchioni* Electori respondere. Mitto ad vos etiam eam responsionem, quia magni momenti ea controversia est: an Christus sit Mediator, Redemptor, Rex, et Sacerdos tantum secundum humanam naturam. Attigi controversiam hanc et in his propositionibus quas mitto. Bene vale, et saepius ad me scribito. 17. Iunii.

No. 5413. 17. Iun.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 313. (ed. Lond. lib. II. ep. 319.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone colende, Opinor in multis rebus animadverti posse, me parsimoniam amare, et non libenter alios sumptu onerare. Quare vellem amplissimum Senatum vestrum mihi non misisse praesertim tam magnum munus: Sad tamen et benevolentia vestra delector, et pro ipso munere gratitudinem debere me fateor, et ubi potero, eam declarabo meis laboribus. Semper amavi Aristocraticam gubernationem, quae magis est in bene moratis civitatibus, quam in aulicis Imperiis; ac saepe dixi, existimare me Deum in urbibus hoc tempore collocasse Ecclesias, ut alicubi doctrinae reliquiae conservarentur, quia τοῖς κενταύροις οὐ μέλει ἐπιτηδευμάτων διδασκαλίας καὶ ἐκκλησίας. Quare Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum oro, ut et vestram civitatem et Ecclesiam vestram servet, protegat et gubernet, teque oro ut amplissimo Senatui meis verbis gratitudinem animi mei exponas, ac deferas meos labores Ecclesiae vestrae. Haec cum scriberem *Marchio Albertus* per *Turingiam* iter fecerat, properans ad exercitum Comitis *Oldeburgii*. Deus restituat pacem *Germaniae*. Bene et feliciter vale. D. 17. Iunii.

No. 5414. 18. Iun.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris D. L. 54[3].

Iacobo Bordingo, doctori artis medic. in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Delector equidem propter privatam suavitatem benevolentia tua. Sed multo *) magis publica causa laetor, te virum excellentem iudicio, eruditione et virtute non improbare genus doctrinae quod amplector, tuoque gravissimo iudicio ipse confirmor, sicut Paulus ait, se non solum doctrinae suae semina in Ecclesia Romana spargere cupere, sed vicissim etiam ab ipsis velle συμπαρακληθῆναι. Mitto vobis post paucos dies responsionem meam de *Stancari* controversiis, de qua vos severe iudicare volo. Oro filium Dei, ut vos et nos inter has regnorum ruinas protegat. Audio *Carolum* Imperatorem et fratrem Regem *Ferdinandum* periculose aegrotare. Id quoque videtur fato aliquo accidere in hoc tanto incendio Germaniae; sed Deo nos commendemus. Bene vale. 18. die Iunii. Salutem opto D. *Mylio.*

*) *multo*] rescripsi pro *milto.*

No. 5415. 18. Iun.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1233.)

Davidi Chytraeo.

Doctissime vir et carissime frater. Quod Filius Dei texit vos in itinere, et ad Ecclesiam vestram ac inclytam Academiam reduxit, grati et hoc ipsius beneficium celebremus. Post iter vestrum absolvi responsionem de *Stancari* controversia. Res magna est, sed, ut ego existimo, de qua piorum iudicia consentient. Mittam vobis meum scriptum, ac petam ut legatis, tanquam Censores severiores Areopagitis. Ducam enim magnum beneficium esse, si in re tanta meliora me alii docebunt. Expecto a te literas de vocatione Palatini *Friderici.* Bene et feliciter vale et rescribe. Salutem opto vobis omnibus. Mea uxor paulatim contabescit. *Iohannem* oeconomum meum Deus ex hac vita evocavit ante has domesticas nostras aerumnas. Et fortassis impendent nobis nova exilia. Harum calamitatum spectatorem esse *Iohannem* Deus noluit. Bene et feliciter vale et saepe nobis scribito. Salutem opto vobis omnibus ac nominatim *Weslingo*, quem tibi commendo. Die 18. Iunii.

Philippus.

No. 5416. 18. Iun.

N. N. (A. Wesselingo?)

† Ex apographo codicis 54., qui est in Bibliotheca St. Genovevae Lutetiis Parisior. Descripta a Clariss. *Beckio.*

N. N. (fortasse *Andreae Wesselingo.*)

S. D. Reverende et cariss. frater, Circumvallat angelus Domini timentes eum, videlicet ipse filius Dei, custos Ecclesiae, quem b. Iacob nominat

Deum, angelum redemptorem. Non enim insertum est μόϱιον copulativum in lectione Hebraea. Hunc angelum Deum grati celebremus, quod nunc quoque vos in itinere texit, et te Ecclesiae tuae domesticae et publicae restituit. Responsionem de *Stancari* controversia absolvi, quae etsi lenior est, quam causa postulat, tamen utut scripta est, et spero lectoribus piis gratam fore. Mittam vobis quam primum exempla descripta habebo. De Marchionis *Alberti* itinere audies narrationem tui ministri. Bene et feliciter vale. 18. Iunii.

Philippus.

No. 5417. 20. Iun.

Wernhero.

† Ex apogr. cod. Guelpherb. in fol. no. 7. 9. p. 195.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Wernhero, Pastori Ecclesiae Dei in arce Barbiensi, fratri suo cariss.,

S. D. Venerande vir et carissime frater. Scio, te virum prudentem considerare hominum voluntates et discernere fucosas amicitias a veris. Ego affirmare possum, te vere a me diligi, idque intelligere te arbitror. Itaque legens tuam quaestionem magno dolore adficior. Respondi autem simpliciter, et eodem modo sicut *Lutherus, Pastor*, et ego multis respondimus. Et ostendi possunt responsiones hoc modo scriptae ante aliquot annos. Intelligimus, prohibitionem in Levitico loqui non tantum de persona patrui, sed etiam de gradu, de amitis et materteris. Si quis contentiose disputat, in Levitico tantum de patruo prohibitionem intelligendam esse, is blanditur hominum adfectibus. Memini quendam *Sleinicium* ducere natam ex sorore mortuae coniugis, et cum post factum magnae quaestiones orirentur, moestitia consumpti sunt vir et uxor.

Sum miratus, eodem die, quo tuas accepi literas, accepi et alteram epistolam a pastore *Damensi*, qui prorsus eandem quaestionem proposuit, ac cupiebat et ipse ducere natam ex sorore coniugis mortuae. Respondi, prohiberi has desponsationes iure divino. Mitto hunc nuntium mea mercede, ut habeas responsionem, et peto ut mihi rescribas, ut accepisse te meam responsionem, certo sciam. Quanquam autem aliquis argutus disputare contra meam sententiam aliquid poterit, tamen hoc certum est, te tranquillitati tuae conscientiae melius consulturum esse, si tales desponsationes vitabis. Oro autem filium Dei, ut consilium tuum regat.. Bene vale. Die 20. Iunii 1553.

Philippus.

[„Quaestio sequens iisdem literis erat inserta, etiam manu Philippi scripta":]*)

† *An liceat ducere natam ex sorore mortuae coniugis?*

Levitici 18. manifesta prohibitio est: *turpitudinem patrui tui ne reveles, nec accedes ad uxorem eius*, ut Duci *Ulrico* Megalburgensi non liceret ducere viduam relictam ab *Henrico* patruo.

Iam gradus idem est puellae, quae nata est ex sorore meae coniugis, ad materteram, ut quaeri posset, an mihi liceret ducere filiam doctoris *Sebaldi*, natam ex sorore meae coniugis.

Saepe de hac quaestione interrogati sunt hic *Lutherus, Pastor* et alii. At semper respondimus, has desponsationes prohibendas esse, quia in Levitico intelligenda sit prohibitio non tantum de persona patrui, sed de gradu, videlicet etiam de materteris et amitis. Vult Deus reverentiam sanguinis maiorem esse erga superiores, quam in linea aequali. Dico igitur et iure divino prohiberi desponsationem puellae cum viro materterae.

Scio quid argutus disputator opponere possit. Sed hoc consilium honestius est et ad tranquillitatem conscientiae utilius, praesertim cum deliberatio fit ante factum.

Hanc meam responsionem potes ostendere iudicandam quibus voles, etiam vicinis tuis Parthenopeis**).

Philippus Melanthon.

No. 5418. 23. Iun.

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

---

*) Verba eius, qui epistolam ex autographo descripsit.

**) Adscripsit, qui hanc epist. descripsit, haec: „haec descripsi ex chirographo Philippi, 29. Aug. 1553."

Ioanni Aurifabro (*in Acad. Rostoch.*)

S. D. In *Andrea*[1]) cum caeterae sint virtutes de quibus loquitur vetus dictum: ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι, tum vero eximius est candor et pectus vivum[2]). Quare consilium vestrum probo, quod eum accersitis. Tales enim magis idonei sunt ad tuendam coniunctionem. Oro autem filium Dei, ut Ecclesiam vestram universam gubernet et tueatur. Post tuum iter ego quoque abfui in aula propter deliberationem de secessu Academiae; ideo non sunt absolutae pagellae libri tui. Sed his diebus absolvetur. De republica tantum haec recens allata sunt: adhuc sunt in urbe Passau rex *Ferdinandus*, dux *Iohannes Fridericus* et dux *Mauritius*. Et expectatur *Hessus*[3]) ex Belgico carcere eo venturus. Spes igitur pacis ostenditur. Mitto tibi literas heri exhibitas a Vratislaviensi nuncio. Recens et ex Pannonia quidam advenerunt, qui narrant, Turcicum tyrannum exercitus in Asiam mittere contra Persas, et in Pannonia spem pacis esse. Oremus filium Dei ut servet Ecclesias ubique et poenas mitiget. Bene et feliciter vale. 23. Iun.

Philippus Melanth.

No. 5419. 24. Iun.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. VIII.

D. Alberto Hardenbergio

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Nondum despero colloquium nostrum, quo mihi valde opus est. Fortassis autem propter bella*) rursus exulabimus, quod si fiet, ego quidem recta ad te proficiscar. In quibus laboribus vixerim, multi norunt, et quanquam meam imbecillitatem agnosco, tamen hoc adfirmo, me fideliter et quaesivisse fontes doctrinae, et aliis monstrasse, quantum ego quidem facere potui. Nunc expecto exilia, aut alia magis tragica. Sed oro Filium Dei, ut nobis et Ecclesiae leniat aerumnas. Legi tuas pagellas, quas misisti, et probo, ac ut voluisti, lineas eius operis, de quo scripsisti, ducere coepi. Sed *Stancarica* controversia impeditus sum, ne inchoatum opus pertexerem. Mittam tibi meam responsionem de *Stancari* controversia. Spargit is de me venenatissimas literas. Sed haec mala temporum nos ferre necesse est. Oro Filium Dei, ut nos regat. Hunc nostrum amicum Groningensem tibi commendo. Bene vale. Die Ioh. Baptistae.

Philippus Melanthon.

No. 5420. 26. Iun.

Io. Stigelio.

Danz. Epp. ad Stigel. ep. 71. Cod. Goth. 188. ep. 137.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, *fratri suo carriss.* S. D.

Cariss. frater. Multi docti et honesti viri tuam epistolam legerunt et descripserunt, in qua significas tibi probari commemorationem de causis, cur filius Dei λόγος nominetur. Delectatus sum et ipse tuo testimonio, ac magnopere optarim, saepe me vobiscum de talibus disputationibus colloqui posse. Sed quam dura sint tempora et studiis doctrinarum et Ecclesiae, res ipsa ostendit. Colloquamur tamen per literas, donec iter literarum non impeditur. Exspecto quotidie reditum *Menii* καὶ συμπρεσβευτῶν[1]). His dabo meam responsionem de *Stancari* causa, qui atrocissimas de me epistolas spargit. Sed me et Ecclesiam universam Deo commendo, quem oro etiam, ut te et tuos protegat. Bene vale. die 26. Iunii[2]).

Philippus Melanthon.

---

1) Andrea Wesselingo. Vid. ep. d. 10. Sptb. 1553. et de 12. Mart. 1553. Is mense Iulio coepit tradere grammaticam latinam in Acad. Rostochiana.

2) Apogr. *niuum*, mendose.

3) Philippus Landgr. Hess. qui dimissus est a Caesare d. 4. Septb. 1553.

*) Bellum ab Alberto Marchione motum, adversus quem illo tempore Mauritius Elector exercitum colligebat.

1) Ioannes Fridericus, natus Elector, miserat Regiomontum ad componendam controversiam Osiandricam Theologos, *Iustum Menium*, Superint. Gothanum, et *Iohannem Stoltzium*, concionatorem aulicam Wimariae, simul cum Consiliariis *Friderico ab Wangenheim* et *Christophoro Elephas*, qui d. 6. Aprilis 1553. Regiomontum venerant. Plura vid. in *Planck* Geschichte des prot. Lehrbegr. T. IV. p. 398 sq.

2) Cod. Goth. addit: 1553.

No. 5421. 28. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 669 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 808.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Scio in *Danielo Stibaro* eximiam esse virtutem et fidem et erga Rempub. et Ecclesiam voluntatem honestam. Propter has caussas semper et dilexi eum et diligam. Suam erga me benevolentiam et ipse saepe declaravit magna liberalitate. Fateor igitur me gratitudinem ei debere. Hoc tempore caussas habet moderandae liberalitatis, quare vinum núnc missum esse miratus sum. Verum eo plus ei debeo, quod etiam in hac Patriae calamitate nostri non obliviscitur. Oro autem filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut et *Danielum* et nos omnes gubernet, et patriam his perniciosis bellis liberet.

Narratio de pugna huc a multis scripta est, et aliqui narrant, mox eum habiturum novos exercitus, *ὥσπερ ἐν στασιαστικοῖς χρόνοις πολλὰ πολέμου καινά*. Plane ut Hydrae capita renasci aiunt. Sed cum manifestum sit nos nostris disputationibus haec mutare non posse, et summos gubernatores alios aliter impediri, agnoscamus fatales poenas, et a Deo mitigationem petamus. Oro filium Dei, ut te, et honestiss. tuam coniugem et totam Ecclesiam domesticam servet incolumem. De *Ebero* coram colloquemur. Bene vale. IIII. Cal. Iulii.

Philippus.

No. 5422. (in. Iulio.)

Senatui Leutmeritz.

† Ex autographo Mel. in cod. Landshut. fol. 171. descripta a S. V. *Schulzio*. — Habetur ibi epistola Senatus oppidi Leutmeritz in Bohemia ad Melanthonem, cuius chartae literis vacuae Melanthon responsum Senatui dandum inscripsit, multis lituris plenum. Dedimus A) epistolam Senatus; B) Responsum Melanthonis tantum, quantum conceptum legitur.

A)

Ornatissimo atque doctissimo viro, D. Philippo Melanchthoni, Academiae Vitembergensis principi, amico suo carissimo.

S. P. D. Adolescentes hos *Henricum Mrazonem* et *Ioannem Gelenium* visum est parentibus in Academiam Vitembergensem, bonarum literarum causa mittere: qui quidem parentes cum studiis tum moribus eorum optime consultum fore putarunt, si primae autoritatis in ea Academia viris commendarentur: ac proinde a nobis petierunt, ut illis operam nostram in ea re commodaremus: quibus nos in tam honesto et reipublicae nostrae perutili negotio, imo etiam illis necessario deesse nullo modo potuimus. Multis enim cum praeceptoribus et magistris, tum custodibus et observatoribus huic aetati opus esse, exploratum habemus. Quum autem te, vir doctissime, principem et columen eius Academiae esse nobis persuasum sit, ad te potissimum de adolescentibus scribendum, et abs te tam nostro quam parentum nomine petendum duximus, velis utrumque adolescentem in tua fide esse, tantumque illis in literarum studiis commodare, quantum vel tua dignitas sustinere possit, vel illorum usus tulerit. Etsi vero M. *Ioannes Garzeus* *), iuvenis et eruditus et honestus, cuius fidem et diligentiam in docendo hic perspeximus, utrumque erudiendum atque omnem in patrem tuendum suscepit, tamen quo tua maior est auctoritas, hoc nostra apud te commendacio eorum pietati et studiis profutura est magis. Si itaque pro tua facilitate atque humanitate in eam curam incubueris, ut hi adolescentes non tantum parentibus voluptati, sed quod amplius est reipublicae nostrae vel communi patriae ornamento et usui olim esse possint, cum apud parentes eorum, homines memores atque gratos, beneficium posueris, tum de republica nostra ita meritus fueris, ut nos tibi omnia debere simus existimaturi. Responsum amicum petimus. Litomiericii postridie feriarum D. Ioannis. Anno 1553.

Consul et Senatus Litomiricenus.

B)

(Responsum Mel. ad Senatum oppidi Leutmeritz.)

Garceo viro docto et honesto cum adolescentibus hospitium praebuit doctor *Forsterus*, vir honestus et eruditus, qui hic et Ecclesiam docet, et Ebreae linguae interpres est. Huius consuetudinem spero profuturam adolescentibus, ac studia ego inspiciam. Celebrata est et Romanis

---

*) De eo vid. ep. d. 7. Oct. 1552.

scriptoribus virtus gentis Hermundurae, quae ea loca tenet intra Sudetes montes, quae nunc Bohemiae adpellationem habent. Et hoc proximo seculo vestri maiores virtutem suam declararunt in defensione verae doctrinae. Semper igitur praeclare de gente Bohemica sensi, et gratitudinem nos ei debere iudico propterea, quod fontes doctrinae purioris nobis monstravit. Comperi etiam gravitatem et candorem eximium esse in . . . .[1]), qui mihi familiariter noti fuerunt. Quare et ipsi genti gratulor hoc decus, quod multi in ea doctrinae studia amant et colunt, et gaudeo, vos amanter de nobis sentire, ac opto, ut Ecclesiae vestrae et nostrae unum sint in Deo. Honestorum hominum filios, quos huc misistis, deo iuvante, recte erudiri et gubernari curabimus, et oramus filium dei, d. nostrum Iesum Christum, custodem Ecclesiae suae — — — — — [2])

No. 5423. 1. Iul.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Doctissime vir et cariss. frater. Scio, te non oblivisci nostrae amicitiae, etiamsi per literas colloqui toties, quoties vellemus, non possumus. Verissima enim vox est, *ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.* Clemens Alexandrinus hunc versum ex Sophocle citat. Tuae etiam virtutis et erga me benevolentiae memoria apud me perpetua erit, et amicitia nostra dulcius fruemur in coelesti Ecclesia. Nunc te oro, ut literas breviter et subito scriptas boni consulas. Studia vestrorum adolescentum nobis curae erunt, et iubebo ut ad te scribant ipsi, cum proxime literas mittent. In Germania rursum accensum est bellum. Sed nunc principes quidem pacificationis causa convenerunt. Nos filium Dei oremus, ut Ecclesias et pia studia non sinat deleri. Pro caseis pagellas tibi mitto, quae ostendent, hic adhuc Dei beneficio et halcyonia et mediocria doctrinarum studia esse. Bene vale carissime frater. Cal. Iul. 1553.

---

1) *iis.*
2) Reliqua non habentur.

No. 5424. 1. Iul.

Ad. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[4].

Adamo Aquilae, gubernante studia doctrinae in inclyta urbe Bohemiae Litomericia, amico suo cariss.

S. D. Carissime *Adame*, gratulor vobis halcyonia et mediocrem tranquillitatem, et oro filium Dei custodem Ecclesiae, ut mitiget generi humano poenas et non sinat extingui lucem doctrinarum. In Germania novum bellum subito motum est. Marchio *Albertus* oppida quaedam Noribergensium igni delevit, occupavit Bombergam et alia quaedam vicinorum Episcoporum oppida. Postea velut intra pylas adducto exercitu per Turingiam profectus est in ditionem ducis Brunsvicensis. Ibi nunc vastationem facit. Reprimere eum Dux Mauritius Elector conatur. Nunc autem convenerunt aliquot principes pacificationis causa, quam utinam Deus gubernet. Dei beneficio Academiae vicinae adhuc tranquillae sunt, ut ex paginis, quas mitto, cognosces. Quod mihi honesti viri cives vestri vinum miserunt, mallem eos non oneratos esse sumptu; sed benevolentia eorum delector, et gratiam eis habeo cum de benevolentia, tum vero propter munus, teque oro, ut eis gratitudinem meam exponas. Filii nobis curae erunt, et oro Deum, fontem sapientiae, ut nos et ipsos gubernet. Bene vale. Cal. Iulii.

Philippus.

No. 5425. 1. Iul.

Wenc. Brodensi.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[4].

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti Dom. Venceslao Brodensi, Doctori Theologiae, fratri suo carissimo in Russia.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Subito scribere me oportebat. Dabis igitur veniam brevitati. Et ex pagellis, quas mitto, studia Academiae cognosces, quae Dei beneficio mediocria sunt. Gratiam tibi habeo, quod et memoriam nostrae

amicitiae non sinis extingui et res dignas cognitione significas. Tuam epistolam in Ianuario scriptam accepi calendis Iulii 1553., quo tempore novum bellum in Germania motum erat. Marchio *Albertus* Francus Noribergensium oppida tota igni perdidit. Bombergam occupavit et alia quaedam Episcoporum oppida. Nunc vastationem facit in ditione ducis *Henrici* Brunswicensis. Reprimere Albertum Marchionem dux *Mauritius* Elector conatur. Nunc autem convenerunt aliquot principes pacificationis causa. Impetator *Carolus* aegrotat. Inter ipsum et Gallicum regem non sunt induciae. Nihil tamen postquam occupavit Gallus urbem Metensem, quae fuit imperii Germanici, insigne actum est. Bene et feliciter vale et rescribe. Cal. Iulii 1553.

P. M.

No. 5426. 4. Iul.

Th. Cranmero.

Edita inter Mel. Epistolas ad Alb. Hardenbergium ep. 59. et in Mel. Epist. lib. III. p. 91. (ed. Lond. lib. III. ep. 42 a).

Reverendiss. Domino Thomae (Cranmero) Archiepiscopo Cantuariensi

S. D. Reverendissime Domine Archiepiscope, Scimus utrumque voce divina praedictum esse, et futuras esse maiores confusiones generis humani in hac ultima et delira mundi senecta, quam fuerunt antea, et tamen etiam inter Imperiorum ruinas Filium Dei collecturum esse aeternam Ecclesiam. Hac me consolatione in his *Germaniae* tumultibus sustento.

Comperimus hoc anno mirabiliter protectas esse Ecclesias in ea ora *Pannoniae*, quam nominant *Transylvaniam*. Eduxerunt *Turci* magnos exercitus *Tartarorum*. Hos in *Pannoniam* ducturus erat *Walachorum* Tyrannus crudelissimus. Hic in ipso apparatu tantae expeditionis a suis propter crudelitatem interfectus est. Ita dilapsa multitudine servatae sunt Ecclesiae *Pannonicae*.

De bellis *Germanicis* eo nihil scribo, quia nostrae literae tarde ad vos perferuntur. Interea multa fiunt magis ἀξιόλογα. Nunc vero mitto ad R. D. T. duos libellos, ac oro R. D. T. ut curet alterum exhiberi inclyto Regi, alterum eius doctori. Quoquo autem modo de his nostrorum hominum studiis isthic iudicatur: tamen mihi placet nostros honorifice ad vos scribere. Et Mathematum studia commendari Regi omnium eruditissimo honestum est. Bene et feliciter valeat R. D. T. Salutem opto illustri et reverendo Viro *Iohanni a Lasky*. Die 4. Iulii. Anno 1553.

No. 5427. 5. Iul.

Io. Placotomo.

Epist. lib. VI. p. 286 sq.

Iohanni Placotomo (Doctori artis medicae)

S. D. Clariss. vir, et cariss. frater. Hanc Epistolam cum scriberem die 5. Iulii, ambo Principes Dux *Mauritius* et Marchio *Albertus*, magnos exercitus habebant in Saxonia, quorum castra non magno intervallo distant. Marchio *Albertus* cum non procul ab *Hildesia* abesset, recipi se in urbem petivit, sed exclusus est. Pagos igitur aliquot civium ἐπυρπόλησε, sicut et in vicinia Noribergae multa oppida incendio perdidit. Inflammato oppido *Altorfio* prope Noribergam perierunt in eo incendio circiter octoginta homines. Nihil de causis aut genere belli aliud scribere possum, nisi quod omnes fateri cogimur, fatales esse poenas multorum delictorum, quas ut leniat filius Dei toto eum pectore oro.

Guarus ducit uxorem puellam natam ex filia Doctoris *Hieronymi Schurffii*. Hoc igitur agitur, ut Francofordiae *Guarus* retineatur. Si nondum *Menius* et Collegae iter ingressi sunt, dices eis salutem meis verbis cum ad vos venient. Salutem opto et Doctori *Ioachimo*. Quod *Stancari* insuavem Epistolam nobis videndam misisti, gratiam tibi habeo. Huius etiam doctrinam et naturam ostendet tempus. Bene et feliciter vale. Die 5. Iulii, 1553.

No. 5428. 7. Iul.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 571 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Meministis dictum Regis Iosaphat: Cum nescimus, quid agendum sit, oculi nostri ad te, Deus, respiciunt. Ita et nos nunc in tantis tumultibus, cum humana consilia et praesidia nulla habemus: petamus et expectemus protectionem et consilia a Deo. Servabit Deus nunc quoque invocantes ipsum: ut in fornace Babylonica Israelitas servavit. Alia de bello scribere non poteram. Dei beneficio filius recte valet, et discit, et studia hic mediocria sunt. Adventus vester mihi et aliis multis gratissimus esset: sed hoc belli tempore vix poteritis expatiari. Mea coniunx post febrim iam habet initia hydropis. Negotium *Lucae* erit mihi curae. Bene et feliciter valete. Die Iulii 7.

Philippus.

No. 5429. 10. Iul.

Val. Korte.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Valentino Cort, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta urbium corona Lubeca), fratri suo cariss.*

S. D. Reverende vir et carissime frater. Saepe cogito, Deum collocasse Ecclesiam in urbes Aristocraticas in hac extrema senecta mundi, ut habeat hospitium aliquando durabilius quam habitura videtur in principum regionibus, in quibus fient magnae vastationes. Nam post haec intestina bella sequentur Turcicae irruptiones, ut *Hillenius* praedixit, anno 1600. Turcos in Germania et Italia grassaturos esse. Sed oremus filium Dei, ut poenas leniat, et non sinat deleri Ecclesiam suam. Nos etiam foveamus nostrum coetum, quantum Deus concedet; communibus officiis. Adhuc Dei beneficio studia doctrinae hic mediocria sunt, quae utinam non turbentur bello, quod nunc seu fato seu propter alias causas exarsit.

Nunc vero eo ad te scribo. Vir clarissimus doctor *Iacobus Bordingus*, medicus, qui nunc in Academia Rostochiana vivit, indicavit huic suo amico *Ioanni a Bart*, Wesaliensi medico, desiderari medicum physicum in urbe vestra Lubeca. Proficiscitur igitur hic Wesaliensis istuc, et ut audiat, an ibi expectatur medicus physicus, et ut suam voluntatem iis indicet, qui haec ad Senatum referunt. Etsi autem haec negotia aliena sunt a functione, tamen in Ecclesia semper fuit singularis coniunctio piorum concionatorum et piorum medicorum. Et hic Wesaliensis ad artem medicam adiungit cum alias virtutes tum vero invocationem Dei incorruptam. Ac in Belgico haberet loca non contemnenda, nisi mallet in nostris Ecclesiis vivere. Te igitur oro, ut voluntatem eius exponas seu consuli seu alicui ex senatoribus. Offert vestrae urbi suam operam et habet eruditionis et industriae honorifica testimonia. Vixit in Gallia et Germanicis Academiis, et mihi diu notus est, et scio mores honestissimos esse. Bene vale. Die X. Iulii. Mittam tibi post paucos dies scriptum de mediatore.

Philippus.

*) Nomen *Lübeck* Melanthon interpretabatur: *corona*.

No. 5430. 14. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad. Camerar. p. 672. (ed. Lond. lib. IV. ep. 811.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo,

S. D. Accedit istuc meus gener propter communem dolorem. Scis enim me usurpare Aristotelicum illud παραμυθητικὸν ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος. Magno in dolore fuimus anno superiore ego et tu et alii multi, cum videremus semina novorum bellorum, quae postquam impediri fata non concesserunt, feramus haec sapienter, et deo obtemperemus. Nemo non vidit impendere maiores mutationes, in quibus ut Deus leniat iustas poenas, et nos gubernet, toto eum pectore oro. Consilia humana nulla quaero.

Sed nos deo commendo. Bene et feliciter vale. Pridie Idus Iulii, quo scribitur *Henricum* tuae patriae οἰκιστὴν mortuum esse. *Sabino* filius natus ex secunda coniuge etiam mortuus est. *Menius* adhuc periculose aegrotat. Ea caussa est cur nondum συμπρεσβευταὶ ingressi sint iter.

Philippus.

No. 5431. 14. Iul.

Iohanni Alberto, Duci M.

† Ex apographo vetust. in cod. Mehn. I. ep. 218.

Illustrissimo Principi ac Domino, D. Iohanni Alberto, Duci Megaloburgensi, Principi Henetorum et in Suerin, Rostock et Stargarden etc. Domino suo clementissimo,

S. D. Illustrissime et Clementissime Princeps. Etsi sciebam, Celsitudinem Vestram propter multas gravissimas causas post pugnam Saxonicam in magno dolore esse, et ipse in magno moerore sum et luctu, tamen ut iam scriberem ad Cels. V. necessaria quadam officii ratione adductus sum.

Vocatur ad Ecclesiam *Neobrandenburgensem* vir honestus et eruditus, Magister *Iohannes Garceus*, qui in academia nostra longo tempore vixit. Postea *Hamburgae* fuit inter praecipuos pastores, et iam lector theologicus est in academia *Gryphswaldensi*, et habet honestam coniugem et filios sex, et duas filias. Is propter pietatem et excellentem virtutem Celsitudinis Vestrae libenter serviet Ecclesiae in Cels. V. ditione. Et sum ei hortator, ut ibi esse malit. Sed audio aliquid dubitationis esse de stipendio. *Erasmo Albero* senatus centum promiserat, et Celsitudo vestra curaverat, addi centum ex Monasterio quodam. De eo stipendio nihil diminui orat. Vere adfirmo, doctum et integrum virum esse, nec dubito, Cels. V., ubi eum audierit, probaturam esse et doctrinam et formam concionum. Quare et ego reverenter oro, ut Celsitudo V. perficiat, ut numeretur stipendium non diminutum *). Bene et pie collocabit Cels. V. hoc beneficium, et orabit filium Dei tota *Garcei* familia nobiscum, ut protegat Celsitudinem Vestram, quod et nos precamur toto pectore. Datae pridie Idus Iulii 1553.

Celsitudinis V.

addictus

Philippus Melanthon.

*) Cf. ep. ad Aurifabrum d. 16. Iul.

No. 5432. 16. Iul.

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Ioanni Aurifabro.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Dabis veniam brevitati meae, quia existimare potes, nobis hoc tempore post pugnam Saxonicam accepisse aliquid occupationum. Moerore etiam impedior, quo minus multa scribam. Tantum igitur de *Garcaeo* nunc dico. Is vocatur ad Ecclesiam Neobrandenburgensem, ubi *Albero* fuerant promissi aurei ducenti. Ac dimidium numeraturus erat Senatus, dimidium pendebatur decreto Principis ex quodam monasterio. Nunc dubitari audio, an illam accessionem ex monasterio Illustriss. Princeps etiam successori *Alberi* sit daturus *). Libenter serviet *Garcaeus* Ecclesiis vestris et propter Principem et propter Academiam. Sed oramus, ut integrum stipendium, id est aurei ducenti, ei numerentur. Scis esse virum honestum, eruditum et eloquentem. Et habet familiam mediocrem ac filios, qui praeclare discunt optimas artes. Deinde non solum *Garcaei* causa sed etiam propter Ecclesiam illam pugnandum est, ne accessio rursus detrahatur. Totam causam tuae prudentiae et fidei commendo. Bene vale. Die 16. Iulii.

Philippus.

Salutem domino Doct. *Bordingo*, *Davidi*, et omnibus opto.

*) Vid. ep. d. 14. Iul. h. a.

No. 5433. 16. Iul.

Academicis.

Scripta publica T. II. p. 20. — Addidi hanc schedam nomine Fendii editam, quia Melanthonem eius auctorem esse, persuasum habeo.

Rector Academiae Witebergensis, D. Melchior Fendius.

Quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies et funere mersit acerbo!

inquit Aeneas de Pallante. Id nunc in hoc publico luctu vere dici potest de Duce Electore Saxoniae principe *Mauritio*, quem non virtutis egentem abstulit atra dies et funere mersit acerbo. Fateri enim necesse est, fuisse in eo multas excellentes ingenii dotes, et egregias virtutes. Pollebat enim consilio, et cogitata cum aliqua dignitate eloqui poterat, et in bellis gerendis, in dimicando, in oppugnationibus industria ac solertia vicit etiam senes duces. Nec ignavus erat, sed omnia speculabatur ipse, ac anno proximo cum paucis equitibus ad Turcicas copias prope accessit, ut quantae essent, et quae esset locorum opportunitas, consideraret. Fortitudo vero in multis pugnis conspecta est in Gallia et in Pannonia, ubi ante annos aliquot subito circumventus a turma [1]) Turcica acerrime se defendit, aliquot Turcis interfectis, cum in tanto periculo fuit collapso equo ut hostes fuerint eum oppressuri, qui multo plures erant, nisi unius comitis fide et virtute repressi essent. Fuit in iurisdictione iustus et sine saevicia. Et privati mores placidi et modesti fuerunt. Ingenii bonitas etiam in hac re conspici potuit, quod doctrinarum studia et magni fecit et munifice fovit. Pietatem etiam erga Deum in hoc postremo agone perspicue ostendit. Nam hoc biduum, quo victor post pugnam superstes fuit, consumpsit in confessione piae doctrinae et in invocatione filii Dei, Domini nostri Iesu Christi, et multa pia mandata dedit. Talis cum fuerit praesidio esse et patriae et Germaniae adversus Turcicas irruptiones et in aliis motibus potuisset, si longius vitae spacium ei concessum esset. Dolemus igitur extinctum esse, et quia tot virtutibus ornatum principem in ipso aetatis flore immatura morte extingui miserabile est, et quia iustum est, nos amisso domino lugere. Doleamus etiam, patriam et Germaniam tali duce orbatam esse, cuius industria et virtus ad communem defensionem multum prodesse potuisset. Adficiamur etiam dolore nobilissimae coniugis ipsius et filiae. Sed quia Deo nos obtemperare necesse est, agnoscamus communem infirmitatem, et de causis calamitatum generis humanae cogitemus, et oremus filium Dei, ut leniat aerumnas, et servet inter nos aliquas Ecclesiae reliquias. Ut autem Dux ipse discessit ex hac vita his duabus erectus consolationibus, quod in causa gusta et necessaria defensione patriae arma gessit, et quod se filio Dei moriens vera invocatione et fide commendavit: ita nos quoque haec ipsius bona cogitantes, leniamus moesticiam, et tuentes nostra pericula privata et publica, ardentius oremus filium Dei, ut has regiones et nos protegat et gubernet. Celebrabitur etiam memoria virtutum ipsius ad posteros, et haec voluntas defendendae patriae honesta fuit, quicunque fuit exitus. Scitis enim naturae vocem, quae in Homeri carmine recitatur: οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης τεθνάμεν: pro patria magnum decus est profundere vitam. Ac grati hanc voluntatem celebremus. Quanta enim crudelitas ab hostibus exerceatur cerni potest in vicinia Noribergae, ubi aliquot oppida igni prorsus deleta sunt, et in oppido Aldorff circiter octoginta homines incendio perierunt. Consilium igitur arcendi tam horrendam vastationem a patria iustum, pium et necessarium fuit.

Nunc vos hortamur, ut pericula publica et privata consideretis, et mentes ad invocationem Dei exuscitetis; ac, ut mores regatis maiore cura, consideratio humanae infirmitatis etiam vos moveat, cuius in hoc toto bello multa tristissima exempla videtis, ut cogitetis versum: accidere cuivis potest quod cuiquam accidit. Oramus autem filium Dei toto pectore, ut has regiones, et nos omnes protegat et gubernet, sicut inquit: nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Die 16. Iulii, anno 1553.

1) Textus: *tumba*, mendose; turma vel turba legendum.

No. 5434. 17. Iul.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 298. (ed. Lond. lib. II. ep. 305.).

D. Guilhelme Hausmanno

S. D. Venerande D. *Guilhelme*, Cum in amplissimi senatus literis proxime missis, postquam

vinum accepi, iterum scriptum fuerit, ut mittam adhuc unum vobis adiungendum, nisi hunc *Georgium Erardum*, qui fuit pastor in Ecclesia *Northusana*, virum eruditum et modestum, et cuius doctrina est incorrupta; dedi et literas ad amplissimum senatum. Quare te oro ut eum adducas ad eos, quibus literae exhibendae sunt, commendabis etiam eum viro clarissimo domino *Baptistae Hencelio*. De vino ages gratias amplissimo Senatui, quod in periculoso morbo Principi *Georgio Anhaltino* medicina fuit. De pugna *Saxonica* prius totam historiam scietis, quam hae literae ad vos pervenient. Ideo nihil de ea tragoedia scribo. Oro Filium Dei ut leniat calamitates publicas et privatas. Collegis tuis omnibus reverenter salutem opto. Si propter bella exulare cogar, ad vos quoque accedam bibliothecae videndae causa. Bene vale. Die 17. Iulii, Anno 1553.

No. 5435. 20. Iul.

Cph. Libio.

Manlii farrag. p. 257 sq.

Reverendo viro, D. N. N. (Libyo adscrips. *Buchholtz.) pastori Ecclesiae Dei in inclyta urbe Brenni, fratri suo charissimo,*

S. D. Reverende vir, et charissime frater: Praeterita vituperari possunt, mutari non possunt. Ideo nec de clade, nec de causis disputo: sed doleo extinctum esse Principem *), cuius excellens virtus fuit: ut in hac postrema pugna etiam ostendit, in qua proditus et desertus, Deo iuvante vicit tamen, et oro filium Dei, ut Ecclesias harum regionum protegat et gubernet. Magna mutatio totius Germanici imperii impendet. Rege Angliae mortuo, iam regnum Anglicum Imperatori commendatum est: et ipse occupatus novi regni constitutione, sinet Germanos inter sese tumultuari. Sed Deo curae erit Ecclesia, sanguine Filii redempta. Nos vero tot exemplis horum annorum commonefacti, simus ardentiores in invocatione. Te oro, ut quoties erit occasio, ad nos scribas.

Stoltius ex Prussia cum reliquo comitatu rediit. *Menius* propter febrim iter facere non potuit *). Utinam redeat salvus et incolumis. Sed nihil responsum est, nisi principem curaturum, ut synodus in Germania habeatur: haec responsio est σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου, ut Thucydides nominat. Bene vale, die 20. Iulii. Salutem opto D. *Kitelio* collegae, et aliis amicis.

*) *Mauritium*, Electorem.

*) Vid. quae diximus in ep. ad Stigel. d. 26. Iun.

No. 5436. 22. Iul.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 705 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Scimus, utrumque voce divina praedictum esse, et fore in hac senecta mundi maiores confusiones generis humani, quam fuerunt antea, et tamen Filium Dei collecturum esse Ecclesiam etiam inter Imperiorum ruinas. Servabit igitur aliqua hospitia. Hac nos spe consolemur, et petamus et expectemus ab eo mitigationem calamitatum publicarum et privatarum. Doleo Principem [1]), cuius fuit excellens ingenium, immatura morte extinctum esse. Dolebam autem et antea, cum viderem, illi ipsi Marchioni, qui nunc hostis fuit, tam familiarem esse. Sed omitto hanc commemorationem.

De pecunia scribit *Andreas*. Nunc enim et chirurgo merces dabitur, et rationes referet Andreas. Filius, Dei beneficio, recte valet, et discit. Nunc in libro de anima discit anatomica, de quibus in mensa sciscitor aliquid.

Scriptum est ad me, Regem Angliae, adolescentem [2]), mortuum esse, et Imperatori *Carolo* Regnum esse commendatum. Id si verum est, non veniet ad Conventum *Ulmensem* Imperator. Bene valete. Die Magdalenae.

Philippus.

1) *Mauritium.*

2) Eduardus obiit diem d. 6. Iul. 1553.

No. 5437. 25. Iul.

H. Rehlingero.

Edita ex autogr. Mel. in Bibl. Ulmensi in *Georg. Veesenmeyeri* Beiträgen zur Geschichte der Literatur und Reformation. (Ulm. 1792. 8.) p. 158.

Dem Edlen und Ehrnveſten Herrn *Hieronymus Relingern*[1]), Bürger zu Augsburg, meinem günſtigen Herrn.

Gottes Gnad durch ſeinen eingebornen Sohn Jeſum Chriſtum unſern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Edler, Ehrnveſter, günſtiger Herr. Ew. Ehrenveſte wiſſen aus chriſtlichem Verſtand, daß göttliche Weisheit ſelbſt beides verkündigt hat, nämlich daß in dieſem letzten Alter der Welt größere Zerrüttung ſeyn werden, denn zuvor geweſen, daß aber dennoch der Sohn Gottes ihm ein ewige Kirche für und für, bis zur Auferweckung der Todten ſammeln will, und woll dazu etliche ehrliche Regiment erhalten, und hat befohlen, zu Pflanzung der Lehr des Evangelii Hülff zu thuen. Darum iſt dieſe euer Wohlthat gottgefällig, daß E. Ehrenveſte in gemeiner Regierung und aus eigenen Gütern zu Lehr Förderung thuen, und will Gott gewißlich von wegen ſolcher Wohlthaten auch ſeine guten Gaben deß[2]) milder geben. Nachdem nun E. Ehrenveſte dieſem armen Waiſen *Iacobo Hofer*[3]) von Torga, des würdigen Magiſtri *Lucae Edenbergers* Stiefſohn, etliche Jahr mit einem Stipendio Hülff gethan, dafür er ſich zu ewiger Dankbarkeit ſchuldig erkennet, und aber er noch nicht zu Dienſt kommen, bitte ich neben ihm, Ew. Ehrenveſte wolle ihm mit gedachtem Stipendio oder dergleichen noch dieſes einig folgend Jahr Hülff thuen, darin er Dienſt zu ſuchen mit Gottes Hülff vorhat. Dagegen will er mit ernſtem Gebeth Gott anrufen, gemeine Strafen zu lindern, und Ew. Ehrenveſte allezeit gnädiglich zu bewahren und zu regiren. Der Sohn Gottes, Jeſus Chriſtus, wolle Ew. Ehr. allzeit gnädiglich behüten. Datum Witteberg auf den Tag Iacobi 1553.

E. E.

williger

Philippus Melanthon.

No. 5438. 25. Iul.

Georg. a Steten.

† Ex autogr. in cod. Basil. Vol. XXV. fol. 58.

Dem Edlen und Ehrenveſten Herrn Georgen von Steten, Rathsherrn zu Augsburg, meinen günſtigen Herrn.

Gottes Gnade durch ſeinen eingebohrnen Sohn Jeſum Chriſtum unſern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Edler, Ehrenveſter, günſtiger Herr. Ew. Ehrenveſte wiſſen aus chriſtlichem Verſtand, daß göttliche Weisheit ſelbſt beides verkündiget hat, nämlich, daß in dieſem letzten Alter der Welt größere Zerrüttungen ſeyn werden, denn zuvor geweſen, daß aber dennoch der Sohn Gottes ihm eine ewige Kirche für und für bis zur Auferweckung der Todten ſammeln will, und will dazu etliche ehrliche Regiment erhalten, und hat befohlen, zu Pflanzung der Lehre des Evangelii Hülfe zu thun. Darum thun E. E. löblich und chriſtlich, daß ſie in gemeiner Regirung und aus eigenen Gütern zur Lehre Förderung thun, und will Gott gewißlich von wegen ſolcher Wohlthaten auch ſeine Gaben deß milder geben. Nachdem nun E. E. dieſem armen Waiſen Jacobo Hofer von Torga, des würdigen Magiſtri Lucas Edenbergers Stiefſohn, etliche Jahre mit einem Stipendio Hülfe gethan, dafür er ſich zu ewiger Dankbarkeit ſchuldig erkennet, und aber er noch nicht zu Dienſt kommen; bitt ich neben ihm, E. E. wolle ihm mit gedachten Stipendio oder dergleichen, noch dieſes einig folgend Jahr Hülfe thun, darin er Dienſt zu ſuchen mit Gottes Hülfe vorhat. Dagegen will er mit ernſtem Gebeth Gott anrufen, um Linderung gemeiner Strafen, und E. E. allezeit zu bewahren und zu regiren. Der Sohn Gottes Jeſus Chriſtus wolle Ew. E. gnädiglich ſtärken und behüten. Dat. Witteberg auf den Tag Iacobi Apoſtoli 1553.

Ew. Ehrnveſte

williger

Philippus Melanthon.

No. 5439. 25. Iul.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 200. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 187., cui Baumgartnerus adscripsit: „1553. 4. Augusti per D. *L. Stettner.*"

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Sumus in eadem Navi, hoc est, non tantum in iisdem periculis, sed etiam in eadem Ecclesia, cuius custos est Filius Dei. Hac nos con-

---

1) *Veesenmeyer* l. l.: „den Hieron. Rehlinger kenne ich weiter nicht, als daß er gewiß aus der Augsburgiſchen Patriciſchen Familie der Rehlinger, oder Rhelinger war."

2) i. e. deſto.

3) Vid. Epistolae d. 20. Mart. 1554.

solatione sustentemus. Multi putant tragoediam secuturam esse ὅμοιαν τοῦ Ἀντιοχῇ. Sed quidquid erit filio Dei nos commendemus.

Quaeso ut Doctoris *Leonarti* inopiae misericordia adficiamini. Quantum potuit, hic vendere reditus quos habet, conatus est. Sed quis hoc tempore aut habet, aut emeret etiamsi haberet pecuniam. Plura scribam alias. Nunc Filium Dei tecum et cum vestra Ecclesia et tua domestica oro, ut vos et nos protegat. Bene vale. Die Iacobi *).

Philippus.

No. 5440. 25. Iul.

Io. Placotomo.

Epist. lib. VI. p. 286.

Iohanni Placotomo, Doctori artis medicae.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Multa vidimus hoc septennio exempla insignia humanae fragilitatis. Sed haec pugna Saxonica tristiora habet exempla, quam anni superioris. Nam multi viri fortes interfecti sunt, et in acie perierunt duo Principes filii Ducis Brunsvicensis, et *Dux Saxoniae* vulnus accepit, ex quo biduo post mortuus est. Legi prognosticon ante quinque annos in quo scriptum erat, gubernaturum esse patriam annos duodecim et deinde in peregrina terra moriturum esse. *Guarus* redit in aulam Marchionis *Ioannis;* Non succedit *Willichio* **), de te igitur scribam. Bene vale. Die Iacobi, Ann. 1553.

No. 5441. 30. Iul.

Ulr. Mordisino.

Epist. lib. V. p. 187 sq.

Ulrico Mordisin, Cancellario Pr. Elect. Saxoniae.

S. D. Clarissime vir, et Patrone charissime. Etsi exposui Syndico Northusano, vos hic expectari, tamen literas a me flagitavit, sperans in itinere se ad vos venturum esse. Narrat, duos adolescentes Northusanos in Scholam *Portensem* receptos esse beneficio Illustrissimi Electoris Ducis *Mauricii.* Et spem esse factam confirmandi eius beneficii, cum Dux Saxoniae sit defensor Urbis *Northusen*, et habeat ibi alia quaedam iura. Nunc orat Senatus, confirmari id beneficium, quia literae confirmationis impeditae sunt morte Illustriss. Electoris Ducis *Mauricii.* Totam rem ait notam esse Clarissimo viro, nobilitate generis et virtute praestanti Domino *Christophoro a Carolowiz.* Quare oro, ut vetustae Theodosii Coloniae, quae tot iam seculis a Ducibus Saxoniae, Electoribus, defensa est, et benevolentiam Ducum Saxoniae officiose retinere studuit, non desitis. Fuit olim coniunctio Principum et civitatum et pulchra et utilis paci, quam libenter tueri vos non dubito. Bene valete. Die 30. Iulii.

Philippus.

No. 5442. (ex. Iulio.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 671 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 810.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Clemens Alexandrinus versum esse Euripidis dicit, etsi non opinor in his tragoediis esse, quae reliquae sunt: ἅπαν τὸ χρηστὸν, τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Scio te quoque hoc dulcissimo versu delectari, quia et honesta sententia est, et tuae integritatis imago est, ostendit autem et *Stigelii* candorem et virtutem, perpetua erga nos in his temporum confusionibus constantia benevolentiae, de qua ei et debeo et habeo gratiam. Et fruemur amicitia nostra in consuetudine celestis Ecclesiae, quanquam nunc quoque non est contemnendus fructus, qui studiis prodest nostra coniunctio. Scio eum a te quoque diligi, quare gratum fore congressum non dubito. Dedi ei fasciculum litterarum Borussiacarum, quem legati Turingici attulerunt. Sed *Menius* adhuc morbo retinetur in illo horrido littore. Sum solicitus de eius vita. Sed oro filium Dei, ut et ipsum servet incolumem, et leniat omnes calamitates publicas et privatas. In iis locis ubi pugnatum est ex sanguine Titanum

---

*) Alia manus adscripsit: 1553.

**) Vid. epist. d. 1. Maii, h. a.

terra alios gignere dicitur *). Commendemus nos filio dei domino nostro Iesu Christo. Bene vale. Salutem opto vobis omnibus D. Pastori et aliis.

Philippus.

No. 5443. 1. Aug.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 208 sq.

Georgio Buchholzero, Praeposito Berolinensi.

Reverende vir, et amice charissime. Illustrissimo principi *Electori Marchioni* responsionem meam mitto de controversia *Stancari*: et oro, ut vos ipsi exhibeatis illustrissimo Principi, vel exhiberi curetis per magnificum dominum Cancellarium, aut ornatissimum virum dominum *Thomam*. Orabitis etiam, ut mihi venia detur, quod tardius mitto. Legerunt alii, et comprobarunt, sed subscriptiones non petivi: quia nolui aliis attrahere certamina cum *Stancaro*, homine valde maledico. Scripsit de me epistolas plenas arrogantiae et crudelitatis, cum nunquam a me laesus sit. Sed mei labores Deo et multis bonis viris noti sunt. Non movi dissidia: sed cum esset magna opinionum confusio, quaesivi explicationes veras et simplices, quae intelligi possent, de toto corpore doctrinae. *Stancarus* quid sentiat in universa doctrina, nondum scimus. Bene et feliciter valete, et curate mihi rescribi tantum hoc, ut sciam an sint exhibitae meae paginae. Iterum valete. Die primo Augusti.

No. 5444. 1. Aug.

I. Weinlaubio.

Ex autogr. Mel. in cod. Seidl. ep. 13. edita in *Wegscheid.* Progr. II. ep. 14.

Magnifico domino Cancellario incliti principis Electoris Marchionis etc. viro clarissimo sapientia et eruditione et virtute praestanti Domino Iohanni Weinlaub etc. Patrono suo colendo.

S. D. Magnifice Domine Cancellarie et Patrone colende. Oro filium dei dominum nostrum Iesum Christum, ut Vobis vires corporis et animi confirmet. Cum autem hunc meum tabellarium miserim istuc, ut responsionem meam de *Stancari* controversiis ad Vos perferat, oro, ut exhiberi meas literas et responsionem Illustrissimo Principi Electori *Marchioni* curetis et mihi significetur, an has meas paginas acceperitis. Iudicium autem de meo scripto et nobis et omnibus piis ac doctis permitto. Bene et feliciter valete. Die primo Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 5445. 5. Aug.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 541.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Etsi difficile est, invenire Concionatores idoneos, et non factiosos: tamen indicavi tres **), ut videbitis in pagella, quam inserui his literis. Scripsi ad duos. Et, si Meideburgensem vocare volueritis, addendae erunt literae Senatus vestri. De bello ego metuo, fore vastationem Hunnicae similem, aut Vandalicae. Talem seditionem semper timui. Ideo non volui esse tuba novorum tumultuum. Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut vos et nos protegat et gubernet. An Dux *Augustus* pacem facturus sit, nondum scio. Dei beneficio recte valet, et discit filius *Michaël.* Bene et feliciter valete. Die 5. Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 5446. 6. Aug.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 229.

Hieronymo Besoldo (Concionatori Norinberg.)

S. D. Reverende vir, et chariss. frater. Hanc epistolam scripsi die 6. Augusti, ac tradidi nuncio

*) Novus exercitus Alberti. C. W.

**) In locum Georgii Erhardi, qui Augustam Vindelic. vocatus fuerat. Vid. ep. d. d. 17. Iulii h. a.

Chamensi. Cumque fasciculum literarum scriptum ad quendam Rostochianum, *Casparum Pasewalck*, mitti vellem Ingolstadium, dedi mandata *Melchiori Michaëli*, Pastori Ecclesiae Chamensis, ut aut ipse Ingolstadium mittat, si certi tabellarii ex Chamo eo proficiscantur, aut tibi mittat. Quaeso, ut honesto homini declaremus in hoc officio nostram benevolentiam. Natura praeclara est, et spero usui fore Reipublicae. Misi *Melchiori* scriptum meum de *Mediatore* contra *Stancarum*, quod legito. Heri huc venit Dux Saxoniae, *Augustus* *), quod faustum et felix sit. Bene vale. Die 6. Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 5447. 10. Aug.

Ioach. Camerario.

Epistol. ad Camerar. p. 673 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 813.).

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti, Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo,

S. D. Oro filium Dei custodem Ecclesiae, dominum nostrum Iesum Christum, ut te et Ecclesiam tuam domesticam et hospitia vestra protegat. Filium *Ioachimum* vellem hic apud generum meum esse, cuius consuetudo prodesse ei poterit. Novas deliberationes nondum habeo, quanquam exilia rursus impendent. Et minantur nobis quidam non obscure. Vidi literas τῶν θριαμβευόντων [1]) καὶ παιανιζόντων ἐπὶ ἡμετέραις συμφοραῖς. Ideo minus miratus sum ea, quae ad te scripsit ὁ ἀρκτόχειρ [2]). Feramus has fatales rerum et voluntatum mutationes.

Regiis literis vocor in Angliam, quae scriptae sunt mense Maio. Postea secula est mors nobilissimi adolescentis [3]), qui etiam est exemplum humanae imbecillitatis. Fuit hic ὁ σεβαστός [4]), cuius oratio de Ecclesiis ad me honesta fuit. Opto ut gubernatio sit fausta et felix. *Marchioni Electori* misi scriptum de *Stancari* controversia [5]), quod retexui post illam sylvulam, quam vidisti. Bene et feliciter vale. Die Laurentii.

Philippus.

*) Redierat ineunte Aug. ex Dania, et iam Vitebergam venit, ut cives in fidem suam adigeret, quo facto salutatus est princeps Elector.

1) Flacianorum. C. W.

2) Berolinensis. C. W. — „Georgius Anhaltinus, ut opinor, ab ursi pede anteriori, qui est in Anhaltinis insignibus. *Th.*" — Praefero Thomasii explicationem.

3) Dubio caret, Melanthonem loqui de Eduardo regi Angliae, qui obiit d. 6. Iul. 1553. adolescens sexdecim annorum.

4) Augustus, vid. ep. ad Besold. d. 6. Aug. Nam sub initio mensis Augusti redierat ex Dania. Vid. Sleidan. p. 803.

5) Vid. epist. d. 1. Aug. 1553.

No. 5448. 12. Aug.

(*Testimon. de Mullero.*)

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Testimonium datum Bernhardo Mullero (Mollero?), Hamburgensi.

S. D. omnibus lecturis has literas. Nihil virtute amabilius est. Quare sua cuique virtus praecipua commendatio est. Sed tamen ut aditus ad ignotos sit facilior, prodest habere testimonia. Et decus est conspici signa benevolentiae et coniunctionis cum aliis honestis hominibus. Huic igitur *Bernhardo Mullero* Hamburgensi peregre profecturo dedi hoc testimonium, non solum ne quid suspicionis eius iter haberet, sed etiam ut sit significatio et iudicii de ipso mei et benevolentiae meae. Natura Bernhardi doctrinarum capax est, et cum sit moderata et domestica disciplina honesta accesserit, vera pietate Deum colit, et amat iustitiam et caeteras virtutes. Natus est in familia honesta inclytae urbis Hamburgae, quae non solum, ut Massilia, civilibus virtutibus excellit, sed etiam domicilium est Ecclesiae Dei, et cives ad veram invocationem Dei et pios mores assuefacit. Deinde vero hic Bernhardus in nostra Academia philosophiae initia didicit, et audivit uberiorem explicationem doctrinae ecclesiasticae et veterum ac recentium controversiarum, de quibus amplectitur perpetuum consensum Ecclesiae catholicae Christi, qui et in nostra confessione continetur, et abhorret ab omnibus fanaticis et seditiosis opinionibus, ac animi pietate, vera invocatione Dei et honesta morum gubernatione declarat. In academia Rostochiana ornatus est gradu magisterii philosophici, ubi familiaris fuit viris doctissimis *Arnoldo Burenio* et *Davidi Chytreo*. Nunc hanc peregrinationem suscepit, ut celebres Academias

videat, Cracoviensem et Viennensem, et doctorum virorum iudicia de multis rebus audiat. Cum igitur hic Magister Bernhardus sit vir honestus et eruditus et causas habeat honestas peregrinationis, commendo eum omnibus bonis viris, ac peto, ut eum contra iniurias defendant. Ipse vicissim omnia officia, quae ad iura hospitii pertinent, honeste praestabit. Bene vale candide lector. Die Augusti duodecimo, anno 1553.

P. M.

No. 5449. 13. Aug.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 432. (edit. Lond. lib. II. ep. 452.).

D. Iacobo Milichio .

S. D. Cum huc venisset Dux *Augustus* *) Elector, deliberavimus de petenda confirmatione Academiae. Placuit aulae hoc consilium, et Princeps clementer audivit Academiae Orationem, quam habuit Doctor *Laurentius*, verecundam et non longam. Respondit Princeps liberaliter et pie. De pub. negotiis scripsi in pagella, quaedam a *Carolovicio* narrata. Plura dicam coram. Et ad vos iam expatiarer, nisi propter Iurisconsultorum orationem domi retinerer. *Camerarius* profectus est *Noribergam.* Senex *Palatinus* Elector literis me benignissime scriptis vocat in patriam. Fortassis omen est migrationis in patriam coelestem. Sed nisi collegarum causa manerem, libenter hinc discederem, non solum propter bella, sed etiam propter ingeniorum rabiem. Deus adsit nobis, et Principi *Georgio* confirmet vires animae et corporis. Bene vale. 13. Augusti.

No. 5450. 13. Aug.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 310. (ed. Lond. lib. II. ep. 317 sq.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone charissime, Idibus Augusti tuam Epistolam accepi, in qua scitaris, an miserim ad vos aliquem cui commendaretur gubernatio eius Ecclesiae, in qua hactenus desideratur Pastor. Ego vero ante mensem literas dedi viro honesto et erudito *Georgio* [1]) nato in *Dinkelsbuhel*, cuius integritas et modestia valde probata est Ecclesiae *Northusanae*, hunc iussi ad vos quamprimum proficisci. Et profectum esse existimo. Etsi enim Senatus *Northusanus* retinere eum cupiebat: tamen quia collegam habuit hominem tribunitium et *μωρόκακον* [2]), discedere decreverat. Is si ad vos venit, probaturos vos esse ipsius doctrinam et modestiam non dubito, tibique eum commendo. Oro autem Filium Dei, ut et vestram Ecclesiam et harum regionum Ecclesias protegat. Nos etsi in luctu et metu sumus, tamen adhuc operas usitatas, Dei beneficio, facimus. *Eberus* vicissim vobis omnibus fausta precatur. Bene et feliciter vale. Salutem opto *Wolfio* et *Cypriano.* Idibus Augusti.

No. 5451. 13. Aug.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Doctissime vir et cariss. frater. Etsi nesciebam, quando hanc epistolam accepturus esses, scripsi tamen, quia hunc hospitem *Hubertum* *) Burgundum, qui mores hominum multorum vidit et urbes, tibi commendare volui, teque oro, ut eum amanter excipias, cum istuc venerit, et ei ornamenta inclytae vestrae urbis ostendas. Vixit apud nos fere biennium, et comperimus, esse virum prudentem et integrum. Libentius etiam istuc iter facit, ut te alloquatur. Audivit enim a me praedicari et eruditionem et virtutem tuam. Academia nostra adhuc Dei beneficio habet halcyonia, quae ut sint diuturna faciat filius Dei, custos Ecclesiae suae. Bene et feliciter vale. 13. Augusti 1553.

---

*) Vitebergae fuit d. 5. Aug. h. a.

1) Georg. Erhardus, pastor ad aed. S. Petri.

2) Antonium Otthonem.

*) Hubertum Languetum.

No. 5452. (13. Aug.)

(*Commendatio Langueti.*)

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[4].

Omnibus lecturis has literas

S. D. Recitat Clemens Alexandrinus versum Heracliti, in quo ait describi vitam philosophicam *πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.* Laudat enim peregrinationem discendi causa susceptam, in qua tamen retinetur morum integritas. Etsi autem hic vir honestissimus *Hupertus Languetus*, Burgundus, praeclare eruditus in iure, instruxit se cognitione doctrinae et multarum rerum, consideratis studiis et forma gubernationis in Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Dania et Germania: tamen hoc magnum decus hac vera laude superat, quod in tot gentium consuetudine retinuit nativam integritatem morum, iustitiam, fidem et modestiam in omni actione. Comperimus enim huius Huperti mores iustos et placidos esse, et eximiam eius esse prudentiam et moderationem in omni officio, et in dictis et pactis fidem. Cumque fuerit nobis eius familiaritas iucunda, quia de multorum eruditorum studiis et sententiis, et de aliarum gentium moribus et legibus multa digna cognitione narrare potest: tamen multo dulcior fuit propter morum integritatem. Hanc autem epistolam ei dedi, et ut testimonium apud eum extet benevolentiae erga ipsum meae, et ne quid suspicionis [1]) itinera eius adferant. Non enim regum negotia circumfert, sed Academias perlustrat et cum viris doctis colloqui studet. Ac nunc Academiam Cracoviensem et Viennensem accedere decrevit. Cum igitur hic Hupertus et sit vir honestus ac eruditus, et causas honestas peregrinationis habeat, commendo eum omnibus bonis viris, et oro, ut eum adversus iniuriam defendant. Nam et ipse iura hospitii honeste tuetur [2]). Scio honestos et prudentes viros, ubi paucorum dierum consuetudine mores et sermones eius consideraverint, suo iudicio hoc meum testimonium comprobaturos esse, et libenter Hupertum in familiaritatem admissuros esse. Oro autem filium Dei, custodem Ecclesiae suae peregrinantis et exulantis, ut et hunc Hupertum protegat. Bene vale candide lector. Datae mense Augusto anno 1553.

Phil. Mel.

1) *substitionis*, apogr. ex mendo.

2) Cod. *tueatur*.

No. 5453. 17. Aug.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1234.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Doctissime vir et carissime frater. Cum ante octiduum hanc epistolam *Elect. Palatini*, quam nunc tibi mitto, inclusam huic pagellae, accepissem, respondi subito *), ac misi Palatino tuas epistolas duas ad me scriptas, ut tuam voluntatem ex eis cognosceret. Scripsi, te malle in Academia patriae vivere quam alibi, sed literas ad te nominatim scribendas esse, ut petere missionem possis. Eadem rursus iam scribam, cum iter Francofordianum nostri cives susciperent. Ac quicquid de te literarum accepero, fideliter mittam. Tamen cum hanc epistolam *Palatini* legeris, te ipsum re deliberata ad principem scribere optarim. Me quoque in patriam vocari vides; et quia bella nos migrare cogent, cum hinc discedendum erit, decrevi in patriam proficisci, si vivam, aut non belli saevitia opprimar, Haec nostra pericula Deo commendo, quia est *καρδιογνώστης*, et scit quae mea semper in his tantis confusionibus voluntas fuerit. Bene vale et rescribe. Die 17. Augusti.

Philippus.

*) Periisse videtur haec epistola. Caeterum vid. ep. ad Milichium d. d. 13. Aug.

No. 5454. 17. Aug.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54[3].

Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Nulla vox ardentior unquam in coelo et in terra audita est, quam precatio filii Dei in agone, in qua orat

aeternum patrem, ut faciat, ut unum simus in ipso. Ad huius summi nostri sacerdotis praecationem adiungamus et nostra vota et gemitus, et cum ipso petamus, ut sit vera et perpetua concordia Ecclesiarum in his regionibus. Sit in nobis etiam cura tuendae mutuae benevolentiae. Nos libenter vobis omni genere officii gratificamur. Hunc *Henricum* et erudivimus et audivimus, ac erudiissemus diutius, si potuisset hic dies aliquot commorari. Publicae ordinationis testimonium ei tribuimus, ac tibi eum commendamus regendum. Solemus enim iuniores hortari, ut se ad aliquos seniores adiungant. Mitto tibi pagellas proximae disputationis [1]). Magnum mihi certamen est cum *Stancaro* de Mediatore, de quo scriptum meum tibi et aliis mittam. Bene vale. Die 17. Augusti. Salutem opto seni *Reinholdo* [2]) et vobis omnibus. 1553.

Philippus.

No. 5455. 18. Aug.

Senatui Tangermund.

Ex autographo, quod est in manibus Dom. *Benon. Friedlaenderi*, Berolin., primum edita in libro: die Musen, herausg. von Friedr. de la Motte Fouqué und W. Neumann. 1813. Berol. P. I. p. 54.

Den Ehrbaren Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Tangermünd, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, und günstige Herren. Ew. Ehrbarkeit als verständige, christliche Regenten wissen, daß göttliche Weisheit beides verkündigt hat, nämlich daß in dieser letzten Zeit größer Unruhe seyn werde, denn zuvor gewesen, daß aber gleichwohl der allmächtige Sohn Gottes ihm eine ewige Kirchen für und für, bis zur Auferweckung der Todten sammlen will, und eben in diesem Volk die reine Lehr des Evangelii gepredigt wird; will darum, daß alle Menschen, ein jeder nach seinem Stand, zu Pflanzung und Erhaltung christlicher Lehr Hülf thun. Derhalben thun Ew. Ehrbarkeit löblich, daß sie Kirchen und Schulen erhalten, und ihre arme Jugend zum Studio fördern. Nu ist Ew. Ehrbarkeit Zeiger dieser Schriften, Bartholomäus Plank, eines armen Bürgers Sohn zu Tangermünd, bekannt, und wissen E. E. seines Vaters Armuth. Dieweil denn dieser Bartholomäus sehr züchtig und im Lernen fleißig ist, und gute Hoffnung zu seinem Studio zu haben, bitt ich neben ihm, Ew. Ehrb. wollen ihm um Gottes willen ein jährliche Hülf zum Studio väterlich verordnen. Dagegen wird Gott gnädiglich viel Strafen lindern, wie der Sohn Gottes spricht: wer den geringsten unter den Meinen um der Lehr willen einen Trunk Wasser gibt, der wird Belohnung haben. Derselbige allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, wolle Ew. Ehrb. und die Euern allezeit gnädiglich bewahren und regiren. Den 18. Augusti 1553.

Ew. Ehrbarkeit
williger
Philippus Melanthon.

1) Martini Makenrot, habita d. 3. Aug. 1553. Vid. Eberi quaest. p. 115 b.

2) Patri Erasmi Reinholdi, Salveldensis, mortuo.

No. 5456. 23. Aug.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 171. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 152.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. In eadem navi ubique sumus, hoc est, non in iisdem periculis tantum, sed etiam in eadem Ecclesia, quam scimus Deo curae esse, qui et vestros et nostros gemitus exaudiet [1]) et poenas leniet infantulis nostris, quod ut faciat toto eum pectore oro. *Aeacides* nunc Brunsvigae est. Interea *Henricus Mindam* occupavit et alia quaedam *Erici* oppida, quarum rerum cur sit ociosus spectator *Aeacides*, non possum ratiocinari. Sed brevi fortassis inchoabit novam Tragoediam [2]). Oro autem Filium Dei, ut reprimat hos Titanas et moestis Ecclesiis pacem restituat. Mitto vobis scriptum de *Stancari* controversia, nam alia nunc non habebam. Bene et feliciter vale. X. Cal. Septembris [3]).

Philippus.

1) Spanh. mendose: *exaudit.*

2) Evenerunt haec anno 1553. Vid. Sleidan. p. 795 sq.

3) Alia manus adscripsit: 1550.

No. 5457. 25. Aug.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 420. (edit. Lond. lib. II. ep. 440.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Tot vidimus hoc septennio tristia spectacula in bellis civilibus, pulsos Principes, exhaustas urbes, deleta oppida, nunc etiam in una pugna amissos quatuor Principes *), et quatuor comites, et alios multos viros fortes. Et tamen multi nova bella accendere cupiunt. *Albertus Marchio Brunsvigae* est, et rursus colligit exercitum, vulnus nullum accepit, nam cito fugit ex acie. Stipendia se ex praeda soluturum esse promisit *Lipsiae*. Sed oro Filium Dei pacis autorem, ut restituat nostrae *Germaniae* pacem, quae nunc vere est *Almana*, id est, *vidua*, id enim vox Hebraea significat. De Ephemeridibus valde gaudeo te animum adiicere ad instituendum illud opus et gratum, et utile. Ea de re scribam copiosius alias. *Erasmus* noster promiserat Ephemeridas, sed nihil invenimus nisi paucas pagellas motuum Solis et Lunae aliquot annorum. De *Appiano* velim te sciscitari, an reliquerit Ephemeridas. Filius, ut audio, docet loco patris. Bene et feliciter vale. Postridie Bartolomaei.

No. 5458. 25. Aug.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1234.)

Davidi Chytraeo.

Doctissime vir et cariss. frater. Casta Deus mens est, casta vult mente vocari. Et sanxit Deus castitatem esse hoc dulcissimum foedus, unius maris et unius foeminae, non vagam sed perpetuam copulationem. Talem voluit mox in creatione Ecclesiam esse, et in Ecclesia casta invocari. Quare tecum gratias ago Deo, quod sponsam tibi piam et honestam adiunxit, et vobiscum oro Deum, conditorem generis humani et dulcissimi foederis coniugum, ut faciat, ut coniugium vestrum sit faustum et felix, inque Deo sit mens una, sit unus amor. Plura scribam his diebus, et curabo Epithalamia *) componi. Bene vale et nobis tempus sacri nuptialis significa. die 25. Augusti. Socero tuo viro honestissimo reverenter salutem dicito meis verbis.

Philippus.

*) Mauritius et duo filii Henrici Brunsvicensis, Carolus et Philippus, interfecti sunt in praelio d. 6. Iulii, prope Sieversbausen.

*) Vid. Mel. epigr. p. 74.

No. 5459. 26. Aug.

Io. Marbachio.

Ex *Io. Fechtii* hist. Eccles. sec. 16. Suppl. p. 34.

Iohanni Marbachio
S. D.

Reverende vir et carissime frater. Tam multa vidimus tristia exempla hoc septennio, pulsos et captos Principes, expilatas civitates, deleta igni oppida, interfectos Principes: nec tamen flectuntur animi ad faciendam pacem. Ut post Epaminondae mortem ait Xenophon in Graecia fuisse ἀκρισίαν καὶ ταραχὴν maiorem: ita post nostri Ducis interitum nova bella in his regionibus metuimus. *Henricus Brunsvicensis* occupat *Erici* oppida. Interea Marchio *Albertus* rursus colligit exercitum, et minatur atrocia. Nunc *Lipsiae Conventus* est, ubi regis *Danici* et multorum Principum legati de pace agunt **). Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut poenas leniat, quas cum multis aliis sceleribus omnes attraxerunt, tum vero hostes Evangelii odio veritatis, alii vero libertatis abusu et multiplici petulantia. Si progressus fuerit in has regiones *Albertus*, rursus exulabimus, nisi belli saevitia opprimamur. Quod pie filias *Francisci Dryandri* nutriri et educari curatis, Deo gratum officium est: et tibi gratiam habeo, quod id mihi significasti: ubique eas commendo. Si mihi erit exulandum, accedam ad vos, ut de multis rebus colloquamur. *Stancarus* furere non desinit. Petivit a me *Elector Marchio*, ut de quibusdam controversiis, a *Stancaro* motis, responderem. Inter caetera contendit, Christum esse mediatorem tantum secundum humanam naturam. Responsionis meae exemplum vobis mittam. Nunc mitto has pagellas, quas addidi huic epistolae.

**) Vid. Sleidan. p. 803. Fuit ille conventus d. 20. Aug. 1553.

Debet hospiti suo Magistro *Sebastiano Matthaeo* Wittembergensi *Iohannes Weidner* quadraginta Ioachimicos et Grossos duodecim. Valde oro, ut patri hortator sis, ut eam pecuniam numerari nostro Collegae curet. Bene et feliciter vale. Die Augusti 26. Anno 1553.

Salutem vobis omnibus opto.

Philippus.

No. 5460. 27. Aug.

U. Mordisino.

Epist. lib. V. p. 190 sq.

Ulrico Mordisino, Cancellario Pr. Elect. Saxoniae.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Meministis, me Oschacensem adolescentem *Baldasarum Sartorium*, qui fuit inter Symphoniacos in aula, vobis commendare, cum Torgae essemus. Natura bona est, et recte didicit artium initia, ac poterit usui esse, cum aetas aliquando firmior erit. Nunc in ista adolescentia nondum aliis praefici potest. Et non est utile, eum abduci ex Academia, ac spes ei facta est in aula, futurum, ut stipendio, sicut antea datum est, diutius frueretur. Etsi scio, oneratam esse aulam, tamen hunc vobis adolescentem, propter ingenii bonitatem et eruditionem, commendo.

Hodie literas ex *Bononia* accepimus, in quibus scribitur, novam classem Turcicam ad *Massyliam* venisse *), et in magno metu Italiam esse. Saepe cogito de *Hiltenii* vaticinio, qui praedixit, *Turcos* in Italia et Germania regnaturos esse anno 1600. Sed ipsorum Turcorum vaticinia dicunt, futurum, ut pellantur ex Germania, et tunc inclinationem fore Regni Turcici. Oremus Filium Dei, ut Ecclesiae reliquias in his regionibus protegat et servet. Bene valete. Die 27. Augusti.

Philippus.

No. 5461. 30. Aug. (h. a.?)

Io. Aurifabro.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54ª.

*) Anno 1553. Vid. Sleidan. ad hunc annum.

Iohanni Aurifabro, Theologiae Doct.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Subito scribendum fuit huic *Bartholomaeo* Tangermundensi, qui fuit Pastor in Ecclesia suburbii Parthenopes. Exulat ut multi. Te propter exilium filii Dei in terris oro, ut huic Bartholomaeo nidiolum alicubi quaeras, re deliberata cum amicis. Habet honestam coniugem et filium natum annos duos. Obsecro te, ne desis misero. Tantum tristium spectaculorum videmus et audimus, ut nihil malim quam ex hac vita discedere. In Lithuania homines laqueo vitam finiunt sibi et natis, ne fame pereant, et sit apud nos annona angustior. Bene vale et salutem dicito *Arnoldo* et *Davidi*, quem iubeto mihi exempla suarum propositionum mittere. die penult. Augusti.

Phil. Mel.

No. 5462. 1. Sept.

Ad. Cratoni.

Edita in libro: „De antiquo et profundo consilio Dei, exegesis tam pia quam erudita, in prosam de divisione Apostolorum cantari solitam et ad puerorum usum ostenso artificio, et ad eorum gloriam conscripta, qui in ministerio verbi fideliter laborant, per *Nicolaum Asclepium Barbatum* L. L. D. — Una cum *commendatione Philippi Melanthonis*. Francof. ex officina Petri Brubachii anno M. D. LIII." (Mihi descripta a Rev. *van Oven*, Pastori Ecclesiae in *Wetter*, in comitatu Marchia.)

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Adamo Cratoni Fuldensi, Philippus Melanthon S. D.

Dionysius Capnio, qui adolescens audivit *Angelum Politianum* *), narrabat eum interrogatum aliquando, quid de Psalmis Davidicis sentiret, et ad quid prodesse eorum lectionem iudicaret, respondisse, sibi vero placere illa antiqua carmina, et continere ea partim honesta praecepta, partim gravissimas conciones de providentia et de sceleratorum poenis, partim querelas de infirmitate hominum utiles ad frenandos immoderatos impetus, partim historias eius gentis. Sed addidit *Politianus* hanc collationem res easdem dulcius et splendidius narrari in odis Pindaricis. Ibi pingi Ixionem in rota clamantem

discite iustitiam moniti, et non spernere divos.

*) Angelus Politianus, illustris homo doctus in Italia, qui obiit a. 1494. Vid. *Menckenii* vita Politiani. Lips. 1736. 4.

Ibi describi Bellerophontem propter priores victorias factum insolentiorem et vehi Pegaso intra coelum volentem, id est, res non necessarias ambitiose moventem, excuti a Pegaso et deiici in Ciliciam. Ibi celebrari Pelei castitatem, qui expetitus ab Acasti coniuge et ab ea falso accusatus et obiectus Centauris servatur accepto gladio divinitus. Denique multas imagines pulcherrimas, multas historias et gravissima praecepta tradi.

Haec *Politiani* oratio, etsi speciosa est, tamen est hominis ignorantis discrimen inter genera doctrinarum, inter *legem* et *Evangelium*, quod est proprium Ecclesiae Dei. Etsi enim dulce et splendidum est carmen Pindaricum, tamen alia est propria vox Ecclesiae, videlicet de filio Dei mediatore, de reconciliatione, de restitutione vitae aeternae, de vera invocatione. Haec non sunt Pindarica aut Socratica, sed discuntur ex promissionibus, quas Deus Ecclesiae illustribus testimoniis tradidit. Haec propria Ecclesiae sapientia in multis Psalmis recitatur, quos nobis oportet familiarissime notos esse. Fuit excellens virtus in Hercule, Peleo, Telamone, Iasone, quos celebrat Pindarus, quae quidem et divinus adflatus fuit. Ut enim Deus generis humani societatem tueatur, aliquos gubernatores iustitia et fortitudine armat, ut leges, iudicia, imperia pacem restituant, et seditiosos homines tollant e medio. Sed plures aliae virtutes sunt in Davide, Elia, Eliseo, Ezechia, Iosia. Hi verum Deum recte agnoscunt, invocant et monstrant; hi mediatorem, filium Dei celebrant; sciunt aeternam Ecclesiam colligi agnitione mediatoris, sciunt, se in ea Ecclesia recipi in gratiam, exaudiri, gubernari et protegi, et se haeredes esse futurae consuetudinis apud Deum in Ecclesia coelesti. Hanc sapientiam discerni oportet a Pindarica, et extare et conspici discrimen necesse est. Fateor, praeclare et vere scriptum esse ab Horatio:

Multa Dirceum levat aura Cygnum
Tendit Antoni quoties in altos nubium tractus.

Sed tamen illa cygnea Pindari cantio tantum mutila est legis particula, nequaquam est vox Evangelii. De hoc discrimine iuniores saepe commonefieri utile est. Cum enim confunduntur genera doctrinarum, sequuntur multi errores perniciosi vitae. Erit autem utraque lectio gratior, cum usus intelligitur. Et assuefaciendi sunt iuniores, ut cognoscant utriusque generis scripta. Ac optimo consilio instituit Ecclesia assiduam repetitionem Psalmorum in templis, ut et familiariter noti fierent omnibus, et ut auscultatio accenderet pios motus in pectoribus. Nunc minus noti sunt adolescentibus Psalmi, quam olim fuerunt, ut saepe cum magno dolore animadverto. Laudo igitur et consilium et voluntatem viri integerrimi Domini *Nicolai Asclepii*, Doctoris Iurisconsulti, qui illustravit cantilenam sumptam ex Psalmo: *coeli narrant* etc., et hanc ad te epistolam scripsi, quia te quoque scio optare, ut iuventus magis amet et frequentius legat Psalmos. Simus hortatores iunioribus ut optima discant, et coniungamus vota, ut filius Dei semper in his regionibus et colligat et gubernet Ecclesiam, et protegat eius hospitia. Bene et feliciter vale. Calendis Septembr. 1553.

No. 5463. 1. Sept.

Io. Lucano.

Ex libro: „Aphorismi Hyppocratis carmine redditi a *Mattheo Roselero Lucano*, artium et medicinae professore apud Rostochienses. Cum praef. Phil.. Mel. ad Clariss. vir. Iohannem Lucanum. Rostochii, MDLIIII. 4."

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti D. Ioanni Lucano *) *Doctori Iuris, Cancellario Inclyti Principis Iohannis Alberti Ducis Megalburgensis etc.* S. D. *Philippus Melanthon.*

In re difficili et ardua, in qua successus laudem habet vir doctissimus *Mattheus Roselerus Lucanus*, artis medicae doctor, laborem suscepit, cum Hyppocratis oracula versibus reddidit **). Nam cum in illis brevibus decretis sua sint verborum pondera, difficile est, ea in alienam linguam transfundere, ac difficilius aliquanto carmine in aliena lingua reddere. Sed industria saepe difficultatem vicit. Cumque maxime velit ipsum Hyppocratem legi et edisci, non ut a fontibus abducat studiosos haec scripsit, sed ut cogitationem in Hyppocratem magis intenderet. Et adiuvant numeri memoriam, et fortassis aliquos invitabunt. Quare candidi lectoris erit studium, exercitium et industriam probare, etiamsi in re nova et difficili conatus non semper successus habet similes. Mul-

---

*) Lucano i. e. oriundo Luccae. Nomen Ioannis mihi ignotum est.

**) Vid. de Roselero etiam ep. ad Ioachimum Anhalt. d. 2. Decb. 1550.

tae tamen sententiae perspicue et apte redditae sunt. Laudanda sunt autem in arte utilissima omnia exercitia, quae vel invitant vel iuvant discentes. Ac praecipue hos, qui gubernant rempublicam, cum artes vitae necessarias conservare debeant, favere honestis conatibus decet. Qua in re et iudicium tuum et voluntatem optimam cognovi. Scis, excellens Dei donum esse et doctrinam de natura corporum et ipsum medicationem, nec genus humanum hoc praesidio carere posse. Et magna cura cum caeteras artes, tum vero etiam medicam tueri et ornare studes. Ut autem antea *Roselerum*, non tam propter communem patriam, quanquam dulce est nomen patriae, et natura ducimur ad amandos eos, quibus foedere communis patriae coniuncti sumus, complexus es, quam propter eruditionem in universa philosophia et vitae integritatem, ita nunc quoque tueare, praesertim cum iam vitae aliorum etiam in usu artis medicae opituletur, et studia referat ad multorum utilitatem. Bene et feliciter vale. Calend. Septbr. anno 1553.

No. 5464. 5. Sept.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 321. (ed. Lond. lib. II. ep. 327.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir, Ut post *Epaminondae* victoriam in *Graecia* ἀκρισία ἐπὶ πλείων καὶ ταραχὴ ἐγίνετο, ut inquit *Xenophon:* ita et hae regiones et vicina *Francia* nunc in maioribus periculis sunt, post nostri *Epaminondae* interitum. Rex *Danicus* magna cura pacem facere studet, et iam eius legati a Duce *Augusto* ad *Albertum* redeunt*). Oro Filium Dei pacis autorem, ut mitiget poenas publicas et privatas. *Georgium* illum *Neapolitanum*, cui literas ad Senatum vestrum et ad te dedi, scio multo ante ingressum esse iter, qui si ad vos venit, cognoscere coram potuisti, me non falso laudasse eius ingenium et eruditionem, ac scire cupio an ad vos venerit. Hic honestus et doctus vir N. *Augustae* natus, proficiscitur istuc ad *Velinum*; quaeso ut eum ipsi commendes. Recte doctus est, et mores sunt pii et placidi; pronunciationem optarim cunctantiorem esse, et eum admonui; sed tamen propter alias multas virtutes dignus est auxilio bonorum virorum. Bene vale. 5. Septemb.

*) Vid. ep. d. 26. Aug. h. a.

No. 5465. 5. Sept.

D. Chytraeo.

Edita in libello: Epistolae et Carmina de coniugio ad Chytraeum. Witteb. 1552. 8.

Davidi Chytraeo.

Etsi multa leguntur recte et suaviter scripta de casto amore sponsi et sponsae, tamen nihil dulcius est concione Salomonis in Cap. V. Proverbiorum, ubi imaginem ardentis et sinceri amoris pingit mentione capreae et hinnuli, quam velim te iam saepe cogitare. Sed in hac cogitatione simul etiam veniat in mentem, hunc amorem sponsi et sponsae umbram esse amoris, quo filius Dei naturam assumtam diligit, ac deinde nos, qui sumus os ex ossibus eius. Utinam possem cum doctissimo viro *Draconite*, de illo Salomonis dicto loqui! Desidero enim grammaticam enarrationem magis perspicuam. Sed haec coram.

Hac nocte hic fuerunt legati *Danici*, qui a Duce *Augusto* ad *Albertum* accedunt de pace acturi *). Deus protegat harum regionum Ecclesias alioqui moestas.

Mitto istuc epistolas duas *Paselici* **), quas reddes iis, quibus sunt inscriptae. Bene vale, et rescribe. Salutem clarissimis viris D. *Iacobo*, et D. *Draconiti* et vobis omnibus opto. V. die Septb. 1553.

No. 5466. 8. Sept.

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Ad Doctorem Ioh. Aurifabrum (in Acad. Rostoch.)

S. D. Reverende vir et carissime frater, scio te considerare et iudicia et voluntates eorum, qui-

*) Vid. epist. d. d. 26. Aug. h. a.

**) Vid. ep. d. 8. Sept. h. a. ubi appellatur Petelicus.

buscum versaris, et opinor, meum pectus tibi notum et introspectum esse. Ideo scribo breviter.

Senatus Norimbergensis cupit tibi inspectionem suarum Ecclesiarum commendare, qua in re vides amanter et honorifice de te sentire *Ioachimum*, qui tui mentionem fecit *). Nunc quid velis facere deliberabis, et volo tibi hanc deliberationem liberrimam esse. Quanquam autem nunc bella sunt in hac parte Germaniae, quae vicina est Noribergae, et ipsa Noriberga in periculo est, sicut nos quoque: tamen spero, Deum has Ecclesias servaturum esse, et te oro, ut Senatui aut *Ioachimo* respondeas. Bene et feliciter vale. Die natali virginis matris, quam scribit Nicephorus vixisse annos novem et quinquaginta.

Philippus.

Mitto tibi Matthesii concionem, et te oro, ut rescribas nobis.

No. 5467. 8. Sept.

G. Buchholzero.

Maulii farrag. p. 509.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Georgio Buchholtzero, pastori Ecclesiae Dei in urbe Arctoa, fratri suo colendo, Philippus Mel.

S. D. Reverende vir, et charissime frater: scio hoc tempore inclytum principem Electorem, et curis et negociis maximis occupatum esse: et oro filium Dei custodem Ecclesiae, ut gubernet consilia principum. Sed tamen cum voluerit inclytus Elector, me responsionem de *Stancari* controversia mittere, scire cupio an acceperit [1]). Si legisti, vides multas magnas res in quaestione illa contineri: teque oro, ut significes mihi, an exhibitum sit scriptum meum Illustrissimo Electori, et quod sit tuum iudicium. Hic tabellarius *Rostochium* profecturus est, missus a senatu Norinbergensi, ut accersat doctorem *Ioannem Aurifabrum*. Quaeso ut cures nuncio indicari iter ad Rostochium, ab iis qui norunt. Mitto tibi concionem *Matthesii*. Bene vale, et rescribe per hunc tabellarium, quem in reditu iussi literas a te flagitare. Die natali Mariae virginis matris, quam scribit Nicephorus vixisse annos novem et quinquaginta.

*) Camerarius profectus fuerat Norimbergam. Vid. ep. d. d. 13. Aug. h. a.

1) Missa fuerat haec responsio d. 1. Aug. 1553.

No. 5468. 8. Sept.

D. Chytraeo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Davidi Chytraeo, in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss.

S. D. Doctissime vir et cariss. frater. Misit Senatus *Norimbergensis* ad Doctorem *Ioannem Aurifabrum* hunc nuncium, et eum accersit, ut commendetur ei inspectio Ecclesiarum suae urbis. Etsi quid facere velit [1]) relinquo ipsius deliberationi, tamen si [in] Academia vestra esse non volet, magis optarim, eum esse in illa honesta urbe Noriberga, quae est domicilium Ecclesiae et artium, quae sunt dignae laude, quam in terra hyperborea, etiamsi Pindarus ait, ibi nec lites nec morbos esse. Scripsi ad te recens, et misi epistolas *Petelici* [2]), et tuas literas flagito et expecto. Tuo ministro proficiscenti ad meum fratrem literas dedi. Bene vale et rescribe. Epithalamii argumentum iam dedi *Willebrochio*, et spero vos libenter lecturos esse. Vellem te mihi scribere, quo in loco natus sis. Nam et meam patriam intexere cupio, cuius scis me laudes libenter praedicare, etiamsi derideor. Iterum vale. Die natali Mariae Virginis matris, quam scribit Nicephorus vixisse annos quinquaginta novem.

Philippus.

No. 5469. 8. Sept.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Iacobo Bordingo doctori artis medicinae in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Doctissime vir et carissime frater. Vetus mihi cum *Arnoldo Burenio*, viro praestanti eru-

1) *velit* scripsi pro *urbis*.

2) In ep. d. 5. Septb. appellatur *Paselicus*.

ditione, sapientia et virtute, pactum est, ut boni consulat, si quando non respondeo ipsius literis, impeditus aerumnis nostris. Nam et Hesiodus de mutui persolutione cum accessione inquit: αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴκε δυνήσεαι [1]). Et vetus formula est Iurisconsultorum: *de quibus potero.* Quare et te oro, ut veniam mihi des, qui non respondeo ad omnes epistolas, cum quidem et coram et per literas saepissime tecum colloqui cuperem non de bellis aut fabulis populi, sed de multis doctrinarum materiis, de quibus profecto tuum iudicium, quod plurimi facio audire cupio. Nunc mitto tibi duo exempla concionum *Matthesii*, alterum dabis Illustrissimo Principi, alterum volo tuum esse et a te legi. Quaedam historica ibi sunt non insuavia. Si nos *David* vocabit ad sacrum nuptiale, curabis ut habeamus Hamburgense ζύθος [2]). Bene et feliciter vale. Die natali Mariae virginis matris, quam scribit Nicephorus vixisse annos novem et quinquaginta. Salutem opto D. *Burenio*, *Freudemanno*, *Andreae* [3]) et vobis omnibus.

No. 5470. de aequinoct.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 283. (ed. Lond. lib. II. ep. 285.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et charissime frater, Scio te et Reverendum D. Pastorem Ecclesiae vestrae, et alios prudentes et pios valde angi cura de Ecclesia et patria. Sed teneamus consolationem propositam a Rege *Iosaphat: Cum nescimus quid agendum sit, oculi nostri ad te Deus tolluntur.* Commendemus et Ecclesiam et nos in ea Filio Dei, qui servat suos coetus, sicut in fornace *Babylonica* servavit coniectos in flammam, ubi ipse coram adfuit in media flamma. Legati *Danici* accesserunt ad *Marchionem Albertum*, acturi de pace; oro Deum ut salutaria det consilia *).

Commendo vobis hos duos, quibus publico et pio ritu commendatum est ministerium Evangelii, quos quidem hortatus sum, ut te studiose audiant, et sint memores *Paulini* praecepti: Sis assiduus et attentus in lectione. Non habemus hic firmam chartam, qua ad editionem Testimoniorum ordinationis praecipue nobis opus est. Vellem huc mitti fasciculum vestrae chartae firmioris ad testimonia ordinationis. Bene vale. Die Aequinoctii autumnalis.

No. 5471. 11. Sept.

Georgio Pr. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 223. (ed. Lond. lib. II. ep. 217.). — Est ultima Melanthonis ad Georgium Anhaltinum epistola, paulo post, d. 17. Oct., defunctum.

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Institui propositiones, quae complectentur summam doctrinae Ecclesiae Dei, in quibus et *Osiandri* errorem refutabo. Oro autem filium Dei, ut ipse nos regat. Accidit ante reditum C. V. ex thermis, ut petierint quidam a me literas ad Illustrissimos Principes *Ascanios*, agnatos vestros, de gubernatione Ecclesiae, quae nominatur ad S. *Bartholomaeum* in oppido *Cervesta.* Commendavi igitur ei virum optimum, cognatum pastoris *Birnensis*, Magistrum *Christophorum Fink Birnensem.* Hunc etiam C. V. commendo. Audivit eum Ecclesia *Cervestensis*, et approbat. Ac scio eruditum, et modestum et pium esse. Et habet coniugem modestissimam, et filiolam, et nunc sumptus in Academia diutius non habet. Non dubito C. V. si novisset hunc virum, libenter ei benefacturam esse. Leniamus dolores bonis hominibus hoc tam tristi tempore, quantum Deus concedit, sicut scio C. V. affici aliorum aerumnis. Bene valeat C. V. Die 11. Septemb.

No. 5472. 28. Sept.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 658 sq.

Mich. Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Teneatis hanc consolationem Dei: Generi recto-

---

1) Vid. supra ep. d. d. 6. Iun. 1550.
2) Apogr. ξιθύν, mendose; est ζύθος, cerevisia.
3) Andr. Wesselingo.
*) Vid. de ea re Sleidan. lib. XXV. p. 809.

rum benedicetur. Spero Deo curae fore: et Deum Custodem esse filiorum, et filiae vestrae dulcissimae, et oro, ut vos et vestros custodiat. *Christophori* excellens natura est: et ad virtutem incitata. Cum velit videre Italiam, quae hoc tempore tranquilla est, concedatis, ut cum his veteribus sodalibus proficiscatur. In *Iacobo Suartz* egregia natura est, et literas ei misi ad *Socinum* *), nisi iam mox cogerer ire Torgam, scriberem plures epistolas ad amicos in Italia. Sed multi vos et ipsum Christophorum norunt. Filius *Michaël* expresse ait, se iuris doctrinam velle discere. Ideo mihi placet, ut audiat Institutiones. Et tamen adhuc in aliis studiis ad annum exerceatur. Scribam ad amicos in Italia, quamprimum volueritis, postquam ex Torga rediero. Bene et feliciter valete. Die 28. Septemb.

Philippus.

No. 5473. m. Sept.

Lectori.

Haec Melanthonis praefatio, quam *Mylius* in Chronologia librorum Mel. non commemoravit, primum, quod scio, praemissa legitur libro: Georg Spalatins Chronica und Herkommen des Hauses Sachsen ꝛc., qui liber primum prodiit anno 1541, ubi autem haec praefatio non habetur, sed altera vice: „Wittemb. gedr. durch Pet. Seitzen Erben 1553." 8. 71 pl., ubi haec praefatio habetur. Iterum praemissa est libro: Wolfgang Kraußens Stamm und Ankunft des Chur- und Fürstl. Hauses zu Sachsen, mit einer Vorrede Mel. Nürnb. 1554. 8. 10 pl. mutato (ex arbitrio editoris) die, quo data sit. Legitur enim in fine: „Wittemb. anno 1554. mense Aprili." Denique recusa etiam in Reineccii Meißnischer Chronik, Leipz. 1576. 4.

Vorrede Herrn Philippi Melanthonis.

Es ist sehr nützlich, der Könige und Fürsten Stamm, Geschlechte, Hoheit, Erhaltung und Straffen zu wissen und zu betrachten. Erstlich, daß man darin klar siehet, daß gewißlich die Regiment nicht durch menschliche Macht aufgericht und erhalten werden, sondern daß Gott etliche glückselige Regenten giebt, erhöhet, wunderbarlich schützt und erhält, damit die Menschen nicht ganz zerstreuet, recht Gericht und rechte Lehr nicht gar vertilget werden, und die Kirchen etwa Herberge haben mögen. Dagegen auch, so die Regenten stolz, muthwillig und tyrannisch werden, versäumen die Gericht und straffen nicht Untugend, so stößt sie Gott aus der Regierung, und erhöhet andere, als da Sext. Tarquinius die Lucretiam schändet, ward das Königliche Geschlechte und Namen aus Rom vertrieben. Also sind beide Gottes Werk, Erhaltung der Regiment, so viel daran erhalten wird, und die Straffen der untüglichen Personen, und gehört diese Lehre in diese göttliche Sprüche [die] im Buch des Propheten Daniel ist geschrieben im andern Kapitel: Gott ists, der Könige absetzt und Könige einsetzt und erhält. Und von Ursach der Straffe stehet geschrieben im zehenden Kapitel: die Herrschaft kommet von einem Volk auf ein ander Volk, von wegen der Ungerechtigkeit, Trotz und Räuberei. Dieser göttlichen Regel Exempel siehet man in allen Königlichen und Fürstlichen Geschlechten Veränderungen, und wir sollen durch diese Regeln und Exempel erinnert werden, daß wir erkennen und bekennen, daß solche Regierung Recht, Zucht, Frieden und Schutz, gewißlich Gottes Werk sind, sollen ihn darum bitten, und ihm danken, und sollen diese göttliche Gaben groß achten, nicht Aufruhr und unnöthige Kriege, Zerrüttunge und Zerstörung anrichten.

Zum Andern sollen wir in diesen Exempeln bedenken, daß Gott nicht alleine der Könige und Fürsten Untugend straffen will, sondern daß er ein gleicher Richter ist, hat wahrhaftigen, ernsten Zorn wider aller Menschen Sünde, Könige, Fürsten, Edlen, Unedlen, Herren und Unterthanen. Es sind aber die Exempel an den hohen Personen scheinbarlicher. Als Davids Ehebruch, Mord und Straffe ist im ganzen Lande vielmehr bekannt worden denn des armen Weibes Ehebruch und Schand, davon Johannes schreibet im achten Kapitel. Dennoch hat Gott auch wahrhaftigen Zorn gehabt wider dasselbige arme Weib. Dagegen ist gewißlich wahr, daß Gott auch Gleichheit hält in der Gnade, und nimmt an alle, die zum Herrn in ihren Schrecken und Bekehrung Zuflucht haben, wie der Sohn Gottes selbst spricht: kommt her zu mir alle, die ihr in Angst und beladen seyd, ich will euch erquicken.

Weiter ist in der hohen Geschlechte Historien besonder dieses zu merken, daß fast alle Königreich und Fürstenthum die größten Veränderungen gehabt haben ungefährlich um die vier oder fünf hundert Jahr, als nämlich:

Vom Auszug aus Aegypten bis zu Anfang des königlichen Regiments zu Davids Zeiten sind vier hundert und etliche Jahr.

Von Davids bis zu der Zerstörung Jerusalem zu Nabugdonosers Zeiten sind aber bei fünf hundert Jahren.

Nach der Heimfahrt aus Babylon bis zur letzten Zerstörung Jerusalem, sind aber fünf hundert Jahr.

---

*) Saub. tantum *Soc.*, sed nomen habet A. D.

Also könnte ich viel Exempel in vielen Königreichen anzeigen. Von den ersten Consulibus zu Rom bis auf die Monarchiam Iulii sind bei fünf hundert Jahren.

Von Attila bis auf Otto und auf die churfürstlichen Hoheit sind aber fünf hundert Jahr.

Vom Anfang der churfürstlichen Hoheit bis auf dieses gegenwärtige Jahr sind fünf hundert und funfzig Jahr.

Wie sorglich nu die Regiment in deutscher Nation stehen ist für Augen. Gott wolle selige Regierung geben.

Dieses alles zu betrachten giebt dies Buch viel Erinnerung, darum es zu lesen sehr nützlich ist, auch dazu, daß wir in solcher Betrachtung Gott um selige Regierung und um Linderung unsrer wohlverdienten Straffe anruffen. Datum Wittembergk anno 1553 mense Septb.

No. 5474. (fere m. Sept.)

N. N.

† Fragmentum epistolae ex autographo Mel. in cod. Monac. II. p. 77.

(*N. N.*)

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Scio te saepe intuentem naturae varietatem de sapientissimo et optimo opifice cogitare, qui est vitae fons, et a se conservationem huius naturae et vitae peti vult, sicut scriptum est: *ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν*. Hunc verum Deum, vitae fontem, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut restituat et confirmet Illustriss. Principi *Georgio* *) vires et corporis . . . . .

*) Mortuo mense Oct. 1553.

No. 5475. 2. Oct.

Io. Hornburg.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

Iohanni Hornburg, Senatori urbis Rotenburg.

S. D. Clarissime vir et amice carissime. Scio, te tuo iudicio gravissimo et diiudicare ingenia, et reipublicae causa bonis libenter benefacere. Nec dubito, quin huius Magistri *Iohannis Weselii* ingenium, studia, mores consideraveris et probes. Mihi cum patre eius, viro integerrimo fuit amicitia mediocribus officiis mutuis confirmata. Sed filium diligo non solum propter patris recordationem, sed etiam propter ingenii praestantiam et eruditionem ipsius eximiam. Cum igitur sperem eum Deo iuvante utiliter serviturum esse Ecclesiae, quaeso ut eum et complectaris et ornes. Videmus quantae fiant vastationes in multis regionibus. Foveamus igitur bona ingenia, quantum Deus concedit, ut seminaria sint Ecclesiae reliqua. Tuos in hac re omnium optima labores non dubito gratos esse Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, qui vere sibi colligit aeternam Ecclesiam in genere humano, et hunc oro, ut te et tuos servet incolumes. Bene vale. 2. Octobris 1553.

Philippus.

No. 5476. 6. Oct.

H. Beiero.

† Ex autographo Melanth. in bibl. Senat. Francoford. ad Moen. mihi descripta a Clariss. D. *Boehmero*.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hartmanno Beiero, docenti evangelium fideliter inclyta urbe Francoforto ad Moenum, amico suo cariss.

S. D. Venerande vir et amice carissime. Cum Lipsiam profecturus essem, tradidit mihi fasciculum literarum senex pius *Micael Faustus*, quem scis diu fideliter Ecclesiis servisse, ac petivit ut ad te mitterem. Dedi igitur huic vestri tabellario forte oblato, ac iussi tibi exhiberi. Cumque iam recens edita esset historia de Anglicis motibus hanc addidi, ut meo more aliquid pagellarum tibi mitterem. Volo nempe inter nos perpetuam esse amicitiam. Iam hic editur responsio mea de *Stancari* controversia *). Vides quantum sit certaminum, quare nos coniunctionem nostram tueamur. Legi et probo tuas eruditas lucubrationes in quibus *Thammeri* furores refutas **). Miror magistra-

*) Vid. ep. ad Heshusium d. 10. Oct. et ad Libium d. 12. Oct. h. a. Lipsiae hoc Melanthonis scriptum h. t. editum est.

**) Fuerat Thammerus aliquandiu Francofordiae.

tuum negligentiam in re tanta. Quaeso ut mihi significes an hanc meam epistolam acceperis. Bene vale. die 6. Octobris.

Philippus.

No. 5477. 9. Oct.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 299. (ed. Lond. lib. II. ep. 306.).

D. Guilhelmo Hausmanno,

S. D. Venerande vir et charissime frater, Oro Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, ut et urbis *Augustae* publicam Ecclesiam, et tuam domesticam Ecclesiam gubernet, et faciat ut coniugium tuum sit felix et tranquillum; inque Deo sit mens una, sit unus amor in tuo et pudicae uxoris pectore. Scito autem, heri me et Senatus vestri et vestras literas accepisse, et *Stenckfeldii* βλασφημίας, quibus nequaquam languefieri animos vestros sinatis. Refutabimus eas Deo iuvante perspicue, et senatui mittam meam responsionem post paucos dies. Bene vale. 9. die Octobris. Mitto vobis responsionem de *Stancari* controversiis, quam considerare vos velim.

No. 5478. 10. Oct.

Til. Heshusio.

† Ex autograph. Melanth. in bibl. Guelpherb. descripta ab *Olshaus.*

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti D. Tilemanno Heshusio, doctori Theologiae, Pastori Ecclesiae Dei in inclyta et veteri urbe Goslaria, fratri suo carissimo

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Etsi non sciebam certo, an conventuri essetis, tu et doctor *Iohannes*, dedi tamen ei proficiscenti in patriam hanc epistolam, teque oro, et ut ipsum commendas civibus vestris, et mihi saepe scribas, donec colloqui possumus. Responsio nostra de *Stancari* controversiis Lipsiae edita est. Nunc aliam responsionem ad *Senatum Augustanum* instituo, qui ad me *Stenkfeldiana* deliria misit, quae ibi Ecclesias non leviter turbant. Argumentatur, legi Dei posse satisfieri, quia omnia sint possibilia credenti. Nulla res est sine multiplici sophistica. Oremus autem filium Dei, ut nos gubernet. Bene vale. Die decimo Octobris.

Philippus.

No. 5479. 11. Oct.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1235.)

Davidi Chytraeo.

Doctissime vir et cariss. frater. Oro Filium Dei, ut et Ecclesiam servet, et coniugium tuum perpetuo gubernet. Respondi Illustriss. Principi me ad vos profecturum esse, nisi subiti tumultus me cogent domi manere; nondum enim certa pax est cum *Aeacide* aut vicinis. Aeacides rediit in patriam, et maius incendium metuimus. Oramus autem Filium Dei ut poenas leniat. Mitto libellos, quos sic distribues Illustriss. principi dabis Germanicam historiam, exemplum responsionis de *Stancari* controversiis, et Narrationem Anglicam; deinde tibi, Viris Clariss. D. *Iacobo*, D. *Draconitae*, tuo socero, dabis reliqua. D. *Mylio* patriae Mysiae laudationem et D. *Iacobo* alterum exemplum de Mysia. Bene vale. die 11. Octobr. Epithalamia adferam Deo iuvante *). Salutem Sponsae tuae et vobis omnibus opto.

Philippus.

No. 5480. 12. Oct.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libio, Pastori Brandenburgensi.

Venerande vir et cariss. frater. Nihil simplicius et planius cogitari potest prima parte meae respon-

*) Videtur Melanthon simul cum Io. Bugenhagio invitatus fuisse ad nuptias Chytraei concelebrandas. — In epistolis Chytraei, inter epistolas Melanthonis ad Chytraeum, legitur p. 1236. etiam epistola Bugenhagii ad Chytraeum, d. d. 9. Nov. 1553. in qua Chytraei „coniugio benedictionem domini optat."

sionis, et tamen vicinus vester opposuit scriptum maledicum, in quo quid dicat nemo intelligit. Cum igitur multi describerent, tandem Lipsiae edita est. Nec mihi displicet editum esse, ut docti legant et me admoneant, si erro. Tibi et venerando d. *Kittelio* mitto exempla, et valde vos oro, ut legatis tanquam severe iudicaturi. Exempla plura non habebam. Gubernatoribus scholarum mitto Anglicam narrationem. Pro cultris mihi donatis habeo gratiam. Vocatus sum ad sacrum nuptiale nostri *Davidis*, qui in Academia Rostochiana magna cum laude docet, et ibi duxit uxorem. Ac, si potero, eo expaciari decrevi. Si igitur suscipiam iter, intra tres septimanas ad vos veniam. Bene vale. Die 12. Oct. 1553.

Philippus.

No. 5481. 12. Oct.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 289. (ed. Lond. lib. II. ep. 292.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et charissime frater, Cum nuper vestri petivissent ad se mitti *Diaconum*, qui non recusaret aegrotos visere, obtulit se hic pius et doctus vir *Francus*, natus non procul a Moeno, *Leonartus Corona*. Quare eum ad vos mitto, et vestro iudicio et arbitrio negotium permitto. Tuas enarrationes probo, ac mihi quoque placet haec erudita brevitas. Nam in illis prolixis et loquacibus scriptis vere hoc accidit, quod apud *Herodotum Spartanus* de nimis prolixa oratione refert, *Priora oblitus, posteriora non intelligo.* Editio mihi curae erit. Chartas quas scribis nobis Senatum mittere, nondum accepi, quare inquires eam rem. Nam ad testimonia edenda non habemus hic idoneas chartas. Mitto tibi libellum de controversiis *Stancari*, quem volo vos ut iudices legere, et quidem severe iudicari volo. Et quaeso ut mihi vestras cogitationes significes. Bene vale. Die 12. Octobris.

No. 5482. 12. Oct.

Senatui Cremnitz.

Ex autographo edita in Ribbini memorabil. Aug. Conf. in Hungaria p. 152., a *Lunzio* etiam descripta ex apographo.

Dem Rathe und der Gemeine zu Kremnitz.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor.

Ehrbare, weise, vornehme, günstige Herrn. Euer Ehrbarkeiten wissen, daß göttliche Weisheit selbst beides verkündiget hat, nemlich, daß in dieser letzten Zeit der Welt größere Zerrüttungen seyn werden, denn zuvor gewesen sind, und daß dennoch der allmächtige Sohn Gottes Jesus schon für und für bis zur Auferstehung der Todten eine ewige Kirche sammlen will durchs Evangelium, und wolle darzu etliche Herrscher und Regierer wunderbarlich erhalten. Diesen nöthigen Trost sollen wir oft bedenken und uns damit stärken, und sollen desto fröhlicher christliche Lehre pflanzen, daß die Arbeit nicht vergeblich seyn wird. Dieweil denn Zeiger dieser Schrift Paulus Niceus von Nemesvath Euer Kirchen zu dienen erfordert ist, und ist derowegen hier öffentlich zur christlichen Ordnung ordiniret: bitt ich, Eure Ehrbarkeit wolle Ihr ihn gewißlich lassen befohlen seyn, denn er hat weislich studirt, und ist züchtig, daß ich hoffe, er werde sich ehrbarlich halten. Der allmächtige Gott und Vater unsers Herrn Jesu Christi wolle um seines Sohnes willen dem Königreich Ungarn Frieden geben, Eure Stadt und Kirche, und Eure Ehrbarkeiten mit den Euren gnädiglich bewahren. Datum Wittenberg auf den 12. Monatstag October 1553.

Euer Ehrbarkeiten

Williger Phil. M.

No. 5483. 13. Oct.

Io. Luthero.

Ex *Dav. Richteri* Genealog. Lutheror. p. 350.

Honestissimo viro Iohanni Luthero, amico suo cariss.

Venit ad me adolescens, minister vester, *Andreas*, ac narravit, materteram cras abituram esse. Praeterea de negotio nihil dixit, an placata sit, data ea pecunia, quam offerebamus. Mitto tamen

quatuor Ioachimicos, ut promisi, et iussi inclusos in hanc pagellam in manus vestras tradi. Utinam possem maiora vobis officia praestare. Bene valete. Die 13. Octbr. 1553.

Philippus.

No. 5484. 13. Oct.

M. Seidemanno.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 202.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Martino Seidemanno, fratri suo carissimo,

S. Doctissime vir et carissime frater. Saepe recito dulcissimum versum, εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα· δυσσεβέων δ' οὔ. Etsi enim numeri sunt graeci poëtae, tamen sententia divinitus tradita est: *generationi rectorum benedicetur.* Spero itaque Deum benefacturum esse posteris viri integerrimi Doctoris *Langi*, et te eius familiae misertum esse gaudeo, et oro filium Dei, ut faciat, ut coniugium vestrum sit faustum et foelix. Tempus sacri nuptialis nobis indicari velim. Memini tui soceri sermones gravissimos de Ecclesia, quos coram aliquando exponam. Fuit enim inter nos perpetua et dulcis amicitia, nec ipsam tempora nobis mutarunt. Talis enim erat, ut congrueret hic versus etiam ipsius moribus,

τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.

Lipsiae Rector mihi hunc *Sigifridum* commendavit, quia *Ioachimus* Noribergae est. Nos igitur tribuimus ei testimonium de eruditione. Iudico, naturam bonam esse et intelligentem ac amantem virtutum officia. Literas testimonii legito cum amicis, et rescribe nobis. Mitto et pagellas, quas volo vos ut iudices legere. Bene vale. Die 13. Octobr. 1553.

Ph. M.

No. 5485. 15. Oct.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 200. — Hic ex autogr. in cod. Monac. I. p. 188., cui Baumgartnerus adscripsit: 1553, 27. Oct. per Andream.

Hieron. Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noriberg.

S. D. Saepe de tuis et aliorum amicorum doloribus cogito, cum gemens intueor horum temporum tristia spectacula, ac oro filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum ut leniat poenas, nec sinat prorsus deleri Ecclesias, ac spero eum in Ecclesia servaturum esse pias familias. Qua enim alia consolatione nos sustentemus cum videamus nobis deesse humana praesidia? Mirabamur terrae motus, quibus ante annum concussa est Regio inter Boiemiam et Franciam vobis vicinam [1]). Nunc eventus ostenderunt prodigium non fuisse ἄσημον. Nuper vero et regio Mysorum nobis vicina magno terrae motu quassata est [2]). Fateor me terreri et his prodigiis et aliis significationibus, quae in ipsis consiliis conspiciuntur. Sed spero filium Dei mitigaturum esse poenas, ne Ecclesiae funditus deleantur. De Rostochianis literis significabitis mihi, an responderi aliquid *Aurifabro* velitis. Bene et feliciter vale. Idib. Octobris [3]).

Philippus.

No. 5486. 15. Oct.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 216 sq.

Hieron. Besoldo, (docenti Evangel. Norinbergae),

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Recitat versum Empedoclis Clemens Alexandrinus, quem saepe hoc tempore cogito: φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς ἔρις κενεὸν λελακῆα. Vagatur nunc quoque rabiosa maledicentia, et accendit bella vanissimis calumniis. Talis est *Stenkfeldii* liber mihi recens missus a Senatu *Augustano.* Brevem refutationem scribam, quam et vobis mittam. Pro N. *Herbipolitano* numeravi 30 Ioachimicos D. *Christophoro Ionae*, qui pro eo sposponderat, quaeso, ut aut Magister *Michael*, Pastor Ecclesiae Chamensis, aut tu id Patri eius significes, et

1) Vid. ep. d. 16. Apr. et d. 1. Maii 1552.

2) „Augusti die 17. Missenae oppido maximus fuit terrae motus.“ Sleidan. p. 803.

3) Alia manus adscripsit: 1553.

petas, tantundem mihi reddi. Causa iusta est. Si non volet reddere nomen eius, in vacua Simonidis arca scribetur. Quaeso, ut mihi scribas quoties, et donec poteris mittere literas. Bene vale. Idibus Octob.

Philippus Melanthon.

No. 5487. 25. Oct.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 320. (ed. Lond. lib. II. ep. 326.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone colende, Literas tuas heri, videlicet 24. Octobris accepi, in quibus mihi *Remum* et *Ulricum* commendas, quibus mea officia, si qua praestare potero, non deerunt. Nunc vicissim tibi commendo *Micaëlum Fabrum Winshemensem*, qui tua liberalitate iam annos aliquot fruitur. Hunc ne deseras oro, donec locum nactus fuerit, in quo serviat aut alicui scholae aut Ecclesiae. *Francus* homo est, et amans libertatis, sed tamen honesti mores sunt, et monitus obtemperat, et scis me *Francos* diligere. Quare te oro ne hunc *Winshemensem* deseras. De *Stenckfeldianis* praestigiis cogito his diebus hic edere brevem admonitionem, Vosque adhortor, ne sinatis constitutas apud vos Ecclesias turbari. Non dubito te posse iudicare *Stenckfeldii* somnia, et paulatim vanitas eorum magis conspicietur, ut dicitur, *ἄγει δὲ ἐς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος*. Bene et feliciter vale. Die 21. Octob.

No. 5488. 29. Oct.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis, p. 1223.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Non indicavit mihi hic noster civis, se iter facturum per urbem vestram, nisi cum iam abiturus esset. Ideo brevitati literarum veniam dato. Historiam filiarum *σκεδάσου* bis recitat Plutarchus, primum in vita Pelopidae, prolixius vero in amatoriis narrationibus. Et versus Oraculi Pausanias recitat pag. 232. *καί μοι τῶν σκεδάσου μέλετον δυσπενθέε κουρά.* De verbo *δικαιοῦν* non difficile est acervum exemplorum colligere, quae ostendunt Graecis significare *δικαιῶ: iustum censeo, dignum censeo.* Nec aliter locutos esse Graecos arbitror. Suidas quaedam exempla recitat. Et Thucydides lib. 2. ait: *οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσιν αἰτιᾶσθαι* etc., *iustum seu dignum dicunt accusare*, etc. Sed Pauli sermo ex Hebraea Phrasi iudicandus est, in qua certum est saepe צדק esse: *iustum pronunciavit.* Sed tamen saepe comprehendi totum beneficium hoc verbo fatendum est, gratiam et donum. Ut cum dicitur: *Notitia servi mei iusti iustificabit multos.* Et Esaiae 45.: *in domino iustificabitur omne semen Israel.* Amemus non cavillatorias, sed nativas interpretationes. Agon etiam in doloribus piorum adspiciatur, qui primum quaerunt reconciliationem. Bene vale et rescribe. 29. Octob. Salutem opto vobis omnibus.

Philippus.

No. 5489. 30. Oct.

Christiano III., Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 58. ep. 19.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtister, großmächtigster, gnädigster König und Herr. E. K. Majestet haben ohne Zweifel von ihrem Gesandten Schrift, von der Handlung zwischen den Fürsten zu Sachsen, dazu Gott Gnad verleihe. E. K. M. sende ich hie mein Antwort, die ich dem durchleuchtisten, hochgebohrnen Fürsten, Markgraven Joachim, Churfürsten etc. zugesandt habe, wie ich darum ersucht bin: von einem Gezänk, das in der Mark worden ist, von diesen Reden und dieser Lehr vom Mittler Christo, ob allein menschliche Natur Mittler sey. Und sende diese mein Antwort derhalben E. K. M. daß ich gern sähe, daß E. K. M. selbst als ein hochlöblicher christlicher weiser König, und E. M. Gelehrten diese Sach auch erwägen und richten. Stancarus ist ein Italiener, von Mantua, ist ein Franciscaner Mönch gewesen, und ist in Ebräischer Sprach wohl gelahrt. Was sonst seine Theologie ist, weiß ich noch nit. E. K. M. füge ich

auch in Unterthänikeit zu wissen, daß Gott den löblichen Fürsten, Fürst Georgen zu Anhalt, der ein treuer Lehrer und ein nützlicher Regent gewesen ist, aus diesem sterblichen Leben in ewige Freud, zum Heiland Christo und allen Seligen im Himmel erfordert hat, auf den 17. Tag Octobris. E. K. M. sende hiermit seine letzte Predig, darin viel schöner Lehr gefaßt ist. Der allmächtig Gott wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft gnädiglich bewahren. Dat. 30. Octobris 1553.

E. K. M.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5490. (ex. Oct.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 678. (ed. Lond. lib. IV. ep. 815.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Teneamus hanc veram consolationem, Commenda Deo viam tuam, et spera in eum, et ipse faciet. Videmus enim, quam fragilia sint humana omnia. Quare Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, creatori, cum Filio et Spiritu gratias ago, quod te reduxit *) recte valentem, et Sanctae coniugi tuae vires corporis et animi confirmat, et eum veris gemitibus oro, ut Filios tuos servet et gubernet, et totam domesticam Ecclesiam tuam protegat. Caetera coram: decrevi enim ad vos expatiari. Bene et feliciter vale.

Phil. Melanth.

*) Norinbergam protectus fuerat Camerarius hoc tempore.

No. 5491. 31. Oct.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 55.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Est omnino egregia virtus, et adfici amicorum aerumnis, et portum eis ostendere. Tu cum utrumque facias, tua virtus laude digna est, et Deum oro, ut vicissim tibi benefaciat; sicut scriptum est: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem; in die mala liberabit eum Dominus.* Scias autem Dei beneficio me tranquillo animo esse. Tecum vivere cuperem, ut haberem cum quo colloqui et deliberare de magnis rebus possem. Nunc enim mortuo Principe *Georgio Ascanio*, magis etiam sum solus, quam fui antea. Et fortassis bella harum regionum praebebunt mihi causam migrationis, etsi non minus rabiem ingeniorum quam bella fugere cupio. Mitto tibi *pagellas de Mediatore.* Prior pars manifesta est, et tamen in aula Marchica libellus circumfertur, contra hanc simplicissimam et verissimam partem scriptus [1]). Valde autem te oro, ut de utraque parte tuum mihi iudicium significes. Nunc Senatus Augustanus misit mihi *Stenckfeldii* scripta et flagitat refutationem, quam tibi mittam. De multis magnis rebus tecum colloqui cupio, et Deo iuvante colloquar, quas non possum in Epistola complecti. Anglica Ilias sane miserabilis est. Si quid scis de *Cantuariensi*, et *Lascio*, significa. Nam ego audio *Lascio* ademtam esse gubernationem. Doleo et optimum adolescentem regem [2]) crudeliter fraude suorum necatum esse, et Ecclesiam ibi hoc tanto vulnere accepto rursus dissipari. Bene et feliciter vale. Prid. Cal. No. 1551 [3]).

Philippus Melanthon.

No. 5492. 1. Nov.

D. Chytraeo.

(Ex Dav. Chytraei epistolis p. 1223.)

Dav. Chytraeo.

S. D. Carissime frater. Heri dedi literas nuncio ituro in Daniam ac scripsi de *Scedasi* filiabus, et de verbo δικαιῷ. Sed prius ad te veniet, Deo iuvante, hic adolescens, cui mandata dedi, ut

1) Vid. quae ea de re Melanthon scripserat ad Marchionem Electorem d. 3. Oct. 1552.

2) Eduardum, defunctum d. 6. Iul. 1553.

3) Quum Georgius Anhaltinus mortuus sit mense Oct. 1553., error est in anno. De Schwenckfeldio etiam anno 1553. scripsit. Etiam Io. a Lascio anno 1553. demum ex Anglia expulsus est.

patri, meo nomine gratias agat, quod meae filiae lenire dolores studuit. Te quoque oro, ut eadem patri exponas, cuius filiis si benefacere possem, non defutura essent eis mea officia; ac nunc huic adolescenti aliquid viatici dedi. Utinam Ecclesiae consociationem tueri honestis officiis omnes studerent, et docti iudicia pie et amanter conferrent ad magnarum et necessariarum rerum explicationem. Nunc multi undique quaerunt rixandi *ἀφορμὰς, κἂν ὄνος δάκνῃ κύνα*, et certatur horribili acerbitate animorum et venenatis calumniis. Interea negligitur explicatio rerum necessariarum. Sed oro filium Dei, ut ipse vulneribus Ecclesiae medeatur. Adfuit *Sabinus* cum duabus filiabus, quem si excutient ex illo nidulo sinus Balthici procellae harum tempestatum, Deus ei alicubi hospitium dabit. Bene vale carissime frater et rescribito. pridie Cal. Nov.

Philippus Melanthon.

No. 5493. 3. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 676 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 815.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Ante biduum primum accepi aulica mandata, quae iubent me ad vos proficisci *πρὸς τὴν ἐξέτασιν* adolescentum, qui publica liberalitate alendi sunt. Et deliberatio nostro iudicio permittitur de eorum gubernatore. Quare, etsi malim domi manere, tamen Deo iuvante ad vos accedam, ac iter ingrediar proximo die Mercurii *). Existimo autem et alia quaedam deliberanda esse de adolescentum exercitiis. Quantum referat iuniores assuefieri ad unam, communem, et simplicem *ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων,* non ignoras. Nuper apud vicinos edidit quidam **) nata paradoxa in Zenonis porticu, et impudenter facit autorem Augustinum. Hic fortassis vult *ἀκροβολίζειν πρὸ τῆς μυομαχίας περὶ ἀνάγκης στωικῆς.* Sed commendo nos filio Dei et eum oro, ut aegrum et saucium Ecclesiae corpus foveat, et nos ipsum invocantes gubernet.

*) i. e. d. 8. Novbr.
**) Musculus Francofurti C. W.

Apollinaris Psalmos quos nuper cum adesses tibi tradere volueram, mox afferam. Tunc enim nescio quae aliae cogitationes hanc excusserunt, praesertim cum properares.

Hic adolescens *Andreas* filius Pastoris *Sangerhusani* fuit auditor *Laurentii*, ac pater senex ac pauper orat, ne priorem locum in coetu *Laurentii* amittat. Commendo eum vobis propter senem patrem. Filius Dei te et tuam domesticam Ecclesiam et publicam servet, die III. Novembris seu Kisleu, quod est *ὠριωνεῖον.*

Philippus.

No. 5494. 4. Nov.

Ioanni Alberto, D. Meg.

† Ex autographo Melanthonis in Tabular. secr. Suerinensi, descripta a Clar. *Evers*, tabularii praefecto.

Illustrissimo Principi et Domino, Domino Iohanni Alberto, Duci Megalburgensi, principi vetustae gentis Henetorum, et in Suerin, Stargarden et Rostoch etc. Domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Etsi cum viris doctis in Academia Celsitudinis vestrae maxime colloqui cupiebam, tamen cum propter belli metum hoc tempore diu hinc abesse non possim, hac publica sollicitudine nunc retentus sum. Huc accessit, quod senatus *Augustanus* mihi *Stenkfeldii* libros misit quibus Ecclesiae suevicae turbantur. Ac video multos esse personatos Stenkefeldios, quorum aliqui superant facundia magistrum. Petit igitur Senatus Refutationem in qua de magnis et necessariis rebus cogito explicationes complecti bonis mentibus utiles. Id opus mihi his diebus tristi casu interruptum est. Amisimus enim principem *Anhaltinum Georgium*, cuius interitus mihi propter multas causas magnum dolorem attulit. Non solum patrono orbatus sum, sed etiam monitore erudito, fideli, et sagaci; sepe enim de doctrina cum eo deliberabam. Cum igitur ad fratrem principem *Ioachimum* proficiscerer, inchoatum opus non potui pertexere. Nunc ad eas operas redii. Quare oro ut Celsitudo vestra boni consulat, quod hoc tempore non sum profectus *Rostochiam*; spero me alio tempore eo venturum esse, cum amicorum colloquio diutius frui licebit.

Dux *Henricus Brunsvicensis*, cum haec scribebam, adhuc in vicinia erat cum exercitu in ditione Mansfeldensi, ubi nihil fecit hostiliter, ac placatum esse audio a Comite *Iohanne Georgio.* Quale sit iter eius per Turingiam futurum, nondum scimus. Oro autem filium dei dominum nostrum Iesum Christum custodem Ecclesiae suae, ut poenas mitiget, nec sinat in germania fieri barbaricas vastationes. quem etiam oro, ut Celsitudinem Vestram et totam patriam Celsitudinis vestrae clementer protegat et gubernet. Bene et foeliciter valeat Celsitudo vestra. die 4. Novemb. 1553.

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

Celsitudinem vestram scio iam industriam fidem, et honestos mores *Tilemanni Stellae* considerasse, et non dubito quin his studiis delectetur Celsitudo vestra, quae ipse illustrat. Ideo cum sua cuique virtus praecipua sit commendatio, spero eum Celsitudini vestrae iam antea commendatum esse suis virtutibus. Sed tamen oro, ut Celsitudo vestra etiam mea causa aliquid addat benevolentiae.

No. 5495. 10. Nov.

Erh. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 234. (ed. Lond. lib. III. ep. 144.). — Apographon cum libro impresso conveniens est in cod. Paris. D. L. 54[3].

Erhardo Sneppio

S. D. Dabis veniam moerori et occupationibus meis, qui non scribo prolixius. Primum autem ago gratias Deo, quod *Lycaonem* repressit, ne plus noceret. Mitto autem pagellas meae responsionis de vicinorum controversiis, quas ego non movi, sed respondi interrogatus. Nunc mihi Elector *Marchio* valde irascitur de priori parte, de qua inter sanos nullam controversiam fuisse aut esse existimo, sed vult me approbatorem esse *Islebianae* propositionis, quod Christus mortuus sit secundum divinam et humanam naturam. Quis unquam sic locutus est? Possem tibi longam Iliada de his calumniis scribere, sed Deo me commendo. Oro autem, ut legas et severe iudices. Nec disiunxi me unquam a te et a tui similibus, nec me disiungam. Nec unquam volui novi dogmatis autor esse, sed communem doctrinam sonantem in Ecclesiis nostris colligere et recitare conatus sum, eo ordine, quem iunioribus in discendo prodesse existimavi. Et semper oro Filium Dei, ut ipse Ecclesiam doceat, servet, gubernet, et me faciat organum Ecclesiae utile.

Mihi nec potentiam nec opes quaesivi. Iniurias tuli non leves, et nunc fero. Optarim autem propter gloriam Dei, et propter communem salutem quam plurimos in his Ecclesiis docentes coniunctissimos esse, *συμφερτὴ γὰρ ἀρετὴ κρείσσων.* Ac vides quanta sint agmina, quae palam oppugnant Ecclesias nostras. Et quotidie velut e *Titanum* sanguine novi hostes nascuntur: *Stenckfeldii* recens scriptum misit mihi Senatus *Augustanus*, et refutationem flagitat; Iam *Stancarus* in *Polonia*, *Staphylus* in *Silesia*, *Margitae* in hac vicinia, *Funccius* in *Prussia* nos allatrant. Placidius et ex his regionibus, et ex hac vita discedam, ut hanc ingeniorum rabiem effugiam. Sed oro Filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut nos gubernet et servet aliquos coetus recte docentes, et recte discentes ac vera eum invocatione celebrantes. Bene vale et rescribe, praesertim de tuo et generi tui viri doctissimi iudicio de nostris pagellis. Genero tuo Salutem opto. Die natali *Lutheri.*

No. 5496. 10. Nov.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 73. Cod. Goth. 188. ep. 139.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute excellenti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo,
S. D.

Clariss. vir et cariss. frater. Cum ad vos accessit *Lycaon*, somniavi, me legere haec verba: *Ἀρισταῖος ἐπ᾽ Αἴτνης*; ac mecum somnio disputabam, quid significarent haec verba. Deinde vigilans, cum et Aristaei veteris historiam et tua poemata cogito, venit in mentem id, quod de Aristaeo vetere scriptum est, in Aetna hunc unicum servatum esse, cum ceteri Titanes fulmine delerentur. Gaudeo, vos tanquam in Aetna servatos esse, et

Deo gratias ago, quod repressit *Lycaonem*, ne plus noceret; et oro Deum, ut et [1]) leniat his regionibus poenas, et servet Ecclesias. De tuo negotio nondum cum illis, quibus nota sunt pecuniaria negotia, locutus sum, sed erit mihi res curae. Epithalamium *Davide* [2]) scriptum ut vel istic edas, vel nobis mittas, valde te oro. Nos interea, qui sumus κολοιοὶ ἐν Μούσαις, haec, quae mitto, edidimus; mitto autem fretus tuo candore, cum sciam, non esse digna tua lectione. *Bordingum*, cuius feci mentionem, tua dulcissima et splendidissima vena celebrari optarim; quem si nosses, valde diligeres, non solum propter eruditionem, sed etiam propter sapientiam, virtutem, et veram Dei invocationem. Mitto significationem voti de anno venturo, et oro Deum, ut his regionibus, et Ecclesiis, et tibi, et tuae domesticae Ecclesiae tribuat annum faustum et felicem. Bene vale. die Natali Lutheri [3]).

Philippus Melanthon.

No. 5497. 12. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 677. (ed. Lond. lib. IV. ep. 816.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. *Lasanum* iturum ad Parentes Cygneam iussi accedere ad te et ad honestissimam coniugem tuam, ut litteras a vobis acciperet, ad vestros, ac filium Dei dominum nostrum Iesum Christum oro, et ut Ecclesiam tuam domesticam servet, et filiae vires corporis restituat, et leniat publicas calamitates, quas quidem non tantum hic recens furor attrahit. Sed urget genus humanum ingens ira propter multa multorum seculorum scelera. In littore Balthico non contemnendus est exercitus, qui minitatur his regionibus, de quo quid aula explorati habeat, nescio. Tuas litteras etiam de filia expecto. Bene et feliciter vale et rescribe. XII. Novembris.

Philippus.

---

1) *et*] excidit ap. Danz.
2) Davidi Chytraeo.
3) Cod. Goth. addit 1553.

No. 5498. 23. Nov.

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 469 sq. — (Leges collegiorum, quarum Melanthon fecit mentionem, leguntur in Scriptis publ. anno 1553. Tom. I. in fine.)

Laurentio Mollero, (docenti Evang. Hildesiae),

S. D. Quotidie multas et magnas miserias sacerdotum video, quarum consideratio me saepe movet, ut cogitem causas, cur tam diligenter praeceptum sit, ut huic ordini opem feramus. Nec mihi voluntas deest, et multis utcunque lenimus miserias, sed interdum deest occasio. *Theodorus*, de quo scribis, collocandus erit in locis, ubi linguam eius intelligit populus. Commendabis igitur eum *Nicolao Glosseno* Magdeburgensis Ecclesiae Pastori, homini docto et officioso. Tuum libellum, vellem, te mihi misisse, quem, scito, si missus est, mihi non exhibitum esse. Nunc recens edidimus leges nostrorum Collegiorum *), quas tibi legendas mitto. Erit enim fortassis in postremis pagellis aliquid, quod non erit insuave legenti. Nec opinor, inutile esse, edi has, quasi commonefactiones de studiis et moribus. Bene vale. Die 23. Nov.

Philippus Mel.

No. 5499. 24. Nov.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Iacobo Bordingo, doctori artis medicinae in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Clarissime vir et amice carissime. Vere hoc affirmo ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης, ut olim in foederibus scribebatur, me flagrantem tui desiderio maxime cupiisse iam ad vos accedere: sed retinuerunt me insuaves causae. Institui responsionem ad *Stenkfeldii* deliramenta rogatus literis Senatus Augustani. In eo opere dum non tam labore scribendi quam dolore excrucior, ecce alius accedit novus dolor. Allatus est liber sine autoris

---

*) Vid. Scripta publ. T. I. p. 448 sqq.

nomine renovans Samosateni furores. Existimo *Campanum* architectum esse [1]). *Postellum* etiam audio rediisse in loca vicina Genevae [2]). Utinam Academiae vicinae tueantur pium consensum contra malos homines, qui velut Orci galea tecti ex latebris emittunt scripta, quibus Ecclesiam et invocationem piorum turbant. Nec mirum est, sapientum principum iracundiam irritari contra petulantiam, qua vident astutia impunitatem quaerere. De his tantis rebus omnino vobiscum colloqui cupio. Mitto poemata meliora quam misi antea, de quibus mihi aliquid rescribi volo. Bene vale. Pridie Enceniorum, quae Ierosolymae instituta sunt repurgato templo ante annos 1716. Utinam filius Dei, qui tunc texit suos milites, ut expresse inquit Daniel, nunc quoque nos gubernet et adiuvet in doctrinae repurgatione et propagatione. Iterum vale. Salutem opto d. *Arnoldo* et *Mylio.*

No. 5500. 24. Nov.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1235.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et cariss. frater. Nuncium tuum, fidelem hominem, in itinere valetudo remorata est. Cum igitur huc rediisset eo ipso tempore, quo iam dies sacri nuptialis venerat, non existimavi, ei valde properandum esse; detinui igitur, ut adferret edita poemata, quae opto vobis placere. Moram vero nuncii boni consules. Adfert et *Palatini* literas, de quibus mihi significabis tuam responsionem. Opto, et recte constitui Academias, et earum pium consensum eo maiore cura tueri, quia crescit rabies ingeniorum. Iam oblatus est liber sine nomine autoris *), palam oppugnans doctrinam de Filio Dei et de Spiritu S., et renovans Samosateni impietatem. Existimo *Campanum* architectum esse, qui diu latuit in arcibus Iuliacensium quorundam Nobilium. Sed de hoc scripto alias plura. Valde te oro, ut quamprimum nobis rescribas cum de aliis rebus tum vero etiam de carminibus. Bene vale. Salutem honestissimae coniugi tuae et parentib. eius opto. Prid. Enceniorum, quae Ierosolymae instituta sunt repurgato templo ante annos 1716. Utinam nunc quoque adiuvet nos Filius Dei in doctrina repurgatione et propagatione.

Philippus.

1) Vid. ep. ad Chytr. d. d. 24. Nov. h. a. Estne liber *Serveti*?

2) Guilhelmus Postellus, Gallus, qui fanaticas illo tempore spargebat opiniones. De quo vid. Petreii catalogus haereticorum.

*) Schelhorn. Tom. XI. putat, istum librum esse *Serveti* restitutionem Christianismi, anno 1553. sine nomine autoris editam.

No. 5501. (24. Nov.)

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Christophoro Libio, Pastori in oppido Brandenburg.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Mitto vobis poëmata *de coniugio*, quorum lectionem spero non tantum sponso *). Sed vobis etiam suavem fore, quia veris laudibus coniugium ornamus. Si plus fuisset temporis, etiam hanc sententiam insignem et memorabilem addidissem, quod semper inde usque a vetustissimis temporibus in sola vera Ecclesia fuerit incorrupta doctrina de castitate et coniugio. Haec cum certo sonet in Ecclesiis nostris, laetamur nos habere illustre testimonium quod hi coetus sint vera Dei Ecclesia. Si potero ad vos accedere, veniam, et *Sabini* filiam adducam **), forma et virtute praestantem Dei beneficio, ac coram plura colloquemur de dogmatibus et periculis Ecclesiae. Iam scribo refutationem *Stenckfeldii*, ac recens editus est liber sine nomine autoris, et tamen contra me nominatim scriptus περὶ τῆς τριάδος. Ideo optandum est, ut nos tueamur coniunctionem, quod utinam cogitarent vicini vestri, qui toties iam accenderunt dissidia in his Ecclesiis. Sed oro filium Dei, ut nos gubernet. Bene vale, et rescribe de poematibus, an fuerit iucunda lectio. Salutem opto vobis omnibus, d. *Kittelio* et *Sabini* matri.

Philippus.

*) Videlicet filiae Libii.

**) Adduxerat Sabinus filias ad Melanthonem mense Oct. h. a. Vid. ep. ad Chytr. d. 1. Nov. 1553. Caeterum vide epist. antecedentem.

No. 5502. 25. Nov.

Andr. Martino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

D. Andreae Martino, in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Carissime *Martine.* Cum iam alias epistolas nuncio dedissem, narravit mihi *Iodocus* Bibliopola, te ex Borussia rediisse domum. Ea mihi narratio pergrata fuit, ac opto, ut Deus ad vos etiam virum optimum doctorem *Iohannem* reducat. Etsi enim scribit Pindarus, non esse discordiam in gente hyperborea nec morbos, tamen in Borussia et rixas et animorum morbos esse vidisse te opinor. Mitto tibi carmina de coniugio, quorum lectio tibi erit iucunda, et *Davidis* causa et propter dulcissimum coniugium tuum, quod ut sit faustum et felix faciat Deus. Bene vale. In die Encaeniorum, quae Ierosolymae repurgato templo ante annos 1716 instituta sunt, die 25. Novembris, qui [apud] Ebraeos ab Orione Kesil nomen habet Kisleu.

Philippus.

No. 5503. 25. Nov.

Melch. Iunio.

Manl. farrag. p. 110. Select. epist. p. 416. Epist. lib. II. p. 271. (ed. Lond. lib. II. ep. 272.). Repetita in Mel. Consil. lat. P. II. p. 149. Apographa in cod. Mehn. II. p. 268. et in cod. Guelph. fol. no. 7. 9. p. 254.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Melchiori Iunio[1]), *Pastori Ecclesiae Dei in oppido Calva, amico suo chariss.*

S. D. Venerande vir et amice charissime, Scis scriptum esse, *fundamentum aliud poni non potest, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus.* Huius [2]) fundamenti doctrinam scis initio proponendam [3]) esse, et deinde assidue repetendam; quae quidem tantam sapientiam complectitur, ut in hac vita tantum exordia disci possint. Postea in aeternitate consideratio erit illustrior. Interea nostram †magnam" [4]) caliginem agnoscamus et deploremus. Nec dubito te in fundamenti declaratione assiduum esse. Quales autem ritus sint Ecclesiarum vestrarum, non satis scio, sed si congruunt cum *Mysnicis* aut *Marchicis*, si quid mutaturus esses, deliberare te optarim cum iis, quibus inspectio vestrarum Ecclesiarum commendata est, praesertim cum recens istuc veneris. Multorum in vos [5]) oculi intenti sunt, multi patulas aures habent, quae avide calumnias accipiunt [6]). Ideo cunctantius omnia vobis agenda sunt [7]). Ego nihil mihi iuris sumo in aliena gubernatione, ut scis me alioqui satis oneratum esse: Sed postquam fecisti in illo ritu levandi sacramenti mutationem, rectius erit, te non restituere morem abolitum [8]). *Lutherus* hic suo indicio abolevit [9]), nec retulit rem ad communem deliberationem. Postea vero cum audiret reprehendi se [10]) a vicinis, et spargi varias calumnias [11]), dixit se duabus causis motum esse. Prior erat, quia cum opinionem de Papistica oblatione necessario damnaret, ritum etiam se tollere dicebat, qui stabiliret oblationem. Magnam rem et arcanam esse oblationem Filii Dei, quae ab ipso solo facta esset ingrediente in sanctum sanctorum, id est, in arcanum consilium aeterni Patris [12]) et cernente ac sustinente ingentem iram aeterni Patris. Haec oblatio non fit per alios. *Graeci* duos Canones liturgiae habent, in quibus cum alia sint [13]) dissimilia, tum hoc quoque [14]), quod alter non facit mentionem oblationis [15]), alter quasi correctionem addens inquit [16]): *Σὺ εἶς ὁ προσφέρων καὶ ὁ προσφερόμενος.* Altera *Lutheri* ratio erat, quod nolebat confirmare circumgestationem, in qua fit adoratio prorsus extra usum Sacramenti. Certissimum est autem ritus extra usum institutum, non habere rationem Sacramenti. De his

---

1) Manl. habet: Melch. Iungio, pastori Calensi in Lusatia.
2) *Hanc primam* Manl., cod. Guelph. et cod. Mehn.
3) Manl. *propositam.*

4) Addunt Manl. et cod. Mehn.
5) *nos*] Manl. et cod. Guelph.
6) Manl. *accipiunt.*
7) *Ideo* etc.] non habeatur in Manl. et cod. Guelph.
8) Sic Manl. et codd., sed Peucer.: *morem abolitum nequaquam restituito.*
9) Manl. addit: *elevationem.*
10) Peuc. *factum.*
11) *vicinis, et adfingerentur calumniae*] Peuc.
12) *id est* etc.] non leguntur in Manlio et cod. Guelph.
13) Peuc. *sunt*, reliqui *sint.*
14) Manl. *tamen hoc q. inest.*
15) *non loquitur de oblatione*] Manl. et cod. Guelph.
16) *correct. addit*] Manl. et cod. Guelph.

rationibus potes cogitare. Sed te valde oro, ne hanc rem in certamen adducas [17]), sed potius discedas. Sin autem te tolerabunt omissa mentione huius ritus, doceto populum de fundamento et de vera adoratione, quae fide alloquitur Deum iuxta promissiones, et intuetur patefactiones divinas, ut scis [18]). Harum maximarum rerum cogitatione singuli nos ipsos [19]) assidue exerceamus. Quod autem Filius Dei in agone suo oravit aeternum Patrem, ut faciat, ut unum simus in ipso, idem nunc quoque petit. Et nos ad huius summi sacerdotis precationem nostros gemitus et vota adiungamus, sit in nobis etiam concordiae studium. Ego me ab Ecclesiis harum regionum quarum extat confessio exhibita *Carolo* Imperatori in conventu *Augustano* Anni 1530. nec disiunxi unquam, nec disiungam. Bene vale [20]). Ar. a natali Christi ex virgine 1553. Die 25. Novemb. quo fuerunt encaenia *Hierosolymae* repurgato templo, ante annos 1716 [21]).

No. 5504. 25. Nov.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 92. (ed. Lond. lib. II. ep. 78.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Utrunque praecipit Deus, et dolere, cum a nobis avelluntur illi quos diligere debuimus, et moderari dolorem. Hanc communem regulam saepe nos hoc anno cogitare oportuit, quo tam multa vidimus et Principum et amicorum funera. Pie et utiliter servivit Ecclesiae Princeps *Anhaltinus Georgius* *), de quo audio ipsum Imperatorem *Carolum* dixisse, sperare se Ecclesiarum constitutionem perfecturum esse hoc Principe adiutore et consiliis eius. Hoc et patrono et amico orbatus, magnum vulnus accepi. Nuper etiam intellexi, *Iacobum Sturmium* senatorem *Argentoratensem*, ex hac mortali vita ad Ecclesiae coelestis societatem evocatum esse [1]), quem valde dilexi. Accedit igitur mihi ad caeteras aerumnas, dolor propter multorum mortem et amicorum luctum. Scripsi ad Dominum *de Hassenstein*, sed breviter. Iam enim iter ingredior *Dresdam* profecturus propter Academiae reditus, quos nobis eripit Comes *Albertus Mansfeldensis* [2]). Sic ostendunt defensores studiorum voluntatem suam erga nos, sed commendemus nos Filio Dei. Te audio *Lipsiam* vocari, sed non opinor te ex *Sarepta* tua discessurum esse. Est hic exul vir gravis et honestus, qui cum fuerit sacerdos in *Russia*, propter Evangelium, ac propter coniugium a Polonicis Episcopis pulsus sit, posset usui esse in *Bohemia* propter linguam. Quaeso ut ei nidum aliquem monstretis, eaque de re cum Domino *de Hassenstein* et cum aliis colloquaris, qui in suis Ecclesiis propagari Evangelium lingua *Heneta* curant. Quaeso ut huic honestissimo viro et coniugi eius consulatis, et mihi quam primum de hac re scribas. In hoc numero est hic exul, de quo inquit Filius Dei, *Quicquid uni ex istis fecistis mihi fecistis.* Mitto vobis poëmata, de quibus postulo ut iudicium vestrum mihi significetis. Bene et feliciter vale. Die 25. Novemb. qui fuit dies *Encaeniorum*, quae ante annos 1715 [3]) *Ierosolymae* instituta sunt.

No. 5505. 26. Nov.

G. Cummerstadio.

Epist. lib. II. p. 354. (ed. Lond. lib. II. ep. 361.).

D. Georgio Cumerstadio

S. D. Magnifice vir et patrone colende, Etsi in tanta mole occupationum vestrarum, non libenter ad aulam scribo: tamen talis est vita, ut sine ope gubernatorum vivere non possimus. Et nunc temporum difficultas auget negocia. Oro igitur ut veniam nobis detis, quod istuc literas mitti-

---

17) *ne sinas hanc r. in c. deduci*] Manl. et cod. Guelph.

18) *quae fide* etc.] desiderantur in Manl. et cod. Guelph.

19) Peuc. *cogitatione res ipsas.*

20) Quae sequuntur desiderantur in Manl. et cod. Guelph.

21) Aut non 1553. sed 1554. scripta est epistola, aut pro 1716. scribendum est 1715. Vid. epp. d. 25. Nov. scriptas annis praeteritis.

*) Obiit d. 17. Oct. 1553.

1) Obiit d. 30. Oct. 1553.

2) Ipse non statim est profectus, sed Doct. Schneidewein, cf. ep. d. 29. Nov. h. a. Melanthon iter est ingressus in. Decbr.

3) Error est in numero, sunt anni 1716.

mus. Scripsimus de pecunia *Mansfeldensi* *), ut ex literis nostris intelligetis, de ea re quaeso ut deliberetis, an magis prosit ad *Stolbergenses* Comites, aut ad ipsum Comitem *Albertum Mansfeldensem* scribere, cuius voluntas alienior est a nobis. Commendo et publica studia, et nos ipsos Magnificentiae vestrae. Bene valete. Sexto Cal. Decemb.

No. 5506. 29. Nov.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 643 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Integerrime vir, et charissime amice. Dei beneficio recte valet filius, et discit. Bene valet etiam *Lucas*, et audiunt ambo *Laurentium*, enarrantem Institutiones, quae Legum Elementa continent. Accepi triginta florenos, et dedi filio, et *Lucae*, septem Ioachimicos, ac iussi, ut peterent a me, cum opus est. Doctor *Schneidewein* iam Dresdam profectus est propter Comitum controversias, quae vobis notae sunt **). De publicis negotiis non habeo, quod scribam. Teneamus consolationem hanc veram et firmam: Filium Dei Custodem esse suae Ecclesiae. Hac nos consolatione sustentemus, sicut scriptum est: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Iam hic milites dimittuntur, etsi ego quidem venturum annum metuo. Deus ex hac mortali vita ad coelestis Ecclesiae societatem evocavit Principem *Georgium Anhaltinum* die 17. Octobris. Deinde et *Iacobum Sturmium* Argentinae die tricesimo Octobris. Non dubito, utrumque laetari dulcissima consuetudine coelestis Ecclesiae. Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut vos et vestros protegat, et det Reipub. pacem, et salutarem gubernationem. Die 29. Novembris.

Philippus.

*) Vid. epist. ad Matthesium d. 25. Nov. h. a.

**) Vid. ep. d. 25. et 26. Nov. h. a.

No. 5507. 30. Nov.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad *Stigel.* ep. 74. Cod. Goth. 188. ep. 141.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo cariss. S. D.

Clariss. vir et cariss. frater. Meministi illa apud eum poetam, qui te quoque dilexisset, et admiratus esset, si simul vixissetis, scilicet: *ingeniis aliqua est concordia iunctis.* Hic *Aegidius Palladius*, etsi locum inter Iurisconsultos in aula *Iuliacensi* tenet, tamen et[1]) Musas colit, et te valde diligit, quem videt Musis carissimum esse. Cum sonum et splendorum tuorum carminum admiretur, te et amat, et videre cupit. Quare ei hanc epistolam dedi, ex qua statim cognosceres, et quis sit, et quam habeat causam te adeundi. Et colloquium, et amicitiam tuam expetit[2]). Iudico virum honestum et eruditum esse. Nam et de doctrina Ecclesiae multa pie mecum disseruit, et audivi erudite disputantem quaedam ex doctrina Iurisconsultorum, cum in prandio, quaesitum esset, an iuste Athenienses interfecissent Epicratem, quod Themistocli pulso misisset coniugem et liberos. Monstravit mihi hic *Aegidius* et partem carminum, quibus reddidit gnomas Salomonis, in quibus scis contineri amplissimam sapientiam vere dignam summis regibus. Excipies igitur hunc *Aegidium*, ut virum honestum et eruditum, et tui amantem. Mihi de concionatore *Iuliacensis* aulae multa narravit, quae vos quoque scire velim. De *hospite Graeco*, quod erga eum officiosus fuisti, ego quoque gentis nomine tibi gratiam habeo. Existimo nos gratitudinem genti debere, quae tot seculis custos doctrinarum fuit, et cuius literis et monumentis nunc quoque erudimur. Mitto tibi et exempla tuorum carminum, quibus et *Cisneri* versus adiunximus, quod ipsi scio gratum fore; ac scio te ab eo diligi. Bene vale et rescribe. pridie Cal. Decemb.

Philippus.

1) *et*] excidit apud Danz.

2) Danz. ex mendo: *expedit.*

No. 5508. 14. Dec.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 425. (ed. Lond. lib. II. ep. 445.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Saepe hunc versum cogito:

Cogit Adrastiae cedere regna Deus.

Multae enim sunt causae horribilium calamitatum in hac vita, aliae praeter eas de quibus Physici disputant. Quare communes aerumnas sapienter ferre discamus ex doctrina divinitus tradita, et ex ea consolationes petamus. Scimus Deo curae esse suam Ecclesiam. Scimus ideo Filium Dei adsumpsisse nostri generis massam ut nos quasi de sua cervice pendentes gestet, ne totum genus humanum funditus periret. Petamus igitur ab ipso et expectemus mitigationem poenarum. *Germanici* motus non possunt humanis consiliis sedari. Et scis coniunctionem Saturni et Martis, quae antecedit ingressum Solis in Arietem veniente vere, dira minari. Sed magis terreor positu astrorum in *Marchionis Alberti* ἐναλλαγῇ. Commendemus igitur nos Deo. Dedi istuc perferendos tuos libros nuncio *Coburgensi*, ut voluisti, videlicet libros demonstrationum, item de curatione luis, item dialogum περὶ δικαιοσύνης. Valde delectatus sum ea parte libri demonstrationum, in qua sensuum certitudinem ex causis physicis et ex ipsa natura extruis. Vult Deus aliquas certas esse notitias, ut de ipso etiam habeat adseverationes aliquas firmas mens humana, nec vagetur in Academicis tenebris, in quas *Arcesilae* et *Pyrrhoniorum* furoribus inducitur. Placet et *Stoicorum* refutatio. Quod vero organa demonstrationis duo tantum facis, verbum Dei et sensum, vetustas a sensu distinxit τὰς ἀρχὰς, quae sunt notitiae nobiscum natae, non a sensu ortae, videlicet numerorum notitiae, proportionum, ordinis et aliae quaedam. Ego τὰς ἀρχὰς καὶ αἴσθησιν seu experientiam discerno. Illud etiam te oro ut circumspectior sis in recitandis exemplis theologicis. De Ephemeridibus scito recens *Pitatum* edidisse annos aliquot, progressum usque ad annum 1562. Audio et *Erasmi* nostri tabulas mendose excusas esse. Nactus sum dulcissimam *Procli* enarrationem in Quadripartitam *Ptolemaei*, quam Typographo *Basiliensi* mittam *). Spero tibi lectionem eius non insuavem fore. Bene vale. Die 14. Decembris.

No. 5509. 17. Dec.

Erh. Schnepfio.

Edita in epistolis Melanth. ad Stigel. fol. 191. descripta e cod. Goth. 188. epist. 143. Danzius in epp. Mel. ad Stigel. non edidit.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Erhardo Sneppio, Doctori Theologiae, et Lectori in Academia et Ecclesia Ienensi, fratri suo cariss. S. D.

Reverende vir et cariss. frater. Et debeo tibi, genero tuo, viro doctissimo, et habeo vobis gratiam, quod legistis pagellas de *Stanckari* controversiis editas, et vestrum iudicium de eis significastis. Deus testis est, me optare, ut consensus sit perpetuis in Ecclesiis harum regionum et aliarum, quae confessionem eandem amplexae sunt. Et de me, ac de omnibus meis sententiis libenter audiam iudicia vestra, ac saepe mecum cum alta dicta de concordia cogito, tum illos a Platone recitatos versus:

οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς οὐδ᾽ ἀδάμας
οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν.
ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις.

Audio, *Polum* Anglicum Cardinalem in Angliam revocatum esse. Id ego Caroli Imperatoris consilio factum esse existimo **). Sed exspecto literas de rebus Anglicis ex Brema, quas spero intra octiduum me accepturum esse, quae, si quid significabunt ἀξιόλογον, ad vos scribam. Bene et feliciter vale. die 17. Dec. 1553.

Salutem opto viro doctissimo, genero tuo, et vobis omnibus.

Philippus.

---

*) Prodiit a. 1554.

**) Vid. quae de Polo et eius legatione tradidit Sleidan. in Comment. p. 812. et p. 814.

No. 5510. 17. Dec.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 75. Cod. Goth. 188. ep. 142.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo cariss. S. D.

Clariss. vir et cariss. frater. Tuae Halcyonis querelam legens, optimis expressam versibus:

Vos nemora et montes, et tu saevissime Ponte
Audistis gemitus, indefessasque querelas:

cogitabam et de Ecclesiae, et de Germaniae orbitate. Utraque enim nunc in magno luctu est, ac te civem utriusque scio communi dolore valde affici. Sed talia sunt fata senectae mundi; in qua tamen filius Dei suae Ecclesiae aliqua dabit Halcyonia, quem oro, ut nos gubernet et protegat. Exempla tibi mitto dulcissimi carminis tui, et gratiam habeo tibi et Iopae [1]), pro honestissimo officio et labore, quem utinam pluris facerent illi, quos Deus in fastigio rerum humanarum praecipue ob hanc causam collocavit, ut sint doctrinarum custodes. Sed teneamus notam consolationem, quam et Clemens Alexandrinus ex veteri Poeta recitat:

ὅθ' οὕνεκα ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη
οὐκ ἐκ θυραίων τὰ ἐπίχειρα λαμβάνει·
αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.

Rectius autem nos in Ecclesia dicimus:

Θεὸς δ' ἆθλα δώσει εὐσεβῶν πόνων.

Tibi igitur, illustranti gloriam Christi, et iuvanti discentium studia, vicissim Deus benefaciet [2]). *Kulingo* praestitimus officium, quod petivit. Cardinalem Anglicum *Polum* audio in Angliam revocatum esse. Reverendo viro, D. *Sneppio* [3]), scripsi, me literas ipsius pie et amanter scriptas accepisse. Bene vale. 17. Decemb. [4]).

Philippus Melanthon.

Meus gener mittit tibi libellum, quem promisit. Nuper et Proclum nacti sumus, Graecum interpretem eius libri Ptolemaei, cui titulus est *Quadripartitum* [5]), quem edi curabo [6]). Exempla, Deo iuvante, tibi et *Neandro*, et aliis amicis, mittam. Iterum vale et rescribe.

1) In cod. Goth. 188. *Iobae.*
2) Cod. Goth. 188. *benefaciat.*
3) Danz. *Schneppio.*
4) Cod. Goth. 188. addit: 1553.

No. 5511. 22. Dec.

Ge. Schulteto.

Manlii farrag. p. 280.

Ad D. Georgium Schultetum *), *pastorem in Gebersdorf, prope Dama,*

S. D. Venerande domine *Georgi*: Et ipse ministros Evangelii ex animo veneror: et ubi possum, libenter eis benefacio: et sum hortator omnibus meis auditoribus, ut sint memores dicti divini, quod ait, Duplici honore dignos esse eos qui recte docent. Si igitur tibi possem prodesse, facerem summa voluntate. Sed mea simplex verecundia fuit ingrata nescio quibus in ea aula, in qua tu pecuniam petis. Nec meis literis responsum est, quas reverenter scripsi. Et semper Principes illos honorifice praedicavi: quod bono studio facio, ut alii reverenter de Principibus etiam loquantur. Cum igitur in eo loco prodesse non possim, quaeres alios deprecatores, quorum ibi plus valere oratio potest. Scis voluntatem Principis esse piam: sed mihi apud eum adversatur homo nunquam a me laesus, et potius multis beneficiis adfectus. Deo meas et publicas aerumnas commendo. Bene vale, 22. Decembris, 1553.

No. 5512. (25. Dec.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 678 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 818.).

Ioachimo Camerario suo

S. D. Ut annus hic sit faustus et felix, tibi et tuae Ecclesiae domesticae, et his regionibus, faciat filius Dei, qui et Ecclesiam vere colligit, et

5) Danz. *Quadripartium.*
6) Prodiit hic liber a. 1554.
*) Eo tempore Georg. Praetorius pastor fuit in Gebersdorf, ut ex epp. ad G. Praet. intelligitur. Est autem idem homo, germanice *Schultze*, latine *Praetorius.*

anni metas condidit. Honestissimae coniugi tuae mitto, ut usitatum est, voti significationem, nummum argenteum inauratum, in quo *Maximiliani* boni principis imago est, Tibi veterem aureum *δίδραχμον*, fortassis a Graecis sociis tempore Xerxis fusum. Sed coniecturam tibi relinquo. Nam figuras litterarum non potui satis iudicare oculis, qui quotidie mihi fiunt hebetiores, ac languefiunt caetera membra, multis caussis. Deus nos gubernet et iuvet. Petiit litteras quidam ex nostris scholasticis ad collegium istic philosophicum, eas scribam in tuis aedibus hoc mercatu. Mox enim istuc venturus sum.

Phil. Melanth.

No. 5513. 27. Dec.

Io. Niederstetero.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 426.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Magistro Iohanni Niederstetero, Argeliano, amico suo, Ph. M.

S. D. In Ecclesia coelesti causas propius intelligemus, quare talis natura mundi et hominum condita sit, qualem esse cernimus, cum in ipsa Dei, tanquam artificis, ideam contemplamur. Interea tamen et Deo obtemperemus, et consilia pie consideremus. Voluit initio duos iungi, ut esset Ecclesia, et voluit alterum marem esse, alterum foeminam, ut esset verus et ardens amor mutuus. Et hunc amorem vult esse imaginem amoris in filio erga massam, quam assumpsit et erga Ecclesiam. Haec cogitabis intuens tuam sponsam; et Deo gratias agas, quod tali honesto amore vos reputat, et cogitabis, nos quoque a filio Dei vere amari. Hunc oro, ut adsit tibi et honestissimae sponsae in coniugio et toto cursu vitae, et vos gubernet. Mitto significationem benevolentiae meae, qua testari volo, me vobis omnia fausta optare, et fortassis ipse adero, ut petis. Bene et foeliciter vale. Die Iohannis Evangelistae anno 1553. [Honestissimae sponsae viri docti Mag. Iohannis Niedersteteri Argeliani optat Philippus faustum et foelix coniugium, et mittit hanc significationem benevolentiae.] *)

*) Haec verba uncis inclusi, quia non a Melanthone sed ab alio adscripta videntur.

No. 5514. (h. a.?)

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1232.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Doctissime vir et cariss. frater. Commoratus est hic integrum diem illustriss. Princeps *Iohannes Albertus* et cum alia multa de Republica sapienter et pie locutus est, tum vero tui quoque honorifica mentio facta est. Fuit in auditorio nostro, die Mercurii, una cum Duce *Gulielmo*. Plura alias. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. D. *Iohanni*, D. *Bordingo*, *Weslingo*, *Andreae* et hospiti vestro, viro integerrimo et eruditiss. D. *Draconitae*. Da veniam brevitati.

Philippus.

No. 5515. h. a.

V. Trocedorfio.

Ex autographo Mel. in Bibl. Regia Berolinensi (mst. theol. lat. fol. 376.) mihi descripta a Clariss. *Friedlaendero.* — Ex eodem autographo nuper edita a Clariss. *Förstemanno* in den neuen Mittheilungen aus dem Gebiete historisch-antiquarischer Forschungen, B. I. St. 4. S. 136.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Valentino Trocedorfio, fratri suo cariss.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Spero brevi vestrum *μυρμικιὰν* deo iuvante rursus conventuram esse [1]). Interea optarim, te mecum, et quidem in meis aedibus esse, donec deus tribuerit nobis Halcyonia. Utrique colloquium aliquam adferet levationem. Scis enim recte dictum esse [2]):

γέρων γέροντι γλῶτταν ἥδισταν ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόςφορον γυνή,
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι. καὶ δυςπραξίᾳ
ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Speremus filium dei servaturum esse suam cymbam etiam ruentibus imperiis. Hac nos consola-

1) Autographo adscripta leguntur haec: „Literae Dni Philippi Melanthonis ad Trotzendorfium, Datae anno 1553. In p. [peste?] Goldbergensi."
2) Verba Menandri. Vid. Brunckii Gnom. p. 190.

tione erigamus. Orat etiam meus gener, ut ad nos accedas. Convivia habebunt, ut Bacchylides inquit,

*οὐ μεγάλους βόας, ἀλλὰ οἶνον
ἀγαθὸν καὶ λόγους γλυκέας* [3]).

Bene vale.

Philippus.

No. 5516. (h. a.?)

Io. Pfefferkornio.

Select. epist. p. 419. Epist. lib. I. p. 477. (ed. Lond. I. ep. 134. Mel. Consil. lat. P. II. p. 171., ubi a Pezelio ad annum 1553. refertur, nescio an recte.).

Iohanni Pfefferkorn Militi S. D.

In omnibus humanis actionibus sit prima deliberatio, an hoc quod agimus Deo placeat, quia scriptum est, *In praeceptis meis ambulate.* Item, *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Deinde, cum scimus Deo opus placere, serviamus Deo iuxta vocationem, et eum invocemus, et petamus, ut ipse nos gubernet, et det salutares eventus, iuxta dictum Psalmi: *Commenda Deo viam tuam, et spera in eum, et ipse faciet;* Haec regula vitae et actionum semper omnibus nota sit. Quod autem militia in causis iustis sit opus suo genere bonum, firmissima testimonia multa a Deo tradita sunt. Approbat Deus politicum ordinem, Magistratus, Imperia, iudicia, legitimam executionem et defensionem, Rom. 13. Haec executio et defensio est militia. Et Rom. 13. expresse dicitur, *Magistratus est Minister Dei, tibi ad bonum, sin autem male facies* etc. *Non enim frustra gladium gerit, Dei enim minister est, vindex ad iram malefacienti.* Et miles est manus iusti Magistratus. Postquam conscientia recte erudita est, et scit militiam Deo placere, cogitet miles, se debere esse non solum sui Magistratus, sed etiam Dei ministrum; Recte agnoscat Deum, et Mediatorem Dominum nostrum Iesum Christum, et recte invocet eum fide et fiducia Mediatoris, et obediat Deo, iuxta decem Praecepta recte intellecta, serviat in sua vocatione fideliter, protegat suos, non laedat innocentes, foeminas, impuberes, sit castus, vel maritus castus, non rapiat res eorum, quos defendere debet. Talis miles fuit Deo placens *Cornelius* Centurio, de quo dicitur Act. 10. Et tales milites Deo placere et esse haeredes vitae aeternae certum est. Memento dicti: *Milita bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.*

Precatio.

Omnipotentes, aeterne, vive et vere Deus, aeterne et unice Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor coeli et terrae, et hominum, una cum Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, et Spiritu sancto, sapiens, bone, misericors, caste, iudex, verax et liberrime, qui dixisti: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat: *Confiteor tibi me miserum peccatorem esse, et doleo quod te offendi. Oro autem, miserere mei, et remitte mihi omnia peccata, et iustifica me per et propter Iesum Christum Filium tuum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, quem voluisti pro nobis esse victimam et Mediatorem, et sanctifica me Spiritu tuo sancto, vivo, casto et veraci, rege et protege me. Rege et serva tuam Ecclesiam, et politias, quae sunt hospitia tuae Ecclesiae. Rege Principes nostros et Consiliarios eorum, da pia et salutaria regimina, et piam et salutarem pacem. Ale Ecclesiam tuam, et fac me organum salutare, et vas misericordiae, et non sim vas irae. Oro te omnipotens et vere Deus, exaudi me propter Dominum nostrum Iesum, qui dixit*: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *Item*: Petite et accipietis.

Ad Mediatorem.

Omnipotens Fili Dei, Domine Iesu Christe, crucifixe pro nobis et resuscitate, Imago aeterni Patris, Emanuel *dilectissime, quem invocarunt patres nostri*, Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, David, Baptista, Paulus, *qui dixisti*: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, *Miserere mei, et intercede pro me apud aeternum Patrem tuum, et sanctifica et rege me Spiritu sancto tuo, et protege me,*

---

3) Melanthon sensum dedit, non verba Bacchyl. (ap. Athenae. Deipn. XI. p. 500 b., quae haec sunt:

*οὐ βοῶν πάρεστι σώματ', οὔτε χρυσὸς
οὔτε πορφύρεοι τάπητες,
ἀλλὰ θυμὸς εὐμενής,
Μοῦσά τε γλυκεῖα καὶ Βοιωτίοισιν
ἐν σκύφοισιν οἶνος ἡδύς.*

sicut dixisti: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. *Rege et serva Ecclesiam tuam, et politias, quae hospitia sunt Ecclesiae tuae, da pia et salutaria regimina*, Amen.

No. 5517. h. a.

V. Strigelio.

Mel. Consil. latin. P. II. p. 173 sq.

Victorino Strigelio.

Fuit negligentia valde vituperanda scriptorum, qui non tradunt, cur filius Dei λόγος nominetur, et quae sit propria actio in mentibus humanis τοῦ λόγου, quae τοῦ πνεύματος. De hac tanta re cum D. Erhardo, et tecum loqui cupio, et colloquar Deo iuvante. Nunc mitto has quaestiones, de quibus et D. Erhardi, et tuas responsiones flagito.

Quaestio.

Usitate dicunt de tribus personis scriptores, quia Spiritus S. habitat in cordibus, simul sunt caeterae personae, quia personae divelli non possunt. Hoc non satis est dictum. Non enim discernuntur personae, nec ordo actionum traditur.

Augustinus 4. de Trinit. inquit: Quotidie mitti filium in corda sanctorum. Et ait: Aliter mittitur, ut sit homo, aliter ut sit cum homine.

Athanasius expresse dicit: Quandocunque dicitur in aliquo esse Spiritus, intelligitur in eo esse verbum dans Spiritum, quo ordine? Sic sentio. Per verbum vocale, vere filius dicit verbum in corde. Et ita ostendit patrem, et simul tunc perfunditur cor Spiritu sancto, qui est caussa laetitiae in Deo. Haec in experientia intelligi possunt. Nominatur igitur λόγος, et quia est imago aeterni patris, et quia est verbum in cordibus nostris, ostendens voluntatem patris. Et ad hanc sententiam multa vetera dicta congruunt. Et sic Nazianzenus inquit: ἐκ φῶτος πατρὸς καταλαμβάνομεν φῶς τὸν υἱὸν, φῶτι ἁγίῳ πνεύματι. Nihil haec ad Baltici Oratoris contentiones, quia aliud est quaerere de actionibus in homine, aliud de acceptatione. Nos confidere debemus obedientia filii Dei, quam patri praestitit, et hanc anteferre actionibus in nobis.

No. 5518. (h. a.)

N. N.

Mel. Consil. lat. P. II. p. 174 sqq., ubi ad annum 1553. refertur.

Ad N. N. de Excommunicatione.

Si quis dicit, Ecclesias nostras habere mutilatum Evangelium, quia excommunicatio non exerceatur a ministris Evangelii, iniuste accusat nostras Ecclesias, et publicum ministerium contumelia afficit. Quia Dei beneficio ministerium Evangelii est integrum, iuxta omnes articulos fidei, et servatur dictum: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.*

Nam in concionibus docetur integra doctrina, et annunciatur remissio iis, qui convertuntur ad Deum, et damnantur perseverantes in peccatis. Privatim etiam absolutio petentibus tribuitur, ubi signa aliqua sunt conversionis, sicut Dominus praecipit Luc. 17. *Si conversus fuerit ad te, dicens: Paenitet me, dimitte ei.* Non promittenti, non pronunciatur absolutio. Et si perseverat in peccatis contra conscientiam, damnatur publica voce Evangelii, ac talis, si peteret communionem, non petita absolutione, non admitteretur. Multo minus admitteretur, si constaret Pastori, reum esse publici criminis, moechum, aut scortatorem, aut homicidam.

Cum reverenter petit aliquis absolutionem, nec notum est eius crimen, nec atrox de eo suspicio est, Pastor admittere eum debet, praesertim admonitum.

Haec sunt ministerii propria, et ita servatur in Ecclesiis nostris. Praeterea sunt publice constituta Consistoria, ubi accusandi sunt illi, de quibus est suspicio, nec quisquam condemnandus est a Pastore in dubia re, sine cognitione. Sic Paulus inquit: Se non damnaturum esse ullos sine testibus, 2. Corinth. ult. *In ore duorum aut trium stabit omne verbum.* Et ut Deut. 17. dicitur: *Audi et inquire, et si veritas fuerit certa, educes virum ac mulierem, quae rem sceleratam perpetrarunt.*

Et Consistoria ideo constituta sunt, ne indocti Pastores, aut mali, damnent homines sine legitima cognitione, sicut manifestum est, iracundos Pastores saepe hoc modo iniuste turbasse suas Ecclesias, et notum est, multos Pastores nescire ordinem cognitionum.

Satis est Pastori, quod ad ministerium et suam iurisdictionem attinet, quando crimen est notorium, admonere reum, et si non obtemperet, arcere eum a communione, et indicare eum Consistorio.

Sunt quidam cupidi dominationis, ut tyrannici aut tribunitii Pastores, qui sumunt sibi potestatem, sine legitima cognitione, et in rebus dubiis, damnandi homines, et saepe privatis affectibus obtemperant. Horum tyrannis nequaquam confirmanda est, etiamsi fortassis negligentia est in Consistoriis, tamen Evangelium non est mutilum, ubi fideliter docet Pastor, et in crimine notorio arcet eos a communione. Ante annum in ditione Naumburgensi magna contentio fuit inter quosdam, an singuli Pastores armandi essent hac potestate nominatim sine cognitione excommunicandi aliquos. Responderunt autem idem D. *Sneppius*, et *Caspar Aquila*, quod iam tibi scribimus.

No. 5519. (h. a.)

Iudicium.

Mel. Consil. lat. P. II. p. 177 sq., ubi refertur ad ann. 1553.

Quid sentiendum sit de iis, qui ante baptismum ex hac vita discedunt?

Respon. Utrumque necessarium est, fides complectens Evangelium, et legitimus usus Sacramentorum, sed quodam discrimine. Sententia Evangelii, quae ab omnibus fidem postulat, nullam admittit ἐπιείκειαν seu exceptionem, *Qui non credit, manet ira super eum.* Item, *Iustus ex fide vivet.* Altera vero sententia de usu Sacramentorum mitigatur et compensatur fide, et pia precatione. Etsi enim contemnentes et affectate negligentes, rei sunt aeternae irae Dei: tamen aliter est sentiendum de non affectata omissione Sacramentorum.

Nam si tales offerantur fide, et precatione parentum, aut aliorum piorum, perinde placent Deo, ac si ipsam ceremoniam essent assecuti. Ratio est: Quaecunque a Deo petuntur fide, si modo congruunt cum ipsius voluntate, certo impetrantur. 1. Iohan. 3. *Est autem voluntas Dei, ne quisquam ex coetu infantum pereat, qui ad Ecclesiam pertinent.* Matth. 18. Ambrosius de mortuo Imperatore non baptizato, qui tamen baptismum expetivit, sic ait: *Etsi ipsum baptismum consecutus non est, tamen vim baptismi obtinet.*

No. 5520. h. a.

Iudicium.

† Ex apographo in cod. Piscat. p. 350.

„*Sententia D. Praeceptoris Philippi Melantho. de propositione: utrum bona opera sint necessaria ad salutem. etc.* 1553."

Nova obedientia est necessaria, quae est in renato vita, spiritus, lux, intueri et cognoscere Deum, et laetitia acquiescens in deo, invocans, subiiciens nos deo, accensa audito Evangelio per verbum et spiritum.

Iam cum dicitur: nova obedientia est necessaria ad salutem, papistae intelligunt bona opera esse meritum salutis. Haec propositio falsa est; ideo illum modum loquendi mitto. Et tamen dici usitatum est: nova obedientia est necessaria, non ut meritum, sed necessitate causae formalis; ut, cum dico, paries albedine necessario est albus. Paulus renatus vivens nova vita vivit hac ipsa novitate formaliter.

Necessarium autem significat: *coactione extortum*; sic non est accipiendum in angelis, Maria, bona opera sunt necessaria, id est, coactione extorta; haec est agrestis expositio; — *ordinatum immutabili ordine;* sic dicitur in angelis; Maria, bona opera sunt necessaria, videlicet ordinata immutabili ordine divino, quo creatura subiecta est creatori. Sic Christus et Paulus nominant debitum, i. e. non coactione extortum, sed ordinatum ordine immutabili, quem ordinem intelligens Gabriel, volens obtemperat. Et sic hoc ipsum est debitum, videlicet ordinatum, ut volens obtemperet, ut ego volens debeo solvere pro frumento. Sed nihil volo rixari. *Islebius* texuit hinc suam ἀνομίαν, proponens: das Muß ist versalzen; item, manent reliquiae carnis in nobis, hae coërcendae sunt. De hac parte singularis disputatio est.

Discrimen doctrinae Osiandri, adversariorum doctorum et nostrae Ecclesiae in articulo de Iustificatione.

Osiander re ipsa congruit cum doctoribus papistis, qui dicunt, hominem esse iustum novitate, id est, illa obedientia, quam efficit spiritus sanctus in hominibus dilectione et omnibus virtutibus. Hi de effectu Dei in nobis loquuntur. Hoc vult interim. Sed Osiander causam nominat, dicit, hominem esse iustum Deo ipso in nobis habitante; et habitare Deum in nobis, est: esse agentem et moventem ad salutares actiones.

At nostrae Ecclesiae concedunt, oportere in nobis esse novitatem, et deum esse causam illius novitatis, et habitare in sanctis, et sic fieri inhabitationem: filius dat verbum consolationis, in quo verbo cernitur voluntas aeterni patris, et simul dat spiritum sanctum in corda, laetificantem corda, et accentem dilectionem et invocationem et alias virtutes. Sed propter hanc novitatem non habet homo remissionem peccatorum et reconciliationem, sed prius accipienda est remissio et reconciliatio quae sunt iustificatio propter mediatorem Deum et hominem fide. Hac fide intuente mediatorem accedimus ad deum, sumus iusti, i. e. accepti, non propter nostram novitatem; sed imputatur nobis iustitia propter mediatorem.

Haec est consolatio necessaria, et sic prophetae accedunt ad Deum: salvum me fac propter misericordiam; Moises invocans coram te non est innocens.

Philippus Melan.

Haec de utraque causa *) petente me consilium et sententiam reverendi nostri praeceptoris Philippi, sua manu scripsit, quae tibi ignota esse nolui.

Ioann. Pisca.

No. 5521. h. a.

Dictum.

† Dictum Mel. inscriptum manu antiquiss. in editionem locorum eius germanicorum (die Heubtartikel christlicher Lehre — — im 1553. jahr von Phil. Melanth. wiederum durchsehen. Wittemb. 1553. 4.), quae extat in bibl. Duc. Goth.

*) Certe prior sententia a Melanthone ipso vix est conscripta, sed potius dictata videtur et a discipulo quodam literis mandata.

(*Dictum.*)

Ioh. 14. inquit filius Dei, dominus noster Iesus Christus: *ἐάν τις ἀγαπᾶ με, τὸν λόγον μου τηρήσει καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν* *).

Hanc dulcissimam promissionem saepe cogitemus, qua primum praecipi nobis sciamus, ut discamus hanc ipsam de Deo doctrinam per prophetas, Christum et Apostolos traditam, deinde promitti, hos Dei domicilium et vera Ecclesiae membra esse, qui legent, audient, discent, amabunt et propagare studebunt hanc doctrinam. Hi exaudientur a Deo. His tantis promissionibus confirmati huius doctrinae studia colamus et non sinamus eam deleri.

Phil. Mel.

*) Idem dictum saepius libris inscripsit; vid. inscript. d. 16. Mai 1546.; item d. 6. Decbr. 1546.

No. 5522. h. a.

Dictum.

Ex *Ioann. Olearii* scrinio antiquario p. 166. Etiam edita a Strobelio, in eiusdem Versuch einer Literärgesch. von Phil. Mel. locis theologicis p. 179. Verba haec Strobelius invenit inscripta a Melanthone exemplo locorum theolog. germanicor. 1554. editorum in bibliotheca Erlangensi.

(Paulus spricht zu den Colossern Cap. 3.)

„Die Rede des Herrn Christi soll in euch reichlich wohnen in aller Weisheit, und sollt euch unter einander lehren und erinnern."

Dieser Spruch ist ein klar Zeugniß, daß Gottes Will ist, daß wir alle die Lehr des Herrn Christi oft hören, oder selb lesen und fleißig betrachten sollen. Dieses sollen wir thun Gott zu Ehren, und Glauben und Anruffung und alle Tugenden in uns zu erwecken. Und ist gewißlich wahr, wo Gottes Wort im Herzen wohnet, das ist, wo es in rechtem Glauben betrachtet und angenommen wird, im selbigen Herzen wohnet Gott selb; der Sohn, welcher ist des ewigen Vaters Wort, spricht den Trost in das Herz durch das Evangelium, und zeiget den ewigen Vater, und der ewige Vater lie-

bet dich um des Sohns willen, und durch ihn giebt er den heiligen Geist in dein Herz, giebet Leben, lehret, erhöret, regirt, schützet, erhält dich, und machet dich Erben ewigen Lebens, darin Gott alles in allen seyn wird, und wird dir mittheilen sein Licht, Weisheit, Gerechtigkeit und Freud in Ewigkeit. Dem sey Lob und Dank, Amen.

Scriptum manu Philippi, 1553.

Simile legitur apud *Manlium* p. 151 sq., quod sic se habet:

Paulus ad Colossenses cap. 3.

Sermo Christi habitet in vobis abunde, cum omni sapientia; et doceatis et commonefaciatis vos mutuo.

Immensa bonitate Deus se patefecit sua voce, et vult agnosci sicut se patefecit, et reddit vitam aeternam his qui fide amplectuntur filium Dei. Ac praecipuum mandatum est, ut doctrinam ab ipso traditam discamus, sicut hic scriptum est: Sermo Christi habitet in vobis opulenter in omni sapientia.

Hic multae gravissimae admonitiones continentur, inter quas hanc praecipue observate. Habitet in vobis sermo Christi: id est, ut familiarissime notus: saepe cogitetis, tanquam loquamini cum filio Dei.

Certissimum est autem, in illo pectore habitare Deum, ubi sermo Dei vera fide accipitur, et invocatur Deus. Ibi filius, qui est verbum aeterni patris, dicit consolationem in corde tuo, et monstrat tibi patrem. Et pater aeternus diligens nos propter filium, per eum effundit spiritum sanctum in cor tuum, vivificat, docet, exaudit, gubernat, defendit et servat te, ac facit te haeredem vitae aeternae, in qua erit Deus omnia in omnibus, cui laus et gratiarum actio. Dieser spruch ist ein klar zeugnis, daß Gottes wille und gebott ist, daß wir alle die leer des hern Christi offt hören oder lesen, und vleissig betrachten sollen. Und ist gewißlich war, wo Gottes wort im hertzen wonet, wo es mit rechter bekerung und glauben wird angenommen, in illo corde habitat Deus selbs weßenlich und krefftiglich, und bewaret und regiert dich.

No. 5523. h. a.

Annales.

Annales Melanthonis ad ann. 1553. spectantes, ex Melanthonis christlichen Bedenken p. 721. (Vid. quae de his annalibus diximus exeunte anno 1552.)

[*Annales Melanthonis ad an.* 1553.]

Im Jahr 1553. erhub sich im Sommer ein schneller Zug aus diesen Ursachen. Marggraf Albrecht von Brandenburg, Burggraf zu Nürnberg, des Casimiri Sohn, als er von Metz, da er Kaiser Karl gedienet, abzog, kompt er heim, und bekriegte die benachbarten Bischoffe, als den von Bamberg und den von Würzburg sampt der Stadt Nürnberg.

Im April nahm er Bamberg ein, und verbrennet denen von Nürnberg etliche Flecken und Dörfer. Weil er aber auch den Benachbarten einfiel, und etlicher Dräuwort sich vernehmen ließ, verbindet sich wider ihn König Ferdinandus, Herzog Moritz Churfürst zu Sachsen, Herzog Heinrich zu Braunschweig, der Fürst von Plauen und die Stadt Nürnberg. Aber Marggraf Albrecht, damit er die sächsischen Städte und den reisigen Zeug, die zuvor den Herzog von Braunschweig bekriegt hatten, an sich brächte, zeucht er im Julio eilend in Sachsen mit tausend Pferden, und etlichen Fähnlin Knechten, und als er dem Herzog von Braunschweig sein Land verheeret, und einen großen Haufen Volks zusammenbracht hatte, als in die 4000 sächsische Reuter wohl gerüstet, und 8000 Fußvolk, und dräuete, er wollte Meißen überziehen, begegnete ihm mit großer Eil Churfürst Moritz, und hielt mit ihm eine Schlacht den 9. Julii bei dem Städtlein Peina, nicht weit von Hildesheim gelegen. Auf beiden Theilen kam viel Volks um. Marggraf Albrechts Haufe ward zutrennet, und er selbst, daß er dem Feind entrunne, gab sich in die Flucht. Churfürst Moritz ward geschossen, und ob er wohl tödtlich verwundet, so lebet er doch noch drei Tage nach der Schlacht bis auf den 11. Julii, da er in wahrer Anrufung des Sohnes Gottes und christlicher Bekenntniß seliglich verschieden. Herzog Carl und Herzog Philipp, Herzog Heinrichs Söhne von Braunschweig, so mit ihrem Volk bei Herzog Moritz waren, blieben auch in obgemeldter Schlacht. Herzog Friedrich von Lüneburg, Herzog Ernsts Sohn, ward in der Schlacht geschossen, und starb bald darnach. Aber Marggraf Albrecht flohe gen Hannover, und sammlet ihm daselbst wieder ein Kriegsvolk.

Dies Jahr 1553 den 6. Tag Julii, starb Eduardus König in Engelland.

Dies Jahr 1553 im Augustmonat kommt Herzog Augustus, Herzog Moritzen löblicher Gedächtniß Bruder, wiederum heim aus Dänemark, dahin er im angehenden Sommer sampt seiner Gemahlin zum Könige, seinen Schwäher, gezogen war. Als er nun heim kam, nimmt er das ganze Land ein, so Churfürst Moritz innen gehabt, ohne einigen Tumult oder Empörung.

Den 12. Septb. thut Marggraf Albrecht wiederum ein Treffen mit Herzog Heinrich von Braunschweig, und obwohl auf beiden Theilen viel Volks geblieben, behielt doch Herzog Heinrich die Oberhand. Und weil Marggraf Albrecht in dieser Schlacht viel von den sächsischen Reutern verloren, unter welchen etliche Rittmeister und erfahrne Kriegsleute gewesen, zogen ihrer viel abe; er selbst, der Marggraf, flohe wieder gen Hannover. Unterdeß nahmen der Fürst von Plauen und die von Nürnberg dem Marggrafen die Stadt Hoff ein, im Voigtland. Aber Marggraf Albrecht, als er wieder heim kommt im Octobri, bekommt er Hoff wiederum.

Im December zeucht der Herzog von Braunschweig dem Marggrafen nach. Weil aber Marggraf Albrecht sahe, daß ihm der Feind zu stark war, zeucht er wieder davon. Also nimmt der von Plauen die Stadt Hoff zum andern Mal ein. So viel Schlachten und seltsame Veränderungen haben unsre benachbarten Lande, als das Land zu Braunschweig und Voigtland, innerhalb eines Jahres gesehen, und hat der barmherzige Gott gleichwohl Meißen und uns beschützet, daß kein fremd Kriegsvolk zu uns in unser Land gekommen ist. Vor solche Wohlthaten sind wir schuldig Gott zu danken, und ihn zu bitten, er wolle uns ferner gnädiglich behüten.

Weitere [in den Winter 1554 hineinreichende] Erzählung der zuvor gemeldten Geschichten Marggraf Albrechts.

In diesem Jahr, nach der Geburt unsers Herrn und Heilandes Jesu Christi 1553, im Octobri kommt Marggraf Albrecht mit wenig Pferden wiederum heim, und ob er wohl zweimal in Sachsen geschlagen, nimmt er doch Hoff wieder ein, und besetzt die Festung Plassenburg und Schweinfurt; darum die Bischoffe in Franken und die Stadt Nürnberg sich einer neuen Verheerung besorgten. Aber Herzog Heinrich von Braunschweig eilet mit dem sächsischen Kriegsvolk vor Schweinfurt. Auf der Reise sind die Irrungen zwischen Herzog Johann Friedrich und dem Herzog von Braunschweig beigelegt und vertragen, und ist der Herzog gar ehrlich zu Weimar empfangen worden. Als aber Marggraf Albrecht sahe, daß er dem Feinde zu schwach wäre, zog er ohn einigen Scharmützel wiederum weg in Sachsen. Darum nahm der Fürst von Plauen Hoff wiederum ein, und das Kriegsvolk derer, so im Verbündniß waren wider den Marggrafen, zog für Plassenburg, dasselbe zu belagern. Damit aber dasselbe Kriegsvolk nicht gleich als Winterläger hielte in der Stadt Culmbach, zündeten die Marggräfischen Knechte, so auf dem Schloß in der Besatzung lagen, die Stadt Culmbach an, und brenneten sie ganz und gar aus. Aber nichts desto weniger ging die Belägerung fort, und geschahen viel kleiner Scharmützel zwischen den Marggräfischen, so in der Besatzung lagen auf dem Schloß, und zwischen den Bundesverwandten, bis so lang nach Ausgang des Winters das Schloß König Ferdinando aufgegeben ward.

Es währete auch denselbigen Winter die Belägerung der Stadt Schweinfurt, darinnen Marggraf Albrechts Kriegsvolk lag, bis endlich auch dieselbige Stadt eingenommen, und mehrers Theils ausgebrannt ward. Unterdeß sammelt Marggraf Albrecht wiederum Kriegsvolk, und hatte im April zu Tangermünd, nahe bei der Elbe gelegen, in die 600 Pferd aus der Mark und Mechelburgischen Lande zu Hauf bracht. Aber Herzog Heinrich ließ sein Volk eilend übersetzen bei Haueburg, und trennet des Marggrafen reisigen Zeug. Darnach zog Heinrich in die Sächsische Städte, und handelt mit Lübeck, Hamburg, Lüneburg, damit sie Marggrafen Albrecht keine Hülf thäten.

1554.

No. 5524. 1. Ian.

Ioachimo Pr. Anhalt.

Epistola nuncupatoria praemissa Tomo sexto operum Lutheri germanicorum.

Dem Durchleuchten hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Joachim, Fürsten zu Anhalt, Grafen zu Ascanien, Herrn zu Zerbst und Bernburg etc. meinem gnädigsten Fürsten und Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Durchleuchter, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. E. F. G. selb, und viel fürnehmer ehrlicher Leut wissen, daß eine herzliche christliche Lieb gegen einander gewesen ist und ohne Zweifel in Ewigkeit bleibet in dem durchleuchtigen, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Georgen Fürsten zu Anhalt etc. E. F. G. geliebten Bruder, und in dem Ehrnwirdigen Herrn Doctore Martino Luthero. Darumb nicht Zweifel ist, so gedachter Herr Doctor noch in diesem Leben wäre, er hätte selb in öffentlichen Schriften christliche Zeugniß von des hochgedachten Fürsten Lehre und christlichen und fürstlichen Tugenden zu Bestätigung der Lehre, die S. F. G. bekannt haben, und vielen zu gutem Exempel ausgehen lassen. Dieweil aber sie beide also in wenig Jahren nach einander aus diesem schwachen Leben in die ewige Kirchen zu sichtbarer Anschauung Gottes, zum Heiland Christo, zun heiligen Engeln, Vätern, Propheten und Aposteln erfordert sind, und eben jetzund, da neulich hochgedachter Fürst Georg etc. aus diesem Leben gnädiglich abgeschieden ist, dieses Theil der Bücher des Herrn Lutheri ausgehet, hab ich aus dieser Ursach zugleich Meldung thun wollen der guten Freundschaft zwischen ihnen beiden. Denn es ist nützlich und tröstlich jetzund und bei den Nachkommen, zu wissen, welche ehrliche, gelahrte, hohe, weit berühmpte Männer in gleicher Bekenntniß christlicher Wahrheit sind, und allezeit einträchtig geblieben sind, damit man wisse, daß diese Lehre nicht eine Winkelpredigt gewesen sey, und sey nicht von unbedächtigen Leuten angenommen und ausgebreitt. Also dienet diese Meldung zu Stärkung in rechter Lehre und rechtem Glauben. Darnach sollen wir auch dabei betrachten, was christliche Kirche ist, und wo sie ist, und daß Gottes Gaben und Werkzeug sind treue Lehrer und treue Regenten, und sollen ihn darumb preisen und ihm danken und umb Erhaltung der Kirchen bitten. Denn so der Sohn Gottes nicht selb die Kirchen erhielte und in seinen Händen trüge, würde sie alsbald ganz zu nichten. Endlich dienet auch solche Meldung zu gutem Exempel, daß andere, in hohen und niederen Ständen, dieser fürstlichen Person Glauben und Tugend folgen.

Wiewohl nu der fürstliche Stamm Anhalt seer bekannt ist*), so will ich dennoch eine kurze Anzeigung davon erstlich thun, damit etliche in frembden Landen mehr davon wissen mögen. Daß dieser Stamm der Fürsten zu Anhalt und Herrn zu Ascanien seer alt sey, und fürnehme Weisheit und Tugend darin gewesen sey, sind dieses klare Zeugniß. Denn der Kaiser Lotharius, der sächsische, der ein sehr weiser nützlicher Regent gewesen ist, hat dem Alberto Urso, der ein Herr zu Ballenstedt und Ascanien gewesen ist, so viel vertrauet, daß er ihn als Statthalter und Häuptmann vor ihm in Italien mit dem Kriegsvolk gesandt hat, der hat die Unruge die Zeit in Italien und zu Rom mit Weisheit und zum Theil mit ernstlichen Schlachten gestillet, darnach ist Kaiser Lotharius gefolget, und weiter gezogen, und die Saracenen aus dem andern Theil Italien ver-

*) Quae hic dicuntur de Ascaniis postea repetuntur in praefatione in Tomum quintum operum Lutheri latinorum, infra die aequinoctii verni huius anni.

jagt. Und als dieselbige Zeit der alte Stamm der Churfürsten zu Brandenburg ausgestorben ist, da hat Kaiser Lotharius dem Alberto Urso die Mark und das Churfürstenthum in der Mark geben. Dieser Albertus hat viel Söhn gehabt, deren einer genannt ist Bernhart, der ist Kaiser Friedrichs Barbarossä Häuptmann in Italien und in deutschen Kriegen gewesen. Und als Henricus der Wolff, die Zeit Churfürst zu Sachsen, in die Acht gethan ist, hat Kaiser Friedrich ein Theil des Landes Sachsen und das Churfürstenthum diesem Fürst Bernhart geben, und sind also beide Churfürstenthum, Sachsen und Brandenburg, bei diesem Stamm Anhalt und Ascanien bei zweihundert Jahren geblieben, und haben diese Fürsten löblich regiert, deutsche Land an diesem Ort wider Polen, Wenden und Böhem geschützt, haben auch Zug wider die Saracen in Asien gethan. Diese Herrn gehörten in das Geschlecht Anhalt und Ascanien. Auch ist der Name Ascanien ein Anzeig eines seer alten löblichen Herkommens. Denn die Gelehrten wissen, daß Josephus und viel andre schreiben, daß Ascanes der Deutschen Vater sey, wie das Wort Tuiscones auch anzeigt, welches also lautet: die Ascanes. Und hat der Name einen lieblichen Verstand, Priester des Feuers, Esch Cohen*), und zeigt an, daß derselbig Vater der Deutschen zum opfern und predigen verordnet gewesen ist.

Und wär viel zu reden von der löblichen Regirung und Tugend vieler Fürsten zu Anhalt, aber es ist hie zu lang. Dieses ist allein kurz angezeigt, daß frembde Nation wissen, daß hochgedachter Fürst Georg in einem seer löblichen, alten fürstlichen Geschlecht geboren ist, und dieweil seine Aeltern Fürst Ernst und Fürst Ernsten Gemahl geborne Fürstin zu Mönsterberg, in großer Tugend, Gottesfurcht und Gottesanrufung gelebt haben, haben sie auch ihre Söhne zu Gotteserkenntniß und zu Tugend uffgezogen, und sie in christlicher Lehre und andern löblichen Künsten fleißig unterweisen lassen, und hat Gott dazu diese Gab geben, daß Fürst Georg einen gottfürchtigen, gelehrten, seer treuen Mann, Magistro Georgio Helten von Forchheim befohlen ist worden, der zuvor viel andre in der löblichen Universität Leipzig nützlich unterwiesen hat. Dieser Georgius Helt hat den jungen Herrn ordentlich in Lateinischer Sprach, Grammatica und Dialectica geübet, und hat in ihm Erkenntniß und Anrufung Gottes aus dem Catechismo gepflanzet, und hat ihn zu christlicher Uebung mit Beten und Lesen und aller christlicher Zucht ernstlich angehalten. Nach dieser ersten Kinderlehre ist der junge Herr aus Rath seines Vettern Fürst Adolfs, der Bischof gewesen zu Mersburg, angehalten worden, in Jure zu studiren, derhalben er etlich Jahr Lectiones Juris gehört hat, und hat insonderheit das ganze Jus Canonicum Panormitanum für und für fleißig gelesen. Und dieweil er von Gott mit Verstand und Geschicklichkeit zu reden wohl gezieret war, hat ihn der Cardinal und Erzbischof zu Mentz und Meideburg, Albertus Markgrave zu Brandenburg etc., als einen Rath zu der Regierung im Stift Meideburg gezogen, da er Uebung in den Gerichten und in der Regierung bekommen, und hat dabei sein wohl angefangen Studium nicht unterlassen, und die übrige Zeit nicht mit Bancketen zugebracht, sondern hat zum Studio Juris und neben göttlicher Schrift angefangen Augustinum, Petrum Longobardum, Hieronymum und Historias Ecclesiä, sampt Magistro Georgio Helten fleißig zu lesen; dadurch er auch Ursach genommen, beide Sprachen, Ebräam und Grãcam Linguam, zu lernen, und hat, der Propheten Schrift eigentlich zu verstehen, die Ebräische Sprach wohl gelernet.

Nu war dieselbige Zeit der Streit von christlicher Lehre angefangen, und hatte der Ehrnwirdige Herr Doctor Martinus Luther viel christlicher Unterricht von der Gnad, vom Glauben, von rechter Bekehrung, von rechter Anruffung, von Unterschied wahrhaftiger Gottesdienst und Menschensatzungen, vom Brauch der Sacrament etc. lassen ausgehen, nachdem der frevel Münch Tetzel, und ernach der Sophist Eck zu Ingolstadt und ihr Anhang zu Stärkung der päpstlichen Irrthum wider Luthern viel Lästerschriften und Bannbrief ausbreiten, dadurch Luther die Wahrheit zu schützen und mehr zu erklären verursacht wurde. Wiewohl nu viel in allen Landen, nicht allein geringe Leut, sondern auch gelahrte und alte verständige Leut, Luthers Schriften annahmen und lobten, so hat doch hochgedachter Herr Fürst Georg, in Betrachtung seiner Jugend, an sich gehalten, und hat sich in solchen wichtigen Sachen nicht bald selb zu Richter machen wollen, hat aber alle Schrifte beides Theils fleißig gelesen, und daneben göttliche Schrift, der alten Kirchen Historien und Augustini Lehre bei sich etlich Jahr betracht und bewogen, hat auch mit hohen und gelahrten Männern, und sonderlich mit hochgedachtem Cardinal und Erzbischof Alberto, der ihm seer geneigt war, viel von der Lehre disputirt. Ueber das war dieses sein tägliches Gebet und Seufzen zu Gott: Ach wahrhaftiger Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, ich bitte dich von ganzem Herzen, du wollest mich in deine Wahrheit leiten, fac cum Servo tuo

*) Hebraicum: כֹּהֵן אֵשׁ.

secundum Misericordiam tuam, et justificationes tuas doce me.

Als nu für und für die Wahrheit mehr erkläret ward, und er den Grund besser erkannt, wiewohl er vieler großen Herrn Ungunst und viel Fährlichkeit vor Augen sahe, hat er dennoch Gottes Gebot höher geacht, und diese göttliche Sprüch bedacht, 1 Korinth. 10.: fliehet von Abgötterey, und Matthäi am 12.: die Lästerung wider den heiligen Geist wird nicht vergeben. Galat. 1.: so jemand ein ander Evangelium prediget, der sey verflucht. Aus diesen und dergleichen göttlichen Sprüchen und nicht aus Fürwitz oder Lust zu fleischlicher Freiheit oder aus Leichtfertigkeit, sondern Gott zu Ehren und zu seiner Seligkeit hat er die reine Lehre laut der Confession Lutheri angenommen, und ernach beständiglich für und für, so lang ihm Gott das Leben geben hat, bekannt, mit täglicher Anrufung des Herrn Christi, mit reden, schreiben, predigen, Bestellung der Kirchen und mit viel Arbeit und Leiden, das zu Pflanzung und Erhaltung christlicher Lehre gedient hat. Und daß diese seine Bekenntniß ernstlich zu Gottes Ehre und zu seiner Seligkeit gemeint sey, hat sein christlich Leben und große Geduld bewiesen. Denn er für und für bis zu seinem seligen Ende in Gottesforcht, in täglicher Anrufung, in der Arbeit des Studii und der Regierung, in unbefleckter Reinigkeit seines Leibes und Keuschheit gelebt hat, hat niemand Schaden gethan, nicht Vortheil gesucht, nicht Practiken zu Unruge gemacht, hat Frieden helfen machen zwischen hohen und geringen Personen, hat vielen armen Priestern, Schülern und andern Gutes gethan, Kirchen und Studia gefördert, hat große Verfolgung, darin man ihm nach Leib und Leben getracht, mit großer Geduld verschwiegen und heimlich getragen Gott zu Ehren und gemeinem Frieden zu Gut. Er hat auch nicht neue Opiniones oder Sophisterey oder uffrührische Gedicht fantasiert, die christliche Lehre zu vertilgen oder zu verblenden, oder Uffruhren zu erregen, wie zu diesen Zeiten leider mancherlei schädliche Sophisterey und Anhetzung zu Uffruhren vor Augen sind, sondern er ist allezeit in dieser einigen Bekenntniß und Form zu reden geblieben, wie seine Schriften bezeugen, die in der Confession der Sächsischen Kirchen ausgedruckt ist. Und ist gewißlich wahr, dieses Licht in seinem Verstand und alle seine Tugenden sind Gottes Gaben gewesen, darumb er aber täglich mit großem Ernst Gott angerufen hat, und hat darinne treulich gedienet, und sein Pfund wohl angewandt; darumb Gott auch gnädiglich zu seiner Regierung in Kirchen und in der Herrschaft Glück und Frieden geben hat; wie St. Paulus spricht: Gott ists, der den Willen gibet, und gibet das Volnbringen, damit etwas geschehe, das ihm wohlgefällig sey, und nicht alle Menschen in schrecklicher Blindheit und Wüten wider Gott leben, und ernach in ewige Straf und Grimme wider Gott fallen.

Nachdem nu Fürst Georg die reine Lehre Gott zu Ehren und zu seiner Seligkeit angenommen hat, und mit Reden und Schriften bei hohen Personen und andern öffentlich bekannt hat, hat er neben den durchleuchten, hochgebornen Fürsten und Herrn, seinen geliebten Brüdern, Herrn Johans und Herrn Joachim, Fürsten zu Anhalt, Graven zu Ascanien, Herrn zu Zerbst und Bernburg etc. die Kirchen in ihrer Herrschaft in christliche Ordnung gebracht, und sind also mit Gottes Gnaden durch der löblichen Fürsten einträchtigen Rath ohne Unrug und ohne Spaltungen in den Kirchen rechte Lehre und rechte Gottesdienst angericht, und sind viel gelahrter und christlicher Prediger erfordert und Schulen recht bestellt, und ist den Pastoren, Kirchen und Schuldienern Unterhaltung verordnet. Ernach ist hochgedachter Fürst Georg zur geistlichen Regierung im Stift Mersburg erfordert, da er zu Pflanzung christlicher Lehre und zu Erhaltung christlicher Einigkeit im Land zu Meißen treulich gedienet hat. Und hat also bei zwentzig Jahren christlich und seliglich gelebt und gearbeit in den zwei hohen und nöthigsten Aemptern, in Pflanzung reiner christlicher Lehre und in weltlicher Regierung der Herrschaft, und beweiset das Werk, daß er in beiden Aemptern ein gnadenreicher und seliger Werkzeug*) Gottes gewesen ist. Denn obgleich in diesem elenden menschlichen Wesen viel Gebrechen mit unterlaufen, so ist doch dieses ein seliger Stand, wo rechte Lehre gepredigет wird, und Recht, Gericht, Zucht und Frieden in Landen erhalten wird, wie Gott solchen ziemlichen Stand in der Regierung dieser löblichen Fürsten geben hat, welche die Last der Regierung sämptlich mit großer Sorg und stetiger Arbeit, doch in rechter guter Einträchtigkeit und brüderlicher Lieb getragen haben. Und hat Fürst Georg daneben die Studia nicht nachgelassen, sondern hat zum täglichen ernstlichen Gebet für und für in göttlicher Schrift und andern Schriften etwas gelesen, hat Urtheil gefasset in geistlichen und weltlichen Sachen, hat oft selb gepredigt, hat etliche seer nützliche Schriften lassen ausgehen, darin er seine Confession Gott zu Ehren und vielen zur Stärkung an das Licht geben. Und wiewohl er oft krank gewesen, und durch Arbeit, Betrübniß und sonst geschwächt war, hat

*) Walch. dedit: gnadenreiches und seliges, sed Melanthon adiectiva posuit in genere masculino, propterea, ut opinor, quod referuntur ad Georgium, Principem.

er dennoch in den Krankheiten solch Arbeit nicht ganz fallen lassen, auch itzund in seiner letzten Krankheit. Denn er allezeit Trost zu Gott gehabt und gefühlet hat, und ist endlich in fröhlicher Anrufung des Herrn Christi für sich, für seine geliebten Brüder und Vettern, für gemeine Kirchen, für sein Vaterland, und in christlicher Bekenntniß und Danksagung und in den Trostsprüchen: sic Deus dilexit Mundum, ut Filium unigenitum dederit etc.; Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis etc.; Nemo rapiet oves meas ex manibus meis, aus diesem elenden Leben in die ewige Freud abgeschieden. Er hat auch ein schön christlich Testament gemacht, darin er seine Confession, Danksagung und Anrufung zu Gott erholet, und Befehl thut von Erhaltung reiner christlicher Lehre und Uffsehung uff die Kirchen, und hat nämlich einem jeden Pastor in den Kirchen dieses Theils der Herrschaft, welches in der Theilung ihm zugetheilt gewesen, jährlich einen ganzen Wispel Rocken und einen halben Wispel Waizen, und einem jeden Custodi sechs Scheffel Rocken aus seinen Erbgütern verordnet, mit besondern Pflichten, daß solchs zu keiner Zeit geändert werde, damit die Pastores besser Unterhaltung haben und fleißiger sind im Studio und predigen etc.

Diese wahrhaftige Historien von dem löblichen und christlichen Herrn, Fürst Georgen Fürsten zu Anhalt etc. hab ich guter Meinung aus diesen dreien Ursachen erzählet, wie wir in der Kirchen der heiligen Personen Historien darumb sollen wissen und betrachten. Erstlich von wegen der Bekenntniß, daß männiglich wisse, daß dieses löblichen Herrn Fürst Georgen, Fürst zu Anhalt etc. Lehre und Bekenntniß gleich stimmet mit der Lehre des Ehrnwirdigen Doctoris Martini Lutheri, und daß durch hochgedachtes Fürsten Bekenntniß viel gestärkt werden, dieweil er dieser Lehre Zeugniß geben hat so lang er gelebt hat, und ist darin beständig blieben in mancherlei Verfolgung. Und geben zugleich viel christliche Herzen Zeugniß, daß diese Lehre der wahrhaftige göttliche Trost sey, welche durch dieses Fürsten Regierung, Predig und Schriften zu Erkenntniß der Wahrheit kommen sind; welche auch wissen, daß dieser christlich Fürst mancherlei Verfolgung gehabt hat, und viel Jahr in großer Fährlichkeit gesessen, und haben befunden, daß ihn Gott wunderbarlich geschützt und erhalten hat.

Zum Andern soll uns Betrachtung dieser Historien zu Danksagung vermahnen. So oft wir im Symbolo sprechen: ich gläub eine christliche Kirche, die Gemeinschaft ist der Heiligen, sollen wir diese große Gnad erkennen, daß der Sohn Gottes ihm für und für ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium sammlet, gibet etliche rechte und selige Lehrer, und zieret sie mit schönen Gaben, wie geschrieben ist [ad] Ephesios 4: der Sohn Gottes sitzet zur rechten Hand des ewigen Vaters, und gibet den Menschen Gaben, Propheten, Aposteln, Evangelisten, Hirten und Lehrer etc. Dieweil nu hochgedachter Fürst Georg treulich und seliglich gearbeitet hat in beiden Aemptern, in der Lehre und weltlichen Regierung, wie Esdra, Nehemia und andere, sollen wir erkennen, daß er ein seliger Werkzeug Gottes gewesen ist, und sollen Gott preisen und danken für diese Gaben, daß er Lehre und selige Regierung so lange geben hat, hat auch Zeugniß von sich geben in vielen Tugenden, in Anrufung und in seliger Regirung dieses Fürsten. Und soll ein jeder bei sich betrachten, daß durchaus zweierlei Personen im menschlichen Geschlecht sind. Etliche sind *vasa misericordiae*, Werkzeug der Gnaden, welche Gott gebraucht der Kirchen und der Regierung zu Gutem, als Joseph, David, Ezechias, Josias, Esaias, Jeremias, Daniel etc., Petrus, Paulus, Johannes, Augustinus etc. Und dagegen *vasa irae*, verworfene Strafgefäß, als welche guten Stand in der Kirchen und in der Regierung zerrütten und in Haufen werfen, Gottes Zorn schrecklicher erregen, als Pharao, Catilina, Nero, Arius, Mahomet etc. Tyrannen und Ketzer etc. Nu kann einem Menschen nicht bessers widerfahren, denn daß er sey ein Werkzeug der Gnaden. Dieses soll ein jeder mit täglichem Seufzen und Rufen zu Gott bitten, daß dich Gott auch gnädiglich wolle ein Werkzeug der Gnaden machen, daß du in deinem Beruf Gott zu Lob und dir und andern zur Seligkeit lebest und dienest, wie die heiligen Engel, Propheten, Aposteln, die seligen Regenten als Nahaman. Und dieses lehret uns der Sohn Gottes selb in diesen Worten bitten: dein Will geschehe. Ach Gott hilf, daß alle Stånd dir also dienen, daß sie ihr Ampt recht ausrichten, und ihre Arbeit dir wohlgefällig sey etc. In diesen Worten soll ein jeder seinen Beruf anschauen, und bedenken wie er diene, und bitten, daß er nicht weggeworfen werde in den verdampten Haufen der Zorngefäß etc., sondern daß ihn Gott gnädiglich ein Gnadenwerkzeug mache.

Zum Dritten, ist das Exempel in dieser nnd der gleichen Historien anzuschauen, daß wir alle uns dadurch erinnern, dergleichen Fleiß zu thun in unserm Beruf, uns üben mit Lesen, Lernen, Beten, guten Sitten etc. Denn wiewohl die Stånd und Gaben in den Menschen nicht gleich sind, und die Nachfolgung und Imitatio sich nicht in allen Sachen reimet, so sind dennoch alle Menschen zu den gemeinen Gebeten verpflicht.

Niemand kommet zur Erkenntniß Gottes ohne die Lehre; die muß man hören oder lesen. Darumb wie dieser Fürst neben ander mancherlei Arbeit dennoch göttliche Schrift für und für gelesen hat, und durch das Lesen sein Herz zum Gebet erweckt, also sollen wir diese Uebung auch halten. Item, wie dieser löblich Fürst Geduld gehabt, und nicht rachgierig gewesen, da er doch Ursach und Gelegenheit hat, also sollen wir auch Geduld haben. Item, wie er in Reinigkeit und Keuschheit gelebet, also sollen wir auch Unzucht fliehen etc. Und wäre gut, daß Edle und andere Personen, Prediger und Regenten, dieses Fürsten Exempel oft betrachten und folgten.

Wiewohl nu diese Historien in gemein allen andern zu Erinnerung hie erzählet ist, so ist doch, durchleuchter, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr diese Vorrede an E. F. G. geschrieben. Denn dieses ist der höhest Trost, den uns Gott in seiner Kirchen geoffenbaret hat: beati mortui, qui in domino moriuntur. Dieweil E. F. G. wissen, wie hie erzählet ist, daß hochgedachter E. F. G. geliebter Bruder, Fürst Georg, in rechter Anrufung Gottes und Erkenntniß des Herrn Christi und in gutem Gewissen gelebt hat, und in rechtem christlichen Trost aus dieser Welt abgeschieden ist, und daß seine treue Arbeit in der Lehre und Regierung ein öffentlich Zeugniß gewesen ist seines rechten Glaubens, und wissen sonst viel seiner heimlichen Reden von göttlichem Trost, so sollen E. F. G. aus der göttlichen Regel schließen, daß er bei Gott in Freuden lebet, und sollen hoffen, daß E. F. G. ihn sampt E. F. G. Herrn Vater, Frau Mutter und ältern Bruder da sehen werden, und mit ihnen fröhlich von allen Gotteswerken und Gnaden reden, Gottes Weisheit in Ewigkeit lernen, und Gott mit fröhlichem Herzen danken und ihn preisen. Dieser einige christliche Trost mag E. F. G. Wunden Arzney seyn. Die gelehrten Heiden haben andre mancherlei Trost gesucht, als dieweil wir doch alle sterben müssen, und dieses Leben voll Angst und Noth ist, so geschehe diesen nicht übel, die bald davon ziehen etc. Diese gemeine Reden lasse ich fallen; wir sollen uns an den christlichen Trost halten und dabei wissen, daß wir Gott gehorsam seyn sollen, und daß wir nicht ohne Gottes Rath aus dieser Welt abgefordert werden. Denn also spricht der Herr: alle Haar auf euerm Häupt sind gezählet etc.

Daß aber sonst E. F. G. die Last ihrer Regierung und viel großer Sachen betrachten, und viel Betrübniß haben, weiß ich kein höhern Trost in allem großem Elend denn dieses große Werk, daß der Sohn Gottes menschlich Natur an sich genommen hat, damit Gott so ernstlich und klar bezeuget, daß er große herzliche Lieb zu dieser armen menschlichen Natur hat, sorget für sie, und will ihr helfen. Denn dieser göttliche wunderbarliche Rath muß große Ursachen haben, und muß das Elend nicht gering sein, dagegen uns eine solche große, gewaltige, wunderbarliche Hülf gesandt ist, nämlich der Sohn Gottes selb, der menschlich Natur an sich genommen, daß nicht dieses Geschöpf Gottes ganz und gar vertilget und zu nicht worden. Darumb trägt er nu uns arme schwache Menschen als seine Gliedmaß, wie er spricht, er wolle uns tragen wie die Hirten die jungen Lämblin in den Schooß tragen, die noch nicht laufen können, und will uns gewißlich helfen, wie er mit den allerlieblichsten Reden uns zusagt: kommet zu mir alle, die ihr in Aengsten und Nöthen seyd, Ich will euch erquicken etc. Mit diesem Trost wollen sich E. F. G. als ein christlicher weiser Fürst stärken.

Auch können sich E. F. G. erinnern der christlichen Schriften und Predigt, die hochgedachter E. F. G. geliebter Bruder an E. F. G. hat lassen ausgehen, daraus E. F. G. dergleichen Trost schöpfen können; und daß dieselbigen Schriften mit des Ehrnwirdigen Herrn Martini Lutheri Lehre gleich stimmen, bezeugen die Bücher, die von beiden in ihrem Leben ausgangen sind, welchs männiglich zu wissen nützlich ist. Daß auch diese Bücher des Ehrnwirdigen Herrn Martini Lutheri treulich nachgedruckt sind, ist durch die alten Exemplaria kar zu beweisen. Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen in menschlichem Geschlecht durchs Evangelium sammlet, wolle E. F. G. gnädiglich stärken, und vielen christlichen Menschen und E. F. G. Landen und Leuten zu Gut lange Zeit in seliger Regierung erhalten. Datum auf den ersten Tag Januarii, Anno 1554.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5525. 4. Ian.

(*Ordini Philos. in Acad. Lips.*)

Epist. ad Camerar. p. 679 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 819.).

Clarissimis et doctissimis viris D. Decano et reliquis Magistris ac professoribus Collegii Philosophici in Academia Lipsica amicis S. Colendis,

S. D. Certissimum est in genere humano colligi aeternam Ecclesiam, voce Evangelii, quam

ob causam et doctrinae studia necessaria sunt. Quae cum servet filius Dei in his regionibus, vera gratitudine eum celebremus, eumque oremus, ut deinceps Ecclesias harum regionum et earum hospitia servet et gubernet. Cum autem iuniorum studia iuvanda sint, commendo vobis Universis ac singulis hunc *Casparem Iungerman* *), natum in familia honesta urbis Servestae, mihi familiariter notum. Cuius natura est et omnium doctrinarum avida et capax, et ad virtutem idonea. Et eruditio ex scriptis eius iudicari potest: edidit enim poëmata de castis angelis et alia recte scripta, propter quae et illustrissimus et optimus princeps *Georgius* princeps in Anhalt et Ascania etc. ingenium eius probavit et benevolentiam erga eum suam declaravit. Cum autem in Academia Witebergensi hic *Caspar Iungerman* amplius biennio honeste vixerit et audierit professores Doctrinae Christianae, Item Physicae Mathematum et reliquarum partium Philosophiae, Et scriptis ostenderit studiorum specimen: Quaeso, ut vos quoque in vestra Academia eum complectamini et Magisterii titulo ornetis. Qua in re spero publicis studiis profuturum vestrum officium. Et oro, ut optimi principis *Georgii Anhaltini* memoria huic *Caspari* prosit. Oro autem filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut protegat harum regionum Ecclesias et studia. Bene valete. Anno 1554. die 4. Ianuarii.

Phil. Melanth.

No. 5526. 4. Ian.

(*Apocha.*)

Apocha Mel. s. schedula, qua testatur se accepisse 400 florenos nomine Acad. Witteb. d. 4. Ian. 1554. secundum *de Murr* bibl. Dillberr. I. p. 210. in bibliotheca Norinbergensi habetur, sed Cl. *Ranner*, eius biblioth. praefectus, quem ut eam describeret rogaveram, eam reperire non potuit.

No. 5527. 6. Ian.

Testimonium de Nicolao Birgero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

*) Hic. Iungerm. postea factus est Camerarii gener. C. K.

Testimonium publicum Nicolai Sueci, cui amputata manus.[1])

Non dubium est singulari Dei consilio distinctos esse hominum gradus, et cum nobiliatem praefecerit Deus inferioribus, armat etiam ipse multos in eo gradu viribus ingenii maioribus, ut faciat eos salutares gubernatores. Nam illa non sine causa scripta sunt a Platone et Xenophonte: ut caetera animantia non possunt nisi ab hominibus regi, ita homines non recte gubernari, nisi a praestantiore natura, videlicet heroica. Vult autem Deus praesertim homines nobiles erudiri, ut non solum armis pacem tueantur, sed etiam domi legum, disciplinae et religionis custodes sint. Itaque cum Dei beneficio excellens sit natura *Nicolai Birgeri*, nati in familia nobili vetustissimae et fortissimae gentis Suecorum, et capax sit doctrinae ac flagrans amore cognitionis optimarum rerum, et impetum ad virtutes acrem habeat: studiose didicit utramque linguam, latinam et graecam, Ecclesiae doctrinam, omnium temporum historiam et initia philosophiae, utilia vitae hominum. Cumque Deum vera invocatione colat, suos mores etiam honeste regit. Tanta cum sit ingenii praestantia, et natura iam sit exculta optima doctrina accidit Nicolao, sine eius culpa, proh dolor, magna calamitas. Cum enim a coena rediret ad studia sua et ad precationem in aedes, quas conduxerat, et una iret honestus adolescens, invasit eos, modestissime praetereuntes, sceleratus miles, qui more latronum emissis fulminibus multorum globorum ex bombarda sauciavit sinistrum brachium et latus Nicolai, quam ob causam postea brachii partem inflammatam praecidi oportuit *). Haec tanta calamitas, praesertim in tali homine nobis omnibus dolorem magnum attulit. Exem-

1) Inscriptio in cod. Paris.

*) Habetur in Scriptis publicis (P. II. ad ann. 1553.) pagella a Rectore Academiae publicae affixa, data d. 19. Decb. 1553., ubi inter alia haec habentur: „Fuerunt in hoc oppido praesidia militum amplius septennio. Nullus tamen miles adversus quenquam in oppido usus est tormentis, ut accidit *intra biduum*, et quidem petiti sunt et vulnerati globis nobiles docti, modesti, qui neminem irritaverunt. Fieri autem potest, ut alii inquieti irritaverint milites. Nam et hoc audimus, scholasticos quosdam vagari noctu terribili genere armorum instructos. Ideo severe praecipimus omnibus scholasticis, ut sint modesti, et vident causas et occasiones periculorum. — At prohibemus nocturnas discursitationes, vociferationes et armorum gestationes. Cogitent adolescentes, non solum ab hominibus pericula oriri, sed diabolos insidiari vitae et moliri seditiones et caedes et alia mala. etc."

plo[2]) etiam perterrefacti sumus, quod videmus, diabolos[3]) praecipue melioribus ingeniis insidiari. Nihil enim dubium est, latronem illum a diabolis, qui sunt homicidae, impulsum esse, qui perdere hoc eximium Christi membrum conati sunt. Quare et propter ipsum Nicolaum et propter honestissimos ipsius parentes[4]), et propter alias gravissimas causas maximo in dolore sumus. Sed vult nos Deus moderari dolores, et intueri consolationes divinitus traditas. Nicolao leniunt moestitiam, quod culpa caret; deinde scit, Ecclesiam cruci subiectam esse, et generosissimum ac pulcerrimum adolescentem Abel a fratre, incitato furiis diabolicis, interfectum esse. Agnoscit etiam in hoc tristissimo casu tamen mitigationem mali. Certissimum enim est, singularia Dei beneficia esse, quod vitam et animi bona retinet Nicolaus. Scit, et lenire Deum calamitates invocantibus. Quanquam igitur corpus laesum est, ne in proeliis usui reipublicae esse possit, tamen poterit eum Deus in gubernationem collocare, ubi mens ipsius et vox Ecclesiae, patriae et longae posteritati prosint. Ad hanc se militiam praeparet consideratione doctrinarum et invocatione Dei, nec succumbat moestitiae. Harum rerum cogitatione et parentibus tristitia lenietur, quibus quidem magna consolatio haec erit, videre virtutem in filio non extinctam esse, sed crevisse, ut novis Dei bonis cumulatam esse. Nos autem veris gemitibus precamur filium Dei, d. n. I. C., custodem Ecclesiae suae, qui dixit: nemo rapiet oves meas e manibus meis etc., ut huic Nicolao, nobilitate generis, ingenio, eruditione et virtute praestanti, tribuat longum vitae spatium et felix, et faciat eum *σκεῦος ἐλέους* et organon salutare Ecclesiae et nobilissimo regno Suecorum, et leniat ipsi et honestissimis eius parentibus moestitiam. Datae Witebergae anno 1554. in Epiphaniis, in quibus se divinitas illustri testimonio patefecit in baptismo Christi ante annos 1524.

---

2) Apogr. *exempla.*

3) Apogr. *diabolus.*

4) Apogr. *parentis.*

No. 5528. 9. Ian.

Io. Placotomo.

Epist. lib. VI. p. 282 sq.

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Placotomo, Doctori artis Medicae, fratri suo carissimo.

Clariss. vir et cariss. frater. Multa sunt in *Stigelii* carminibus, vere oracula Musarum. Tale et hoc est: *Praesentemque refert quaelibet herba Deum.* In universa natura, de Deo et de providentia, multa sunt impressa testimonia, sed ars in plantarum distributione etiam ostendit, eas non casu ex Democriti atomis ortas esse, quia res ostendit consulto, alias ad alios usus ordinatas esse. Intuens igitur Aloën, quam huc misisti, et Deo gratias agebam conditori et alimentorum, et remediorum et omnium aliarum bonarum rerum sapienti creatori, mundi, lucis, sapientiae et virtutum. Deinde et tua erga nos benevolentia delectabat. Quare tibi et pro hoc munere, et de perpetuo erga nos amore et debeo et habeo gratiam. Versus mitto, et opto tibi et tuis faustum et felicem annum.

Ex aula *Marchionis* nihil mihi respondetur, quia *ὁ ἄρχων ὀργίζεταί μοι,* quod non approbavi phrasin ignotam toti Ecclesiae, *τὸν χριστὸν ἀποθανεῖν κατὰ θεῖαν φύσιν.* Oro autem filium Dei ut nos regat. Quaeso ut literas adiunctas huic Epistolae mittas *Sabino.* Bene vale. Die 9. Ianuarii 1551[1]).

No. 5529. 10. Ian.

God. Praetorio.

Edita in libro Praetorii*), descr. a *Lunzio.*

---

1) Annum alius quis adscripsisse videtur; est enim scripta a. 1554.

*) *Godescalci Praetorii* de Syntaxi Graeca Libri II. Quorum prior regularem normam, posterior figuras complectitur. Adiectae sunt Epistolae (1) Ioach. Camerarii et (2) ipsius Praetorii. Francof. apud Pet. Brubach. 1554. 8. pagg. 416., quibus non comprehendunt 8 quae praecedunt, et 3 quae sequuntur, folia: in his posteribus legitur etiam illud Melanchthonis epistolion. (*Lunz.*)

Philip. Melanthon
Godescalco Praetorio S. D.

Et diligentia tua laude digna est, et ipsum opus de Syntaxi, quod copiosius scriptum est, quam alia, quae extant in hoc genere, spero valde profuturum studiosis. Scis quantum cruciarint interpretes haec verba, *θεὸς ἦν ὁ λόγος,* item *τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν,* quia Graeca phrasis eis ignota fuit. Ac velim te alicubi talia exempla intexere. Bene vale, decima die Ianuarii. (1554.)

No. 5530. 10. Ian.

G. Fabricio.

Edita primum a Sauberto, epp. V. p. 414. Contuli codic. Zittav. ep. 29.

Georgio Fabricio, Rectori Scholae Misnensis.

S. D. Frater tuus, vir optimus, tuo consilio obtemperavit, et in academia esse maluit. Et ego, cogitans difficultatem illius paedagogiae, non valde adversatus sum ipsius voluntati. Nunc non sine sollicitudine hunc *Nicolaum Politium*[1]), Noribergensem, mitto, doctum virum in omnibus philosophiae partibus, et non morosum, teque oro, ut eum complectaris et consiliis tuis regas. Ipsum etiam spero intuenda vestra amicitia firmum fore. Hortatus sum eum, ut te et collegas amet et veneretur, et communem concordiam tueatur, tuis vero consiliis utatur et de erudiendis adolescentibus et de aulica consuetudine. † Scito, huc scriptum esse, ut *Georgius Maior* ad vos commigret, ut praesit collegio theologico. Quid facturus sit nondum scio"[2]), sed oro filium Dei, ut gubernet doctrinarum studia in his regionibus, et, ut tu scribis, doctores omnes sint unum, doceant unum, fateantur et unum. Mitto tibi pagellas. Bene et feliciter vale. Die X. Ianuarii.

Philippus.

1) Nicol. Pulz, qui mortuus esse dicitur d. 23. Apr. Sed in epistolis ad Fabricium anno 1554. scriptis de illo Nicolao saepe est sermo, et idem tradidit d. 5. Dcb. anno 1554. Baumgartnero epistolam Melanthonis d. 25. Nov. 1554. scriptam.

2) Haec Saubertus non edidit.

No. 5531. 15. Ian.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[8].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Doctissime vir et cariss. frater. Non aliam existimemus causam esse tam longi silentii mei nisi hanc, quod nemo tabellarios ad vos ituros mihi indicavit. Hodie vero *Iacobus*, homo officiosus, literas a me flagitavit, quanquam cui traditurus sit nescio. Scripsi igitur subito hanc epistolam, ut silentium excusem. Nec poteram iam aut ad alios mittere literas, aut tibi de tuo carmine accurate respondere in tanta angustia temporis. Sed respondebo, cum indicabitur tabellarius certus. Nunc mitto recentia poëmata, quae ostendunt, adhuc mediocria in his vicinis Academiis doctrinarum studia esse. De veniente aestate magis me tetri siderum positus terrent quam eorum, qui bellum gerunt, adparatus. *Thaddeum* velim nobis aliquid significare de suis vaticiniis. De conventu, quem Carolus indixit, et quem hoc Ianuario inchoari voluit, nihil audimus. *Carolus* Imperator in Belgico est, et hoc agit, ut filio *Philippo* nubat Regina Anglica. Plura scribam quam primum potero. Bene et feliciter vale. 15. Ian. 1554. Salutem opto amicis omnibus.

No. 5532. 10. Ian.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 419. (ed. Lond. lib. II. ep. 438.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Delectati sumus lectione scripti tui eruditissimi de mutatione humorum congruente cum Lunae itineribus. Et nos ipsi comperimus exempla. Itaque et publico nomine et meo tibi gratias ago, quod has tuas observationes edidisti. Decet nos testimonium praebere veritati, etiamsi multi, ut Cyclopes, ordinem divinae sapientiae, miranda arte institutum, contemnant. Hic ipse annus ostendit non ociosos esse stellarum congressus, qui erunt initio anni*). Sed Deum condi-

*) Vid. ep. ad Stathmionem d. 5. Febr. 1556.

torem naturae liberrimum precemur, ut Ecclesiae poenas mitiget.

Fata movere Deus, tollere fata potest.

Iohannem Hoferum virum doctum et honestum tibi commendo. Bene et feliciter vale. Die 18. Ianuarii.

No. 5533. 18. Ian.

N. Birgero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3]. — Vid. supra testimonium Nicolao Sueco datum d. 6. Ian. 1553.

Ad patrem illius Nicolai Sueci (*N. Birger*, vid. d. 6. Ian. h. a.)

S. D. Honestissime vir, nobilitate generis et virtute praestans. Ideo humanis pectoribus Deus indidit naturalem et ingentem amorem erga sobolem, ut hic noster amor sit commonefactio de amore Dei erga filium, dominum nostrum Iesum Christum, et erga nos. Vult igitur, parentes dolore affici in calamitate sobolis; quare pietas est, quod cognito tristi casu filii magno dolore afficiemini. Vivit ille quidem, Dei beneficio, et animi bona retinet, ac Deo iuvante usui erit patriae: sed decus corporis, quod ei Deus dederat per vos integrum et pulcerrimum, amissum est. Scelere furiosi militis brachium ita ei laesum fuit, ut pars praecisa sit. Etsi autem nullius moestitia par esse paternae et maternae potest: tamen nostra proxima est, cum et nos paterno amore *Nicolaum* propter ingenii, eruditionis et virtutis praestantiam diligamus, et causas dolendi cum alias multas habemus, tum hanc quoque quod hoc ipsum exemplum ostendit, diabolos praecipue melioribus ingeniis insidiari. Constat enim, *Nicolaum* culpa carere; sed invasit eum sceleratus latronis more, diabolicis*) furiis incitatus praetereuntem cum summa modestia et redeuntem ad studia et precationem in aedes, quas conduxerat. Ac mandata illustrissimi principis Ducis Saxoniae Electoris scripta sunt de milite ad supplicium rapiendo, ubicunque deprehensus fuerit. Quanquam autem pietas vestra Deo placet, quod in tanta calamitate filii in magno dolore estis, tamen hoc quoque vult Deus, repugnare vos dolori, ne succumbatis moestitiae. Interfecto Abelo voluit Deus lugere parentes, sed extingui eos tristitia non volebat. Horum exemplum intueamini, et cogitate, Ecclesiam subiectam esse cruci, et Deo in moderatione doloris obediendum. Causas etiam colligite, quae lenire moestitiam possunt. Sic mitigavit Deus hanc calamitatem, ut non permiserit extingui filium. Ac manifestum Dei beneficium est, quod filius vitam retinet. Speremus etiam, Deum pro hoc detrimento corporis ei daturum esse multo maiora animi dona, sicut ornavit gloria Iosephum post carcerem. Nam hoc modo Deus magna dona suis tribuit, cum prius eos exercuit. Hoc consilium Dei et vos et filium cogitare prodest, et a Deo petere, ut has aerumnas leniat, qui quidem et gemitus moestorum certo exaudit, et affirmat, se in moestis habitare, ut nos sustentet et consoletur. Ego etiam vobiscum filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, cui etiam sunt sauciatae manus et latus, toto pectore oro, ut et vitae spatium longum et felix det filio vestro Nicolao, et eum gubernet, et vobis moestitiam leniat; sicut ille iussit, a se auxilium peti, et ait: venite ad me omnes, qui laboratis etc. Scitis magnam esse et inexplicabilem imbecillitatem humanam, nec aliter nos posse incolumes esse, nisi gestemur a filio Dei, qui ideo massam naturae nostrae assumpsit, ut nos sibi velut insertos suae massae sustentet. Hunc filium Dei, dominum nostrum I. C. oro, ut nos quoque gestet et Nicolaum et nos consoletur. Bene valete. Datae Witebergae 1554. die 18. Ianuarii.

Ph.

*) Cod. Paris *diabolis.*

No. 5534. 25. Ian.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris D. L. 54[3].

Petro Vincentio, (*in Academia Rostoch.*)

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Tua consilia, de quibus nuper scripsisti, opto ut regat filius Dei, magni consilii angelus. Si una vivere aliquantisper concedetur, et multis bonis et doctis viris grata erit tua consuetudo, et mihi leniet aerumnas meas non leviter. Mea usitata precatio est, qua

saepe et alios uti iubeo: συμβουλὴν ἀγαθὴν καὶ ἀφορμὰς, εὐτυχίαν τε συμβουλεῦτα ἐμοὶ δὸς πατρὸς ἀϊδίου. Mitto tibi carmen de viro optimo principe *Georgio Anhaltino*, quem et tuis musis aliquando celebrari velim. Bene et feliciter vale. Die conversionis Pauli.

No. 5535. 30. Ian.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 289. (ed. Lond. lib. II. ep. 293.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et charissime frater, De charta missa et Senatui vestro et tibi gratiam habeo*). Sed optarim esse chartam densiorem et firmiorem, qualem antea vidi istic factam. Grata tamen est pia voluntas vestra. Si tuas conciones typographi hic, ut sunt insulsi et morosi, non excudent, curabo ut *Francofordiae* aut *Lipsiae* edantur. Mitto pagellas recentes, quae utcunque et Academiae studia et nostros dolores indicant. Bene vale. Die 30. Ianuarii. Tuus cognatus nobis curae erit.

*) Vid. epist. d. 12. Oct. 1553.

No. 5536. 31. Ian.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 102. (ed. Lond. lib. II. ep. 88.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Saepe in Precatione de mea filia in magnis doloribus cogitavi, ideo insitam esse στοργὴν parentum cordibus, ut sit commonefactrix de amore Dei erga Filium et erga nos. Sentitur autem acrius in doloribus. Ideo non dubito te et honestissimam coniugem tuam in magno moerore esse propter filioli deformitatem: Et vobiscum vere doleo propter multas causas. Sed scis moderandum esse dolorem, et quaerendas consolationes, quas Deus Ecclesiae tradidit. Deformitas est, quae tamen ut spero non multum impediet Pronunciationem. Maiora vulnera fuerunt in *Adam*, *Heva*, *Davide*, propter filiorum tristes casus, cogites etiam *Mariae* dolores. Tuam concionem brevi edam, ac intexam doctrinam de consolationibus, et discrimine Philosophicarum consolationum et Evangelicarum. Mitto pagellas et mittam brevi plures. Exempla etiam tuae concionis. Versus περὶ μαργαρίδος mihi curae erunt. Bene vale. Pridie Calendas Februarii. Salutem opto *Casparo* et vobis omnibus.

No. 5537. 31. Ian.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Petro Vincentio (gubernanti Scholam Lubecensensem).

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Est omnino excellens in *Birgero* *) natura et virtus, et hanc ornavit eruditione: quare eum valde diligo, et spero, Ecclesiae et Reipublicae usui futurum esse. Etsi enim magnum vulnus mihi quoque fecit eius calamitas, tamen, cum Deus eum manifeste servaverit, spero vitam eius tamen Ecclesiae utilem fore. Miles non irritatus ab ipso fulmina globorum in eum eiaculatus est, quibus ita laesa sunt sinistri brachii ossa, ut praecidi partem brachii oportuerit. Oro filium Dei, ut leniat publicas et privatas calamitates.

De filio D. *Valentini* scribo ad patrem. Natura bona est, et recte discit optimas artes, et mediocriter carmen scribit. Si patrem offendet sumptuum magnitudo, fecit enim non necessarios sumptus, utile esset adolescenti, in schola aliqua docere, ubi cogeret eum officii ratio praestare assiduitatem. Plura nunc scribere non potui. Quaeso ut Valentini dolori medearis. Mitto vobis pagellas. Nuper *Camerarius* prolixe mecum de tuo ingenio et virtutis praestantia loquebatur. Nescio an videris epithalamia *Davidi* missa: ideo exemplum mitto. Bene vale carissime frater. Prid. Cal. Februar. 1554.

Philippus.

*) Vid. de eo testimonium supra d. 6. Ian. datum.

No. 5538. 1. Febr.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 382 b.

Reverendo viro D. Georgio Buchholtzero, amico suo,

S. D. Reverende vir, et amice charissime. Est omnino virtus ingens, et quam Deus vult intelligi, gratitudo: et composita est ex duabus summis virtutibus, ex veritate et iusticia. Veritas profitetur, unde sit acceptum beneficium: iusticia obligat nos ad mutua officia. Sic nos profiteamur bona a Deo accipere, et vicissim ei obediamus. Hanc virtutem, gratitudinem, comperi esse in *Stanhusio*, qui valde laudat vestram erga se beneficentiam. Et gratiam vobis ipsius nomine habeo. Si discedet, commendabo vobis honestum et doctum hominem, natum in Marchia, in oppido *Rupin*, N. N. Et ipse ad vos accedet, cum primum iter facere poterit nivibus resolutis. Audio huc venturam esse illustrissimam dominam Principem, socrum Ducis Prussiaci: et adducturam esse *Brentium*, ut conciliatio de dogmate *Osiandri* fiat*). Pagellas vobis mitto, et peto ut illustrissimo Principi etiam suas tradatis. Bene et feliciter valete. Calend. Februarii, Anno 1554.

Philippus Melanthon.

*) Accersitus est Brentius in hunc finem a Duce Alberto ineunte anno 1554. Vid. Planck Gesch. des protest. Lehrbegr. T. IV. p. 407.

No. 5539. 4. Febr.

Io. Praetorio.

Epist. lib. V. p. 148 sq.

Iohanni Praetorio, docenti Evangelium Vratislaviae.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Intelligo hunc virum, *Martinum Crovitium*, tibi notum esse, quem, cum scias virum integrum esse, et recte sentientem, tuo eum iudicio complectendum esse, statues, et iudicabis me eum non temere aliis commendasse. Scio dissimiles esse homines ubique, et prius considerandos esse eos, qui testimonia nostra petunt. Quare cum hoc *Martino* multa collocutus sum familiariter, et audivi eum affirmantem, se amplecti confessionem Ecclesiae nostrae. Ideo et nobilissimis viris in vicina Bohemia eum commendavi. Sed ipse maluit prius redire in Patriam. Tribues igitur ei ea officia, quae hospiti pio tribuenda sunt. Pagellas tibi nuper misi, sed tamen rursus mitto de *Stenkfeldii* deliramentis, et missurus sum brevi plus nostrarum lucubrationum. Senatus *Augustanus* et Doctores in Ecclesiis, Augustana et Argentoratensi, petunt multorum testimoniis refutari *Stenkfeldium*, qui a publico ministerio multos abducit, et facit dissipationes in Ecclesiis recte constitutis. Quaeso, ut ad me scribas de vestris vicinis in Silesia. Nam ibi quoque audio *Stenckfeldii* scriptis excitari ab aliquibus κροτοθόρυβον. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut nos gubernet, ut unum simus in ipso. Tuas literas flagito. Amicis omnibus et toti Ecclesiae vestrae salutem opto. Vale. 4. Feb. 1554.

Philippus.

No. 5540. 6. Febr.

L. Dürrenhofero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Eruditione et virtute praestanti viro, D. Laurentio Durnhofero, gubernanti studia doctrinae in oppido Voitlandiae Oelsnitz, amico suo.

Carissime *Laurenti*, spero te et considerare, qualis sit haec communis vita hominum, et iudicare sapientiam et virtutem esse, boni consulere praesentem fortunam in munere honesto, sicut et alia multa sapienter dicta monent, et illud Pindaricum gravissime docet:

> ἐν παρ' ἐσθλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς
> ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
> ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.*)

Credo autem et locum et hominum mores non congruere voluntati et naturae tuae, ideoque operam dabimus, ut quaeratur locus, ubi rectius

*) Pind. Pyth. III. 145.

collocari queas. Nunc placide feras praesentia et arte difficultates lenias. Commendo tibi hunc *ὑποδιδάσκαλον*, et vos adhortor, ut concordiam omnibus officiis tueamini. Bene vale. die 6. Febr. 1554.

Philippus.

No. 5541. 13. Febr.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 100. (ed. Lond. lib. II. ep. 86.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Exiguo intervallo hae regiones amiserunt duos Principes, mense Iulio Ducem *Mauricium*, et recens Ducem *Iohannem Fridericum*[1]), qui habuerunt brevia et inquieta vitae et gubernationis spacia; qui si concordes fuissent, coniunctio eorum salutaris fuisset et patriae, et ipsis, et fere universae *Germaniae.* Ac semper dolui ante annos decem semina discordiae spargi, ex quibus paulatim longa Tragoedia orta est, cuius finem non videmus. Oro autem tecum et cum universa Ecclesia, ut Filius Dei medeatur nostris malis, et non sinat fieri vastationes et deleri Ecclesias, doctrinam et disciplinam in his regionibus. Transactio inter Ducem *Iohannem Fridericum* Dei beneficio feliciter facta est. Deus gubernet nos et Principes deinceps. De *Carolo* non libet scribere vulgi fabulas, *ζώει ἢ τέθνηκε κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν.* Mitto tibi orationem de Principe *Ascanio*[2]), qui te valde dilexit. Non habebam plura exempla: ostendes igitur et caeteris amicis, et rescribes an legeris. *Hieronymum Scholandrum* honestum hominem morbus in patriam redire coëgit, commendes eum amicis. Bene vale. Die quo ante annos 1724 *Nicanor* victus est, et brachium quo minitatus erat templo, suspensum est ante templum. Laus Deo servanti Ecclesiam.

---

1) Obiit d. 3. Mart. 1554., quare d. 13. Febr. quo die Melanthon haec scripsit, non mortuus esse potuit, sed moribundus. Similia scripsit Mel. in ep. d. 13. Mart. ad Fabricium. Transactionem cum Augusto Ioannes Fridericus moribundus scriptura et signo suo confirmavit. Vid. Sleidan. p. 816 sq.

2) Georgio, Episc. Merseb.

No. 5542. 13. Febr.

Gr. Praetorio.

Manlii farrag. p. 300 sq.

Venerando viro, D. Gregorio Praetori, pastori Ecclesiae Dei in Gebersdorff, amico suo,

S. D. Venerande vir. Est quidem valde reprehendenda populi impietas, qui fidelibus Evangelii ministris, ne quidem debita stipendia solvit. Sed non minus accusandi sunt magistratus, qui populum non cogunt, ut solvat debitum. Tu tamen petito auxilium a tuis magistratibus. Circumspectes ipse etiam locum commodiorem: ac si ego nactus fuero aliquam occasionem te iuvandi, libenter tibi opem feram. Iustissimum enim officium est, et maxime necessarium, pios Evangelii ministros diligere, iuvare et tueri: sicut Paulus iubet excellenter eos diligi. Bene vale: Die 13. Februarii.

No. 5543. 16. Febr.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 216 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 207. — Editor libri VI. autographo addidit annum 1556.; sed scripta est a. 1554.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noriberg.

S. D. Etsi domestica nosse rectius est, tamen nunc quidem Thracum et Paeonum historias melius scimus, quam quid in Germania fiat. Tyrannum Turcicum aiunt promittere Pannoniae inducias in sexennium. Retinetur domestica calamitate. Nam filium natu Maximum interfecit, falso accusatum a genero homine Rutheno. Hic narratum est ante paucos dies *Marchionem Albertum* rediisse in Saxoniam. Hoc scio *τὸν ἀρχιγραμματέα τοῦ μεγαλοπυργησίου* [*Cancellarium Mekleburgensem*] recens ad eum missum esse. Et vicini *μαργῖται* non fore pacem hac aestate aiunt. Oro autem vobiscum filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, ut et vos et nos protegat et leniat poenas Ecclesiis nostris domesticis ipsum invocantibus, et publicae Ecclesiae.

Mitto vobis pagellas de *Principe Georgio*, cuius memoriam retinere nos iustum est. Et talia scribere nos rectius est quam convicia. Mitto etiam honestissimae coniugi tuae libellum Germanice scriptum. Bene et foeliciter vale.[1]) die Natali meo, quo quod faustum et felix sit, ingredior annum octavum et quinquagesisimum.[2])

Philippus.

No. 5544. 16. Febr.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Petro Vincentio, gubernanti studia literarum in urbe Lubeca.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Legimus dulcissimum carmen tuum de *Tilemanno*, pingente pro stellis Helenas, pro Rheno Xanthum, et valde delectati sumus cum hac ipsa suavitate carminis tui, tum vero etiam amore tuo erga nos. Etsi optarim, ut in testimonio me praedicari*) verecundius, tibi tamen et habeo et debeo gratiam pro perpetua tua erga me benevolentia et pro tot honorificis praeconiis, quae scio candidissimo pectore scribi, et eo a te edi, ut aliorum venenatorum maledictis opponantur. In Thuringia quaedam factio novum certamen movet de astrologia, et me quoque sugillant. Sed id non est tanti, ut non optem, plura me et alios posse discere de doctrina motuum coelestium, et de mirandis operibus Dei in natura. Doleo potius, nos non esse Astrologos. Sed isti odiis indulgent, nec nos plectimur διὰ τὴν ποδὸς ἁμαρτίαν πρὸς λύραν; aliis isti causis nos perdere conantur. Sed haec alias. Mitto tibi *Lotichii* versus de specie in coelo conspecta. Bene et feliciter vale. Die Bartholomaei. *Nicolao Bergerio***), Sueco, des exemplum carminis.

Philippus.

---

1) Alia manus adscripsit: 16. Febr.

2) Alia manus adscripsit: 1556.

*) Excidit hic verbum.

**) Birger. Vid. supra d. 6. Ian.

No. 5545. 16. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 680sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 820.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Dux *Pomeranicus* huc litteras misit, in quib. mandata dat *Georgio Cracovio*, et mihi, ut de schola *Stetinensis* gubernatione, cum *Landsidelio* agamus. Id nisi te adhibito, agendum esse non censui. Cras igitur iter ingrediemur, ad vos profecturi, Deo iuvante. Nam hodie adhuc retinet *Georgium* publica ipsius disputatio[1]). Adducemus nobiscum *Valentinum Pannonium*, qui nuper istic te quaesivit. Scripsi de *Landsidelio*, et ad Senatum *Goslariensem*. Et nunc senatus *Slakenwaldensis* petivit indicari gubernatorem scholae, quae fortassis tenuior est, quam Stetinensis. Sed ego regionem et victum anteferrem.

In litteris quas dederam vestro *Pannonio*: respondi etiam de voluntate *Georgii Maioris*, cui sum suasor, ut non morose respondeat, se obtemperaturum esse voluntati Principis. Nam ego illam Coloniarum[2]) deductionem non intelligo, καὶ δοκεῖ πολλὰ εἶναι μεστὰ εἰρωνείας καὶ ὑποκίβδηλα, ἑλικτά, πέριξ, meministi illa Euripidea.

Mitto historiolam de Principe *Georgio*, cui te quoque intexuimus: quod boni consules. Sed haec coram. Bene et feliciter vale, die Natali meo, quo quod faustum et felix sit, ingredior annum octavum et quinquagesimum.

Philippus.

No. 5546. 16. Febr.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 426. (ed. Lond. lib. II. ep. 446.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Antiquitas scripsit *Orionem* necatum esse a Scorpio,

---

1) Gradum doctoris iuris Georg. Cracovius serius adeptus est, videl. d. 7. Aug. 1554. Vid. Scripta publ. T. II. d. 5. Aug. 1554.

2) Schola Misnensis. C. W.

qua fabula non tantum ortum Scorpii, et occasum *Orionis* significarunt, sed pericula quoque eorum, qui *Orionis* doctrinam colunt, quem *Atlantis* auditorem fuisse aiunt. Saepe enim a venenatis hominibus opprimuntur calumniis studiosi doctrinae physicae. Nuper ociosi quidam ἐν τῇ μεθωναίῃ αὔλῃ ediderunt scriptum contra praedictiones astronomicas. Etsi non sine dolore legi: tamen rixari cum illis non volo, ac tuam praedictionem quam ad me misisti, non esse editam eo gaudeo, quia nec tibi pepercissent isti petulantes δημηγόροι. Mitto tibi pagellas, quarum lectio fortassis gratior erit, quam τοῦ ἐν οἴνῳ γραφθέντος μεθωναίου συγγράμματος. Mittes exemplum alterum *Ionae*, cui partem colloquii cum veteribus amicis eruditam tribui. Bene vale, et rescribe. Die natali meo *), quo, quod faustum et felix sit, ingredior annum octavum et quinquagesimum, ac sane metuo vicinam coniunctionem Saturni et Martis. Sed Deo nos commendo.

No. 5547. 17. Febr.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 389 sq.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzero, fratri suo charissimo;

S. D. Reverende vir, et amice charissime. Hic N. N. N.[1]) cum natus sit in Marchia, mallet servire studiis patriae: et cum audiverit *Stanhusium* relicturum esse scholam Berlinensem, ipse petit sibi eam commendari. Recte doctus et modestus est, et moderatis consiliis obtemperabit. Quare te oro, ut iis ad quos haec deliberatio pertinet, eum commendes. Mitto tibi exempla de principe *Georgio*, quorum unum trades illustrissimo principi Electori. Qui veniunt ex Pannonia, adfirmant Turcicum tyrannum promittere Pannoniae inducias in sexennium. Nam ipse domesticis calamitatib. retinetur. Interfecit filium maximum natu, falso accusatum a genero, homine Rutheno. Nunc illum accusatorem Ianizari deposcunt ad supplicium. Haec ad me scripserunt homines digni fide, ex Pannonia. Bene valete. Die 17. Februarii, 1554.

Philippus Melanthon.

*) Is fuit d. 16. Febr. 1497.

1) Buchholtzer adscripsit margini: *Botticher.*

No. 5548. 19. Febr.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 630 sqq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis, et resuscitatum, ut vos et honestissimam coniugem vestram, et filios et dulcissimam filiam, protegat, et servet incolumes vos et ipsos. Proficiscitur ad vos *Christophorus*, Dei beneficio, recte eruditus in doctrina Ecclesiae, et initiis Iuris civilis: et mores sunt modesti, ac spero, vobis et honestissimae Matri reverenter obtemperaturum esse. Ego, re diu cogitata, maneo in hac sententia, hoc tempore ei utile esse, ut vel per aestatem videat formam iudicii Imperialis, et discat, nosse Iurisconsultos illius loci et consideret eorum sermones, et publicorum negotiorum tractationem. Haec consideratio excitabit in eo amorem studii Iuris, et aliquid adferet iudicii. Postea poterit in Italicam aut Germanicam Academiam mitti, nisi deliberare vultis de honesto coniugio. De filio vestro *Iohanne* valde vos oro, cum sit natura imbecillis, et sperem, fore virum intelligentem et honestum, ut aliquid ipsius adfectui concedatis de coniugio *), et oro Deum, ut vobis et ipsi adsit. Ecclesiam et hospitia Ecclesiae et nos Deo commendemus. Bene et feliciter valete. Die 19. Febr.

Deus servet *Michaëlem*. Ego libenter eum ad me recipiam tantisper, donec apud eum est Praeceptor. Possent una in Collegio habitare. Sed videbimus, ut ei quoque prospiciatur. Poteritis mittere *Michaëlem*, cum vobis videbitur opportunum. De lue iam nihil audimus.

Philippus.

*) Vid. ep. ad Meienb. d. 4. Maii 1554.

No. 5549. 22. Febr.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Medler. ep. 34. Cod. Goth. 188. ep. 99.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Deo et Musis caro, amico suo carissimo, S. D.

Tam honorifice scripta fuit in literis tuis *Stösselii*, laudatio, ut earum praeconio magis ornatum esse, quam publico testimonio, seu gradu, ut vocant, existimem; etsi, si quid est ornamenti, nos quoque libentissime tali suavitate ingenii, ac tanta eruditione praedito, tribuimus testimonium. Praeclare fecit, quod ut illi veteres summi viri, Atlas, Orpheus, et deinde Hesiodus, ad Musarum cantus adiungit naturae et coelestium motuum considerationem. Audivi eum, recte et erudite explicantem quaestiones, sumtas ex illa, ut videtur, magis tetrica philosophia. Scripsi tibi nuper, hunc annum novas conversiones rerum allaturum esse, quas Deus gubernet *). Bene et feliciter vale. Nam plura addere non vacabat. d. 22. Febr.

Mitto tibi *Mycilli* Poëma.

Philippus Melanthon.

No. 5550. 24. Febr.

(*Iurisconsultis.*)

† Ex apogr. in cod. Mehnert. no. 4. p. 56. Quaenam res Melanthoni cum his Iuris Consultis agenda fuerit, ignoro.

Clarissimis viris, eruditione et virtute praestantibus, Nicolao Kronesmid, Francisc. Cramio, Ioh. Reifschneiter, Ioh. Meir, Iac. Tomingio, Aegid. Morch, Iurisconsultis, et amicis colendis,

S. D. Semper hoc sensi, fontes doctrinae legum aeternam et immotam in Deo sapientiam esse, postea et voce Dei patefactam generi humano, et quantum politici ordinis in genere humano retinetur, conservari ope divina, et Deum in mentibus gubernatorum hanc lucem accendisse, ut doctrinam vestram ex Legibus, quas sua voce tradidit, recte exstruerent. Quare et doctrinam vestram, et totum politicum ordinem veneror, et multis nota sunt mea certamina, in quibus refutavi insulsa iudicia multorum de hoc doctrinae genere. Oro igitur Deum, conditorem hominum sapientem et iustum, et custodem legitimae societatis, ut hanc regionem protegat, ac ut vos quoque gubernet, ac faciat, ut studia et consilia vestra Ecclesiae, patriae, et vobis salutaria sint. Haec vota vobiscum et cum piis familiis vestris et amicis faciam, ubicunque ero, quae scimus non esse irrita. Ac, si potero, ad vos accedam. Sed nunc filiolus meus tam saeva febri laborat, ut de itinere nondum statuere possim. Meque hic domesticus dolor nunc commonefacit, ut saepius cogitem de communi omnium parentum sollicitudine in his publicis periculis. Quare et vos et hanc regionem et viciniam Deo ardentioribus precibus commendo. Filius Dei, dominus noster Iesus Christus, qui ideo massam nostri generis adsumpsit, ut nos quoque, tanquam pendentes de sua cervice, gestet, servet et gubernet vos. Bene valete. Anno 1554. die natali Caroli V. Imperatoris *).

Philippus.

Fausta omnia vobis et gener meus optat, qui, impeditus paterna sollicitudine de filio, nihil scribere potuit.

No. 5551. 27. Febr.

Ge. Fabricio.

† Ex apogr. in codice Zittaviensi ep. 16.

Georgio Fabricio, (gubern. schol. Misnens.)

S. D. Etsi optarim, pastoribus Ecclesiarum, alioqui aerumnosis, non cumulari miserias, tamen nondum deseri Ecclesias vellem propter haec

---

*) Cf. etiam ep. ad Hardenbergium d. 1. Mart. 1554. scripta. Vid. etiam scheda Peuceri, sive Melanthonis d. 23. Oct. 1553., quae fortasse caussa fuit, ut Wimarienses ederent scriptum adversus praedictiones theologicas, quod Mel. commemorat in ep. d. 16. Febr. 1554. scripta. Leguntur in illa scheda academica Peuceri haec: „Annus veniens habet diros positus stellarum, cum sol ingredietur in Arietem. In nona domo erunt Saturnus, Mars, Venus et Mercurius in Piscibus. Et iacet abiectus Iupiter in opposito signo in domo tertia. Hi positus et seditiones et dogmatum confusiones minantur."

*) d. 24. Febr. — Nisi adscriptus esset annus, putaverim hanc epistolam scriptam esse anno 1560., ubi certe intelligitur ex ep. ad Camerar. d. d. 14. Febr. 1560., illum vocatum fuisse ad doctores Iuris Lipsienses.

παρεργα, quanquam insuavia sunt. Scripsi igitur ad pastorem Ecclesiae istic, ut hunc dolorem vincat, teque rogo, ut eum confirmes. Tulimus antea monachorum rabiem. Nunc similes opiniones seruntur; scelus esse forma vestis ducitur. Et fit hoc κακοήθως, quia hi clamores cient plausus in populo. Sed abrumpo hanc querelam. Commendo autem tibi hunc *Alexium*, praeclare instructum eruditione in graeca lingua et in philosophia. Et hic Ecclesiam pie et sincere docuit. Bene et feliciter vale. Die 27. Febr. 1554.

Phil. Melanthon.

No. 5552. 1. Mart.

Sim. Haliaeo.

(Ex libro: Epistolae aliquot consolatoriae, piae etc. cura Cyr. Spangenbergii, Argent. 1565. 8. p. 3.)

Philipp. Melanth. S. H. Schdia. (Simoni Haliaeo) *) S. D.

Reverende vir et amice charissime. Non dubito, te ipsum in hoc tuo agone et dictis filii Dei et vero sensu praesentiae filii Dei in corde tuo, et spiritu sancto ita confirmatum esse, ut non necesse sit, multa dicta in hac epistola recitare, tantum oro tecum et cum aliis piis ipsum filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ac vere colligentem aeternam Ecclesiam voce Evangelii, ut te confirmet et protegat te sicut Danielem protexit inter leones, et sicut servavit tres viros in fornace babylonica, de quibus hos versiculos quotidie recitant mei convictores ad mensam:

Te maneat semper servante Ecclesia Christi
Insertoque ipsi, nos tua dextra tegat.
Tres velut in flamma testes babylonide servas
Rex ubi praesentem, te vidit esse Deum.

Mitto tibi pagellas de principe Anhaldino, qui etiam multos magnos dolores propter confessionem Evangelii pertulit. Bene vale. Calend. Martii.

*) Ballenst., qui hanc quoque epist. sibi descripsit Vol. II. ep. 68. adscripsit haec: „Simon Haliaeus, Moravus, Pa„stor Cadanensis Ecclesiae, non solum ab adversariis, ve„rum etiam ab iis, qui eum ad constantiam hortari debe„bant, ob veritatem evangelii valde afflictus est, 1553. „s. 54. Pragam citatus in vincula coniectus est, tunc accu„satus, quod seditiosas conciones haberet. Igitur 1555. „mense Maio ad carcerem iterum raptus eodem anno ma„gnatum nonnullorum precibus dimissus est."

No. 5553. 1. Mart.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 76. Cod. Goth. 188. ep. 144.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, fratri suo carissimo, S. D.

Clariss. vir. et cariss. frater. De tuo negotio praecipuum Quaestorem in Aula interrogavi. Is mihi respondit, solere reddi sortem creditoribus, sed ea negotia commendata esse *Poniceo*, et aliis quibusdam. Nunc hoc agere decrevi: alloquar *Poniceum* cum primum potero, quem scio de te praeclare sentire, ac spero, libenter tibi et tuis gratificaturum esse. Mitto tibi et aliis pagellas de Principe *Georgio*, quem scio fuisse admiratorem ingenii et venae tuae. Malo tales laudationes funebres bonorum virorum scribere. quam convicia, qualibus haec aetas delectatur, οὐχ ὅσια γενεᾷ κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι. Non deesset mihi honesta oratio, si respondere vellem. Et respondebo tandem. Mitto tibi *Caroli* effigiem, in quo, etsi quaedam desiderantur, tamen sunt aliquae eximiae virtutes. Et scis illud,

αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθός ποτε μὲν κακός,
ἄλλοτε δ' ἐσθλός.

Et certe tuis optimis versibus laudatus est. Exspecto Epicedion optimae Dominae, coniugis illustriss. Principis*). Hic quoque praescripsi argumenta nostris auditoribus. Bene vale et rescribe, an has literas acceperis. Cal. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 5554. 1. Mart.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenbergium ep. XII.

D. Alberto Hardebergio

S. D. Reverende vir et carissime frater. Scimus in hac extrema et delira mundi senecta maio-

*) Loquitur de Sibylla, coniuge Ioannis Friderici Ducis Sax. Electoris, nata ex familia Iuliacensium, mortua d. 21. Febr. 1554. Epitaphium a Melanthone scriptum vid. in Eiusd. Epigramm. p. 225.

res fore Imperiorum confusiones, quam fuerunt antea. Sed petamus, Ecclesiam inter has ruinas regnorum servari a Filio Dei. Quam tristia spectacula vidit aestas superioris anni in Germania et in Anglia. Et huic anno sidera denunciant horribiliores motus. Oro Filium Dei, ut nos protegat, et non sinat fieri barbaricas vastationes. In hac vicinia Dei beneficio adhuc mediocria sunt doctrinarum studia, ut pagellae ostendunt, quas mitto. Te oro, ut libellum, cui titulus est, *Examen**), legas tanquam severus censor. Quaedam intexui περὶ τοῦ λόγου, De tantis rebus colloqui tecum cupio. Et me fortassis huius anni tumultus hinc expellent. Bene et feliciter vale et rescribe. Calendis Martii.

Philippus.

No. 5555. 1. Mart.

P. Medmanno.

Edita a S. A. Gabbema in epist. clar. Viror. p. 89.

Ad Petrum Medmannum.

Integerrime Vir et carissime Frater. Nihil scribo de imperiorum tumultibus, de quibus te plura scire non dubito, quam ego scio. Oro autem Filium Dei, ut inter has regionum ruinas servet Ecclesiam suam. Pagellas tibi mitto testes laborum nostrorum, et peto, ut librum, cui titulus est, *Examen*[1]), generosae Dominae[2]) tradas. Talia scribere iudico rectius esse, quam certare conviciis, cum iis, qui nos allatrant, nec student complecti integrum doctrinae corpus. Quaeso ut nobis scribas per hunc tabellarium. Bene Vale Cariss. Frater. Cal. Martii.

Philippus.

No. 5556. 1. Mart.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

*) Examen eorum, qui audiuntur ante ritum publicae ordinationis. Witeb. 1554. 8. Germanice: Der Ordinanden Examen, wie es in der Mecklenburgischen Kirchenordnung gefasset ist. Wittenb. 1554. 8.

1) i. e. Examen Ordinandorum, vid. epist. ad Hardenberg. d. 1. Mart. et infra d. 17. Mart.

2) Comitissae Frisiae Orientalis, *Annae*, matri Eduardi comitis. (Nota *Gabb.*)

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Et ex tuis scriptis et ex aliorum amicorum sermonibus intelligo, multos praestantes viros esse in familiis generosis gentis Bohemicae, qui ad caetera ornamenta doctrinam addunt. Literae viri nobilis *Floriani* adeo eleganter ad me scriptae sunt, ut magis eum admirari et amare[1]) coeperim. Cum autem excellat eruditione, non dubito eum suo iudicio te complecti. Scit enim dignissimum esse viro nobili et patriae utile tueri viros honestos, eruditos et bene merentes de iuventute. Scripsi tamen ad eum de te, et petii[2]), ut te contra barbarorum sycophantias defendat. Legi tuum carmen praeclare et pie scriptum. Quid enim dulcius est quam quod dicit τὸν λόγον, per quem sonat sapientia Dei vagire in cunis? Nec suspicari possum, quid vestri critici arroserint. Fortassis hos versus calumniose reprehendunt: est mortuus verus velut homo, quiescens interim Divinitas, nam litera A passione perstitit[3]). Hic recitas vetusti scriptoris Irenei verba. Et sic tota Ecclesia loquitur. Sed si particula *velut* ambiguitatem parit, facile mutari priora dimetra possunt. Et carne vere est mortuus $\frac{\text{Christus}}{\text{homo}}$ > quiescens interim[4]). Sic Petrus loquitur: παθὼν σαρκί. Sed significa nominatim, quid reprehendant. Carmen tuum remitto, si quid fortassis mutari voles. Et si a nobis edi voles, remittito. Pagellas de bono principe *Ascanio* vobis mitto, cuius excellentes virtutes utinam potuissem melius pingere. Existimo autem prodesse tales historias iunioribus. Si vivam etiam de Bohemia vestra aliquid scribam, etsi tu quidem multo melius patriam ornare potes. Et si quid fuit mihi ingenii, id extinctum est assiduis aerumnis et doloribus, cum undique me invadant sycophantae ὥσπερ θηρία, sicut de sese inquit Demosthenes. Sed commendo Ecclesiam et me Deo. Bene et feliciter vale. Cal. Martii, 1554.

1) *amare*] scripsi pro *amari*, ut apogr. habet. Suspicor Melanthonem scripsisse *venerari*.

2) *petii*] scripsi pro *peto*, quod mendum est.

3) Dedi ut apographon ea habet.

4) Dedi ut scripta sunt.

No. 5557. 1. Mart.

Ad. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Magistro Adamo Aquilae, amico suo cariss.

S. D. Carissime *Aquila.* Scis scriptum esse de Deo: ipse est vita tua et longitudo dierum tuorum. Et in actis ait Paulus: *ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ ἐσμὲν καὶ κινούμεθα.* Oro igitur Deum vitae fontem et custodem Ecclesiae suae, ut te et tuam familiam et tuos auditores servet incolumes, et ei gratias ago, quod in lue te et tuos texit. Auditores spero cito rursus conventuros esse. Ego cum aliis lectoribus ter secessi propter luem, semel propter bellum. Sed tamen agmina studiosorum filius Dei rursus collegit, quem oro, ut vos et nos gubernet. Bene vale. Calend. Martii. Pro caseo mitto pagellas.

Philippus.

No. 5558. 1. Mart.

Th. Hageco.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Thaddeo Hageco[1]), *verae philosophiae cultori, amico suo carissimo.*

S. D. Doctissime *Thaddaee.* Quod praemonitiones tuas pias de venientis [2]) anni periculis ad me misisti, et de tua erga me benevolentia amanter scripsisti, et debeo tibi et habeo gratiam. Et volo inter nos perpetuam amicitiam esse. Editus est recens liber a concionatoribus aulae Thuringicae contra significationes astrorum, in quo Academia nostra sugillatur [3]). Sed semper fuerunt, sunt et erunt hypocritae inimici verae philosophiae; quanquam in his rabies est maior iniusto odio nostri. Sed nos iudicia istorum non excrucient, et coniunctionem nostram tueamur. *Τέττιξ γὰρ τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.*

Quo anno et mense facta sit constitutio de pulcerrima Electorum Aristocratia nondum certe scio. Sed *Urspringensis* *), cui plurimum tribuo, affirmat Otthonem tertium initio anni millesimi primi mortuum esse, cum anno millesimo omnes scribant, et terram tremuisse et conspectos esse cometam et hiatum ingentem. Credo, illius anni eclipsin et insignes coniunctiones reperiri posse. Nam terrae motum et cometam haud dubie insignes astrorum positus antecesserunt. Existimo autem ipso millesimo anno constitutionem de Electorum collegio factam esse. Sed inquiram haec diligentius quam primum plus otii habebo. Bene vale et ad nos saepe scribito donec colloqui possumus. Iterum vale. Calend. Martii, quo die magni fluctus fuerunt, ut tu praedixisti. Mitto tibi orationem de principe optimo et digno memoriae eruditorum.

Philippus.

1) Hagero?

2) apogr. *veniendis.*

3) Vid. ep. d. 16. Febr. h. a.

*) Urlspergensis.

No. 5559. 3. Mart.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1236.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Tuarum literarum fasciculos fideliter tradidi *Cunrado* Bibliopolae, qui in sarcinis suis misit eos ad urbem Francofordiam. Misi et *Nicolao* [1]) exemplum versuum, quos hic de tua *Μαργαρίτῃ* [2]) edidimus. Miror te in literis tuis non significare vel tuum vel amicorum iudicium vel de versibus nostris, vel de allegoria *τῆς μαργαρίδος.* Ego nomen Bargaris apud Theophrastum iudico Ebreum esse; בר est *γνήσιον*, כריה [3]) *crusta*, ut sit purissima crusta. Talis est primum ipse Filius Dei, deinde Ecclesia. Congruit etiam Margarith amara crusta propter crucem. Haec scripsi ut te ad scribendum invitarem. Bene vale. Die 3.

1) Nicolao Birgero, Sueco.

2) Margaris s. Margaretha Smedes, Laurentii Smedes, Senatoris Rostoch. filia, quam Chytraeus uxorem duxerat anno 1553.

3) Mendose scriptum est.

Martii, et rescribe. Salutem opto pudiciss. coniugi tuae et socero et matri.

Phil. Melanthon.

No. 5560. 3. Mart.

Iac. Bordingo.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iacobo Bordingo, doctori artis medicinae in inclyta Academia Rostochiana, fratri suo cariss.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. *Camerarius* invitatus tuis literis sapienter et amanter scriptis promisit, se responsurum esse, et haud dubie literas *Milio* dabit, quem audio Lipsiam reversurum esse. Ego libellum mei generi tibi mitto et alias pagellas. Certemus his officiis donec deus in his regionibus halcyonia concedit. Legati Regis *Ferdinandi* Byzantii sunt, ubi petunt inducias sexennii, et Turcicus tyrannus domi retinetur, quia filium maximum natu *Mustapham* interfecit falso accusatum a sororis marito, Bassa, homine Ruteno *). Nunc accusator ad poenam deposcitur. Cum autem non sit bellum in Pannonia, *Ferdinandus* edicta eo misit, ut pellantur pii Pastores ex Ecclesiis. Ita non desinunt pontificii irritare Deum et homines. Precemur autem filium Dei, ut nos gubernet, et leniat nobis poenas. Bene vale et rescribe. Die 3. Martii. Salutem opto viro clarissimo d. *Arnoldo* et vobis omnibus.

No. 5511. 8. Mart. (h. a.?)

M. Meienburgio.

Epistol. lib. V. p. 562. — Quo anno haec epist. scripta sit, certo definiri non potest. quum praeterea nihil prorsus legatur de itinere quod Mel. d. 3. Mart. annis 1549—1559. Dresdam fecerit cum Bugenhagio. Quum Bugenhagius in epistola ad Regem Daniae, data d. 30. Oct. 1554. (apud Schumacherum Vol. I. p. 189.) scribat, se Dresdam tempore aestivo anni 1553. primum vidisse, Meienburgius autem, cui inscripta est haec ep., mortuus sit tempore autumnali anni 1555., sequitur, epistolam vel anno 1554. vel 1555. esse exaratam. Anno 1555. Melanthon cum reliquis assessoribus utique Dresdam profectus est, sed ineunte Februario, neque causa itineris incognita ei erat, ut hic profitetur. Denique filius Meienburgii Michaël in hyeme anni 1555. fuit Wittebergae. Sequitur igitur epistolam anno 1554. scriptam esse. Duae igitur epistolae quas die aequinoctii verni h. a. scripsit, Dresdae scriptae esse videntur. Quod si verum est, utique dies Martii inde ab 8. usque ad 17mum in itinere esse potuit, quum nulla ex his diebus habeatur epistola.

Michaëli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir et amice charissime. Hodie ingredimur iter, Deo iuvante, Dressam [1]), ego et Pastor, ad nescio quas deliberationes. Ideo brevius scribo. De *Christophoro* existimo, prodesse ei haec studia, in quibus nunc versatur et proficit. Erit, ut ego iudico, magis idoneus ad Iuris doctrinam, quam ad artem medicam. *Michaëlem* optarim Philosophiae et artis medicae et doctrinae christianae studia coniungere. Natura enim philosophica est. Et, si erit tranquillitas, optarim, eum in Academiam mitti, ut iam statim initia Philosophiae disceret. Deus servabit Ecclesiam suam, etiamsi variae poenae in genere humano grassantur. Hac nos spe consolemur, meque hac cogitatione erigo, quoties vel in auditoriis iuventutem adspicio, vel domi meas misellas orphanas intueor. Bene et feliciter valete. Die 8. Martii.

Philippus.

No. 5562. die aequinoct.

L. Dürrnhofero.

Epist. lib. V. p. 251 sqq.

Eruditione et virtute praestanti Viro, Domino Laurentio Dürnhofero, gubernanti studia doctrinae in oppido Voitlandiae Olsnitz, amico suo.

S. D. Charissime *Laurenti.* Etsi non accepi a te literas, tamen auratas pisces accepi, *ἐστὶ μὲν ὁ θυμὸς χαριζόμενος ἄριστος.* Gratissimum mihi fuit munus, et suaviter eo fruor. Sed sumptibus onerari te nollem. Moerore tuo adficior non leviter, et assentior tibi, non esse illius nullas iustas

---

*) Vid. epp. d. 16. et 17. Febr. h. a. Evenit hoc exeunte anno 1553. Vid. Sleidan. comment. p. 813.

1) Dresdam.

caussas. Sed interea memineris velim, quod una Ecclesiam navis vehat, quae cum undique fluctibus concutiatur, singuli ἐμβάται dolores aliquos sentiunt. In hac navi cum tu quoque sis, cogitabis et tibi ferendas esse interdum quassationes. Anchoras habet duas: Fidem intuentem praesentiam Filii Dei, et spem, quae expectat mitigationem et conservationem nostri agminis. Scis, ex quo fonte petenda sit firma consolatio, inde haurias remedia dolorum. In quo luctu versemur, cognosces ex his pagellis, quae ostendunt, nos quoque συστενάζειν τῇ ἐκκλησίᾳ. Scribere enim ipse prae dolore tristissimos casus non possum. Audio etiam Noribergenses esse in magno metu. Nam Episcopi putantur facturi pacem cum N. *) quod si verum est, deserti tui populares soli molem belli sustinebunt. Deus illis clementer parcat et opem ferat. Bene et feliciter vale. Die Aequinoctii verni. 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5563. die aequinoct.

Ge. Fabricio.

† Ex apographo in codice Zittaviensi ep. 31.

Georgio Fabricio, (gubern. Schol. Misnens.)

S. D. Exiguo intervallo haec regio duos principes [1]) amisit, qui ambo brevia et inquieta vitae et gubernationis spatia habuerunt, qui si fuissent concordes, eorum coniunctio et patriae et ipsis ac vero universo Germaniae salutaris fuisset. Ac dolui, semina discordiae inter eos spargi ante annos decem, ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί πέρ [2]), ac precemur potius filium Dei, ut sanet vulnera nostra, et flectat nunc animos principum, ut, moniti prioribus naufragiis, ament concordiam et consulant suae et communi saluti. Mitto tibi pagellas funebres. Quaeso ut *Nicolaum* regas consilio et complectaris [3]). Hortatus sum eum, ut tibi obtemperet et tueri concordiam in toto collegio vestro studeat. Bene et feliciter vale. Die aequinoctii verni.

Philippus.

---

*) Alberto Marchione?

1) Duo principes sunt Ioannes Fridericus, mortuus d. 3. Mart. 1554. et Mauritius, Elector, qui cecidit in pugna d. 11. Iulii 1553.

2) Homer. Iliad. τ'. vers. 65.

3) Nicolaum Pultz; vid. ep. d. d. 10. Ian.

No. 5564. 17. Mart.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Petro Vincentio, (gubernanti Scholam Lubecensem.)

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Exiguo intervallo haec nostra regio duos principes amisit, qui habuerunt et vitae et gubernationis brevia et inquieta spacia: qui si concordes fuissent, coniunctio eorum patriae, ipsis, Ecclesiae et universae Germaniae salutaris fuisset. Ac saepe dolui ante decennium, cum discordiae semina spargi viderem, ex quibus tragoedia orta est, cuius finem nondum videmus. Sed haec postrema et delira aetas mundi talium confusionum plena est. Nos precamur [1]) filium Dei, ut inter has imperiorum ruinas servet et gubernet Ecclesiam suam, et nostram coniunctionem Deo iuvante tueamur.

Mitto tibi orationem de *Ascanio* principe, qui et de tuo ingenio praeclare sentiebat, quam et *Valentino* ostendes; nam exempla plura hic non erant venalia. Melius pinxit ipse *Ascanius* sese in suis scriptis, quam in hac tenui oratione nostra describitur; sed tamen hae commemorationes prosunt iunioribus, ad quas utinam plus virium adferre possem. Sed: *invida me spaciis natura coërcuit arctis, ingeniique vires exiguasque dedit.* Consumor etiam moeroribus, et temporis nihil conceditur ad longiora scripta. Sed omitto has querelas.

Adolescenti, de quo scribis, non est in aedibus *Pauli* locus; sed cum venerit, curabimus, ut hospitium habeat mediocre, et studia respiciemus. *Valentini* [2]) filius nunc et assiduitatem in discendo praestat, et modestus, frugalis ac temperans est. Ostendit mihi his diebus carmen, quod iussi eum edere. Vena est grandis, sed aetas aliquid

---

1) *precemur.*

2) Val. Korte, Pastoris Lubecensium.

limabit de vena et de moribus. Quaeremus ei locum in aliqua vicina schola.

De Anglicis calamitatibus scribuntur ad me tristissimae tragoediae, quas ut Deus leniat opto. Inter Duces Saxoniae, *Augustum* et filios Ducis *Ioannis Friderici*, transactio facta est, quae utinam sit firma et pacem huic regioni adferat. Sed coniunctio Saturni et Martis, quae fuit hoc Martio, minatur horribiles motus. Oro filium Dei, ut nos doceat, gubernet et protegat. Bene vale. Die resuscitati in vitam Lazari ante annos 1520. *Valentino* et caeteris amicis salutem opto.

Philippus.

No. 5565. 17. Mart.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 96. (ed. Lond. lib. II. ep. 82.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater,

Invida me spaciis natura coërcuit arctis,
Ingenii vires exiguasque dedit:

Has tamen in laudandis bonis viris consumere magis studeo, quam in scribendis conviciis, ut faciunt ὀχλολοίδοροι inimici nostri, qui quas controversias obscuras illustrarint, alii iudicent. Orationem tibi de Principe *Georgio Anhaltino* misi, quam agnosco esse multo tenuiorem, quam qualem ipsius virtus merebatur. Sed qualiscunque est, commonefactio utilis est in moribus. Et te exemplum habere volui, quia te vere dilexit, quod certo scio, ac valde te oro, ut mihi significes an exemplum orationis, quod dedi *Hieronymo Scholandro*, ut tibi exhiberet, acceperis: mitterem nunc rursus, sed hic plura exempla non habemus. Nunc mitto examen *Megalburgense*, quod volo te legere tanquam censorem severum, praesertim περὶ τῆς τριάδος, et mihi significare iudicium tuum. Idem peto a *Casparo*. Definitiones rursus editurus sum melius illustratas et auctas *). Scis quam difficile sit definitiones constituere. Ea in re utinam nos adiutarent nostri *Momi*, qui tam acuti videri volunt. Sed haec alias. Bene vale et rescribe. Die resuscitati *Lazari*.

*) Prodierunt a. 1554. „Definitiones multarum appellationum, quarum in Ecclesia usus est. Vitebergae." Cf. Strobelii bibl. Melanth. No. 411. Mylius in chron. libror. Mel. hunc librum non commemoravit.

No. 5566. 18. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 686 sq.

Michaëli Meienburgio, seniori Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Dei beneficio filius recte valet, et modeste vivit. Doct. *Schneidewein* offert se ad eum recipiendum, ita ut sit in eodem hypocausto secum, et si quando discedet ad negotia forensia, una ducturus sit *Michaëlem*. Iudico, honestum et intelligentem virum esse Doctorem *Schneidewein*, et hoc consilium probo. Sed in mercatu Lipsico, Deo iuvante, colloqui, et de tota re statuere poterimus. *Andreas Fabricius* scholam urbis vestrae gubernare non recusat, sed prius ea de re ad fratrem scribere vult. Et existimo, posse ei hoc tempus concedi. † Natura alienus est a factionibus, et spero, recte facturum esse officium in schola" *). Et Musicus est, scribit carmen et solutam orationem eleganter. De caeteris rebus, Deo iuvante, Lipsiae colloquemur. Nam ante mercatum Lipsicum huc accedere vobis fortassis difficile est, et breve intervallum est. Scripsi de libris, et cum colloquemur, audiam, an velitis bibliothecam maiorem instrui. Mitto libellum vobis, honestissimae coniugi vestrae, et honestissimae filiae, et existimo, utilem esse lectu. Talia scribam potius, quam convitia, et donec Deus mihi concedet vitam, et reget hos scholasticos labores meos, scribam utilia discentibus, nec sinam me pertrahi ad inutiles rixas. Deus haec negotia gubernabit, et teneamus hanc consolationem: In Deo confido, non erubescam. Bene valete. Die Palmarum 1554.

Philippus.

*) Addit haec A. D.

No. 5567. 20. Mart.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 301. (ed. Lond. lib. II. ep. 333.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Exiguo intervallo duo *Saxoniae* Duces extincti sunt, qui brevia et vitae et gubernationis spacia habuerunt, qui si concordes fuissent, coniunctio eorum patriae, ipsis, Ecclesiae et universae *Germaniae* salutaris fuisset. Ac saepe dolui ante annos decem cum semina dissidiorum spargi vidimus, ex quibus orta est tragoedia, cuius finem nondum videmus. Precemur autem Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, custodem Ecclesiae, ut poenas *Germaniae* leniat, nec sinat fieri barbaricam in ea vastationem. Audivisti haud dubie transactionem inter Duces *Saxoniae* factam esse, quae utinam et pacem his regionibus, et inter ipsos principes concordiam et amicitiam aeternam pariat *). Sed saepe iam vidimus levibus occasionibus distractas esse amicorum voluntates. Oremus igitur Deum pacis autorem, ut nobis adsit. Vos in urbibus Aristocraticis adhortor, ut et Ecclesias ornare, et studiis doctrinarum opem ferre studeatis. Hunc *Iacobum Hoferum* tibi commendo, qui sperat se locum docendi habiturum esse in Ecclesia *Ungershusensi.* Bene et feliciter vale. 20. Martii.

No. 5568. 20. Mart.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 301. (ed. Lond. lib. II. ep. 309.).

D. Guilhelmo Hausmanno

S. D. Venerande vir et charissime frater, Hunc *Iacobum Torgensem*, cui hanc epistolam tradidi, tibi commendo, qui quidem tibi narrare poterit, quam parum mihi temporis ad scribendum fuerit. Quare et tu mihi veniam dabis, et excusabis me collegis, quibus omnibus reverenter salutem dices meis verbis. Refutationes *Stenckfeldii* flagitant etiam nostri vicini in *Silesia.* Et nuper hic pagellae disputationis meae editae sunt. Tanta est autem *Stenckfeldianorum* deliriorum absurditas in quibusdam materiis, ut admonitione mediocri existimem homines non fascinatos abduci ab illis posse. Vos ut concordiam inter vos tueamini, propter Filium Dei oro, idem precantem, ut faciat aeternus Pater, ut unum in ipso simus. Mitto tibi rursus editum *Examen Megalburgense*, in quo descriptiones personarum existimo melius recitari. Dei beneficio in Ecclesiis harum regionum consensus est de doctrina pius. *Prussiaci* quaerunt σοφὰ φάρμακα dogmati *Osiandri*, quod non multos habet defensores. Oro Filium Dei ut nos omnes et vos gubernet. Bene vale. 20. die Martii.

No. 5569. 22. Mart.

Ioanni Friderico D. Pom.

Epist. lib. III. p. 55. (ed. Lond. lib. III. ep. 24.). — Apographon in cod. Galli II. p. 212b.

Illustrissimo Principi Ioanni Friderico Duci Pomeraniae

S. D. Illustrissime Princeps, Etsi de studiis doctrinae ad C. T. scribere malueram: tamen in hoc recenti dolore publico universae Ecclesiae, lugentis interitum optimi Principis, Ducis *Saxoniae* avunculi tui, ne potui quidem animum in *) sensu huius vulneris abducere. Cum enim in senatu Imperii *Germanici* hic Princeps, velut *Nestor* inter Duces ad *Troiam* profectos, sapientia, virtute, constantia, et autoritate excelluerit, dolendum est *Germaniam* tali gubernatore publici consilii orbatam esse, nec dubito Principem, sapientia et virtute excellentem, Patrem tuum, et desiderio amici tanti affici, et Reipub. orbitatem deplorare. Te vero intuens cogito, et propter Sanguinis necessitudinem amisso avunculo, et propter maternum luctum singulari dolore affici.

Quanquam autem pietas est, non esse ferreo animo: sed intelligere causas dolorum, et sensu talium vulnerum affici, tamen vult nos Deus moderari dolorem. Eriges igitur animum iis consolationibus, quas Deus tradidit. Deinde scias

---

*) De ea vid. ep. d. 13. Febr. h. a. et Sleidani commentar. p. 816 sq.

*) *in*] fortasse *a*.

memoriam avunculi semper retinendam esse, ac pectus ad imitationem virtutum accendendum esse, quae in eo multae ac magnae fuerunt. Norat initium sapientiae esse timorem Dei. Studiose igitur doctrinam de Deo inquisivit et cognovit, et animi pietatem vera invocatione, et constantia confessionis et studio fovendi Ecclesias declaravit. In gubernatione politica iustus et beneficus fuit. Domestica vita casta fuit, et multa habuit exercitia pietatis, lectionem, precationem, scriptionem, deliberationes cum praestantibus viris de doctrina, de Ecclesia, de gubernatione Reipub. Et quia iudicio et memoria valebat, historiam omnium temporum, quae in literis extat, norat. Bellum gessit, in quo vicit fortuna *Caroli* Caesaris, sed eventum Deus leniit, et res ipsa ostendit, depositis armis, confessionem eius plus profuisse Ecclesiae, quam armatus prodesse potuisset. Quare non dubitemus, eum curae fuisse Deo, et belli tempore et postea. Reversus in patriam etiam suasor pacis fuit.

Tam illustria exempla virtutum, cum eius vita contineat, gaudebis talem te avunculum habuisse, et consideratione virtutum ipsius, te ad idem decus excitabis. Mitto igitur de eo pagellam *Stigelii* gravissime scriptam, sed postea sequentur historiae pleniores. Mitto et alias pagellas, et oro Filium Dei, ut et parentes tuos nobilissimos, et te et fratres servet incolumes, et gubernet. Bene et feliciter valeat Cels. T. Die 22. Martii Anno 1554.

No. 5570. 22. Mart.

G. Fabricio.

† Ex apogr. in codice Zittaviensi ep. 30.

Georgio Fabricio (*gubern. Schol. Misn.*)

S. D. Doctissime vir et carissime frater. Etsi literas ipsas et hunc nostrum docendi laborem nec aulae nec indocti in populo magnifaciunt, tamen nos de voluntate Dei cogitemus, et veras consolationes ingratis et iniustis iudiciis opponamus. Ecclesia sine doctrina colligi non potest, et plurimum momenti est in prima institutione, ubi etiam est *ἀρχὴ ἥμισυ παντός*. Fratrem tuum *) vocat consul *Northusanus* ad gubernationem scholae Northusanae. Ea iure consilio tuo utetur. Ego, ibi utiliter serviturum esse Ecclesiae, spero. Et non procul aberit a patria. Sed tuum consilium sequetur. Literas a te et a *Nicolao* expecto. Bene vale, die 22. Martii.

Philippus.

*) Andream Fabricium. Vid. epist. ad Meienb. d. 18. Mart.

No. 5571. 25. Mart.

Wolfgango Pr. Anhalt.

Praefatio in Tomum quintum operum Martini Lutheri latinorum, qui prodiit Witebergae anno 1554. — Recusa in Melanth. Declamationibus T. IV. p. 597.

Inclyto Principi et Domino, Domino Wolfgango, Principi in Anhalt et Comiti in Ascania, Domino in Bernburg etc., Domino suo clementissimo,

S. D.

Multi meminerunt, Reverendum virum, Martinum *Lutherum* saepe graviter loqui de mirandis vicibus Imperiorum, de voluntate Dei in conservanda legitima societate generis humani, de Regnorum mutationibus et earum causis, et de magnis ac praestantibus viris, per quos Deus vel erexit collapsa imperia, et leges, iudicia, disciplinam restituit, vel aliquantisper florentes politias servavit, qua in commemoratione etiam Anhaltinae familiae virtutem, labores, res gestas celebrabat, quae diu, cum ornata fuit Electorum dignitate, hanc Germaniae oram ad Albim adversus Bohemos et Henetos assiduis bellis fortiter et foeliciter defendit. Diligebat autem universam familiam Anhaltinam et quia regionem vicinam suae patriae laetabatur tales viros peperisse, et quia non solum fortitudinis laude multis antecelluerunt, sed etiam quia semper in eis eximius fuit iustitiae et religionis amor, et multi doctrinam Ecclesiae magno studio didicerunt. Nam et episcopi *Adolphi* et aliorum quorundam agnatorum tanta fuit eruditio, ut consilia multorum Principum in his regionibus gubernarint. Sed occasionem habuit Princeps *Georgius* et plura et meliora discendi.

Cum igitur studiorum similitudo familiaritatem inter ipsum et Lutherum peperisset, Lutherus, cognita Principis Georgii pietate et sanctitate morum et sapientia et iudicii rectitudine, valde

eum dilexit. Et nota sunt multis illustria signa benevolentiae mutuae in utroque. Nec vero dubito quin, si Principi Georgio Lutherus superstes fuisset, edidisset ipse testimonia iudicii sui de eius pietate et caeteris virtutibus et desiderii, quo adfectus esset tali orbatus collega et amico. Existimavi igitur, me recte facturum esse, si Lutheri monumentis adderem commemorationem et de utriusque amicitia et de confessione Principis Georgii, praesertim cum apud exteros et ad posteros utile sit conspici, quales viri doctrinam Ecclesiarum nostrarum et tradiderint et amplexi sint, quae fuerint in praecipuis signa pietatis et praesentiae Dei, qualis collatio de gravissimis controversiis. Intexui igitur historiam de Principe Anhaltino *Georgio* huic operi, ac simul hic mentionem tui nominis facio, ut te quoque, cuius excellens est virtus, inter cives huius verae Ecclesiae, quae Lutheri confessionem amplectitur, posteritas legat. Ideo enim Praefationes ad Principes et ad viros doctrina praestantes scribo, ut sciat posteritas, doctrinam harum Ecclesiarum non tantum populi studiis, sed gravissimis iudiciis sapientum et bonorum Principum et eruditorum virorum receptam esse.

Primum igitur *) ut exteri et posteri sciant, qua in familia natus sit Princeps Anhaltinus *Georgius*, pauca de vetustate et celebritate familiae modestissime dicam, et non fingam fabulosam originem, sed recitabo quaedam historica nota omnibus, qui non sunt ignari Germanicarum historiarum. Cum *Lotharius* Saxo, Imperator sapiens et magnanimus, exercitum in Italiam mitteret ad intestinas seditiones opprimendas, et ad expellendos Saracenos, praefecit exercitui *Albertum* cognomento *Ursum*, natum in familia Comitum de Ballenstet et Ascania. Constat autem *Ascaniam* arcem et oppidum esse non procul ab Halberstadio. Eadem familia et *Anhaltina* est, ab alia arce, quae fuit ampla et magnifica, nomen habens. Huius Alberti Ascanii tanta fuit sapientia et virtus, ut in Italia partim consilio, partim praeliando et domesticos tumultus sedaverit et Saracenos represserit. Postea secutus Lotharius in Italia expulsis Saracenis pacem legibus, iudiciis et praesidiis sapienter munivit. Cum autem tunc vetus familia Marchionum Brandenburgensium Electorum extincta esset, Lotharius Imperator tantum tribuit virtuti Alberti Ascanii, ut ei Marchiam et pulcherrimum ἀξίωμα Electorum traderet. Nec aliud honorificentius iudicium de Alberto ab imperatore, cuius fuit excellens sapientia, fieri potuit, quam quod auxit eius potentiam ditione tanta, et ornavit dignitate, qua non alia pulchrior est in genere humano. Huic Alberto Ascanio filii fuerunt cum alii, tum et *Bernhardus*, qui duxit exercitum Friderici Barbarossae in Italia. Cum autem *Henricus Guelfus*, cognomento Superbus, Dux Saxoniae et Bavariae, imperatorem in Italia sedioso consilio deseruisset, et Dux Henricus postea proscriptus in Angliam fugisset, in tanto Germaniae periculo prudentiam, virtutem et fidem tantam esse in Bernardo Ascanio Fridericus iudicavit, ut ei et ditionem Saxonicam ad Albim et Electoris ἀξίωμα tradiderit. Ita attributae sunt duae praecipuae ditiones ad Albim, et quarum summa est dignitas et autoritas Ascaniae et Anhaltinae familiae, quas quidem amplius ducentis annis magna cum gloria retinuit, ac posteri Alberti et Bernhardi magna virtute defenderunt hanc Germaniae oram adversus Henetos, Bohemos, Polonos et Tartaros. Aliqui etiam in Syriam duxerunt Friderici secundi exercitus.

Certum est autem continua serie ab Alberto Ascanio et a Bernardo duce Saxoniae Alberti filio ortos esse Principes Anhaltinos, qui veterem patriam Dei beneficio adhuc possident, fuitque nostra memoria praecipue clarus natus in ea familia *Rodolphus Anhaltinus*, qui Imperatoris Maximiliani exercitus in Italia duxit, et saepe foeliciter cum Venetis et Iulii Pontificis copiis dimicavit.

Vetustam nobilitatem et nomen venustissimae arcis et familiae Ascaniae indicat. *Tuiscones* enim ab *Ascane* dictos esse, multorum scriptorum opinio est, qui vocabuli vicinitate moventur, ac delector nomine Ascanis, quia videtur a religione indita esse appellatio illi nepoti Iaphet. Nam Esch Cohen significat sacerdotem ignis. Fuit igitur ille nepos Iaphet custos sacri ignis, videlicet religionis et doctrinae. Sed haec vetera omitto. Extat autem in historiis non solum continua series Principum Anhaltinorum seu Ascanianorum, sed etiam rerum honestissimarum commemoratio, quas gesserunt, quam hoc loco recitare nimis longum esset.

*) Quae hic dicuntur de Anhaltinis, habes etiam in praefatione in Tomum sextum operum Lutheri germanicorum, supra d. 1. Ianuarii h. a.

In hac nobilissima familia natus est patre Principe *Ernesto*, et matre nata in familia Ducum Munsterbergensium, Princeps *Georgius*. Erant autem in parentibus cum aliae virtutes tum vero studium magnum cognoscendae doctrinae de Deo et vera invocatio Dei. Quare et filios ipsi domi ad agnitionem Dei et ad omnia honesta officia adsuefecerunt, et doctores eis idoneos quaesiverunt. Erat tunc in inclyta Academia Lipsica *Georgius Heltus* Forchemius, cuius fuit in formandis ingeniis fides et foelicitas eximia, et laudabatur integritas et gravitas in moribus. Hic enim initio erudiit *Ioachimum Camerarium*, *Casparum Crucigerum* et alios, qui postea propter eruditionem in Ecclesia et in gubernatione utiliter vitae communi servierunt. Huic Georgio Forchemio commendatus est adolescens Princeps Georgius Anhaltinus, apud quem cum natura esset doctrinae avida et capax, celeriter Grammaticen, linguam latinam, Dialecticen et Catechesin doctrinae christianae didicit, et ad exercitia invocationis studiose assuefactus est. Postea de consilio gravissimi senis Episcopi Mersburgensis *Adolphi*, Principis Anhaltini, iussus est initia doctrinae Iurisconsultorum discere, quo in genere tantam praestitit assiduitatem, ut fontes recte cognosceret, qua in re adiuvabatur non solum a Doctoribus, sed etiam naturae generositate, quae amabat veritatem, et erat fugitans cavillationum. Videbat, ut in arte, exordia, progressiones et metas, et intelligebat, veritatem lucem divinam esse monstratam generi humano, ut teneatur discrimen inter honesta et turpia, inter bona et mala, et agnoscatur Deus, et sciatur, qualis sit, videlicet sapiens, verax, bonus, iustus, beneficus, castus, vindex scelerum. Dicebat, Deum velle nos sibi ipsi adsentiri agnita veritate; praestigias cavillationum et sophismatum illudere Deo. Et saepe illud Salomonis repetebat: non decet Principem labium mendax. Fontes igitur iuris et usum quaerebat, ac praecipue Panormitanum legebat.

In hoc tyrocinio cum annos aliquot praeparasset ingenium, et iam egressus esset annum vicesimum secundum, Cardinalis *Albertus* Elector Moguntinus et Episcopus Madeburgensis, natus in familia Marchionum Brandenburgensium, adiungit eum consiliariis in aula, ubi iam non in umbra, ut in Academia, sed in iudiciis et deliberationibus gubernationis usum doctrinae iuris consideravit. Et cum natura facundus esset, saepe iussit eius voce Cardinalis exponi causas, quae erant in deliberatione aut iudiciis proponendae. Ita et industria augebatur et confirmabatur iudicium.

Iam autem certamina de doctrina Ecclesiae mota erant, et *Tecelius*, qui scurrili impudentia venales indulgentias Pontificias circumtulerat, et eius satellites *Eccius* et alii Lutherum assidue scriptis et fulminibus Pontificiis cogebant de fontibus doctrinae christianae multa dicere. Et extabant iam Lutheri explicationes de discrimine legis et Evangelii, de vera poenitentia, de gratia, de fide, de vera invocatione, de usu Sacramentorum, de discrimine legum divinarum et humanarum, de discrimine ministerii Evangelii et politicae potestatis. Haec scripta erant in manibus doctorum et indoctorum, ac studia accendebantur, quia superstitiosi Canones diu fuerant conscientiarum carnificina, et Pontifices et Monachi regno suo immoderate abusi fuerant. Desiderabatur etiam theologia pura et perspicua, quia Labyrinthi Scotistarum et similium erant inextricabiles. Multi igitur docti et pii adsentiebantur Luthero, et gratulabantur Ecclesiae illucescentem veritatem, alii prophani laetabantur laxatione vinculorum quorundam, ut fieri solet.

Etsi autem legebat et Princeps Georgius haec scripta, quia Deum recte colere cupiebat, et multis piis sententiis adsentiebatur, tamen quia verebatur, ne aetatis infirmitate alicubi laberetur, non statim de toto genere doctrinae pronuntiavit. Interea vero simul ardentibus ac assiduis votis a Deo petivit, flecti pectus suum ad veritatem, ac lacrymans saepe haec verba repetivit: fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, et iustificationes tuas doce me. Et studiose legit scripta prophetica et apostolica, et his adiunxit historiam veteris Ecclesiae, scripta Augustini, Hieronymi et Petri Longobardi, ac laboris huius hortatorem et socium habebat Georgium Forchhemium. Et quia fontes in scriptis propheticis et apostolicis cognoscere cupiebat, addidit linguae graecae et ebraeae studium, tantumque in ebraea profecit, ut par esset in ea doctis interpretibus. Saepe etiam de omnibus controversiis cum eruditis et sapientibus disserebat. Tandem igitur diu cogitatis omnium sententiis, cum iudicaret Ecclesiarum nostrarum confessionem consensum esse vete-

ris Ecclesiae catholicae Dei, traditum in scriptis propheticis et apostolicis, et studia et pericula prospiciebat, tamen ostendit, palam se amplecti nostrarum Ecclesiarum confessionem, et ab adversariorum consiliis et sacrificiis discessit, seque totum dedidit precationi et lectioni, et fratres, optimos Principes, cum quibus in tota vita sic vixit, ut nulla res unquam eorum concordiam labefactaverit, in laboribus gubernationis sedulo adiuvit. Ac primum communi consilio cum fratribus instauravit Ecclesias in patria, praefecit idoneos pastores, iussit recte doceri populum, abolevit ritus vitiosos, constituit scholas, attribuit stipendia. Ita facta est emendatio sine dissensionibus et sine ullo tumultu. Et iudiciis ac exemplis piorum Principum multi ad agnitionem veritatis invitati sunt, multi confirmati. Postea et in aliis partibus gubernationis fideliter et utiliter patriae servivit. Deinde vocatus ad Ecclesias regendas in Mersburgensi diocesi, ibi quoque recte doceri populum curavit, et praefuit Ecclesiis universae regionis Mysorum, fuitque hic ei vitae cursus annos fere viginti, donec ex hac mortali vita ad coelestis Ecclesiae societatem vocatus est. Vixit castus in vita celibe sine ulla contaminatione. Cubiculum eius erat templum, Academia et curia. Nam ibi haec fiebant quotidie, precatio, lectio, scriptio et deliberationes de gubernatione. Ac, ut Esdras, utraque in re patriae profuit; docuit et confirmavit multos concionibus et editis scriptis, et rexit consilia gubernationis. Neminem sciens unquam laesit, benefecit privatim et publice multis, fuit suasor pacis inter Principes, multorum diremit controversias, abhorruit ab omnibus seditiosis, turbulentis, Alcibiadeis consiliis, ab ambitione alienissimus fuit. Nunquam ira vel odium vel vindictae cupiditas eum impulit, ut contra iusticiam faceret aut tranquillitatem communem turbaret. Iniurias multas et magnas excelso animo condonavit tranquillitati publicae, dolores etiam alios ea animi moderatione tulit, ut satis intelligi posset, eum sustentari invocatione Dei et acquiescere in Deo. Norat, ut vir doctus, discrimina consolationum humanarum et divinarum, et saepe haec dicta repetebat: subditus esto Deo et ora eum. Prope est Dominus his, qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit. Studia, dolores, assiduitas in gubernatione, precatio abducebant eum ab omnibus voluptatibus corporis. Ac post consolationes, quas ei cogitatio divinarum promissionum et invocatio adferebant, dicebat se non habere aliam levationem moesticiae, nisi colloquia optimorum fratrum et aliorum honestorum ac doctorum virorum, ac delectabatur hoc versu: *ἡδύ γε φίλον λόγος ἔστι τοῖς λυπουμένοις.* De forensibus controversiis disserebat cum viris clarissimis Iurisconsultis sapientia et virtute praestantibus, Hieronymo *Schurfio* et Ludovico *Fachsio* [1]), de corporis humani natura, de morborum causis et remediis cum peritissimis medicis, Sebastiano *Aurbachio*, Augustino *Schurfio* et Iacobo *Milichio*, de doctrina Ecclesiae cum *Luthero*, *Iona* et Iohanne *Bugenhagio* Pomerano, ac multas eorum disputationes plenas eruditionis et pietatis meminimus. Assedimus cum interrogaret Lutherum, quo modo invocatio in Ecclesia discernenda sit ab ethnica invocatione, cum et Ethnici non furiosi cogitarint, unam esse mentem architectricem mundi? Ibi *Lutherus* respondit, semper in invocatione cogitandum esse, quid alloquamur, et seiungendum esse nostram invocationem ab ethnica, ac praecipue esse duo discrimina, alterum de essentia Dei, alterum de voluntate, ac de utroque discrimine mente intuendas esse patefactiones divinas in baptismo filii et alias, ac promissiones divinitus traditas. Hanc ipsam ob causam prodiisse Deum ex arcana sede, ut in his patefactionibus agnoscatur, et a commenticiis numinibus procul seiungatur. Ac in cogitatione Essentiae hunc Deum, qui pater est aeternus Domini nostri Iesu Christi, et cum filio et spiritu sancto omnia condidit, et promissionem reconciliationis tradidit, eamque sanguine et resurrectione filii obsignavit, compellandum esse, sicut inquit Christus: qui me videt, videt patrem. De voluntate etiam cogitari oportere Mediatorem et promissiones. Huic verae invocationi dissimillima est ethnica seu Turcica, quae negat hunc vere Deum conditorem rerum esse, qui est pater Domini nostri Iesu Christi, et ignorat Mediatorem et promissiones, sed dubitat, an et cur nos indignos Deus exaudiat. Taxabat et doctrinam Monachorum, quae iubet adferre dubitationem ad Deum, sicut adferunt ethnici; iubebat saepe recitare et semper in invocatione cogitare promissiones, quia earum cogitatione fides accendenda sit, et damnabat Enthusiastarum furores, qui abducunt homines a cogitatione scriptae promissionis. Dicebat

---

1) Declam. *Fachio*; mendose.

autem hanc doctrinam quotidie in ardenti invocatione exercendam esse.

Hic cum rursus interrogaret Ascanius de discrimine Personarum, cur filius λόγος nominetur, tertia persona spiritus, graviter ingemiscens *Lutherus* deplorare calamitates Ecclesiae coepit, veteres controversias repetivit, et execratus est diabolicos furores Samosateni, Arii et similium, ex quibus orta est deinde blasphemia Mahometica; deinde et querelam addidit de negligentia scriptorum recentium, in quorum disputationibus vere hoc accidit, ut plura sint πάρεργα quam ἔργα. Est, inquit, filius integra imago aeterni patris καὶ ὑφισταμένη. Λόγος autem dicitur non solum quia patris sese intuentis cogitatione genitus est, sed etiam quia per eum decretum de toto ordine creationis et restitutionis humani generis dictum est: hic est angelus magni consilii, proferens admirandum et arcanum decretum de humana salute ex sinu aeterni patris, sonat vocem Evangelii ad Adam et Hevam, servat nunc quoque ministerium Evangelii, et voce Evangelii dicit consolationem in cordibus, monstrat patrem, reddit nobis vitam, et dat spiritum sanctum, qui in cordibus laetitiam, invocationem et alios tales motus accendit, qualis ipse est, unde et Spiritus appellatio est, quia tertia persona sic nobis patefacta est, quod divinos motus in corde accendit. In hanc commemorationem ingressus *Lutherus* multa dicta enarrabat, τὴν ἀρχὴν, ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, et in Salomone de sapientia: fui cum eo artifex, ludens in orbe terrae suae, et delectationes meae cum filiis hominum. Quid dulcius est, inquit hac sententia? De filio enim dicitur, in quo fulget idea opificii mundi, et qui se patefecit generi humano edita voce, ludit mirandis operibus in creatione et in colligenda Ecclesia. Quale enim spectaculum est hominis formatio, qualia spectacula sunt adsumptio naturae humanae, liberatio Nohae in diluvio, populi in Aegypto, resuscitationes mortuorum et alia miranda facta? Iam hoc dulcissimum est, quod ait, se hominum consuetudine delectari. Nobiscum adest, colligit et servat Ecclesiam voce Evangelii.

Talia erant argumenta familiarium sermonum, quoties hi viri conveniebant, quorum erat Ascanus tanquam ἀγωνοθέτης, nec erat κωφὸν πρόσωπον, sed suum iudicium erudite de controversiis et de enarrationibus addebat, miscebat et pia vota, et Deo gratias agebat cum pro aliis beneficiis tum etiam pro hoc ingenti munere, quod depulsis tenebris Papisticis, quae sunt ethnicarum similes, reddidit nobis Evangelii lucem. *Ionae*, viro erudito in doctrina Ecclesiae et in iure, dixerat, videri sibi ταυτολογίαν esse in latina interpretatione inconcinnam et obscuram in prima epistola Iohannis in capite 3.: peccatum est iniquitas. Respondit Ionas, interpretis negligentia eruditissimam definitionem obscuratam esse. Ut enim privationes definiuntur collatione, ut cum dicimus tenebras esse privationes lucis, ita Iohannem rectissime definire, peccatum esse quidquid est contrarium legi, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἀνομία. Norma est iustitiae lex Dei, quae est sapientia in Deo aeterna et immota, cuius radii transfusi sunt in rationales creaturas, et quae in promulgatione decalogi repetita est. Contraria huic normae et sapientiae suae Deus damnat et peccata nominat, ac propterea sontibus irascitur et eos destruit. Ac apparet, Iohannem motum esse licentia eorum, qui ex gentibus ad Ecclesiam conversi erant, quibus ostendenda fuit norma, unde iudicarent, quae mala sint a Deo damnata; deducit igitur nos ad legem, quam recte vult intelligi. Delectabatur et similitudine, quam recitabat D. *Pomeranus*: ut annulus magno aestimatur et ematur propter gemmam, adamantem, aut smaragdum, non propter aurum, sic dicitur, fide iustificari homines propter gemmam, filium Dei; hanc autem gemmam fide amplectimur.

Cum *Ioachimo Camerario* disserebat de omnium aetatum historiis, de imperiorum mutationibus et periodis et earum causis, de motibus coelestibus et de siderum effectione. Multa et de phrasi in libris apostolicis sciscitabatur. Ac, ut aiunt Platonem sic amasse γνωμολογικὸν scriptum, cui titulus fuit: Sophron, ut sub culcitram collocarit, ut in lecto etiam ad manum esset: sic Ascanius amabat Salomonem et Siraciden, et saepe dicebat, gnomas esse eximium ἐφόδιον in vita, et utiles commonefactiones in multis deliberationibus. Quia vero *Siracidae* lectio passim corrupta est, fuit hortator *Ioachimo*, ut ederet emendatam. Saepe et de sententiis obscuris cum eo disputabat, ut cum in capite quadragesimo primo dicitur: φύλαξον ἀπὸ σκορακισμοῦ λήψεως καὶ δόσεως. Aenigmata, inquit, lego, et petebat enarrationem. Hic Ioachimus ait factum esse verbum ab adagio ἐς κόρακας, et iubere, cavendam

esse expulsionem seu deletionem dati et accepti, id est iustae compensationis in contractibus, et in referenda gratia; velle Deum hanc compensationem non aboleri, quae et ordo est sapientiae et iustitiae in Deo et nervus humanae consociationis, et significat, Deo nos gratitudinem debere. Etsi alii alias interpretationes quaerebant, tamen Ascanius amans iustitiam et gratitudinem, hanc Ioachimi interpretationem anteferebat.

Sed omitto longiorem narrationem talium colloquiorum. Extant enim ipsius scripta, quae et eruditionem ipsius et confessionem ostendunt, quae cum communi Ecclesiarum Saxonicarum confessione congruit, quam pio et gravissimo iudicio amplexus, nunquam ab ea discessit, et fanaticis dogmatibus pugnantibus cum ea confessione acerrime adversatus est. Laudanda est et haec eius prudentia et diligentia, quod genere sermonis proprio et perspicuo usus est, ne ambiguitas, ut saepe fit, gigneret diversas opiniones et dissidia. Erat autem constantia vitae et morum talis, ut vere de eo dici possit, quod de integerrimo Imperatore Marco Antonino scripsit Dion: ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλιώθη, ἀγαθὸς δὲ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποίητον εἶχεν. Haec quanta bona sint et in Principibus et privatis hominibus, omnes sani intelligunt.

Postremus etiam actus vitae Principis Georgii pietatem eius et Dei praesentiam in eo ostendit. Cum toto semestri conflictaretur cum morbo molestissimo, tamen quotidie piis precibus sese, Ecclesiam, optimum fratrem et caeteros Principes Anhaltinos, patriam et Germaniam Deo commendavit, deinde lectionem audiebat ex propheticis et apostolicis libris, quantum potuit etiam consilia gubernationis adhuc rexit. Testamentum pie condidit, in quo et confessionem suam repetivit, et Ecclesiarum defensionem fratri commendavit. Addidit etiam singulis Pastoribus Ecclesiarum suae ditionis ad annuos reditus frumenti Medimnos duodenos. Tandem vero languefactam naturam superante morbo mense Octobri, anima eius ex hac mortali vita ad coelestis Ecclesiae societatem evocata est, cum quidem sese vivens quotidie filio Dei commendasset, et assidue commemorasset divinas promissiones: sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum dederit, ut omnis, qui credat in eum, non pereat. Item: nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Item: venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, Ego reficiam vos. Et tantum animi robur fuit, ut satis adpareret in eo lucere fidem ac fiduciam filii Dei divinitus accensam. Quotidie enim cum fratre et aliis de beneficiis filii Dei, de spe vitae aeternae, de miranda collectione Ecclesiae ex genere humano dulcissime collocutus est.

Etsi autem orbitas fratris, Ecclesiae, Patriae, nostra, dolorem nobis adfert, tamen ipsi quidem Principi Georgio migratio ad consuetudinem coelestis Ecclesiae gratulanda est, et retinenda est memoria confessionis et virtutum ipsius primum, ut Deo gratias agamus de donis, quae ipsi et per eum aliis tribuit. Verum est enim, hunc in eo lucem veritatis et flammas amoris erga Deum et caeteras virtutes dona Dei esse, transfusa in eum, ut et ipsi et aliis salutaria essent. Et in hac gratiarum actione consideremus duo hominum genera: vasa irae, et vasa misericordiae, ut Paulus nominat. Quid tristius est quam esse pestem generis humani, seu ἀλάστωρα! ut fuerunt Alcibiades, Catilina, Nero et similes. Rursus quantum bonum est, esse organum Deo placens et utile Ecclesiae, ut fuerunt Ioseph, Samuel, Ezechias et alii, quibus et Principem Georgium adnumeramus, in quo praesentia Dei tum in ipsius confessione et virtutibus, tum vero in gubernatione conspecta est, quam Deus sic adiuvit, ut Patria tranquilla fuerit tot iam annis, quibus vicinia bellis undique arsit. Haec Dei beneficia agnoscenda sunt et gratis mentibus celebranda, deinde singuli ardentibus votis petamus, ut filius Dei nos sibi palmites faciat sicut inquit: ego sum vitis, vos palmites, ac faciat nos organa misericordiae, gubernet consilia et labores nostros, ut prosint Ecclesiae. Deinde et confessione Principis Georgii confirmemur, et exemplis eius excitemur ad invocationem Dei et ad diligentiam retinendi dona divina. Nam et fatendum est, ipsius virtutes esse dona Dei, et simul consideranda est eius diligentia, quod ea assidua invocatione petivit et cavit, ne petulantur effunderet, habenti enim dabitur, ut inquit filius Dei, qui quidem vult nos intuentes in talia exempla, scire se aequalem esse et nobis quoque *) petentibus opitulaturum esse, sicut Psalmus docet accendendam esse invocationem talium exemplorum consideratione, cum inquit:

---

*) *quoque*] Decl. *quoties*.

accedite ad eum et adcurrite. Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum. Intuentes igitur Principis Georgii cursum, et grati Deum celebremus, et petamus nos quoque gubernari, et studia, sedulitatem et diligentiam eius in retinendis Dei donis pie imitemur.

Huius historiae lectionem spero gratam fore bonis omnibus, multis etiam utilem. Exposui autem initio causam utriusque consilii, propter quam et Celsitudinis tuae, Princeps illustris, mentionem in his editionibus faciam, et extendi memoriam Principis Georgii cum Lutheri monumentis velimus. Plurimum enim refert scire exteros et posteros, quales viri doctrinam nostrarum Ecclesiarum amplexi sint. Hoc nostrum consilium tuo gravissimo iudicio etiam probari opto cum omnibus Principibus et aliis praestantibus viris in universa Germania tua integritas nota et probata sit. Illud etiam adfirmo, eos, qui praesunt his editionibus, diligentiam et fidem dignam bonis viris praestare, quod collatio ostendet. Bene vale. Anno 1554. in Paschate, quod est ab exitu Israhelitarum ex Aegypto Pascha 3063.

No. 5572. 25. Mart.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 77. Cod. Goth. 188. ep. 145.

Clarissimo viro, ingenio et eruditione praestanti, D. Ioanni Stigelio, fratri suo carissimo, S. D.

Clariss. vir et cariss. frater. Tuam orationem de generosi adolescentis indole et fato non sine lacrymis legi, cogitans et de patris *στοργῇ*, et de tuo dolore, qui patris ei loco fuisti, et vero de ipso adolescente. Dolendum est enim, talia ingenia immatura morte extingui, quae patriae praesidio futura esse sperabamus. Sed cum hanc hominum naturam sciamus non casu ferri, sed regi et servari divinitus; Deo credamus [1]). Memini, cum filium meum *Georgium* amisissem, me post aliquot dies a funere in Psalmo legere, *Ipse fecit nos, non ipsi nos.* His verbis subito lectis, mirifica laetitia cor inflammatum est, ut postea *Luthero* narravi. Et de illa aetate habemus hanc dulcissimam sententiam: *non est voluntas patris, ut pereat unus de parvulis istis.* Tua oratio ita expetitur, ut hic typographi eam rursus tradiderint prelis. Fratri adolescentis scriptam *παραμυθητικὴν* in amici funere, si non displicebit, trades ei. Non enim antepono meas cogitationes tuis, ac multo minus meam macilentam orationem tuo splendori. Si poteris exspatiari Lipsiam, *Ioachimo* iucundissimus hospes eris, et delectaberis aliorum doctorum virorum sermonibus. Bene et feliciter vale. In Paschate [2]). *Ursini* ingenium et mores valde probo.

Philippus Melanthon.

No. 5573. 25. Mart.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Petro Vincentio

S. D. Carissime *Petre.* *Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.* Nosti enim versum Theocriti. Hanc suam societatem cum illa minima insecta tueantur, quanto magis nos tueri coniunctionem nostram oportebat, qui conditi sumus ad communicationem sapientiae et multorum officiorum, et scimus, Dei voluntatem esse, ut pectora iuncta sint vera benevolentia. Erit igitur inter nos aeterna amicitia. Et nostri gregis pars hic quoque est M. *Bartolomeus Lasanus*, Cygneus *), honesti viri filius, qui istuc expatiatus est, ut et *ἀριστοκρατίαν* vestram videat, et cum doctis colloquatur. Te volo ei ad caeteros *πρόξενον* esse. Doctori *Iohanni Aurifabro* notus est. Bene et feliciter vale. 25. Martii.

No. 5574. 25. Mart.

Scholasticis.

Scripta publ. Academ. Witeb. T. III. lit. G. — Melanthon scripti est auctor.

---

1) Scripsitne: *cedamus*?

2) Cod. Goth. 188. addit: 1554.

*) Is ann. 1553, 1554. versabatur in Acad. Witeb. et plura eius carmina leguntur in Scriptis publ. Acad. Witeb.

Rector Academiae Vitebergensis.

Annus hic est a primo Paschate, quod Israëlitae exituri ex Aegypto celebrarunt, 3063. Tot annos continua serie et servavit filius Dei Ecclesiam suam, et agnoscere ac celebrare eam sua beneficia voluit. Servabit etiam deinceps hanc ipsam ob causam, ne in genere humano extinguatur vera ipsius noticia et invocatio Dei. Sed proh dolor, ut Sol medio die lucem amisit, et contra naturae ordinem subitae tenebrae fuerunt, cum in cruce filius Dei penderet: ita in hac mundi senecta tristes tenebrae erunt in magna parte generis humani, ut videmus in magna parte Asiae et in tota Africa atque Aegypto deletas esse Ecclesias, et in magna Europae parte Pontifices et Reges horrenda pertinacia stabiliunt idola. Recens etiam in Germania Bavarici Episcopi nova edicta sanguine scripta proposuerunt, et cum videant ardere viciniam ingenti bello, ipsi insuper crudelitatem in cives exercent. Quis non cohorrescat haec tristissima spectacula, et has confusiones generis humani intuens? Reliqua est autem exigua multitudo in hac horrida Boreae ora, quae pulsam ex Asia, Africa et magna Europae parte vocem Evangelii sonat. In his reliquiis quanquam et hae varie lacerantur: tamen regnat filius Dei resuscitatus, et ut semper in nobis regnet, assiduis votis eum oremus, sicut orabant discipuli, qui dixerunt: mane nobiscum Domine, quia advesperavit.

Certissimum est autem, tantum in iis agminibus mansuras esse Ecclesiae electae reliquias, ubi vox sonabit Evangelii incorrupta, quae sine doctrinae studiis conservari non potest. Tunc adest Ecclesiae filius Dei, qui est λόγος, cum leguntur, audiuntur et pie cogitantur sermones eius, sicut ipse inquit: si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Quicunque autem haec studia abiiciunt, ab his discedit filius Dei, et amisso hoc custode sequuntur multi tetri furores, ut [1]) horribilia exempla impiorum omnibus temporibus ostendunt, et minitatur Deus apud Hoseam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego. Plus quam ferreum pectus est, quod hac tristissima comminatione non movetur. Quare et docendi et discendi labores faciamus, et adiungamus invocationem, ut filius Dei nos regat et adiuvet. Et sciamus, voce Evangelii, non aliter, colligi aeternam Ecclesiam, et quidem in hac mortali vita oportere accendi initia vitae aeternae, Sicut Paulus inquit: superinduemur, si tamen non nudi reperiemur. Et cum inquit Paulus: tradet regnum Deo et patri, significat, collectionem Ecclesiae in hac vita proprie filii regnum esse, in quo videlicet voce Evangelii est efficax, est deprecatór, defensor et servator. Postea tradet regnum aeterno patri, id est, adducet universam Ecclesiam in conspectum eius, ut ipsa divina maiestas iam sine ministerio Evangelii in luce manifesta conspiciatur, nec luctetur fides cum dubitationibus, ac tum sit Deus omnia in omnibus, sese nobis communicans, et suae sapientiae et iusticiae radiis nos complens, et donans aeternam vitam ac laeticiam. Aget igitur tunc omnia in omnibus beatis, id est, non impedietur imbecillitate nostra, ut in hac mortali vita, etiamsi scintillae lucis accensae sint, tamen adhuc simul est sordium.

Cum igitur in Paschate necesse sit de regno Christi cogitare, non existimemus eum sic regnare, ut alicubi ociosus fruatur tantum sua tranquillitate. Procul ex animis eiiciamus has prophanas imaginationes, et vere agnoscamus ideo missum esse filium ad Ecclesiam initio, ut ex arcano sinu aeterni patris vocem Evangelii proferret, et colligat Ecclesiam, ideoque decretum esse factum, ut indueret massam nostri generis, ut nos velut surculos sibi insertos gestaret; et adsumpta iam massa nostrae naturae et resuscitata, testaretur, se nobis simul redditurum esse vitam, iusticiam et laeticiam aeternam. Ac stare iam in arcano consilio Dei hunc mediatorem, Deum et hominem, ac pro nobis omnibus intercedere, et simul nobis adesse, et colligere et servare aeternam Ecclesiam, nos defendere, et velut manibus suis gestare; sicut ipse inquit: ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Et ad sese nos accersit: venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Et in Psalmo dicitur: Soli posuit tabernaculum in eis, videlicet Christo in Ecclesia. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultat ut gigas ad currendum viam suam, adest his, qui eum vera fide invocant, et restituit in eis vitam et iusticiam, et servat eos, ac ut Gigas depellit frementes diabolos.

1) *ut*] rescripsi pro *et*.

Vult autem filius Dei hoc se officio coli, vult agnosci se vere adesse Ecclesiae et exaudire et iuvare invocantes. Ideo toties ait: petite et accipietis. Hoc igitur officium praestemus, non ut mulieres cogitemus ungendum esse tanquam mortuum, sed ab eo vivente et regnante petamus et expectemus auxilium. Haec vota nequaquam irrita erunt. Nec vero aliter in hac vita ad agnitionem huius regis perveniri potest, nisi ministerio Evangelii, in quo ipse est summus sacerdos. Ut igitur extet significatio reverentiae in nobis erga Ministerium Evangelii, hortamur omnes auditores omnium doctrinarum in Academia, ut et munus ad aram offerant, et gratias agant filio Dei servanti Ecclesiam inter tantos diabolorum furores, et petant, ut nos semper doceat, gubernet et protegat. Die peschatos, anno 1554. die 25. Martii, quo ante annos 1555 filius Dei dominus noster Iesus Christus in utero virginis conceptus est. Et quo ante annos 1520 victima fuit in cruce. Et quo Adam creatus esse ante annos 5516 scribitur.

No. 5575. 26. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 718 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. † Dei beneficio filius recte valet, et commendari eum D. *Schneidewin* utile esse iudico. De publicis negotiis non lubet scribere" [1]). Audio, conventuros esse Duces *Saxoniae*, et *Marchiones* in oppido *Zeitz*, ut instaurent veterem et gentilitiam confoederationem: Deus gubernet eos, et tribuat his Regionibus salutarem administrationem. In Hungaria, quia Turcae quiescunt, pelluntur pii Pastores ab Episcopis, et aliqui mersi sunt in Danubium, aliqui fugiunt in ea loca, quae tenent Turcae. Ibi tuto docere possunt. *Sabinum* quotidie expecto, quem etiam reliquiae *Osiandricae* noluerunt esse in suo illo Baltico littore [2]). Sed Deus aderit nobis. Commendemus nos et Rempublicam Deo, qui dixit: Invoca me in die tribulationis, et eripiam te. Bene valete. Pagellas mitto meo more. Secundo die Paschatos 1554.

Philippus.

1) Addit haec A. D.

2) Cf. epist. Sabini d. 16. Iul. h. a.

No. 5576. 30. Mart.

Augusto Pr. Electori.

Edita a *Fabro* in epist. Mel. ad Ducem Prussiae p. 234. ex autograpbo, ab Augusto Electore misso ad Albertum Ducem Prussiae. Autographon est haud dubie in tabulario Regio Dresdensi. Voluerat Albertus dux, ut Melanthon et Brentius convenirent aliquo loco, sententias de iustificatione hominis conferrent, et controversiam Osiandristicam dirimerent.

(*Augusto Duci Saxoniae, Pr. Electori.*)

Ew. churf. G. bericht ich in Untertheniкeit, daß mir zugeschriben ist, daß Doctor Mörlin in Brunswik ein Synodum zusammen bringen wolle, darinn ehr ohne Zweifel neben andern Sachen auch des Streitts zwischen Osiandro und ihm gedenken wirt, und werden davon Decreta gemacht werden.

Solten nu der Erwirdig Herr Johann Brentius und ich an einem andern Ort zusammen kommen, und würden unsere Bedenken nicht gantz gleich stimmen, mit ihren Decreten, so folget eine neue schreckliche Spaltung.

Ich zweifel auch nicht, so von unser Zusammenkunfft Rede seyn würde, der Synodus zu Brunswig würde deß eilender vorgenommen.

Weiter so stecken in Osiandri Speculation viel Fragen, davon zum Teil auch die Duringschen Gesanten Bericht begert haben, Aber der Gegenteil hat sich nit erkläret, als nemlich,

was die Personen in der Gottheit sind, und welches jeder Person unterschidlich Werk ist.

Was die Einwohnung Christi sey in den Gläubigen,

und ob die Naturen in Christo getrennt werden,

Was die Wiedergeburt ist, und wie sie geschiehet.

Ob Unterschied ist in Menschen, zwischen Gott selb, und dem erschaffnen Leben, und erschaffnen Licht und Regung ꝛc.

Wiewol ich nu von disen und andern wichtigen Sachen, gern mit meinem alten guten Freund Herrn

Brentio, und mit andern, in Demut und in Gottesforcht reden wolt, so ist doch mein unterthenig Bedenken, daß solchs nicht durch zwo oder drey Personen vorzunemen sey, sonderlich also, in eins Synodi Gestalt, denn die jetzige Welt ist seer frevel und muttwillig, und würde bald neu Gezänk erregt werden.

Auch haben die Duringischen Gesanten nichts mehr außgericht, denn daß sie verspottet sind, genannt Gukuk und dergleichen, und wundert mich daß der löblich Hertzog dem Funken und andern muttwilligen Leuten solchs zuläßt.

Und ist entlich mein Bedenken, So der Reichßtag anfahen würde, und Chur und Fürsten und anderer Stände und der Stádt Räth ankommen wären, daß man alßdenn höret, welche einer einträchtigen Confession sein wollten, und daß alßdenn durch derselbigen Chur und Fürsten, Stánd und Stádt Räth und Predicanten freundlich und ernstlich von gründlicher Einikeit in der Lehr geredt würde, nicht zu einem Schein, oder zu Jemands Vorteyl, sondern zu Gottes Ehre und den Nachkommen zu gut.

Ich gedenke mich auch nicht particulariter mit Einem oder Zweien einzulassen, will aber mit Gottes Gnaden, neben andern, mein Bedenken treulich anzeigen, wo man in zimlicher Anzal zusammen kommet.

Und stelle dises alles zu E. Churf. G. weitter Bedenken. den 30. März 1554 *).

Ew. Churf. G.

unterthеniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 5577. 1. Apr.

Io. Placotomo.

Epist. lib. VI. p. 284.

Iohanni Placotomo, doctori artis medicae.

S. D. Doctiss. vir, et chariss. frater. Hanc Epistolam dedi huic Viro honesto et erudito, *Huberto Burgundo*, cuius integritas mihi consuetudine triennii cognita est. Vidit Italiam, Hispaniam, Galliam et vere *πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.* Scio tibi eius sermones voluptati fore. Nunc videre vult litus vestrum et Sueciam, quaeso ut istic in quaerenda navi eum adiuves. Tandem accepi Ducis Prussiae *ἐξομολόγησιν* *), quam scribit *Brentio* probatam esse. Nondum legi, petam autem ne me admisceat isti contentioni, postquam antea et modeste et simpliciter exposui meam sententiam. Bene et feliciter vale. Calendis Aprilis 1551. (?)

No. 5578. 5. Apr.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 691 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut vos et vestros protegat. Expatiatur ad vos cum filio vestro meus gener, quia venas metallicas Mansfeldenses contemplari volebat. De *Andrea Fabricio* et exponet eius voluntatem meus gener, et ego iussus sum, vobis significare, velle Fratrem *Georgium*, ut scholae vestrae gubernationem petat, et uterque vobis gratias agit, quod eius rationem habetis. Oro igitur, ut petere *Andream Fabricium* gubernationem scholae vestrae Senatui exponatis, et adiuvetis eum vestra suffragatione. Promittit, se in hoc officio diligenter et fideliter Deo et civitati vestrae serviturum esse. Et vir modestus est, et non rixosus, nec Polypragmonicus. Spero, Deo iuvante, operam eius profuturam esse adolescentiae. Bene et feliciter valete. Die quinto Aprilis.

Philippus.

No. 5579. 6. Apr.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1237.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Fasciculum tuarum literarum tradidit *Cunradus* Biblio-

---

*) Dies et annus additi sunt in autogr.

*) De ea vid. Planck Geschichte des protest. Lehrbegr. P. IV. p. 406. Non igitur anno 1551. scripta esse potest epistola, sed anno 1554.

pola Francofordiae filio mei fratris. Nam *Georgius* frater in praefectura retentus est propter conventum *Bruchselensem*, in quo mercatus Francofordiani tempore duo Electores *Palatinus* et *Moguntinus* et Dux *Wurtebergensis* de viciniae pace collocuti sunt. Scripseram ad *Nicolaum*. Sed is Francofordiam non venit, et audio eum in Galliam ducere quosdam suos auditores Nobiles. Unus ad me de patria et Academiae studiis scripsit *Morshemius*, deplorat usitatam ὀλιγωρίαν constituendae scholae. Fortassis et bella impediunt has deliberationes. Nunc simul obsidentur in Francia *Plassenburg*, Landsberg, et Sweinford [1]); et quanquam *Marchio Iohannes* in Franciam ad hos tumultus sedandos profectus est, tamen quae spes sit pacis, nondum audio. Commendemus autem Filio Dei nos et Ecclesiam. Qui sint positus Siderum hoc anno, non ignoras. Et εἰδωλομανίαι et alia scelera attrahunt poenas. Et extrema senectus mundi est. Haec omnia cogito non sine magno dolore. Sed confugio ad Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum. Paginas meo more mitto, quas distribui volo. Bene vale. Die natali Socratis [2]) anno a natali Socratis 1891. Reverendo viro, D. D. *Ioh. Aurifabro* salutem.

Philippus.

No. 5580. 8. Apr.

Ioachimo Pr. Anhaltino.

Edita in Becmanni hist. Anh. p. 124.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime Princeps. Mitto C. V. Epitaphium *) tali forma scriptum, ut in aeneam tabulam insculpi possit, quae ad parietem adfigenda erit. Sed C. V. et Illustrissimorum fratrum iudicio permitto, an hanc formam probaturi sitis, aut aliquid mutari velitis. Honestum est, et est posteris commonefactio ad virtutem, talia monumenta in locis publicis ponere. Ideo oro, ut hos sumtus non defugiatis. Bene et feliciter valeat C. V. Die 8. Aprilis.

No. 5581. (h. dieb.)

C. Peucero.

Epist. lib. II. p. 402. (ed. Lond. lib. II. ep. 415.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Casparo Peucero *), *filio suo charissimo,*

S. D. Charissime fili, Dei beneficio vivunt et recte valent filia, filius et mater. Hos cum aspicio cogitans de infirmitate generis humani, prorsus ita statuo, custodem esse generis humani Deum. Neque enim naturae viribus in hac tanta infirmitate servari possumus. Petamus igitur et protectionem et auxilium a Deo, cum quidem dixerit Filius Dei: *Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.* Et scriptum sit: *Iacta curam tuam in Deum, et ipse te enutriet.* Haec scripsi inter cunas et vagitus infantum, quos Deus servet. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, κινούμεθα, καὶ ἐσμέν.

No. 5582. 14. Apr.

Wolfg. Fusio.

Epist. lib. II. p. 576. (ed. Lond. lib. II. ep. 600.).

D. Wolfgango Fusio

S. D. Ante annos quinquaginta scripsit *Hermannus Buschius*, cuius vena [1]) et virtus eximia fuit, laudationem inclytae urbis *Lipsiae* contra *Philomusum* [2]). Id *Buschii* carmen ut nobis rursus edendum mittas, valde te oro. Talia enim monumenta ad posteros transmitti opto, quae etiamsi in hac misera senecta mundi non multos ad virtutem exuscitant: tamen et hoc tempore bonis dolores leniunt, et grata erit lectio posteris,

---

1) Cf. Sleidan. p. 813. et p. 818.

2) Secundum Calend. Eberi natus est Socrat. d. 6. April.

*) Ducis Georgii Anh. Legitur in Epigramm. Melanth. p. 244.

*) Profectus fuerat Peucerus Northusam ad venas metallicas Mansfeldenses videndas. Vid. ep. ad Meienburg. d. 5. Apr.

1) Peuc. *vera*; mendose.

2) Prodiit Lipsiae 1504. Vid. *Pauzeri* Annal. Tom. VII. p. 151.

qui laetabuntur cogitatione virtutis maiorum. Te quoque scio talium scriptorum lectione delectari. Quare de hac re ad te scripsi. Peto autem propter literarum honorem et aliud officium. Hic *Henricus* dedicavit Senatui vestro carmen, quod cum exhibere velit, opus est ei commendatione tua ad consulem. Scis illa *Theocriti*: *αὐτῷ μοί τι γένοιτο, θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς·* Nec mirum est, non appeti nostras merces in hac miseria temporum. Te tamen oro, ut aliquid ei impetres. Bene vale. Die 14. Aprilis.

No. 5583. 16. Apr. (h. a.?)

Val. Heckero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Valentino Hecker, Pastori Ecclesiae in Schwibosen.

Venerande vir, amice carissime. Delector officio tuo, quod aliquid de tua Ecclesia significasti, ac peto, ut saepe ad me scribas. Prodest enim, nos omnibus officiis tueri coniunctionem nostram. Diaconum, quem misimus, spero recte facturum esse officii sui labores. Et tuae prudentiae erit, eum gubernare. Et iustum est, eum tibi obtemperare. De *Stancaro* post eius discessum ex Francofordia nihil audivi praeter illa, quae tu significasti. Ego eum nunquam vidi, et optarim potius amicum esse nostris Ecclesiis, quam inimicum. Nec unquam laesi eum, cum ipse in me et alios acerbissime debacchatus sit. Sed tale est seculum hoc, plenum arrogantia et petulantia. Nos modeste faciamus ea, quae sunt nostri officii, et nos Deo commendemus, et ab eo petamus, ut nos gubernet et adiuvet, ac simus memores veteris dicti: *ἀνέχου καὶ ἀπέχου.* Mitto tibi pagellas. Bene vale et rescribe. 16. Aprilis.

Ph.

No. 5584. 17. Apr.

G. Fabricio.

† Ex apographo in codice Zittaviensi ep. 32.

Georgio Fabricio, (gubern. schol. Misn.)

S. D. Fratrem, virum optimum, iussi ad Senatum Northusanum proficisci, ut coram audiat, quid velint statuere. Nam mora iam attulerat aliquid novi. Obtulit enim alius suam operam. Sed cum Senatus ad me scripsisset, fratris tui mentionem feci. Sed commendemus nos filio Dei, custodi Ecclesiae, cui tu quoque pie servis.

Aula iubet nos *Naopyrgum*[1]) accedere, quo *Suevici* et *Hessiaci* doctores venturi esse scribuntur. Miratus sum hanc perniciosam *πολυπραγμοσύνην.* Tot moniti exemplis, in quibus viderunt, quantum mali adferant Synodi et fucosae conciliationes aut corruptelae rursus indicunt synodum. Ac nondum scio, unde orta res sit. Si *Nicolaus*[2]) in patriam redibit, Hessiacum hominem vobis commendo, qui scribit carmen, de quo iudicare potes ex pagellis, quas his literis adiunxi. Hodie iter ingredior, Deo adiuvante, iturus Lipsiam ad mercatum, ut eo accedere soleo colloquii causa. Et nunc *Anglos* hospites doctos et honestos viros eo duco. Bene vale. Die 17. Aprilis.

Philippus.

No. 5585. 18. Apr.

Val. Curtio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti, D. Valentino Curtio, Episcopo Ecclesiae Dei in inclyta urbe Lubeca, στεφάνῳ Saxonici littoris, fratri suo cariss.

S. Reverende vir et carissime frater. Apud Platonem disputatio est de dicto Simonidis: *χαλεπὸν γίνεσθαι τετράγωνον καὶ μόνος θεὸς ἔχει τοῦτο γέρας; difficile est fieri perfectum, et solus Deus hoc decus habet.* Profecto in omnibus hominibus naturae infirmitas magna est, etiamsi alius in alio genere aliquanto plus habet roboris. Necesse est autem unumquemque sua sorte contentum esse. Filius nunc Dei beneficio recte va-

1) Naumburgum.
2) Nicolaus Pulz s. Politianus.

let *), nec tamen magna cura onerandus est. Dabo rursus ei argumentum nec insuave nec prolixum, et quaeram patronum, qui invitet ingenium eius munusculo vel mea causa. Spero profuturam ei assiduitatem in docendo, quae abducat eum a sodalitiis, et tamen labores habeat non nimios. Quare intentus ero in occasiones, ut in schola aliqua mediocri serviat, ubi collegam fidum habeat. Tu paterno animo sanes quae sanari possunt. Et ego mei filii naturam tolero et utcunque rego, et plurimos patres hanc ἐπιείκειαν erga suos exercere necesse est. Haec cum scripsissem allata est fama, Romam a Gallis occupatam esse. Sed haec historica de regum furoribus omitto. Bene vale. 18. April.

Philippus.

No. 5586. (19. Apr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 683. (ed. Lond. lib. IV. ep. 823.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camer. fratri suo carissimo,

S. D. Duas mitto epistolas, alteram in nostra aula scriptam, quae iubet nos accedere Naopyrgum, si venerint eo Suevici Theologi et Hassiaci. Alteram vero scriptam ad me, in qua in Prussiam vocor, quo audio rediturum esse *Iohannem Aurifabrum.* Scio te utranque epistolam admiraturum esse. Sed hoc seculum tale est, subitas et negociorum et voluntatum mutationes habet. Nos oremus filium Dei, ut nos gubernet, et servet aliquas Ecclesiae suae reliquias, et nos in ea servet. Tuam Ecclesiam domesticam opto salvam ac incolumem esse. Bene et feliciter vale. Cras Deo iuvante iter ingrediar, ad vos accessurus.

Philippus.

No. — — m. Apr.

(*Praefatio.*)

Praefationem Melanthonis in librum: Wolfg. Krauss, Stamm und Ankunft etc., vide mense Septb. anni 1553.

---

*) Vid. supra ep. ad Petrum Vincentium d. d. 31. Ian., quare hanc ep. ad hunc annum retuli.

No. 5587. 1. Maii. (h. a.?)

Wolf. Fusio.

Epist. lib. II. p. 575 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 599.).

D. Wolfgango Fusio

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Hanc brevem epistolam dedi adolescenti *Gallico, Petro Crasso Sylvanectensi*, nato in familia nobili gentis *Francicae*, non procul a *Lutetia*, ut aditum ad te habeat. Non petit pecuniam, vivet enim suo sumptu, quaerit alicubi scribendi operas, ut linguam *Germanicam* exerceat. Comperi esse modestum, et iustitiae amantem. Quaeso ut pro tua prudentia et virtute ostendas homini peregrino vere laudari *Mysorum* hospitalitatem in *Argonautico* carmine. Bene vale. Calend. Maii.

No. 5588. 1. Maii. (h. a.?)

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 7.

D. Alberto Hardebergio

S. D. Reverende vir, et carissime frater: Dei beneficio adhuc mediocria sunt Doctrinarum studia in hac vicinia. Ecclesiae etiam magis florerent, si disciplinam curarent Principes et caeteri gubernatores, qui ideo gerunt arma, ut sint disciplinae custodes. Dirigo igitur et disputationes et alia mea scripta ad consociationem harum Ecclesiarum et ad explicationem praecipuarum materiarum, quas velut in κατηχήσει sciri necesse est. Et oro Dei Filium λόγον, ut ipse me et alios doceat et regat. Meos dolores coram vobis exponam. De bellis non libet scribere. Vaguntur poenae per genus humanum propter multa et magna delicta. Inter has poenas, ut servet Deus Ecclesiam, toto enim pectore vobiscum oro. De *Carolo* si quid certi habetis, significa. ζώει ὅγ' ἢ τέθνηκε, κακὸν δὲ ἀνεμώλια βάζειν. Bene et feliciter vale et rescribe. Cal. Maii.

Philippus.

No. 5589. 1. Maii.

Coel. Curioni.

Ex autographo biblioth. Basil. edita in *Hummelii* Neuer Bibliotħ. von selt. Büch. Vol. III. p. 573.

Clariss. viro, eruditione, virtute et facundia praestanti, Coelio Secundo Curioni, amico suo cariss. Basileae.

S. D. Legi enarrationem, quam edidisti in librum Ciceronis, quem de locis dialecticis [1]), ut nominamus, breviter, ut Romanus Senator, et iam senex scripsit, et consilium tuum ac lucubrationem ipsam valde probo. Nam et invitas iuniores ad doctrinarum fontes et discentium studia adiuvas. Ac ut dulcissimus poëta inquit:

ἀλλ' οὐ συμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος, οὐδ'
Ἀνεμώνη πρὸς ῥόδον [2]).

ita tua enarratio omnes interpretationes alias superat. Meas vero ineptias ne inseri quidem velim numero interpretationum, quas quidem nec scripsi nec edidi. Sed utcunque exceptas apographas nescio quis edidit, ut nunc multa sine delectu sparguntur. Sed de his coram aliquando.

Nunc tibi hunc *Basilium Trevinium* Ruthenum, honestum virum et in familia nobili natum commendo, qui in aula Regis Polonici vixit inter scribas Ruthenicae linguae gnaros. Proficiscitur istuc, ut te audiat et de tuo iudicio formare orationem discat. Fuit familiaris optimo viro in Silesia *Trocedorfio*; postea nobiscum vixit, ita ut iustitiam, ut modestiam eius probemus. Et scis, contineri caeteras virtutes iustitiae amore. Quare ei tribues ea officia, quae studiosis auditoribus magna cum laude a te tribuuntur. *Gelenio*, viro optimo et vobis omnibus salutem opto. *Lelium* [3]) audio ad *Calvinum* profectum esse, de quo si qua erit occasio ad nos scribito. Bene et feliciter vale. Cal. Maii 1554.

Phil. Melanthon.

---

1) C. S. Curionis in Cic. topica explicationes. — Basil. 1553. 8.

2) Theocrit. Idyll. V, 92., ubi autem legitur πρὸς ῥόδα.

3) Laelius Socinus.

No. 5590. 1. Maii.

(Cph. Libio.)

Manlii farrag. p. 381 b.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. N. N. [*Lybio*, adscripsit Buchholtz.] *pastori Ecclesiae in veteri urbe Brenni* *), *fratri suo charissimo,*

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Apud Xenophontem dulcissima est narratio de Hippia, qui cum ex longo intervallo Athenas reversus esset, audiretque Socratem eadem docentem ac repetentem quae tradiderat ante multos annos: deridet eum, ac sese effert magnifice, ac dicit se subinde nova excogitare, cum Socrates fateatur se τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν dicere. Fortassis me quoque multi derident, eadem repetentem. Sed hoc puto rectius esse: et optarim nos optima propriissimis verbis, et quidem iisdem syllabis in Ecclesia sonare. Vestra iudicia scio candida esse. Ideo pagellas proximae Disputationis vobis mitto **). Quaeso etiam, ut mihi cures emi, et mittas cultros, quales antea misisti: quos expeto *Camerarii* causa, et precium mitto. De bellis non libet scribere: vagantur poenae per genus humanum, et Germanici imperii periodus circumacta est. Oremus Filium Dei, ut poenas leniat, et servet Ecclesiam, et aliqua Ecclesiae hospitia. Bene vale, et rescribe. Calendis Maii.

Philippus Melanthon.

No. 5591. 1. Maii.

(Nobilibus quibusdam.)

Edita a Cl. *Foerstemanno* in den Neuen Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen (Halle, 1834.) Vol. I. pt. 2. p. 56., ex Melanthonis autographo in bibliotheca Nobilis a Ponickau, Halis Saxon. — Inscriptio periit. Putat autem Foerstemannus, epistolam inscriptam fuisse *Nobilibus quibusdam*, tutoribus Ioannis et Georgii Schenck von Vargula, Dominum in Tautenheim et Brisnitz, fratrum, qui anno 1554. nomina sua Albo Academiae Witebergensis inscripserunt.

(*Nobilibus quibusdam.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zu-

---

*) Manl. *Bremi*, mendose. Urbs Brenni est Brandenburg.

**) Disputatio d. 7. Maii habita. Vid. Melanthonis Quaest. acad. p. 129 sq.

vor. Ernveste, gestrenge, günstige Herrn. Ewr Ernveste Schrift, belangend die wohlgebornen edlen Herrn, die Freiherrn von Tautenberg etc. habe ich in Abwesen des achtbarn und hochgelahrten Doctoris Laurentii Lindeman empfangen, und habe daruff den hochgelahrten Doctorem Vitum von Winsheim angeredt, der sich erbothen, die selbigen jungen Herrn in sein Haus und zu Tisch anzun ...[1]), da sie bequeme Wohnung ha ...[2]), und sind zuvor auch He.. ...[3]) ihm gewesen. So ...[4]) einen Sohn, der wohlgelahrt ist, der die jungen Herrn in Latinischer Sprach, Dialectica und in Jure unterweisen kann, und erbeut sich der Vater selb ein treulich Auffsehen auf die Sitten und das Studium zu haben. Es ist auch bei ihm kein Auslaufen, oder sunst viel Ueberlaufens.

Auch ist allhie ein vernünftiger wohlgelahrter Magister, Eusebius Menius, des Ehrwirdigen Herrn Justi Menii, Pastors zu Gottha Sohn, der auch sich erbothen zu dienen, so man ihn zu Unterweisung der Herrn gebrauchen wollt.

Doctor Georgius Maior ist jetzund nicht allhie[5]); ich acht aber, so man die Herrn in seinem Hause lieber bestellen wollt, daß er solchs nicht abschlagen würd. Doch acht ich, daß sie bei Doctore Vito wohl versorgt seyn werden, der auch allezeit Turingische Wein bei sich hat.

Und sollen E. Ernvest nicht zweifeln, ich will selb auch ein Auffsehen haben, wie sie bestellet und unterwiesen werden; denn ich dieses zu thun schuldig bin. So weiß ich, daß dieses ein löblicher alter Stamm ist. Denn vor vierhundert Jahren ist ein Herr, genannt Friedrich Herr zu Vargula des ersten Kaisers Friedrich Hauptleut einer gewesen, da er den löblichen Zug in Asien gethan hat, sampt seinem Sohn und viel teutscher und Italiänischer Fursten etc. Gott woll die gedachten Herrn Schenken und E. Ernvest allezeit gnädiglich bewahren. Dat. auf den ersten Tag Maii 1554.

E. Ernveste

williger

Philippus Melanthon.

1) anzunehmen.
2) haben.
3) Herrn bei.
4) hat er.
5) Misniam profectus erat. Vid. ep. d. d. 2. Maii ad Fabricium.

No. 5592. 3. Maii.

Scholasticis.

Scripta publ. Acad. Wit. T. II. p. 54.

Philippus Melanthon (Scholasticis).

Apud Xenophontem dulcissima narratio extat de Hippia, qui, cum ex longo intervallo reversus Athenas audiret Socratem eadem repetentem, quae olim ante multos annos audierat, deridet eum, et sese effert iactitans, se subinde novam sapientiam excogitare. Fortassis et nos deridemur, quod res easdem saepe repetimus in lectionibus et disputationibus. Sed optandum erat, semper Ecclesiam res easdem et quidem iisdem syllabis tradidisse et tradere. Fiet disputatio theologica proximo die Saturni*), quia expectamus reditum Rev. domini *Pastoris*. Cum autem valde utilis sit placida cogitationum collatio, scholastici se ad disputationem interea praeparent. Die ascensionis 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5593. 4. Maii.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 707 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Vult Deus in genere humano lucere cum aliarum virtutum, tum vero et castitatis intellectum, ut cogitemus, et esse Deum et sapientem, veracem, beneficum, iustum et castum esse, ac discernamus eum a malis naturis. Ideoque leges cum de caeteris virtutibus, tum de castitate sanxit. His obediamus, et nos Deo commendemus, qui vere vult opitulari invocantibus eum. Quod igitur Filium

*) Ex nuncio publico Io. Bugenhagii, qui tum erat Decanus collegii Theologorum d. d. 6. Maii 1554. in Scriptis publ. intelligitur, d. 8. Maii tributa esse publica testimonia M. *Georgio Aemilio* (Oehmler), Mansfeldensi, *Simoni Musaeo* et *Petro Praetorio* Cotbusiano. Ex quaestionibus Melanthonis academ. p. 129 sq. intelligitur fuisse etiam disputationem theologicam d. 7. Maii. Sed dies Saturni post festum adscensionis anno 1554. fuit d. 5. Maii. Puto priorem esse intelligendam quae propter reditum Bugenhagii videtur dilata ad d. 8. Maii.

Iohannem in coniugio pie vivere vultis [1]), Deo voluntatem et vestram et filii placere non dubito. Ac oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, Custodem Ecclesiae suae, ut vos et vestros servet incolumes, et gubernet *Iohannis* coniugium, ut sit faustum et felix. Haec vota etiam vobiscum faciam in sacro Nuptiali, ad quod, Deo iuvante, veniam, nisi impediet necessitas aliqua, propter quam vos quoque mihi veniam dandam putabitis. Semper dilexi *Iohannem*, nec fefellit me mea de ipso divinatio. Deus servet et gubernet eum.

De Conventu *Iuterbocensi* nondum scribere possum, quia tantum initia audivi. Mitto vobis exemplum Theologicae disputationis [2]). Bene valete. Die 4. Maii.

Philippus.

No. 5594. 4. Maii.

Io. Botthichero.

Edita in Io. Botticheri de arte disserendi oratione, e qua hic hausta est. Post minus accurate edita in Manlii farrag. p. 298., ubi inscripta est: „Amico cuidam."

Iohanni Bottichero.

S. D. Nomen oppidi *Perleberg*, quod patriae tuae vicinum est, non ab ursa, sed a margarito derivari volo. Cum filius Dei Evangelium margarito conferat, nominis sonus eruditis gratior esse debet. Scribitur autem, magaritum gemmam nasci in concha ex rore, et generosissimum esse, cum ros excipitur inter tonitrua et fulgura. Sic Ecclesia pascitur rore coelesti, inter afflictiones. Etymologia est amara crustula, Mar, garith: quia Evangelium est sermo crucis. Indica gens non adpellat margaritum, sed Bargarith, quod est purissima crustula. Hanc commemorationem scripsi senatui Perlebergensi, quem hortatus sum, ut Margaritum, videlicet Evangelium, ornet scholae conservatione, commonefactus nomine urbis *). Eas autem literas ad te mitto, ut eas cures senatui Perlebergensi exhiberi. Hoc tuum officium mihi gratum est. Patri tuo, viro prudentissimo, salutem opto. Bene vale: quarto Maii.

1) Vid. epist. ad Meienb. d. 19. Febr. et d. 11. Maii h. a.
2) Vid. d. 3. Maii.
*) Vid. infra d. 1. Aug.

No. 5595. 8. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad. Camer. p. 681 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 821.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo,

S. D. Scio tibi notissimos esse versus Theocriti: *ὅσσον ἔαρ χειμῶνος ὅσον μᾶλον βραβύλοιο ἅδιον:* Ita mihi nihil dulcius fuit tuis litteris, cum significares nos liberatos esse metu Synodi *Naopyrgicae.* Sed eodem die postea allatae sunt aulicae litterae, quas mitto. Prorsus non intelligo quid agatur, et audivi venturos esse ex vicinia *τοὺς βλακικοὺς καὶ μαργίτας.* Sed quidquid erit, deo iuvante, ad vos accedam.

Hodie *Aemylio* et aliis duobus [1]) publicum testimonium usitato more in Academiis datum est. Scis qualis sim pictor, sed tamen mitto prodigii picturam, ut in litteris Suerinensibus [2]) recitatur. Ducem *Brunsvicensem* esse non procul ab *Hamburga* scribunt. De talib. negociis plura non scribam hoc tempore. Bene et feliciter vale. Filius dei servet tuam Ecclesiam domesticam et publicam, die VIII. Maii, Honestissimae coniugi tuae et filiabus mitto Interpraetationem *tertii libri Macabeorum.*

No. 5596. 9. Maii.

G. Fabricio.

Edita epp. lib. V. p. 415. Apogr. in cod. Zittaviensi.

Georgio Fabricio, gubern. Schol. Misnens.

Ex collega nostro, *Maiore*, intellexi mittendum esse istuc magistrum *) idoneum ad docendam linguam ebraeam et ad concionandum. Proficiscitur ergo ad vos hic Magister *Iohannes Sturio*, *Medleri* gener, natus in oppido *Curia*, vir doctus et modestus, quem oro, ut iis commendes, qui haec negotia gubernant. Nos ne nostra aliqua causa

1) Vid. d. 3. Maii.
2) Vid. epist. ad Fabr. d. 9. Maii.
*) Text. impr. tantum habet *rum*, et *magist* excidit.

adversari videamur illi Coloniarum deductioni, facilius nostram operam offerimus vobis. Si retinebitur istic *Sturio*, reges eum tuis consiliis, nec dubito, fore in tuenda coniunctione vestra vigilantem et firmum. Mitto exempla proximae disputationis, quae meum iter ad vos impedivit. Bene et feliciter vale. Die 9. Maii.

† *Suerini**) die 2. Maii anno 1554. conspecta haec species post meridiem a principe et multis aliis magna cum consternatione multorum.

Sol cruentus.



Lupus accedens ad solem.



atra nubes, et ex nube crebri globi velut bombardarum emissi."



No. 5597. 10. Maii.

Sal. Linckio.

Edita in Riederer's Abhandll. p. 440. (*Lunz.*)

Studioso doctrinae et virtutis Salomoni Linck S. D.

Semper et dilexi et veneratus sum patrem tuum [1]), virum integerrimum, cuius pietas et integritas eo mihi magis nota est, quam aliis, quia deliberationibus rerum non vulgarium simul interfuimus. Te quoque propter paternam amicitiam complectendum esse censui. Et scis propter memoriam patris Noribergae multos honestos homines tibi bene velle. Quod me placare studes, scito, me optare, ut tibi bene sit; et sicubi possem, tibi benefacerem. Nunquam iratus tibi fui mea causa: paterno animo et publicae pacis causa te aliquando monui de tuo officio. Nunc si perficias, ut diligentia et modestia tuearis locum alicubi in docendo, gratulor tibi hunc animum virtutis et pacis amantem; et, sicubi potero, ipse tibi benefaciam, et quia patris tui, viri prudentis et eruditi memoriam retineo, et quia te quoque paternam virtutem imitari velim. Bene vale, die 10. Maii, 1554.

Philippus Melanthon.

*) Hoc additamentum legitur cum figuris in cod. Zittav.

1) Wenceslaum Linck. — Vid. etiam testimonium Linckio datum d. 23. Maii.

No. 5598. 11. Mai.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 689 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northus.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis, et resuscitatum, ut vos et vestros omnes servet incolumes, et faciat, ut coniugium filii *) sit faustum et felix. Eadem vota vobiscum faciam die sacri Nuptialis, ubicunque ero, etsi adhuc spero, me ad vos venturum esse. Quanquam enim Synodus erit in *Naoburgo*, quam semper dissuasi: tamen eo ire me oportet. Sed *Tubingenses* ibi iam fuerunt, qui si domum redierunt, Naoburgi mihi nihil negotii erit, nisi aliud poëma aulicum proponetur. Bene et feliciter valete. Die undecimo Maii.

Philippus.

No. 5599. 13. Maii (h. a.?)

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Pene quotidie interrogor de ea quaestione, quae et tuum animum excruciat. Congeram igitur in unum libellum testimonia eruditae vetustatis, quae ostendunt illius purioris aetatis consensum, quae illam recentiorem inclusionem in panem prorsus ignorat. Ubi veteris Ecclesiae perspicuam sententiam pii considerabunt, postea secum disputent, an licuerit recentioribus aliam sententiam comminisci. Nec contemnendum esse vetustae Ecclesiae consensum statuo, ubi *περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας* quaestio est. Aiunt *οἱ Μεθωναῖοι*, se *τὸ ῥητὸν* tueri, cum Paulus tantum dicat, esse *κοινωνίαν σώματος*. Nec obscurum est, quid Graecis *κοινωνία* significet. Multa cum ipso *Luthero* de veterum dictis disserui; sed mirabatur, potuisse

*) Iohannis Meienb. Cf. epp. d. 19. Febr. et d. 4. Maii 1554.

recentiores tantum audere, ut de re tanta a vetustate discederent, quasi non et audacter alia finxerint. De tota re coram colloquemur, quia complecti epistolis non possum. Bene vale. Pro cultris pagellas tibi mitto *). In Pentecoste.

Philippus.

No. 5600. 16. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 682. (ed. Lond. lib. IV. ep. 822.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Ego vero non leviter excrucior cura de Synodo, et cum alia multa cogito, tum vero etiam iter *Iohannis* Rom. Pontificis, qui Constantiae, cum obiicerentur ei multa crimina, respondit: se peius fecisse, quod ad Synodum venisset. Sed commendo nos Deo. Aulae videntur delectari nostris certaminibus. Et fortassis aderunt duo illi, quos Appianus scriptor historiae ait fuisse *Polyphemi* filios. Et quidem ita illi narrationi favet, ut dicat, *καὶ τόδε μοὶ μάλιστα, πολλὰ μυθενόντων ἕτερα πολλῶν, ἀρέσκει.* Sed haec coram. Nam ad vos quidem libenter accedo. Bene et feliciter vale. Oro filium Dei ut te et Ecclesiam tuam domesticam servet incolumem. XVI. Maii.

Philippus.

No. 5601. 16. Maii

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 153 sq. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 132.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noriberg.

S. D. Quanquam iustae poenae per genus humanum vagantur, tamen Filius Dei immensa misericordia lenit Ecclesiae calamitates et suam praesentiam in suo agmine ostendit. Exempla multa etiam his annis videmus. Et hoc anno divinitus repressi sunt *Lamyri* conatus, quem etsi non desino metuere, tamen spero lacrymas et vota multarum piarum familiarum apud vos et alibi non fore irrita. Minatus est atrociter vicinis Silesiis et aliis: sed nunc ubi sit non scio. Aiunt ad Patruum accessisse, utinam abeat *ἐς* *) *κόρακας.* Commendemus nostra pericula Dei filio Domino nostro Iesu Christo, qui dixit, *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* Has divinas promissiones non existimemus inanes sonitus esse, sed vere ab hoc custode Ecclesiae crucifixo, et resuscitato Domino nostro Iesu Christo petamus et expectemus auxilium de protectionem.

Synodus indicta est, ut in ripa Salae in urbe *Naopyrgo* conveniant aliquot docentes in Ecclesiis Suevicis, Hessiacis et nostris. Non scio qua de re velint deliberari, hi qui nos convenire iubent. Multa suspicor, et cogito historiam *Iohannis* Romani Pontificis, qui Constantiam accessit accersitus ab Imperatore *Sigismundo.* Sed de hoc conventu scribam, ubi videro *τὴν καταστροφήν.* Oro Filium Dei ut nos omnes gubernet. Bene et feliciter vale. die 16. Maii.

Philippus.

No. 5602. 16. Maii.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 418. (ed. Lond. lib. II. ep. 437.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Cum Cancellarius *Mingvicius* et intelligat dignitatem optimarum artium, quarum cognitione et usu multum prodesse vitae communi potes, et natura iustitiam et beneficentiam amet: spero eum tibi non defuturum esse in aula, si ei exponas quid petas. Ego quo in loco sim memini. Sed tamen vere adfirmare possum, te a me diligi, et hanc benevolentiam tuis me declaraturum esse ubicunque potero. Scimus saevitiam temporum sapienter ferendam esse, ut si in pelago saevis tempestatibus navigaremus. Et tamen spero Deum publicas et privatas calamitates mitigaturum esse,

---

*) De cultris vid. ep. ad Libium d. 1. Aug. 1554. — Renovaverat iam anno 1553. certamen de coena sacra Io. Westphalus, et acris erat anno 1554. ea de re disputatio. Videtur igitur haec ep. ad ann. 1554. referenda, ubi dies pentec. fuit d. 13. Maii.

*) Spanb. edidit *εἰς*.

et ut mitiget toto eum pectore oro. Nec dubito ei Ecclesiam tuam domesticam quoque curae esse. Vituperatores doctrinae de motibus et viribus astrorum *) dupliciter sunt ingrati Deo. Cum enim et condiderit Deus astra, et mirando consilio motus ordinaverit, et hanc suam sapientiam monstraverit hominibus, isti utrunque beneficium aspernantur. Utinam Dei sapientiam in his operibus etiam consideraremus et eum grati celebraremus. Mitto honestissimae coniugi tuae parvam significationem benevolentiae. Bene vale. 16. Maii.

No. 5603. 21. Maii (Naumburgi.)

C. Peucero.

Epist. lib. II. p. 407. (ed. Lond. lib. II. ep. 423.).

D. Casparo Peucero

S. D. *Leucopetram* cum venissemus mane, Vidua Princeps nos ad prandium vocavit. Adsedit proxime *Ioachimum* filia Ducis *Mauricii*, in cuius facie lineamenta eximiam significant modestiam. Figura talis est, qualem *Nicephorus* describit fuisse matris Christi. *Naoburgi* nondum adsunt alii hospites praeter nos. Nec scimus qui aut quando adventuri sint. Ab *Ulrico Sicingero* literas accepi, quas mitto. Princeps eius significat, se nunc Legatos mittere non potuisse, sed se, Deo iuvante, ab ea confessione, quam Ecclesiae nostrae amplectuntur, non discessurum esse. Si advenerint aliqui aliunde, mittam ad vos tabellarium. Bene vale. Die 21. Maii.

No. 5604. 21. Maii.

Io. Stigelio.

Danz. Epp. ad Stigel. ep. 78. Cod. Goth. 188. ep. 147.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carrissimo, S. D.

In Synodo Tyria accusatus *Athanasius*, cum non posset adversariorum rabiem sustinere, fugit, non exspectato iudicii fine. Quid mecum acturi sint in hac vicinia vestra hi, qui huc venturi esse dicuntur, nescio. Venimus *Naoburgum*, *Camerarius* et ego, ubi exspectamus, nescio quos. Graeci narrant, duos fuisse filios Polyphemi ex Galatea, *κελτὸν καὶ Ἰλλυρον*. Hos arbitror huc venturos esse. Sed oro filium Dei, ut nos gubernet. Cum coram colloqui non possimus, quanquam in locis non procul dissitis sumus, quaeso, ut aliquid mittas literarum per Tubingenses, si huc redibunt. Bene vale, die 21. Maii *). Naoburgi **).

Philippus Melanthon.

No. 5605. 23. Maii (Naumburgi.)

C. Peucero.

Epist. lib. II. p. 406. (ed. Lond. lib. II. ep. 422).

D. Casparo Peucero

S. D. Nondum ad vos peculiarem nuncium misi, quia praeter *Hessiacos* et *Sledanum*, hospites nulli huc venerunt. Ex *Hassia* missi sunt *Adamus* pater *Theophili*, et *Hyperius* lector *Marpurgensis*, et pastor *Cassellanus*. Heri expaciati sumus ad collegium *Portense*. Hodie, Deo iuvante, amanter colloquemur, et spero inter nos quidem nihil fore rixarum. Nec expectabimus alios, si intra triduum non advenerint. Epistolam ab *Anglo* nostro hospite attulit *Sledanus* quam mitto. Si alii huc advenient, peculiarem nuncium mittam, ut a vobis quoque aliquid habeam literarum. Bene et feliciter vale. Oro Filium Dei, ut nos omnes protegat et gubernet. Die 23. Maii.

No. 5606. 23. Maii.

(*Scriptum.*)

Qua de causa et quo consilio theologi quidam Ducis Saxoniae Electoris et Landgravii Hassiae mense Maio 1554. Naumburgum vocati essent, Melanthon ipse ignoravit, ut profitetur in epp. d. 16. et d. 21. Maii scriptis. Postea autem d. 13. Iunii h. a. scribit ad Regem Daniae: „Der

---

*) Anno 1554. Vinarienses scripsisse adversus praedictiones astronomicas intelligitur ex ep. d. d. 16. Febr. 1554.

*) Cod. Goth. 188.: 21. *Maii;* et recte; Danz. d. 11. Maii.

**) Cod. Goth. 188. addit: 1554.

Herzog zu Preußen hat lange Zeit bei dem Herzog zu Würtemberg angehalten, daß etliche Fürsten ihre Predicanten zusammen schicken sollten, um von Osiandri Sachen zu reden. Darauf ist bestimmt gewesen, wiewohl wider meinen Rath, der Sonntag Trinitatis zu Naumburg einzukommen etc." In eadem ep. Melanthon scribit: neque Landgravium perspectum habuisse, quinam et ad quidnam conventuri sint. — *Camerarius* in vita Melanthonis (p. 320. ed. Strob.) tantum haec: „*Placuit* anno 1554., „ut *quidam maxime* propter Prussiacas rixas convenirent „Naopurgi in Duringia. Eo accessit cum Philippo Mel. „Iohannes Forsterus, — ex Academia Lipsiensi Alexander „Alesius, — ex Hassiacis affuere cum alii tum Adamus „Crafftus — Argentorato autem Iohannes Sleidanus ad„venerat. — Wirtenbergenses, qui in viam se dedissent, „et non abessent longissime, (Gotham enim venisse eos „nunciabatur) nescio quam ob rem aut famam, non per„exerunt, neque in illo conventu affuerunt." — Ex scripto ipso autem intelligitur, Principes theologis suis mandasse, ut cogitarent quid Caesaris legatis in proximis comitiis respondendum sit, si quaestionem de religione fortasse moturi sint. Duplex igitur consilium conventus fuisse videtur, primum ut theologi cogitarent de responso unanimi legatis Caesaris dando, et deinde de communi sententia de Osiandri et Schwenckfeldii rixis ferenda. — Caederum vid. de hoc conventu Io. Wigandi Osiandrismus p. 397 sqq. Saligii hist. Aug. conf. II. p. 1013. et Planckii Gesch. des protest. Lehrbegriffs Vol. VI. p. 13. — Editum est hoc scriptum ex apographo a Pezelio in Melanthons christlichen Berathschlagungen und Bedenken p. 377., ubi inscribitur: „Eine Abschrift der Beredung und des Vertrags etlicher Landschaften Prädicanten, gehalten zu Naumburg anno 1554. den 23. Tag Maii, gestellet durch Philippum Melanthonem." — Iterum ex manuscripto in den Unschuldigen Nachrichten a. 1714. p. 541., ubi inscribitur: *Acta Nurnburgae in conventu theologorum anno* 1554. *ex mst.* — Contuli praeterea apogr. in cod. Guelph. in fol. num. 7. 9. p. 170. et in cod. Galli I. p. 176. — Hic prodiit ex *autographo* Melanthonis in Tabular. Cassel., quod nobis contulit Clariss. *Neudecker.*

(*Declaratio quorundam Theologorum in conventu Naumburgensi d.* 23. *Maii* 1554., *auctore Phil. Melanthone.*)

Anno 1554. auf den 20. Tag Maii sind zu Naumburg einkommen Johannes Forsterus, theologiae Doctor, Joachimus Camerarius, und Philippus Melanthon.

Auf den folgenden Tag den 21. Maii sind anher kommen des Landgrafen zu Hessen Gesandte, Adam Kraft, Doctor Hiperius [1]), Caspar Lanius Pfarrherr zu Cassel. Von Straßburg Sledanus.

Auf den 23. Tag sind anher kommen von Leipzig Valentin Paceus und Heinrich Salmuth, und auf denselben Tag haben wir sämtlich der Chur und Fürsten Befehl gelesen und angehöret, nämlich, so Kaiserlicher Majestät Räthe [2]) etwas von der Religion vortragen würden [3]), was darauf zu antworten, und da [4]) für gut bedacht, daß einträchtige Antwort von allen Stücken [5]) christlicher Lehr geben würde, daß auch von Gleichheit der Ceremonien zu reden, Item von Straf der Priester, so sich ungebührlich halten. Darauf wir alle, die [6]) unterschrieben haben, dieses für unsre Person bedacht [7]): so Kais. Majestät suchen würde, daß wir wiederum die päpstliche Lehr, die wir strafen, oder das Interim sollten annehmen, wollen wir durch Gottes Gnade solchs klar und ausdrücklich abschlagen [8]).

Damit uns aber nicht möge aufgelegt werden, als wollten wir Freiheit haben, allerlei opiniones zu dichten, so berufen wir uns auf die öffentliche und bekannte Confession, welche im 1530sten Jahr zu Augsburg der Kaiserl. Majestät überantwortet ist, dabei auch noch unsre Kirchen durch Gottes Gnade geblieben sind [9]), dieweil sie wissen, daß dieses [10]) der einige, ewige Consensus ist göttlicher Schrift, und der rechten katholischen Kirchen Christi; wissen auch, daß durch diese wahrhaftige Lehr ihm der Sohn Gottes für und für eine ewige Kirchen sammlet, und nicht anders [11]). Denn also spricht der Sohn Gottes: sanctifica eos in veritate; sermo tuus est veritas. Was auch dieser einigen, ewigen [12]), wahrhaftigen Lehr widerwärtig ist, das müssen und wollen wir im Predigtampt strafen, nämlich alle Ketzerei, Mahomet, päpstliche Irrthum, Servetum, Anabaptisten etc. Wollen auch nicht eigene opiniones dichten, oder außer [13]) unsrer Confession treten. Und mögen alsdann Kais. Maj. gemeldte Confession überantwortet werden, oder derselbigen gleichlautend confessio *Brentii*, oder die Sächsische von wegen des Synodi Tridentinae geschrieben.

Und dieweil nach dem Interim etliche neue Gezänke fürgefallen sind, als nämlich Osiandri und Schwenckfelds Schriften, haben wir uns davon auch unterredet. Und ist von Schwenckfelds Schrif-

1) Reliqui: *Hyperius.*
2) Kais. Maj. Räthe] sic autogr. Reliqui: Kais. Majestät.
3) Reliqui: würde.
4) da] autographon; sed reliqui: daß.
5) Stücken] Pez.; cod. Guelph. et cod. Galli: Ständen.
6) Reliqui: die wir.
7) bedacht] Unsch. Nachr. betracht.
8) Pez. ausschlagen.
9) Pez. et cod. Galli addunt: und in Ewigkeit zu bleiben mit Gottes Hülfe willens sind. In cod. Guelph. haec margini, sed ab eadem manu, adscripta sunt.
10) Sic autogr., sed reliqui: dieses allein.
11) Sic autogr., sed reliqui: und durch nichts anderes.
12) ewigen] tantum habet autogr.
13) außer] reliqui: aus.

ten leicht zu urtheilen. Denn er schreibet [14]) diesen Artikel offentlich: Gott gebe sich dem Menschen ohne Erkenntniß und Betrachtung des geschriebenen Evangelii, und dichtet, dieselbige Betrachtung sey allein eine Uebung des äußerlichen Menschen, wie im Judenthum Uebunge sey gewesen, nicht Schweinefleisch zu essen etc. Dieses alles ist grausame Verachtung der allergnädigsten Offenbarung Gottes, und ist offentliche Gotteslästerung; denn S. Paulus spricht: Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Item: fides ex auditu est etc. Und ist gewißlich wahr, daß Gott Schrecken, Trost und ewiges Leben wirket [15]) durch dies [16]) Mittel, nämlich durch Betrachtung des äußerlichen geschriebenen Worts [17]). Und obgleich die Betrachtung ohne Gottes Geist [18]) nicht kräftig [19]) ist, so bleibet doch diese Regel wahr, daß Gott also wirket durchs Wort, und will, daß man ihn dadurch erkennen soll, und soll der Glaube das Wort und diesen wahrhaftigen Gott anschauen, der dies Wort gegeben hat und sich darin geoffenbaret.

Weiter sagt Schwenckfeld viel Lügen auf unsre Kirchen de necessitate, de fato etc. Item, er lästert heftig, daß in unsern Kirchen gelehrt wird, die Menschen vermögen nicht Gottes Gesetz zu erfüllen, so er doch wohl weiß, wie dies erklärt wird, und ist unsre Lehre offentlich ad Rom. 7 — 8. [20]) ausgedruckt. Und thut listiglich wie etliche andere, fasset [21]) keine Summam christlicher Lehre, zwacket allein [22]) etliche Stücke aus unsern Büchern, und streicht sein Gift daran, die Leute damit von unsern Kirchen abzuwenden. Darnach werden sie irre, und haben keine Summam christlicher Lehr, und kommen ganz vom Ministerio, und sind keiner Kirchen Gliedmaß. Nun ist es leicht, also Stücklein abzuzwacken und vorwitzigen Leuten thuts sanft, wenn sie hören uns [23]) tadeln. Darum verwerfen wir einträchtiglich die oberzählten Irrthum und alle Lügen des Stenckfelds, und sollen die Prediger zuweilen davon Bericht thun, auf daß sich das Volk wisse zu hüten.

14) schreibet diesen] sic autogr., reliqui: streitet diese.
15) wirket] Unsch. Nachr. wirken will.
16) Pez. das.
17) Cod. Guelph. et cod. Galli: Worts Gottes.
18) Geist] U. N. et cod. Guelph. Wort. — Cod. Galli: ohne Gott, praetermisso Geist.
19) nicht kräftig] U. N. ein kräftig Ding.
20) Pez. et U. N. offentlich Röm. 7. und 8.
21) Pez. et U. N. und fasset.
22) Pez. et U. N. nur allein.
23) Autogr. uns; reliqui: etwas.

Von Osiandri Lehr [24]).

Von Osiandri Schriften [25]), darin zum Theil viel dunkler Reden sind, zum Theil auch offentlich ungerechte Reden und Deutungen, haben wir in Summa dieses bedacht, daß wir, die wir hie [26]) unterschrieben, bleiben wollen bei unsern vorigen Antworten, welche wir auf Osiandri Buch [27]) gestellet haben, und bei dem Consensu aller andern Kirchen, darin christliche Lehr recht geprediget wird, die in der Hauptsache einträchtiglich [28]) mit uns gleiche [29]) Antwort geben haben, so wir uns doch zuvor nicht mit einander haben unterreden [30]), oder eine Conspiration können machen, und wollen diesen wahrhaftigen Consensum nicht trennen.

Was nun Osiander von den göttlichen Personen schreibt, das mögen verständige Leser bei sich berathen [31]); als, da er spricht: si libet, adde spiritum sanctum. Item, er setzt [32]) an keinem Ort Unterscheid zwischen dem Sohn und heiligen Geist; item, er macht nicht Unterscheid zwischen der Gegenwärtigkeit [33]) göttlicher Natur in Christo und andern [34]) Heiligen. Item, er spricht: die Vergebung der Sünden sey allen Menschen gegeben, da Christus seinen Gehorsam am Kreuz vollendet hat; aber diejenigen, die verdammt werden, werden darum verdammt, daß sie nicht haben iustitiam essentialem. Item, allein die Gottheit sey [35]) Gerechtigkeit; der Gehorsam Christi sey nicht Gerechtigkeit.

In diesen Reden hätte er vielleicht andre Erklärung gegeben, so er gelebt hätte, besser [36]) denn wie sie lauten. Aber die Hauptsache ist diese, daß er spricht, der Mensch sey nicht gerecht von wegen des Gehorsams Christi, sondern von wegen der Gottheit, so sie in den Menschen wohnet, und streitet [37]) ausdrücklich wider die

24) Hunc locum de Osiandro Pezelius ultimo habet loco, post caput: *de auctoritate episcoporum.*
25) Von Osiandri Schriften] apud Pezel., in U. N. et in cod. Guelph. et cod. Galli inscriptionem capitis faciunt.
26) die wir sie] autogr.; sed reliqui: so wir allhier.
27) Buch] Pez. Schriften.
28) Cod. Guelph. et U. N. einiglich.
29) gleiche] tantum habet autogr.
30) unterreden] autogr.; reliqui: unterreden können.
31) berathen] sic autographon, sed reliqui omnes, fortasse rectius: betrachten.
32) setzt] cod. Galli, cod. Guelph. et U. N. sagt.
33) Gegenwärtigkeit] Pez. Gerechtigkeit.
34) andern] Pez. den.
35) sey] Pez. ist.
36) besser] Pez. non habet.
37) streitet] Pez. schreibet.

iustitiam imputatam propter obedientiam Christi. Nun haben die Heiden auch dieses erkannt, daß große Tugend Gottes Werk ist, und hätte [38]) ihnen diese Definitio Osiandri sehr wohl gefallen: iustitia est, quod facit nos iusta facere, und Gott selbst ist iustitia. Aber wir in der Kirche Christi müssen wissen nicht allein vom Rechtthun, sondern wie wir Gott gefällig sind, so wir doch noch Sünde an uns haben, und [39]) dieser Gerechtigkeit weit [40]) nicht gleich sind, darzu uns Gott laut seines Gesetzes erschaffen hat, und darzu er uns wieder auferwecken wird. Und was wäre uns geholfen, wenn wir nicht wüßten, wie wir Gott gefällig wären [41]), ob wir schon der Engel Tugend hätten? Darum muß dieser Trost in Gottes Gericht und wahrhaftigem Schrecken allezeit erkannt und erhalten werden, daß wir Vergebung der Sünden haben, und daß die Person gerecht [42]), das ist Gott gefällig sey von wegen des Mittlers Christi, Gott [43]) und Menschen, und nämlich von wegen seines Gehorsams durch [44]) Glauben, und daß uns also Gerechtigkeit zugerechnet [45]) werde, wie es Paulus nennet. Alsdann in diesem Trost ist [46]) wahr, daß Gott in uns wohnet, und wirket Leben und neuen Gehorsam, und soll davon nicht allein heidnisch geredt werden, sondern Unterscheid der Personen gehalten werden. In wahrhaftiger Angst soll erst das Herz den [47]) Mittler anschauen, und soll der Glaube auf des Mittlers Gehorsam gebauet seyn. Also kommt das Herz zur göttlichen Majestät, empfähet Trost, Leben und Freude. Item, es soll auch in der Wirkung Unterscheid der Personen gehalten werden. Der Sohn wirket Trost durch das Evangelium und zeiget den Vater, und wird der heilige Geist vom Vater durch den Sohn in das Herz ausgegossen, der neue Regung wirket, wie [48]) er ist, und bleibet gleichwohl der Trost und das Vertrauen [49]) auf dem Herrn Christo als [50]) Mittler, und weiß Paulus [51]), daß der Gehorsam Christi iel höher zu achten ist, denn alle diese Wirkung in anern Menschen.

Wie aber Osiandri Argumenta dagegen zu erklären sind, das ist in etlichen Büchern angezeigt. Gott ist Gerechtigkeit, das ist gewißlich wahr, und macht gerecht, aber also durch Christum, wie gesagt ist, erstlich daß die [52]) Person gerecht ist, das ist, Gott gefällig, durch zugerechnete Gerechtigkeit von wegen des Gehorsams Christi durch den Glauben. Darnach wirket er Gehorsam, der heißt Gerechtigkeit, nicht daß die Person darum Vergebung der Sünden habe und Gott gefällig sey, sondern darum, daß derselbe Gehorsam Gleichheit mit Gottes Gesetz anfahet, und ist Unterscheid inter iustitiam imputatam oder personae, und iustitiam inchoatam novae obedientiae, wie Paulus Unterscheid machet inter gratiam et donum per gratiam, und Johannes spricht: gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Und redet der Prophet Jeremias von beiden Wohlthaten Christi und von der ganzen Seligkeit, da er spricht: dabo David germen iustum, und sein Name wird seyn Jehovah unsre Gerechtigkeit. Und wie Esaias spricht: durch den Herrn wird gerecht werden aller Saame Israels.

Diese Erzählung ist allein darum hie gesetzt [53]), zu erinnern, daß wir bei den vorigen Antworten und dem Consensu der Kirchen, die gleiche Antwort mit uns gegeben haben, bleiben wollen. Der Sohn Gottes, der gesprochen hat, ego sum vitis, vos palmites, wolle uns gnädiglich lehren, regieren und seine Gliedmaß machen, Amen.

Von den Ceremoniis [54]).

Einigkeit in rechter Lahr [55]) ist ganz nöthig. Die wollen auch wir durch Gottes Gnade getreulich halten. Dergleichen ist Einigkeit auch von [56]) Sacramenten, daß wir auch [57]) die Kinder taufen, item, daß wir die Communion halten, sprechen verba Christi de coena, und geben den Communicanten das ganze Sacrament, daß auch nicht Messen ohne Communicanten gehalten werden; item, daß man die Kranken in ihren Wohnungen communicirt [58]).

38) hätte] Pez. hat.
39) Pez. et U. N. und wir.
40) weit] Pez. non habet.
41) wären] Pez. et U. N. würden.
42) Pez. et U. N. gerecht ist.
43) Pez. et U. N. Gottes.
44) Pez. et reliqui addunt: den, quod autogr. non habet.
45) U. N. zugeeignet.
46) Pez. et U. N. ist in diesem Trost.
47) Pez. et U. N. den rechten.
48) wir] U. N. et cod. Guelph. wo; male. Nam sensus est: motus tales, quales ipsi conveniunt, i. e. sanctos.
49) und das Vertrauen] Pez. non habet.
50) Pez. et U. N. als dem.
51) und weiß Paulus] sic autogr.; reliqui: denn Paulus sagt.
52) Pez. diese.
53) hie gesetzt] Pez. et U. N. hinzugesetzt.
54) Pez. Von Ceremonien.
55) Pez. et U. N. in der rechten Lehr.
56) Pez. et U. N. von den.
57) auch] Pez. non habet.
58) item, daß man d. Kr. — communicirt] praetermissa sunt a Pezel.

Von der Beichte[59])

wird an mehrern Oertern Einigkeit gehalten, daß die, so communiciren wollen, zuvor die Privat Absolutio demüthiglich[60]) suchen und Besserung zusagen. Item, daß die Jugend und andre Ungelehrte da[61]) gehöret und unterwiesen werden in der Summa christlicher Lehr. Doch soll niemand beladen werden mit Erzählung der Sünden.

Weiter von äußerlichen menschlichen Satzungen haben wir dieses bedacht: in den vornehmen Ordnungen, als Sonntagsfeier[62]) und Festen Christi, ist Einigkeit, und wollen wir dieselbige Ordnung gleichförmig halten. Denn daß etliche Feiertage zu ehrlicher, öffentlicher Versammlung zum Predigtampt, zur Communion und zum gemeinen Gebeth gehalten werden in rechtem Verstande, das ist Gottes Wille, und ist alle Zeit der Kirchen Gewohnheit gewesen, daß vor und nach der Communion in der öffentlichen und ehrlichen Versammlung Gesänge, Lectiones der Episteln und Evangelien, Symbolum, Gebeth und Danksagung gehalten werden. Das ist auch noch gewöhnlich in allen unsern Kirchen und soll bleiben. Dieses ist aber ungleich, daß man singt nit an allen Orten[63]) lateinisch; item, die Meßgewand und Chorrock sind an etlichen Oertern abgethan; item, es sind andre geringe Ceremonien an vielen Orten abgethan. In solchen Gleichheit wollen anrichten, würde Ursach einer neuen großen Spaltung und Unruhe geben, und ist von uns bedacht, daß es besser sey, daß man die Land und Kirchen in denselben geringen Dingen nicht unruhig mache[64]). Denn unnöthige Veränderungen bringen Ungeduld, Widerwillen und Verachtung der Religion, Prädicanten und aller Regenten. So hat man erfahren die fünf Jahr, welche Schaden aus solchen Veränderungen in Sachen, die an ihnen selbst geringe gewesen seyn, gefolget, und wird[65]) an jedem Ort die Obrigkeit und verständige Prädicanten selbst wissen Unterscheid[66]) zu halten zwischen nöthigen und unnöthigen Dingen, und Aergerniß verhüten, und kann nützliche Ordnung in rechtem Verstand gehalten werden, wie in einer Schule Ordnung der Lection gemacht wird, davon[67]) auch die Prädicanten das Volk christlich unterrichten sollen.

Es ist leider gemein in diesem elenden Leben, daß man viel unnöthige Dinge mehr achtet, denn nöthige Dinge. In der Kirchenregierung sind vier hochnöthige Dinge: rechte Studia, Ordinatio, Consistoria mit ernstlicher executio, und Visitatio. Diese vier vornehme[68]) Sachen sind vor Zeiten den Bischoffen und Stiftern befohlen gewesen, welche alle vier viel hundert Jahr von ihnen ungeacht, oder ungerecht und übel gehalten[69]) seind. Welchen Fleiß sie thun zu Erhaltung nöthiger Studia ist am Tage. Darüber sind sie Verfolger rechter[70]) Lahr. In der Ordination haben sie niemand unterwiesen, und haben unrechte Verpflichtungen angehängt; in Consistoriis haben sie Untugend nicht gestraft; ihre Visitatio hat auch nicht zu Erhaltung christlicher Lehre gedienet. Nun ist gleichwohl hoch nöthig, daß man diese vier Dinge wiederum aufrichte. Die Schulen sind durch Gottes Gnade in etlichen Landen und Städten ziemlich angerichtet. Aber die Ordinatio der Priester hat großen Mangel bei uns allen. Denn obwohl in etlichen Landen eine ceremonia ordinationis und Examen gehalten wird, so ist doch die Unterweisung der Ungelehrten zu kurz, und besonders präsentirt der Adel viel ungelehrte Personen, und ist darauf zu gedenken, wie die Superattendenten die Unterweisung, Examen, Ordinatio und Visitatio halten sollen. Denn wo man ungelehrte Pastores hat, werden sie noch unfleißiger, so keine Visitatio ist, darin man sie verhören und unterweisen sollte.

Von den Consistoriis und Straff der Priester, die sich ungebührlich halten.

Daß zu den mannigfaltigen streitigen Ehesachen, item, zu der Priester Schutz und Straff, besondere Consistoria nöthig sind, dieses ist ganz offentlich. Nun sind an etzlichen[71]) Orten die Consistoria geordnet, aber

59) Verba von der Beichte in autographo ita scripta sunt, ut hic dedimus, videlicet, ut novae inscriptioni inserviant. In reliquis arcte iuncta sunt antecedentibus; et rectius.

60) demüthiglich] tantum in autogr.

61) da] Pez. non habet.

62) Pez. vornehmsten Stücken Ordnung zu behalten, als in Sonntagsfeier.

63) nit an allen Orten] Pez. et U. N. nicht in allen Kirchen.

64) Pez., U. N. et cod. Guelph. addunt: Eine jede Kirche hat nach Gelegenheit der Umstände sich der Mitteldinge zu gebrauchen, oder, da sie gefallen, zu unterlassen.

65) wird] autogr. wie; ex mendo.

66) Pez. et U. N. einen Untersch.

67) U. N. darum.

68) Pez. et U. N. vornehmste.

69) ungerecht und übel gehalten] sic autogr.; reliqui: oder übel gehandelt.

70) Pez., U. N. et cod. Guelph. addunt: christlicher.

71) etzlichen] Pez. et U. N. manchen.

die executio ist schwach. Darum ist Noth, daß man in die Aempter Befehl thue, daß die Amptleute auf die Anzeige [72]) der Consistorien wollen einen Ernst erzeigen, und die Execution nicht unterlassen, sie belange Priester oder andre Personen, in Fällen, welche in die Consistoria gehören.

Von der Bischoff Autorität.

Die hohen Potentaten und die Bischoff selbst arbeiten sehr darauf [73]) daß den Bischoffen die Ordinatio [74]) wiederum zugestellet werde, und werden mancherlei Ursach angezogen, wie [75]) die Verständigen wissen, deren etliche die hohen Personen sehr zu Gemüthe führen. Dieweil aber die Bischoff die rechte Lehr verfolgen, so ist die [76]) Unmöglichkeit vor Augen. Es kann nicht ein einträchtig Corpus aus den Verfolgern und unsern Kirchen werden. So hat man befunden mit dem Interim, daß dieses Flickwerk unmöglich ist. Wenn gleich Fürsten und Herren der Bischoffe Autorität gern wollten wiederum erheben und stärken, so folget doch nur bei den Unterthanen nur Zweispalt [77]) und neue Unruhe, und ist viel besser, daß die Fürsten in ihren eigenen Kirchen christliche Einigkeit erhalten, denn daß sie um der Bischoffe willen die Spaltung [78]) größer machen.

Damit aber gleichwohl nöthige Dinge zu [79]) Gottes Ehr, und zu gutem [80]) Regiment erhalten werden, ist alle Herrschaft selbst schuldig, diesen Fleiß zu thun, daß rechte Lehr in Kirchen geprediget werde, daß Consistoria sind zu Straff der Untugend und zu Erhaltung ehrlicher Zucht und Einigkeit, wie im Psalm geschrieben stehet: aperite portas, principes, vestras; und Esaias spricht: die Könige sollen der christlichen Kirchen Nährer seyn, wie christliche Fürsten [81]) selbst wissen und verstehen, daß diese hohen Gottesdienst in ihr Ampt gehören.

Es ist auch bedacht, daß man die Herrschaft erinnern sollte von den Druckereien und Buchführern, zu gebiethen und ernstlich darob zu halten, daß man ohne Zulassung der Personen, die Befehl haben, nichts drucken oder verkaufen sollte.

Ioannes Forsterus [82]).
Valentinus Pacëus.
Henricus Salmut.
Ego Andreas Hyperius interfui et his assentior.
Ego Ioachimus Camerarius huic actioni interfui et his assentior.
Ego Philippus Melanthon huic actioni interfui et his assentior.
Assentior etiam ego Adamus F. [83])
Et ego Caspar Lanius assentior.
Assentior etiam ego Nathanael et Adami F. filius.
Ioannes Sleidanus ista probo, ut subscriptione testor.

No. 5607. (23. Maii.)

(*Testim. de Sal. Linckio.*)

Edita in Riederer's Abhandll. p. 438. (*Lunz.*)

Omnibus lecturis has literas
S. D.

Scriptum est in Syracide: Esto orphano pater, tunc Deus magis diliget te, quam mater tua. Hanc promissionem divinam dulcissimam et amplissimam esse, iudicari ex collatione materni amoris potest, cum omnes sciant in pectore matris erga sobolem στοργὴν ardentissimam esse. Hac igitur moti promissione libentius benefaciamus orphanis, praesertim iis, qui sunt nati ex honestis viris, qui fideliter servierunt Ecclesiae Dei. Fuit autem pater huius *Salomonis Linccii* *) vir integerrimus,

---

72) Pez. et U. N. auf Anzeige.
73) Pez., U. N. et codd. und Bischoff arbeiten selbst darauf.
74) Reliqui addunt: und *iurisdictio*, quae autogr. non habet.
75) Pez., U. N. et cod. Guelph. wie dann.
76) Pez. diese.
77) Pez. et U. N. Unterthanen Zweispaltung.
78) Pez. et U. N. Zwiespaltung.
79) zu] Pez. non habet.
80) zu gutem] Pez., U N. et cod. Guelph. nöthige.
81) Fürsten] Pez. Herren.

82) Haec nomina subscripta tantum habentur in autographo.
83) *F.*] est Adam Krafft.
*) De hoc *Salomone Linck* praeter ea, quae ex hoc testimonio cognovimus, vix quidquam constat, nisi quod initio anni 1543. in Academiam venisse traditur, ubi vel ob paupertatem parce vixisse, vel dissolutiorem vitam egisse videtur. Vid. *Verpoortennii* sacra superioris aevi Analecta ep. 35. et 68. p. 128. et 189. In hac utraque epistola pater eius rogatur, ut mittat pecuniam, qua debita filii solvi et creditoribus satisfieri queat. Una insuper exstat Melanchthonis ad eum epistola, eodem, quo hoc testimonium, anno scripta, quacum ipsi hoc ipsum transmisisse videtur. Quodsi vero an. 1554. Witeberga abiit, ibi undecim annos commoratum esse consentaneum est. (*Lunz.*)

Wenceslaus Linccius, Theologiae Doctor, qui incorruptam Evangelii doctrinam in inclyta urbe Noriberga circiter triginta annos magna fide docuit. Et cum interfuerim una cum ipso gravissimis deliberationibus; scio, fuisse pietatem ipsius, et in indicando dexteritatem eximiam. Curavit et hunc filium Salomonem recte erudiri: cuius cum sint honesti mores, et eruditio eius usui esse possit in docendo, commendo eum omnibus bonis viris, ac oro, ut eo benignius eum adiuvent, quia et orphanus est, et tali natus patre, qui diu Ecclesiae servivit. Certissimum est, Deum vicissim benefacere iis, qui orphanis opem ferunt. Bene vale, Lector. Datae in conventu Naopyrgensi, Anno 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5608. 24. Maii (Naumb.)

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 201 sq. Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 198.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Scio te audientem Synodi nomen cohorrescere. Etsi enim bonis mentibus nihil est dulcius quam colloquia cum bonis et doctis, tamen dissimilium congressus quales fuerunt omnibus seculis, et quomodo accenderint odia *) et discordias, notum est. Nunc in hac nostra Synodo Naoburgensi pauci hactenus convenerunt, et tales quorum candor nobis probatur. Nulli adsunt hospites nisi Hessiaci, *Adamus*, *Hyperius*, et Pastor *Cassellanus*, et ex Argentorato *Sledanus*. *Suevi* adhuc expectantur. Etsi autem inter hos, qui nunc adsunt, nihil est dissensionum, tamen aliquid fortassis adferent alii, qui adventuri sunt, et non deerunt postea Sycophantae, qui nunc velut corycaei aucupantur novas ἀφορμὰς tumultuum. *Sledanus* ait τὸν λαμυρὸν recens non procul ab urbe Metensi conspectum esse.

Diu iam quaerimus, *Ioachimus* et ego, virum idoneum ad gubernationem Ecclesiae vestrae. Et ingenia alicubi bona sunt, sed aetas minor est, quam vellemus. *Ioachimus* tamen indicat hominem, cuius eruditionem et mores probat. Bene et foeliciter vale. die 24. Maii *).

Philippus.

*) Text. edit. *odium* mendose.

No. 5609. 24. Maii.

P. Ebero.

† Ex autographo in bibl. Norinberg. descripta a Cl. *Rannero.*

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Paulo Ebero, fratri suo carissimo,

S. D. Hanc epistolam dedi doctori Tubingensi *Iacobo* **), veteri nostro amico, qui huc iter fecit, missus ad Ducem *Borussiae*, et habet comitem Secretarium Ducis Borussiae, natum in familia equestri gentis Pomeranicae. Nondum viderant *Morlini* librum de controversia *Osiandri* cum ad nos venissent, et flagitabant exemplum. Si istic etiam petent, dari eis cures vel meum codicem, quem habet Reverendus d. *Pastor*, vel eum, quem habet Doctor *Georgius*. Utile est enim, eos prius haec legere, quam veniant ad litus Balticum. Si Gener meus hunc hospitem ad coenam aut prandium vocabit, quaeso ut tu quoque ad eum accedas, ut hospitalia officia ei praestes. Nam Tubinga in hoc genere in primis officiosa est, et tuos clamosos Francos superat. Bene vale. die 24. Maii.

Philippus.

No. 5610. 24. Maii.

C. Peucero.

Epp. lib. II. p. 406. (ed. Lond. lib. II. ep. 421.).

D. Casparo Peucero S. D.

Hanc epistolam dedi Doctori Tubingensi *Iacobo*, qui iter hoc fecit, missus ad Ducem *Borussiae*, et comitem habet itineris Secretarium Ducis Borus-

*) An. 1554. adscripsit alia manus.

**) *Iacobus Beurlin*, Theologus Tubingensis, cum Doct. *Ruprecht Dürr* missus ad Albertum ducem ad componendam controversiam Osiandricam mense Maio anni 1554.

siae, natum in familia equestri gentis Pomeranicae. Nondum viderant *Ioachimi Morlini* scriptum de controversia *Osiandri*, cum ad nos venissent, et exemplum libri petebant. Meum codicem tradidi Domino *Pastori*. Si igitur apud vos quaerent exemplum, petatur meus codex a D. Pastore. Eadem de re ad *Paulum* scripsi. Quaeso ut hospitalia officia huic veteri amico nostro D. *Iacobo* tribuatis. Paulo scripsi, ut vobiscum sit in coena et prandio. Tuam epistolam heri accepi, in qua erat dulcissima narratio de filiolo nostro. De caeteris coram. Spero enim nos proxima septimanaredituros esse. Oro filium Dei, ut vos et nos servet et gubernet. Bene et feliciter valete. Die XXIV. Maii.

No. 5611. (d. 27. vel 28. Maii.)

(*Anonymus ad Flacium Illyric.*)

† Ex apographo in cod. Galli I. p. 181. — Quanquam non dictum est quis scripserit hanc epistolam, et cui scripta sit, tamen eam hic dare voluimus, quum quid inimici Melanthonis de conventu Naumburg. suspicati fuerint, satis prodat. Ex argumento ipso apparet, concionatorem Naumburgensem eam scripsisse, et Matthias, cui scripta est, sine dubio est Matthias Flacius Illyricus.

Epistola de Synodo Naumburgensi.
(*Matthiae Flac. Illyrico.*)

S. Tuum silentium, venerabilis D. nulla excusatione eget, cum nostra amicitia concordia ac confessione fidei constet potius, quam isto vulgari officii genere. Multa tibi, doctissime *Matthia*, nos omnes debere agnoscimus. Sed dominus et frater noster Iesus Christus redditurus est tibi mercedem pro laboribus tuis, quandoquidem nos non possumus. Sed haec hactenus.

De conventu Theologorum his diebus hic habito libenter tibi multa scriberem, sed miro silentio omnia obtegunt. Venerunt ad nos 20. die Maii D. *Philippus* et D. *Forsterus*, prorsus inopinantibus nobis ac nescientibus. Secuti sunt sequenti die Lipsenses D. *Camerarius* cum D. *Paceo*. Aderant etiam duo ex ditione Principis Hessorum mihi ignoti. Hi hic commorati per dies 8 aut 10 cotidie sunt congressi; quid autem collocuti aut de qua re nemo sciebat. Illi dicebant, Principis *Augusti* mandato huc se contulisse, ut cum aliis theologis, quorum adventus expectabatur, colloquerentur, et convenirent de certo responso dando Caesari, si nos rursus de religione mutanda interpellere vellet; quod brevi futurum timebant. Ego tamen postea privatim cum D. Valentino *Paceo* locutus, intellexi, Episcopos Mersedeburgensem et nostrum huius conventus non fuisse ignaros. Cum autem ultra octo dies Palatinorum et Wirtenbergensium adventum, ut ferebatur, frustra expectassent, paraverunt abitum, relicta hic copia scripti cuiusdam, quod dicebant summam eorum, quae hic egerint, continere. Hoc scriptum legi, sed ieiunius mihi videbatur et indignum tantorum Theologorum conventu tantisque impensis, et multis suspicio est orta, aliam fuisse huius conventus causam. Tamen hoc scriptum Pastor noster Mag. *Michael Deutzschmann* domino Magistro *Stoltzio* Vinariam transmisit, qui id T. E. missurum se scribebat, et ut spero nunc accipis. Plura aut certiora, doctissime vir, de hoc conventu ego scribere non possum; si vero scirem et possem, omnem operam et impensam libentissime impenderem. Nam et ego suspicor, sicut et T. E. scribit, publicam rem et arduam agi, quandoquidem manifestum est, theologos illos, quod pace eorum dico, cum impiis nostris episcopis susurrare. Nam noster precatiunculam quandam conscripserat e suggestu in sacris concionibus populo praelegendam, in qua speciosis verbis concordiam ac pacem Ecclesiarum petit. Hanc nostris ministris obtrudere et Ecclesiae intrudere volebat; et adhuc resistunt, quod tamen vulpem nostrum pessime habet, ultionem tamen differt in tempus commodius. De hac oratione pastor noster et diaconi consuluerunt eo, quod speciosa et bona esset ac bene interpretari posset, eam recipi ac legi debere, quod tamen, gratia sit Christo, nostri constanter renuerunt. Inde coniici potest, quid spei sit miseris Ecclesiis Christi in illis doctissimis viris. Sed consolatur nos quod scriptum est: *ex ore infantium* etc.

Ex his paucis, vir amicissime, cognoscere potes, quis sit status Ecclesiae nostrae. Sub lupis pro pastoribus se ostentantibus degimus. Christus Iesus, Dei filius, dominus et frater noster dilectissimus misereatur nostri, et conservet nos in pura Evangelii doctrina, Amen.

No. 5612. 28. Maii (Naumb.)

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 79. Cod. Goth. 188. ep. 146.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo, S. D.

Doctiss. vir et cariss. frater. Non si tantum fundere lacrymarum possem, quantum undarum volvit hic Sala vester, dolor meus leniri posset, quo adficior intuens hanc ripam Salae et cogitans ea, quae acciderunt, et causas eorum, postquam olim tecum, et cum aliis amicis, quos adhuc vere diligo, in hac ripa suavissime vixi. Nec solum tempus res humanas mutat, ut in versu Nazianzeni dicitur:

πάντα χρόνος πεσσοῖσιν ὁμοῖα τῇδε κυλινδεῖ,

sed nostra potius delicta, quae deplorare non cesso. Nec multi sunt, cum quibus colloqui licet de his ipsis malis. Sed reprimo me. Si hodie *Suevi* non venient, ut ratiocinor, non venturos esse, cras hinc, Deo iuvante, discedemus. Amicitiam vero nostram volo perpetuam esse, qua in coelesti consuetudine fruemur. Et tamen in hac vita etiam potest Reipub. eorum, qui docent, esse coniunctio. De gravissimis disputationibus cum viro doctissimo et optimo D. *Sneppio* [1]) colloquar aliquando, etiamsi nunc huc non accedit. Salutem ipsi et ceteris collegis, et vobis omnibus opto. Bene et feliciter vale, die 20. Maii [2]). Naoburgi.

Philippus Melanthon.

No. 5613. 29. Maii.

Io. Marbachio.

Edita in *Io. Fechtii* histor. eccles. sec. XVI. suppl. p. 39.

Ioh. Marbachio, docenti Evang. in Ecclesia Argent.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Fatum hoc est extremae senectae mundi, quo propter vetera et recentia magna scelera duriter quassantur et imperia et Ecclesiae. Nec tantum rabies adversariorum nostrorum et petulantia ingeniorum, sed etiam αὐλικαὶ πολυπραγμοσύναι turbant Ecclesias. Indicuntur Synodi sine gubernatore. *Hassiaci* huc venerunt, et isthuc *Sleidanus* praeter hos et me et meos collegas nemo adfuit. Nunc audio moliri quosdam, ut alia synodus indicatur. Utinam principes audirent meliora consilia. Te rogo, ut mihi quam primum scribas tuum iudicium de hoc nostro brevi colloquio. Scripsi enim narrationem, ut referre aliquid Legati suis possent. Et quanquam simplicissime omnia scripta sunt, tamen calumnias metuo. Vestrae Ecclesiae et urbi tranquillitatem opto, et oro filium Dei, ut vos et nos gubernet. Oro etiam, ut exules *Anglos*, et *Petrum Martyrem* amanter complectaris *). Ipsi etiam scripsi et eum adhortor ad tuendam Ecclesiae vestrae concordiam. Bene vale. Die 29. Maii.

Philippus.

No. 5614. 29. Maii.

Henr. Mollero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Virtute et eruditione praestanti, Magistro Henrico Mollero Hamburgensi, fratri s. carissimo.

S. D. Carissime Henrice. Fatum hoc est extremae senectae mundi, quod propter multa vetera et recentia magna scelera horribiliter quassantur et Imperia et Ecclesiae, ut vidimus aliquot annorum tumultus, et quasi euripos miras vicissitudines. Itaque et confirmemus animos, ut ferre communes aerumnas discamus, et petamus a filio Dei mitigationem. De tuo patre saepe in his patriae tuae periculis cogitavi. Nec tantum ingeniorum petulantia [et] rabies adversariorum, sed etiam αἱ αὐλικαὶ πολυπραγμοσύναι Ecclesias turbant. Cur hic conventus ad Salam indictus sit, ne nunc quidem scio. Hodie igitur, Deo iuvante, discedam, ad vos recta iturus, quod indicabis meae

1) Danz. *Schneppio.*

2) Non d. 20. Maii scripta esse potest, quum eo die Melanthon Naumburgum venerit, sed in fine Conventus Naumburgensis. Puto igitur in numero 20. mendum typographi esse agnoscendum et scribendum: 28. Maii.

*) De Petro Mart. et Bernardino Ochino, qui propter persecutiones ex Anglia abierunt anno 1553. et Argentoratum venerunt, vid. Sleidani comment. p. 808.

coniugi et filiae. Heri eadem hora huc venerunt *Stigelius* et meus gener et *Paulus Eberus*. Horum conspectus gratus fuit nobis omnibus. Te quoque vellem una advenisse, non quia referat historiam synodi cognoscere, quam istic leges, sed quia hospites viros honestos et doctos videre et audire nec insuave nec inutile est. Bene et feliciter vale. Salutem opto vobis omnibus. Die 29. Maii.

Philippus.

No. 5615. 5. Iun.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 537 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Integerrime vir. Cum venissemus *Naoburgum*, postridie venerunt Hessiaci, et ex Argentorato *Schledanus*. Postea quamvis ibi commorati sumus dies decem: tamen nemo venit. Quia igitur pauci adfuerunt, et inter eos, qui aderant, nulla est dissensio, non longa fuit disputatio. Filius *Michaël* mittit acta *). *Landgravius* mandata dederat suis, ut si dissensiones inciderent, ne se a Saxonici Electoris Legatis seiungerent, quod fuit omnibus nostris gratum. Filius iam libros suos transtulit in meam habitationem. Stylum eius considerabo aliquandiu. Et oro Deum, ut vos et vestros omnes servet incolumes. Bene et feliciter valete. Die 5. Iunii 1554.

Philippus.

No. 5616. 6. Iun.

Io. Bottichero.

Primum edita in *Io. Botticheri* (Profess. Francof.) libello: De arte disserendi oratio. Ex eo hic descripta est. Postea edita in Manlii farrag. p. 249. sine inscriptione, nec satis accurate.

Iohanni Bottichero.

S. D. *Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ*, inquit Theocritus. Ita et nos consociationem nostri agminis amemus, et, quantum possumus, tueamur. Prodest etiam Ecclesiae et Reipublicae, docentes et sententiis et benevolentia coniunctos esse: ac in his qui sunt sine ambitione, durabiliores sunt amicitiae. Pie igitur facis, quod interdum de benevolentia tua ad nos scribis. Mitto tibi pagellas non insuaves lectu. Bene vale: et significa, an has literas et libellos acceperis. Die 6. Iunii, quo ante annos 1909 Alexander Macedo natus est, qui est exemplum humanae infirmitatis: quia cum ingentes virtutes et dona Dei contaminasset magnis vitiis, cito et vitam et regnum amisit. Te scias in genere vitae meliore esse.

*) i. e. apographon scripti Melanthonis d. d. 23. Maii.

No. 5617. 9. Iun.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 390.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzero, amico et fratri suo charissimo,

S. D. Reverende vir et amice charissime. Ut *Lazaro* caniculae cruciatus leniunt: ita miseris sacerdotibus et scholasticis aliqui tenues privatis officiis opem ferunt. Facis igitur pie, quod complecteris *Ioannem* N. N. *Boticherum* Rupinensem, qui istic docet adolescentiam: qui quidem tua beneficia grata commemoratione praedicat. Spero eius labores Ecclesiae profuturos esse. Scripsi de eo ad senatum Perlebergensem. Te autem oro, ut addas tuam commendationem. Mitto tibi pagellas, quarum lectionem tibi non insuavem fore arbitror. Potes et illustrissimo Principi exemplum tradere. Fuimus *Naoburgi*, ut de controversia *Prussiaca* colloqueremur cum *Tubingensibus*. Et audieram vestros quoque eo venturos esse: sed nemo venit, praeter Hessicos. Discessimus sine ulla dissensione, Dei beneficio. Nec venerunt eo Tubingenses. Bene valete. Die 9. Iunii: quo die natus est Alexander Macedo, ante mille nongentos et septem annos.

Philippus Melanthon.

No. 5618. d. solstitii.

M. Collino.

† Ex autographo Pl. Rev. *Bachrii*, ab ipso mihi descripta.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Matthaeo Collino, in Academia Pragensi, fratri suo carissimo,

S. D. Doctissime vir et carissime frater. Non negotia impediunt, etsi non multum mihi est otii, quo minus saepe scribam, sed non saepe certos ad te tabellarios habeo. Nec scio, quando hanc epistolam accepturus sis, quam scripsi cum iam pacato littore Saxonico Dux *Brunswicensis Henricus* rursus mitteret exercitum ad Menum. Dei beneficio adhuc Halcyonia sunt in his vicinis Academiis, et docentium concordia est. In *Panonniae* aedibus [1]) *Matthias Lauterwald*, vetus amicus noster praestigiis disputationum sine vera causa turbat Ecclesias, cum quidem saepe eum amanter obtestatus sim, ut naturam rixatricem moderaretur. Sed talia sunt deliria postremae aetatis mundi, quae ut filius Dei sanet [2]) toto eum pectore oro. Mitto tibi pagellas, quarum lectionem spero tibi non insuavem fore. Exemplum dabis aut mittes *Floriano*, viro praestanti generis nobilitate et virtute. Mitterem et alia, si scirem, hunc fasciculum certo ad te perventurum esse. Bene vale carissime frater. Die solstitii aestivi 1554.

Philippus.

Valde te adhortor, ut, si qua erit occasio, alloquaris *Casparum a Nidbruck* in aula Regis. Vir doctus et honestissimus est.

No. 5619. 13. Iun.

Christiano III., Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. ep. 20.

Christiano III., Regi Daniae.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Durchleuchtigster, großmächtigster Herr König und Herr. Ewr. Königlichen Majestet füge ich in Unterthänikeit zu wissen, daß der Herzog zu Prewsen lange Zeit bei dem Herzogen zu Würteberg angehalten hat, daß etlich Fürsten ihre Prädicanten zusammen schicken sollten, um von Osiandri Sachen zu reden. Darauf ist bestimpt gewesen, wiewol wider meinen Rath, der Sonntag Trinitatis zu Naumburg einzukommen. Als aber etlich von Liptzick und Witteberg und die Hessischen zehn Tag da geblieben sind, und niemand mehr ankommen ist, haben wir ein kurze Unterrede gehabt, welcher Copia ich E. K. M. zusende. Soviel ich jetzund sunst neulich vernommen, habe ich hie eingelegt. Ew. K. M. kann ich auch nicht bergen, daß die hessischen Gesandten mich und andere berichtet haben, daß ihnen der Landgrave befohlen hätt, dieweil er nicht wisse, wer zu Naumburg ankommen würde, und was fürfallen würde, so ein Ungleichheit sich zutragen würde, sollten sich seine Gesandten nicht von Hertzog Augustus Leuten trennen. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen vom menschlichen Geschlechte sammlet durchs Evangelium und nicht anders, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und die junge Herrschaft allezeit gnädiglich bewahren und regirn. Dat. 13. Junii 1554.

E. K. Majestet

unterthänigster Diener

Philippus Melanthon.

(*Pagella huic epistolae inclusa.*)

In Hungarn halten die Türken jetzund Frieden von wegen des türkischen Kaisers Krankheit, und der Unruge am Türkischen, nachdem der Vater seinen Sohn hat tödten lassen. Nun hatten die Bischoff in Hungarn ein Verfolgung unserer Kirchen angefangen, davon die Städt in Siebenburgen bei dem König geklagt haben. Darauf hat der König Ferdinandus den Bischoffen geboten, daß sie die Kirchen in dieser Lehr, wie sie jetzund lehren gleichförmig der sächsischen Confession, nicht verfolgen sollen, und läßt ihnen der König auch Frieden.

Vom Kaiser, Anglia, Meklenburg hat K. M. zu Dänemark sonst gewisse Zeitung.

Markgrave Albert, Markgrave zu Brandenburg etc. ist in diesem Junio mit etlich hundert Reutern zu Ilmenau gewesen, in der Grafschaft Hennenberg; will Sueinfort und Plassenburg, die noch belagert sind, Rettung thun.

---

1) *aedibus*?] Vix sic scripsit Melanthon. Fortasse: *urbibus*.

2) Apogr. mihi missum habet: *qua* ut fil. D. *servet*, quod ita mutare, ut dedi, nullus haesitavi.

Herzogs Henrich von Brunswick Reuter, bei tausend Pferden, sind in diesem Junio auch wiederum in Franken gezogen, daß sie Markgrafen Albert wieder zurück treiben.

No. 5620. 14. Iun.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Spero iam te legisse ea, quae de conventu Naopyrgensi in ripa Salae scripsimus, de quibus iudicium vestrum scire cupio. Ante nostram iter mihi dictum fuerat, venturos esse ad nos etiam ex Marchia aliquos, et Marchio *Iohannes* literas misit ad legatos Principis Wirtebergensis, qui tamen etiam non venerunt ad nos. Tueamur nos consensum pium et coniunctionem Ecclesiarum quantum possumus. Nam aularum multae sunt mutationes. Hanc epistolam dedi huic *Petro Bogio*, nato non procul ab Hamburga, qui offert se ad operas scholasticas in vestra schola, et ad concionem de qua dixisti. Spero fore diligentem, et latine loquitur sine viciis grammaticis. Ad conciones nondum assuefactus est, sed pollicetur, se studiose tradi-turum summam doctrinae κατηχήσεως, quam certe saepe repeti utile est. Si praestabit diligentiam, retinere eum poteritis. Hic fideliter servivit. Bene vale. Die 14. Iunii anno 1554.

Philippus.

No. 5621. 17. Iun.

Fabricius ad Melanthon.

† Ex apogr. in cod. Goth. 212. p. 85.

Georgius Fabricius Philippo Melanthoni S. D.

Tuae voluntatis, fidei, virtutis, extant in his regionibus et extabunt testimonia sempiterna. Utinam te gratiores essent ii, qui esse deberent, et qui id verbo prae se ferunt. Miratus sum saepe in veterum historiis levissimis de causis maxima bella exorta. Eadem nunc calamitas rempublicam affligit, quae iis consiliis labefactatur, quibus putant aliqui posse constitui. Difficultas autem, quae istius coloniae *) initiis obiicitur, neque in te neque in me est, verum in re ipsa non satis provisa et non deliberata iis auctoribus, quibus utendum fuisset. Deinde, quod omnia contrahuntur in tam molestas angustias, grave erit docentibus, praesertim in ista servitute, quam nos sustinuisse sine tumultu, sine querela, omnes homines sciunt. Loquor de me: et tu, quamvis maiore et sapientia et fortitudine praeditus, istorum vel graviorum onerum expers non fuisti. Quod si peccata aliorum aut errores nobis imputantur, inique mehercule est. Sin Deus ipse impedit, quod Ecclesiae nocere aliquando potest, quis contra ipsum pugnaverit, etiamsi coelum, terram inclamet?

Nolim autem te, vir optime, molestia nescio ex quibus literis concepta nimium moveri, cui consiliorum factorumque rectitudo ac conscientia meriti consolatio esse potest. Literas ad Oeconomum tuas legi, et propter suspicionem mihi nihil cum illius consiliis commune. *Andream*, fratrem meum, qui ad usitatos iam honores aspirat, tibi et doctissimo viro D. *Peucero*, genero tuo, commendo, qui cum eum multis officiis liberaliter iuverit, nunc quoque in eo ornando tuebitur et beneficium et iudicium suum. Vale feliciter. XV. Calend. Iulii M.D.LIIII.

No. 5622. 18. Iun.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Iacobo Bordingo, doctori artis med. in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Non potui pluribus scribere cum et defatigatus essem matutina lucubratione et iam ad alia negotia vocarer. *Davidi* monstrabis hos versus scriptos de lue nunc grassante in oppido Heidelberga. Te vero valde oro, ut aliquid ad *Ioachimum Camerarium* scribas, qui te de mea praedicatione amat.

---

*) Vid. ep. d. 16. Febr. et d. 10. Ian. h. a.

In his tantis aerumnis publicis leniamus nobis moestitiam mutua benevolentia, et mihi quidem pulcrum videtur, nos, qui et eadem voce Deum invocamus, et eadem studia amamus, etiam animis inter nos coniunctissimos esse. Hodie hic expectamus *Marchionem Electorem*, qui ducit filium *Sigismundum* ad Salinas, ut collocet eum in Episcopi *διοίκησιν*. *Τοῦτο ἱερατικὸν ἀξίωμα σώζειν μὲν σπονδάζει, ἀλλὰ δοκεῖ κωλύειν ἡ εἱμαρμένη.* Sed Ecclesiam et nos in ea filio Dei commendamus. Bene vale. Die 18. Iun. 1554. Salutem vobis omnibus opto.

No. 5623. 18. Iun.

Dav. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1237.)

Davidi Chytraeo.

Doctissime vir et carissime frater. Scimus divina voce praedictum esse, hanc deliram senectam mundi habituram esse maiores confusiones Imperiorum, et tamen Filium Dei collecturum esse voce Evangelii aeternam Ecclesiam, et aliquos suos coetus servaturum esse. Optarim etiam sapientes principes sua *ἐπιεικείᾳ* lenire calamitates publicas. Ut hac aestate Saxonici Duces utrinque mediocri *ἐπιεικείᾳ* usi sunt. Ante paucos dies *Marchio Albertus* duxit exercitum ad oram patriae suae vicinam. Quid egerit nondum scimus. Petiverat Dux *Wurtebergensis*, ut aliqui Doctores Ecclesiarum convenirent. Venimus *Neopyrgum* ad Salae ripam, nos et *Hessiaci*, cumque ibi dies decem commorati essemus, discessimus. *Wurtebergenses* non venisse ad nos mirati sumus. Mitto pagellas. Bene vale et rescribe. 18. Iun. Philippus.

No. 5624. 18 Iun.

G. Fabricio.

† Ex apographo in cod. Zittaviensi ep. 33.

Georgio Fabricio

S. D. Carissime frater. Si monstravit tibi meam epistolam oeconomus vester ad te scriptam, ratiocinari potes, quam duriter accusatus sim. Sed respondi simplicissime. Semper optavi, ut hae regiones et tranquillae essent et veris ornamentis frequentissimae, pio consensu Ecclesiarum, docentium et discentium concordia et optimarum artium studiis. Et mea consilia illis ipsis notissima sunt, qui nunc suspicantur, me impedire illam novam Coloniae deductionem [1]). Sed si expellar etiam in hac senecta fortassis volet Deus mihi laborum molem nonnihil levare. Mitto tibi pagellas, ut soleo. Bene vale. 18. Iunii.

Philippus.

Laurentius [2]) vir doctus est, et tui amans; quare tibi eum commendo.

No. 5625. 20 Iun.

Christiano, Regi D.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 62. ep. 21.

Christiano, Regi Daniae.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaften Helfer, zuvor. Durchleuchtister, großmächtigster, gnädigster König und Herr. Ewr. Königl. Majestet bitt ich in Unterthänikeit, kein ungnädig Mißfallen an dieser meiner Schrift und Vorbitt zu haben. Denn wiewol ich weiß, daß E. K. M. sehr vielen gnädige Hülff thuet, so bin ich doch aus sonderlicher Tugend des gottförchtigen jungen Manns Andreä Petri, der zu Barsbeil in Jütland gebohren ist, bewogen, E. K. M. sein Armuth anzuzeigen. Gedachter Andreas Petri ist gottförchtig, züchtig und mit natürlichen Gaben des Verstands wohl geziert, und hat also wohl studirt, daß er durch Gottes Gnad in Kirchen und Schulen andere zu lehren tüchtig ist. Darum bitt ich neben ihm in Unterthänikeit und um Gottes willen, E. K. M. wolle ihm als einem armen, wohlgeschickten Unterthan, gnädiglich ein Jahr oder zwei Hülff thun zum Studio; dagegen erbeut er sich, sampt dem ernstlichen Gebet, den Kirchen oder Schulen im Vatterland treulich zu dienen. So ist nicht Zweifel, Gott gedenket dieser E. K. M. Elemosynen auch gnädiglich und vaterlich. Derselbige allmächtige, wahrhaftige Gott, Vater unsers Heilan-

---

1) Vid. ep. d. 16. Febr. et d. 10. Ianuarii h. a.

2) *Laur. Rulichius.*

des Jesu Christi, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammlet, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft allezeit gnädiglich bewahren und regirn. Dat. 20. Iunii 1554.

E. K. M.

unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

No. 5626. 20. Iun.

Io. Pottichero.

Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54⁴. Ex parte iam edita in Manlii farrag. p. 297. et in libro Boetticheri: De arte disserendi.

Eruditione et virtute [1]) *ornato Ioanni Potichero, Scholae Marianae gubernatori in Arctoa urbe, amico suo* [2]),

S. D. Cum in Mariana schola doceas [3]), decet te accuratius de etymologia nominis Mariae cogitare [4]). Etsi autem multi interpretantur *Miriam* [5]), amaros dies, tamen hanc etymologiam rectiorem esse [6]) iudico, Miriam seu Mariam [7]) doctrix populi. Id [8]) magis nomen convenit et sorori Moysis et matri Christi. Nam mater Christi ubique repraesentat Ecclesiam. Haec vere doctrix est populi, hanc omnibus officiis ornemus. Haec cogitabis cum scholam tuam intueberis aut ingredieris. Mitto tibi pagellas ac volo te mihi significare, an Margueriti montem migraturus sis. B. V. Die 20. Iunii, Ao. 1554 [9]).

P. M.

1) *virtute*] reposui pro *viro*.

2) Manl. tantum: *Amico cuidam*.

3) *doceas*] rescripsi pro *doceat*.

4) In Manlio sic: *S. D. De etymologia nominis Mariae accuratius cogitandum censeo*.

5) *Miriam*] Manl. non habet.

6) *esse*] abest a Manl.

7) Manl. *Miria seu Maria*.

8) *Id*] Manl. *Ideo*.

9) *Haec cogitabis* etc.] pro his Manlius: *Haec breviter nunc tibi scribo: ac volo te mihi significare, an meae literae in Margari monte sint redditae. Bene vale.*

No. 5627. 22. Iun.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Petro Vincentio, gubernanti literarum studia in urbe Lubeca.

S. D. Doctissime vir et carissime frater. Iam videre videor te lacrymantem exosculari *Nicolai Sueci* dextram, quae adhuc Dei beneficio salva est, et largo flumine lacrymarum eam madefieri. Magnum enim dolorem primus congressus adferet; sed scimus, quam fragilia sint humana omnia. Illud autem cogitemus, manifestum Dei beneficium esse, quod Nicolaus vitam non amiserit, et spero, servatum esse, ut consiliis Ecclesiam et patriam eo felicius iuvet, quia nunc praeliari corpore non potest. Serviat Deo ea parte naturae, quae praestantior est, imo quae est imago Dei. Hanc in corpore mutilato lucidiorem habebit, quam fortassis in corpore integro habuisset. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut et *Nicolaum* et nos gubernet. Bene vale et rescribe. Salutem opto D. *Valentino*. Die 22. Iunii.

Ph.

No. 5628. 24. Iun. (h. a.?)

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 83. Cod. Goth. 188. ep. 158.

Clarissimo viro, ingenio et eruditione praestanti, D. Ioanni Stigelio, fratri suo cariss. S. D.

Ὦ τῷ ἀληθεῖ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις καὶ σπουδαίοις ἅπασι, φιλτάτ' ἄνερ. Quod toties ad me tam amanter scribis, et tuam in tuenda amicitia nostra constantiam declaras, et habeo tibi gratiam, et vicissim te vere amo, tibique fausta omnia opto, ac si vivam, perficiam, ut exstent testimonia benevolentiae erga te meae. Etsi enim scio, noxam *γιγαντομαχίαν* parari, tamen non dubito, Deum coetus aliquos, eum recte invocantes, servaturum esse. Et fortassis, ut in veteribus Poëmatis scriptum est, Pan specie *αἰγοκέρωτος* terrore Titanas dissipabit; quod si ad physi-

cas interpretationes referes, conveniet cum iis rebus, quae nunc impendent. *Stephani* negotium mihi curae erit, quem scis me complexum esse ante multos annos, ac valde iam eius conspectu et sermonibus exhilaratus sum, cum quidem et morbo corporis, et aliis doloribus cruciarer. Sed Deo nos commendo, quem oro, ut Ecclesias suas ubique tueatur. *Victorino* salutem opto. Bene vale. die baptismi filii Dei, in quo illustri testimonio se divinitus patefecit.

Philippus.

No. 5629. 24. Iun.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 519. (ed. Lond. lib. II. ep. 544.).

D. Ioachimo Mollero.

S. D. Clarissime vir et charissime frater, Sumo idem exordium in epistola, quod est in versibus, quos tibi mitto.

Ut gerit agnorum lactentia corpora pastor
In gremio, quae sunt edita ventre recens:
Sic Deus has inter poenas mundique ruinas,
Discentum coetus dogmata sacra fovet.

Etsi infirmitas magna est in Ecclesiis nostris: tamen vidimus et videmus eas a Filio Dei tegi. Et hunc oremus, ut deinceps nos gubernet et protegat. Academiae studia ex pagellis, quas mitto, cognoscere potes. Et frater de suis auditoribus scribet, quos hortabor, ut sint memores officii sui. Mittit etiam ad te ipse pagellas in urbe *Naopyrgo* in ripa *Salae* scriptas, quo non alii praeter *Hessiacos* et *Sledanum* ad nos venerunt. Cum legeris, significato mihi iudicium tuum. Hoc scio, tibi et sòcero tuo gratum fore. *Landgravius* mandavit suis, ut si qua dissentio oriretur *Naopyrgi*, quia nesciret, qui eo venturi essent, non seiungerent se a *Saxonicis* legatis. Bene vale, et rescribe. Die *Iohannis Baptistae*, anno 1554.

De quaestione coniugali respondent hi, qui sunt in consistorio, qui mecum de eo collocuti sunt. Clarissimo viro D. Cancellario socero tuo, et vobis omnibus salutem opto.

No. 5630. 24. Iun.

(*Testim. de Andrea.*)

† Ex autographo in bibl. Guelpherb. descripta.

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Witeberga et caeteri ministri Evangelii in eadem Ecclesia salutem dicunt omnibus lecturis has literas.

Non alia vox in coelo et in terra unquam ardentior audita est, quam precatio Filii Dei in agone in qua petit colligi et servari Ecclesiam et sic regi, ut unum sit in Deo. Idem inde usque ab initio generis humani, omnibus temporibus donec universa Ecclesia ex morte resuscitabitur, petit. Propter hanc Filii precationem, cum colligat Deus Ecclesiam inter nos quoque gratias agimus et aeterno Patri et Filio eius Domino nostro Iesu Christo et Spiritui Sancto et gemitus nostros ad summi Sacerdotis nostri Domini Iesu Christi precationem adiungimus et petimus; ut semper inter nos quoque colligatur aeterna Ecclesia, quod cum fiat voce Evangelii et non aliter, sicut scriptum est: Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti, vult Deus eligi idoneos ad docendum Evangelium. Testamur igitur hunc honestum et eruditum virum „*Andream Zinkeisen* Gothanum „vocatum esse ad docendam Ecclesiam in pago „Smira prope Erfordiā." Cum autem a nobis petitum sit, ut explorata eius eruditione adderemus publicum ritum ordinationis, diligenter eum audivimus, et comperimus eum recte tenere summam doctrinae Christianae, et pie et constanter amplecti puritatem Evangelii, quam et Ecclesia nostra una voce et uno spiritu cum catholica Ecclesia Christi profitetur, ac a fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae Ecclesiae Christi abhorrere. Promisit etiam hic „*Andreas Gothanus*" in doctrina constantiam et in officio fidem et diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam Apostolicam publico ritu et pio commendatum est ministerium docendi Evangelii et administrandi Sacramenta iuxta vocationem. Cum autem Filius Dei, qui est λόγος aeterni Patris, vere sit efficax voce ministerii et faciat, ut ministerium sit salutare, sicut scriptum est: Sedet ad dextram patris dona dans hominibus, Prophetas, Apostolos, Evangelistas, Pastores et Doctores. Et sicut Dominus inquit: Ego sum vitis, vos palmites. Sine me nihil potestis facere. Oramus eum, ut adsit et huius iam

ordinati ministerio, et faciat ut sit salutare. Ipsum etiam *Andream Gothanum* et Ecclesiam suam hortamur, ut doctrinae puritatem retineant. Vere enim ibi est Ecclesia Dei, ubi sonat vox Evangelii incorrupta, vere ibi dat Deus aeternam iusticiam et vitam, vere exaudit et gubernat invocantes ipsum, mitigat etiam aerumnas huius vitae, et in ira recordatur misericordiae suae. Quare inquit: Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quidquid volueritis petetis et fiet vobis. Hortamur etiam eos, ut sint memores praecepti divini, de coniunctione et concordia cum aliis Ecclesiis recte sentientibus tuenda, sicut scriptum est: *ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστι, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.*

Datae Witebergae Anno 1554. Die festo Iohannis Baptistae.

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Witebergae, et caeteri ministri Evangelii in eadem Ecclesia.

Iohannes Bugenhagen Pomer D.

1. Timoth. 4.

Attende lectioni, adhortationi et doctrinae. Ne negligas donum, quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum coetus seniorum.

Iohannes Forsterus D.
I. B.
(L. S.) (L. S.)
Philippus Melanthon.
Sebastianus Kosthelius M.
Lucas Hezerus M.

No. 5631. 25. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 684. (ed. Lond. lib. IV. ep. 825.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Post tuum iter advenerunt viri optimi *Matthesius* et *Caspar*, qui praeest scholae litterariae in valle Ioachimica, quibus maxime gratum fuisset, hic nobiscum utrunque complecti. Et ego istuc accessissem, sed hodie me retinet desponsatio *Iohannis Lutheri*, nec poteram habere aurigam, cum plurimi iam ad mercatum Naoburgensem proficiscantur. Te quaeso, ut hos hospites tui amantissimos, excipias. Hodie audivi *Marchionis Alberti* exercitum esse in ditione Brunsvicensi, et magnas vastationes facere. Oro filium dei, ut leniat poenas. Bene vale et rescribe. die XXV. Iunii.

Philippus.

No. 5632. 25. Iun. (h. a.?)

Io. Amsterodamo.

† Ex apogr. in cod. Goth. 189. no. 39. et cod. Goth. 188. no. 22.

Egregia pietate et doctrina praedito, Ioh. Amsterodamo, docenti Evangelium in Ecclesia Bremensi, amico suo carissimo

S. D. N. veterem amicum, virum prudentia et virtute eximia praeditum, invitus tam cito dimisi. Sed frui nostris amicitiis in hac vita non vere possumus, fruemur paulo post apud Christum, filium Dei, in consuetudine prophetarum et apostolorum, quos profecto non visos tamen ardentissime diligo. Interim vero, dum in hac militia una sumus, tueamur consensum nostrum, qui certe utilis est Ecclesiae. Hanc ob causam scis, me amicitias piorum doctorum singulari studio colere, inter quos te propter eximium tuum candorem, et alias egregias animi dotes iam olim complexus sum. Gratias Deo agamus, quod aliquas servet *) Ecclesiae reliquias et reddidit lucem sui Evangelii. Hanc, ut retineamus, et communibus nos votis et caeteris officiis invitemus, sicubi prodesse Ecclesiae possumus. Et quanquam mundus undique concutitur, tamen Deo curae erit sua Ecclesia, quae certe nusquam est, nisi in eo coetu pura vox Evangelii sonat. Bene vale. Postridie festi Io. Baptistae, collegae nostri in munere evangelico.

Phil. Melan.

*) *servet?* Fortasse *servat.*

No. 5633. 27. Iun.

I. Hebenstreitio iuniori.

† Ex apographo in cod. Goth. 399. p. 201.

Honesto et erudito viro Magistro Iohanni Hebenstreit, iuniori *).

S. D. Doctissime vir. Etsi vellem praedictiones aut non edi, aut maiore circumspectione et gravitate scribi, ac tempestatum considerationes potius ostendi, quam fata imperiorum dici, quae tam saepe κολακευτικῶς scribuntur: tamen illi, qui te exagitant in suo theatro, plausus captant, nec tantum damnant doctrinam de effectibus coelestibus, sed abducunt iuniores ab universo orbe mathematum, ab arithmetica, a geometria, a doctrina de anni ratione, a cosmographia, de quibus artibus verissime dictum est a Platone: gratam de Deo famam eas sonare. Te tamen adhortor, ne rixeris cum illis artium vituperatoribus. Non est novum, verae Dei sapientiae multos maledicere. Ideo et vetustas dixit, Orionem a Scorpione necatum esse. Cedito potius, et causam iudiciis candidorum et non fascinatorum sua admiratione commendato. Sicubi possem tibi prodesse, mea officia tibi non defutura essent. Bene vale. Die 27. Iunii.

Philippus.

No. 5634. 29. Iun.

Cph. Pannonio.

Manlii farrag. p. 258. Iterum a Sauberto in Mel. Epist. lib. V. p. 314 sq.

Christophoro Pannonio (doctori in Acad. Francof.)

S. D. Clarissime vir et charissime frater. Multa exempla humanae infirmitatis intra octo annos vid@emus, quae mihi ingentem dolorem attulerunt. Sed profecto valde auxit meos dolores[1]) interitus viri praestantis sapientia et virtute, Doct. *Hieronymi*[2]) et quia privatim eum vere dilexi, et quia orbitate Reipublicae moveor[3]). Adiunxerat, ut scis, ad illam perfectam cognitionem suae doctrinae etiam Ecclesiae doctrinam. Et vox eius in gravissimis deliberationibus et profuit et deinceps profutura erat. Memini, nos de praecipuis doctrinae Christianae Articulis saepe familiarissime colloqui: atque utinam in hac nostra senecta diutius familiaritate nostra[4]) frui potuissemus. Sed hoc quoque fata tristia impedierunt. Deo nos commendemus, et petamus, ut nos gubernet. Tuam praefationem his diebus scribam. Bene vale die Petri et Pauli apostolorum[5]), Anno 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5635. 7. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 705. (edit. Lond. lib. IV. ep. 846.). — Retulit editor hanc epistolam ad annum 1556., quia Melanthon de Latimeri et Ridlaei morte loquitur, qui mense Oct. 1555. in Anglia interfecti sunt. Vid. Sleidan. p. 846. Sed profecto id d. 7. Iul. 1556. non fuit novum in Germania. Potius pertinet epist. ad ann. 1554., ubi Hardenbergius mense Iulio erat Witebergae. Paulo ante, videl. mense April. 1554., Cranmerus, Ridlaeus et Latimerus capti et damnati fuerant, (vid. Sleidan. comment. p. 818.) et videtur Hardenbergius famam, eos iam exustos esse attulisse. Eodem anno mense Iunio Henricus Brunsvic. (Lycaon) per inferiorem Saxoniam cum copiis vagabatur, a Principibus et urbibus pecuniam vi exigens. Vid. Sleidan. ib. p. 823. — Cantuariensis vero Archiepiscopus iam anno 1554. condemnatus et in carcerem coniectus, d. 21. Febr. 1556. Oxoniae combustus est. Vid. Sleidan. p. 864. et ipsius Melanthonis epistolam, veriora narrantem d. 21. Mart. 1556. Satis igitur evictum est, hanc epist. non scriptam esse anno 1556.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo, S. D.

In literis tuis signa video magni doloris, et cum pietas tua erga patriam *) mihi nota sit, non dubito, te magis affici hac cura, quam alios multos,

---

*) Doct. Medicinae in Acad. Erford., vid. epist. d. 27. Iun., d. 5. Aug. et d. 18. Aug. huius anni. Huic enim anno attribuendas putavi has epistolas, quod ex epistola Mel. d. d. 16. Febr. h. a. cognoscitur fuisse, qui ore et scriptis astrologiam hoc anno impugnarent. Vid. ep. d. 16. Febr. h. a.

1) Manl. mendose: *anxit me.*

2) *Hier. Schurfii.* Vid. epitaphium eiusd. in Script. publ. T. II.

3) *et quia orbit* etc. non habet Manl. sed: *et propter alia.*

4) Manl. *mutua inter nos familiaritate.*

5) *die Petri et Pauli ap.*] non habet Saubert.

*) Marchio Albertus mense Maio et Iunio 1554. Franciam bello vexabat.

praesertim cum et ea, quae sunt in conspectu, et alia, quae magis tetra impendent, cogites. Excrucior iisdem cogitationibus, magis aliquanto quam lithiasi, quae mihi iam satis molesta est. Sed quaeramus divinitus traditas consolationes, et petamus a filio Dei, ut suam navem servet inter has Symplegadas. Humana auxilia nulla videmus.

Adest *Albertus* Bremensis [1]), qui narrat suam Ecclesiam quidem Dei beneficio tranquillam esse, sed in vicinia augeri dissidia hospitum, qui ex Anglia redierunt, contentionibus, ac desiderat etiam in vetere suo amico Sarmatico [2]) moderationem [3]). In Anglia Phaleris *Vintoniensis* regnat potius quam Semiramis aut Zenobia: nunc sanctus senex *Latimerus* propter veritatis confessionem interfectus est. Nominat [4]) et alium quendam doctum virum, qui simul supplicio affectus est [5]). *Cantuariensis* [6]) damnatus est, ut teneatur inclusus perpetuo carcere. Ita ubique fera regnat Erinnys. Grassari etiam in vicinia exercitum *Lycaonicum* audimus. *Troianus* [7]) hic suo consilio ait se rediturum esse in patriam, quia aliquid peculii infodit terrae, quod vult tradere parentibus. Pietas adolescentis laude digna est. Nos aliquid ei viatici dedimus. Bene vale. Nonis Iulii.

Philippus.

No. 5636. (h. t.)

Hier. Baumgartnero.

† Ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 268.

1) Alb. Hardenbergius.

2) Io. Lascio.

3) Qui plura de iis, quae Hardenbergius et Io. a Lasco anno 1554. egerunt, legere velit, is evolvat Saligii hist. Aug. conf. T. II. p. 1108 sq. Adduxerat secum Lascius exules Anglos in urbem Embden, postquam in Dania sedem frustra quaesiverant. Scripserat Io. a Lasco catechismum, in quo discessisse videbatur in doctrina de sacra coena ab Augustana confesione. Quare Hardenbergius et Medmannus Christophoro, Comiti Oldenburgensi consilium dederunt accersendi Melanthonem, quod, quum audivisset Io. a Lasco, aegre tulit, eaque de causa succensuit Hardenbergio. Haec evenerunt anno 1554., et videntur permovisse Hardenbergium, ut iter faceret ad Melanthonem.

4) Ergo scribit, quae narraverat Hardenbergius, ea in re famam incertam sequutus.

5) Ridlaeus, Episc. Lond.

6) Cranmerus, Archiep. Cant.

7) i. e. Suinfortensis homo, per quem hanc epist. misit.

Clarissimo viro, sapientia et virtute praestanti, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae, amico suo carissimo

S. D. Malim ad te scribere de iis rebus, de quibus colloqui solemus, quam dari literas χρηματιστικὰς scholasticis. Sed haec officia scis necessaria esse. Ideo dabis veniam brevitati, qua ad te scribenti utendum est. Mitto autem epistolam de Anglica crudelitate, quam legens cogitabis, nobis nostras aerumnas aequiore animo ferendas esse, et Ecclesias, quantum fieri potest, etiamsi non omnia incommoda tollere possumus, fovendas esse, cum alibi et acerbiora pii ferant, et horribili saevitia prorsus dissipantur Ecclesiae*). O triste fatum ultimae huius senectae mundi, in qua ut miseram Ecclesiam gestet filius Dei toto eum pectore oro, oro etiam ut te et tuam Ecclesiam domesticam servet et gubernet.

Philippus.

No. 5637. (h. t.)

P. Ebero.

† Ex autogr. in bibl. Norinb. descripta a Cl. *Rannero.*

Paulo Ebero S.

Urbs ad Visurgim *Fabiranum* nomine dicta est [1]),
Quae clara est armis, sed pietate magis.
Inde huc *Albertus* [2]) venit gratissimus hospes
Ut curas aliqua parte levare queat,
Disserat et quaedam de Christi dogmate mecum.
Syrtibus ex mediis nos trahe, Christe, precor.
Nunc autem, ut moesti recreetur pectus amici,
Archilochi ante mittam carmina.

Mox veniens
Philippus.

*) Quod potissimum factum est per edicta Mariae Reginae Angliae, anno 1554. promulgata. Mense Febr. 1555. capitis damnati sunt quinque viri nobiles Evangelio adhaerentes; qua de re vid. Sleidan. comment. p. 830.

1) *Φυβίρανον* in Ptolom. lib. II. cap. 11. commemoratur ut urbs in Germania septentrionali. Hanc reperisse in Brema sibi visus est, sed sine ulla iusta causa, Franciscus Irenicus („Germaniae exegesis s. descriptio veteris medii et recentis aevi lib. XII. Haganoae 1518. fol."), quem deinde etiam editor Ptolomaei Michael Villanovanus (i. e. Servetus) in editione, quae Lugdun. Batav. 1535. fol. prodiit, sequutus est, qui haud dubie ex Irenico ad Graecum *Φαβίρανον* adposuit latinum: Brema. — Scribitur etiam Phabiranum, Fabiranum, Heberanum.

2) Albertus Hardenberg.

No. 5638. 10. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 685. (ed. Lond. lib. IV. ep. 826.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Donec vult nos Deus in hac aerumnosa militia, Ecclesiae servire, ubi possumus faciamus operas mandatas et alere coniunctionem nostri agminis studeamus. Idem et sentit et facit hic noster amicus, *Albertus Frisius* *), qui Bremae docet Evangelium, constanter tuetur coniunctionem cum nostris Ecclesiis, et non solum a fanaticis opinionibus abhorret, sed etiam irascitur petulantiae illorum, qui sunt tubae seditionum, et licentiam in vulgo confirmant. De multis gravissimis controversiis mecum pie et graviter locutus est. Te quoque valde diligit, et se tibi vult notum esse et probari. Socium habet itineris virum nobilem *Herbertum* **), quem propter eruditionem et naturae suavitatem libenter complexus sum. Natura eius in veteri versu picta mihi visa est, *ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη.* Spero tibi gratum facturum esse *Albertum*, si te alloquetur. De caeteris negotiis non libet scribere, sed oro filium Dei, ut Clementer Ecclesiam servet, et nos in ea gubernet et leniat publicas poenas. Typographi vestri filius adest, cui dabo pagellas confessionis. Bene vale cum Ecclesia tua domestica et publica. die Iulii X.

Philippus.

No. 5639. 10. Iul.

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 416. Apographon in cod. Goth. 212. p. 97.

Georgio Fabricio, gubernanti scholam Misnensem.

Scio, *Laurentium* modestum hominem esse, et de te reverenter, ut decet, sentire, et quanquam multa cogito de eius functione, tamen haec volo ei esse *κορυφαίοτατα* mandata, ne se disiungat a te ulla in re. Utinam cogitarent gubernatores, quam necessarium sit, tueri coniunctionem Ecclesiarum in hac regione, quam adhuc multae aliae gentes intuentur. †Fuit hic concionator Bremensis *Albertus* [*Hardenberg*], vir optimus et eruditus, qui studet tueri coniunctionem cum Ecclesiis nostris" *).

Hodie etiam ex urbe Vienna literas accepi, et scripta *Postelli* Galli, cuius nomen te nosse arbitror, quae ostendunt, maxime profuturam esse posteritati nostram concordiam. Sed haec coram copiosius. *Laurent.* tibi commendo. B. V. X. Iul.

No. 5640. 12. Iul.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1238.)

Davidi Chytraeo.

Carissime frater. Nulla salus bello;
pacem te poscimus omnes,
Gnate Dei, custos agminis alme tui.

Ultimam Ecclesiis principes parcant. Quam multae autem bene constitutae intra biennium dissipatae sunt! Funditus delecta sunt oppida *Culmbach* et *Swinfort.* Oro Deum, ut et vestros principes flectat ad *ἐπιεικείαν* et pacis amorem. Exercitus foederatorum ad Moenum nunc tenet oppidum *Meningen* et minitatur Hennebergiis. Filius Dei servet Ecclesiae suae reliquias et non sinat extingui lucem doctrinae. Bene vale et rescribe. Salutem vobis omnibus opto. Die 12. Iulii.

Philippus.

No. 5641. 12. Iul.

(*Testimon. de Helsingo et Montano.*)

Editum in Actis literar. Sueciae, Vol. I. (a. 1720.) p. 117., unde apographon acceperat *Lunzius* a B. Kordes, editum im Intelligenzblatt der neuen Leipz. Lit. Zeitung a. 1808.

---

*) Hardenbergius.

**) Adscripsit hic vetusta manus: Herbert von Langem.

*) Haec addunt C. G. et A. D.

p. 694 sq. — Alterum apographon ex eodem libro haustum mihi misit Vener. *Lüdecke*, Past. Eccles. evang. germanicae in Stockholm.

S. D. Omnibus lecturis has literas.

Ut in ipsa bruma Deus dat tranquillitatem aliquot dierum parienti Halcyoni in scopulis maris: ita nunc in vetustissimis et nobilissimis regnis, Suedico et Danico, in ipso mari parientibus ecclesiis et piis studiis nidos, pacem et concordiam docentium clementer tribuit, Et haec beneficia Dei inclytae et sapientes Reges in iis regnis magna pietate retinere student. Cum autem in ceteris regionibus toto orbe terrarum, alibi Reges et Pontifices delere ecclesias armis et impia saevitia conentur, alibi fiant dilacerationes dogmatum dissidiis: Deo gratias agamus, quod alicubi Halcyonia ecclesiis tribuit, ne lux doctrinae exstinguatur. Gratulor igitur his honestis et eruditis viris, Magistro *Martino Helsingo*[1]) et *Henrico Andreae Montano*[2]), natis in Suecia, redituris in patriam, ornatam veris bonis, luce doctrinae de Deo, iustitia et pace. Et quia inclyti Regis Suecorum literis ad propagationem verae doctrinae accersitus est Magister *Martinus*, primum eum inclyto Regi reverenter commendo, quia scio, in Magistro *Martino* excellens ingenium esse et omnium doctrinarum capax, et certe[3]) eum didicisse linguas, Latinam, Graecam et Ebraeam, initia Philosophiae, et incorruptam ecclesiae doctrinam et animi pietatem vera invocatione Dei et domini nostri Iesu Christi, et honesta morum gubernatione declarare. Quare et spero, eum pie et utiliter serviturum esse ecclesiae Dei, et oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, sedentem ad dextram aeterni Patris ut dona det hominibus, idoneos doctores, ut[4]) hunc *Martinum* faciat σκεῦος ἐλέους et organum salutare suae animae et patriae. Peto etiam[5]) ab omnibus in via, ut propter inclytum Regem et propter ecclesiam hos honestos et eruditos viros, redeuntes in patriam, in itinere hospitali iure defendant, de quo vere scriptum est:

Ζεὺς ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε
Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ[6]).

Bene vale, candide Lector. Die Iulii duodecimo. Anno 1554.

Philippus Melanthon
manu propria.

1) De *Martino* (*Olai*) *Helsingo* vid. *Adelung* in Supplem. ad *Jöcheri* Lexic. Eruditor., ubi pro *Bauzii* legendum est *Baazii*, et insuper testis addi poterat *Olauus Plantin Fant*, qui in Vindemiola litteraria, in qua Hellas sub Arcto, s. merita Suecorum in linguam Graecam — exponuntur. (Viteb. 1736. 8.) p. 28. has Melanchthonis literas primus in rem suam convertit. Cfr. *I. Molleri* Hypomnematt., ubi p. 371. post *Messenii* Chronicon Episcoporum per Sueciam, et quidem p. 63. ex edit. Holmensi 1611. monemur, Helsingum nostrum, quod rituum sacrorum formulam s. Liturgiam approbare noluerit, sede Episcopali quam Lindcopiae tenebat, an. 1575. esse motum, et Pastorem Nicopiae esse mortuum: ex quibus quidem Adelungus emendari potest. (*Lunz.*)

2) De *Montano* quid factum sit, non constat. (*Lunz.*)

3) *recte*?

4) Lunz. *et* pro *ut*.

5) Kord. *enim*; ex mendo.

6) Cfr. supra testimonium Christophoro Lippensi an. 1546. datum. (*L.*) — Locus est in Homeri Odyss. ι'. 270.

No. 5642. 16. Iul.

Sabinus ad Buchholzerum.

Manlii farrag. p. 378 b sq. — Manlius putavit epistolam esse a Melanthone scriptam, sed in exemplo Manliani libri in Bibl. Regia Berolin. adscriptum est, Georgium Sabinum esse auctorem, cui etiam argumentum convenit. Sabinus hoc tempore ex Prussia discessit propter motus Osiandricos. Vid. ep. d. d. 26. Mart. h. a.

Venerabili viro Georgio Bucholtzero, praeposito Berlinensi, amico suo colendo,

S. Commendo tibi doctorem *Ioannem Pontanum*, insignem medicum, et compatrem meum charissimum, qui has adfert literas: is relicta conditione, quam hic simul in aula, Academia, et tribus oppidis amplissimam habuit, revertitur in Germaniam, ne sit spectator eorum quae hic ab N. fiunt. Ex eo varia cognosces non solum de Ecclesiae, Academiae et Reipublicae nostrae statu: sed etiam de horrendis prodigiis, quae publicam haud dubie calamitatem portendunt. Nam et terra non procul ab oppido *Rosenburgo* se aperuit, magnamque vim ignis emisit: et in coelo plures soles saepissime apparent: et in nonnullis locis homines a diabolo abripiuntur. Ad haec, varia habet olea ex succino aliisque rebus preciosis confecta, quarum usus in curandis morbis est mirificus: item varia habet genera variorum piscium depicta: quae si volueris videre, omnia tibi ostendet. Neque praetermittere volui, quin eum illuc

iter habentem tibi commendarem: eo quod arbitrabar eius noticiam tibi non iniucundam fore. Accersitus est a iunioribus Saxoniae principibus ad conditionem honestam: quam tamen an ipse accepturus sit, sane nescio. Equidem optarem, illustrissimum Principem *Electorem Brandenburgensem* habere medicum tam praeclarum ac peritum. Meae res eo haerent loco, ut nec manere, nec discedere possim. Desii praelegere ante duos menses, meque ad discessum paravi: sed nonnulla pericula me remorantur, ex quibus tamen brevi me explicabo, Deo adiuvante. nam extrema iam tentabo: vosque, ut spero, videbo ante autumnum. Vale, et illustrissimo Electori me commenda. Datae decimo sexto Iulii, Anno 1554.

No. 5643. 17. Iul.

Io. Marbachio.

Ex *Io. Fecht.* hist. eccles. sec. 16. Supplem p. 42.

Iohanni Marbachio, Argentorati.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Legimus convocatos esse Doctores a Constantino, Theodosio, Martiano: sed existimo, maiore cura eas Synodos et convocatas et gubernatas esse, quam nostra *Synodus* in ripa Salae *Naopyrgum* convocata est. Optarim, plures adfuisse, et de iis controversiis collocutus esse prolixius, quarum explicatio necessaria est. Pagellas, quas tibi scripsimus, legisse te non dubito. Quare te valde oro, ut mihi scribas de tuo iudicio. Nunc tibi commendo hunc pauperem scholasticum, *Petrum Campensem*, qui memor divini praecepti: fugite idola, maluit in nostris Ecclesiis vivere, quam in patria. Sperat, sibi tribui locum in Collegio vestro posse. Quaeso, ut eum iis commendes, qui praesunt, et tua suffragatione adiuves. Valde te oro, ut mihi scribas, quam primum poteris. *Sledano* et vobis omnibus salutem opto. Bene vale. Die 17. Iulii. Anno 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5644. 26. Iul.

Scholasticis.

Scripta publ. Witt. T. II. p. 64.

Philippus Melanthon (Studiosis).

Non scimus, quo casu perierit adolescens studiosus et pius *Iohannes Weber*, filius viri honestissimi et integerrimi Pastoris Ecclesiae Dei in oppido Thuringico *Neapoli* ad Orlam. Sed quocunque casu perierit, commonefactio nobis est eius interitus, ut maiore cura petamus a Deo protectionem, et periculum vitemus. Cum autem iam ad funus exeamus, hodie hora octava non praelegam. Die 26. Iulii (1554.).

Philippus Melanthon.

No. 5645. 27. Iul.

Io. Webero.

Edita in epp. ad Stigel. p. 196. Danz. epp. ad Stigel. in append. no. 2. Cod. Goth. 188. ep. 148.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Weber, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Neapoli in ripa Orlae, fratri suo carissimo, S. D.

Venerande vir, et carissime frater. Ideo filius Dei assumsit massam humani generis, ut nos velut surculos suae massae insertos gestet et vivificet. Hunc filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae oro, ut te et honestissimam coniugem tuam consoletur et servet, sicut servavit Adam et Evam in luctu, cum amisissent filium Abel. Nam et vos filium vestrum carissimum amisistis, interfectum a latrone, qui, quis sit, nondum scimus. Die 17. Iulii filius tuus ex oppido nostro cum sartore quodam Triptissense egressus est, ut eum hinc discedentem comitaretur. Nec rediit huc. Sed die 24. Iulii nuntiatum est nobis, iacere corpus mortuum in vepribus, non procul a pago *Praten.* Egressi sumus igitur, Rector, ego et alii multi. Inter hos etiam convictores filii fuerunt, et hospes. Hi agnoverunt vestitum. Iacebat corpus in vepribus, et caput, et collum et partem scapularum canes laceraverant. Quomodo perierit, nondum scimus.

Sed locus alius, non procul ab eo loco, ubi corpus iacebat, cruore conspersus erat. Curavimus sepeliri corpus in loco sepulturae nostrae non procul a mei filii sepulcro. Scio, parentum dolorem in calamitate sobolis tantum esse, ut humana consolatione leniri non possit. Ideo filium Dei, crucifixum pro nobis, et resuscitatum oro, ut te quoque et honestissimam coniugem tuam, in hac vestra cruce erigat, et vos Spiritu Sancto suo consoletur, sicut affirmat Deus, se habitare in afflictis ipsum invocantibus. Solebat filius prope me assidere in lectionibus, ac interdum interrogabam eum. Hoc octiduo miratus sum, ubi esset, cum eum non viderem, et sperabam, in studio bene processurum esse. Sed agnoscamus communem infirmitatem generis humani, et oremus filium Dei, ut reprimat furores Diaboli, et servet Ecclesiam suam, et nos in ea, sicut dixit: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Die 27. Iulii.

Philippus Melanthon.

Inquiratur, ubi sit sartor Triptissensis, qui hic servivit, et interrogetur *), quo usque una ierint, et quale iter fuerit.

No. 5646. 27. Iul.

Ioannes Albertus ad Melanth.

† Ex prima delineatione, manu Ducis Ioannis Alberti propria scripta, quae asservatur in tabulario Suerinensi descripta a Tabularii praefecto, Clariss. *Evers.*

Reverendo et clarissimo viro, Philippo Melanthoni, artium et sacrae theologiae in Academia Vitebergensi Professori, amico nostro.

Ioannes Albertus Dei gratia Dux Megapolensis etc.

S. Est ita ut scribis, humanissime vir: patriae enim causa quae mihi est, ut esse debet, carissima, pacem feci. Etsi autem initio mihi a Deo optimo maximo potestas resistendi hostibus, qui me nulla causa, ac meos potius, nec indicto bello, iniuriis omnibus vexaverunt, non contemnenda daretur, tamen iniquam illam quidem et acerbam, patriae tamen profuturam pacem, iustissimo bello putavi esse praeferendam: praesertim cum iisdem, qui me bello persequuti sunt, nisi de meo iure aliquantulum decessissem, ecclesiis quoque et scholis, quae mihi cordi sunt, interitus impenderet. His igitur rebus adductus, Deo iustissimo iudici, meam causam disceptandam commisi atque tradidi, qui quidem novit optime, cui ex nobis pax fuerit carissima. Idem ego, cum Reges quidam, Electores et principes, mensibus aliquot superioribus, a me contenderent, ut cum illis facerem, quod tamen neque iustam satis neque idoneam causam existimarem, Germaniaeque statum non ignorarem, honeste ipsis de me, commodeque negavi. Ac novit Deus, quem actionum mearum solum et optimum habeo testem, quanta pacis quae esset cum honestate coniuncta, nec nostrae religioni inimica (ita vivam) cupiditate flagrarim: qua quidem potestne aliquid Christiano, et in literis vitam agenti accidere optatius? Atque utinam isti, qui se pacis autores et amatores haberi volunt, innocentesque omnibus exagitant incommodis isti inquam anno superiori, meo uti essent consilio quam armis decertare maluissent, profecto tantae clades in Germania communi patria nunquam extitissent. Sed ne longius progrediar, tibi mi *Philippe*, qui vicem te doluisse meam scribis, gratias quas debeo, ago maximas, istaque nobis a patre Domini et salvatoris nostri Iesu Christi, ut fides confirmetur nostra, et excitetur invocatio, scio accidisse. Munus M. *Michaeli Stanhufio* levidense mitto, eique de libro, quem mihi inscripsit, ago gratias. Te autem vehementer oro quoniam tuis literis mirifice delector, saepe ad me, et de omnibus rebus scribas. Amo te, charumque habeo, meque vicissim a te amari, cum volo, tum confido. Bene et feliciter vale.

Datae Swerini 27. Iulii Ao. 54.

Manu mea. AJ.

No. 5647. 1. Aug.

Cph. Libio.

Manlii farrag. 160 sq.

Reverendo viro, D. Christophoro Libyo, pastori Ecclesiae Dei in veteri arce Brenni, fratri suo charissimo.

S. D. Reverende vir et charissime frater. Adfuit in publica renunciatione gradus, vir doctus

---

*) Danz. *interrogaretur.*

et honestus *Erdmanus Copernicus*: in qua te quoque adfuisse optarim. Fuit recitata explicatio dicti Esaiae: Si peccata vestra erunt ut coccinum, et ut vermiculus. Et dictum, cur vermiculi mentio fiat, et qui sit color vermiculi: quia coccus vertitur in vermem, qui est immediata materia sanguinei coloris. Peccatum quiescit aliquandiu, postea fit vermis, et cruentat nos in poenis. Sed filius Dei detergit cruorem. Mittam tibi pagellas, cum fuerint editae. Quaeso ut cures mihi pro - Ioachimico emi cultros Tangermundenses, non grandiores multo, nec minores iis quos antea misisti, et eligito accurate factos. Dedi priores partim *Camerario*, partim Doctori *Alberto Bremensi* concionatori *), partim aliis, quibus admodum placuerunt. Bene vale, die prima Augusti, 1554.

No. 5648. 5. Aug.

Io. Hebenstreitio seniori.

† E cod. Goth. 399. p. 201 b.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Hebenstreit, seniori pastori Ecclesiae Dei in oppido Colede [Cölleda in Thuringia] *amico suo*

S. D. Venerande vir. Deus, qui est inspector et iudex cordium, scit, me optare, ut sit nostrarum Ecclesiarum concordia ubique, et extant nostra scripta et testimonia nostrae moderationis et patientiae, nec ignorant illi ipsi, qui filio vestro adversantur, quo consilio voluerimus iuventutem in doctrina de anno, et in cosmographia erudiri. Nec dubito provocare ad illos ipsos, qui contra nos scripserunt. Ipsi sciunt iudicia et voluntates nostras, et sciunt reverendum D. *Lutherum* et alios sapientes viros voluisse, ut iuventus disceret initia verae philosophiae. Scio etiam, quorum acerbitate hae contentiones accendantur. Vos oro, ut sitis animo tranquillo. Filius erit Deo curae, et inveniet locum honeste exercendi artem medicam. Hortatus sum etiam eum, ut prorsus omittat certamina cum iis, qui non studio veritatis sed propter alias causas ei adversantur *). Mea officia filio non deerunt. Bene valete. Die 5. Augusti.

Philippus.

*) Qui adfuerat Vitebergae mense Iulio 1554.

*) Vid. ep. 27. Iun. 1554.

No. 5649. 12. Aug.

Ge. Agricolae.

Epist. lib. II. p. 558. (ed. Lond. lib. II. ep. 580.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Domino M. Georgio Agricolae, gubernanti studia doctrinae in Inclyta Urbe Amberga, fratri suo charissimo,

S. D. Charissime *Georgi*, Cum in vita officiorum gradus divinitus in genere humano ordinati sint, et velit eos Deus testimonia esse suae sapientiae et bonitatis, reverenter sentire de omnibus honestis functionibus debemus. Quare etiamsi hanc nostram militiam docentium et discentium doctrinam de Deo, et alias honestas artes Centauri superbe despiciunt: tamen nos et huius gradus et aliorum dignitatem intelligamus, et sciamus, hanc Spartam nobis divinitus commendatam, ornandam esse. Tibi hoc quoque Dei beneficium gratulor, quod in patria hos pios labores facis. Etsi enim Ecclesia, communis patria est, tamen etiam στοργή movet animos, ut libenter apud cognatos vivamus. Ego iam senex magno desiderio fratris, viri sapientis et honesti adficior. Sed omitto hanc commemorationem. Oro autem Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae, ut vos omnes protegat, et gubernet studia iuventutis. Mitto tibi pagellas, quarum lectionem spero tibi non insuavem fore. Bene vale et rescribe. Die 12. Aug. Anno 1554.

No. 5650. 15. Aug.

Christiano Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 63. ep. 22.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnade durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zu=

vor. Durchleuchtister, großmächtiger, gnädigster König und Herr. Also ist geschrieben in Moise: Gott ist dein Leben und Erlängerung deiner Tage, und ist gewißlich wahr, daß Gott gnädiglich, auch über natürliche Kraft, Leben geben kann und giebt, wie er Ezechia das Leben erstreckt hat. Darum bitten und hoffen sehr viel Christen in E. K. M. Königreichen, und sonst und wir allhie, Gott werde E. K. M. stärken, und vielen Christen zu Gut noch in diesem leiblichen Leben lange erhalten. Dieses wolle Gott gnädiglich geben. Zeittungen, so viel ich jetzund gewißt, habe ich in beigelegten Zettel verzeichnet.

E. K. M. bitt ich auch in Unterthänikeit, sie wolle gnädiglich diese meine unterthänige Anzeigung von E. K. M. Unterthan, Erasmo Severino von Ribe, vernehmen. Gedachter Erasmus ist ein armer Waise, und studiret wohl, und ist nu zu Schulen und Kirchen andre zu lehren tüchtig. Er wollte aber gern noch eine Zeit lang in der Universität seyn; dazu bittet er in Unterthänikeit und um Gottes willen, E. K. M. wolle ihm gnädiglichen zwei Jahr-Hülff thun. Nu wissen E. K. M., daß in Sirach geschrieben ist, du sollt des Waisen Vater seyn, so wird dich Gott mehr lieben, denn dich deine eigene Mutter liebt. Darum bitt ich in Unterthänikeit und um Gottes willen: E. K. M. wolle sich gegen diesem armen Waisen gnädiglich erzeigen. Der allmächtige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlechte durchs Evangelium, und nicht anders, sammlet, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin, und junge Herrschaft gnädiglich in langen Leben erhalten, bewahren, regirn und stärken. Dat. 15. Augusti 1554.

E. K. M.
unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

(*Pagella huic epistolae inclusa.*)

1554. die 15. Augusti.

Wie es in Brabant zu dieser Zeit stehet, und wo des Kaisers und des Königs in Frankreich Kriegsvolk liegen, das weiß Königl. Majestet in Dennemark aus andern, gewissern Zeitungen, denn wir haben.

In Hungarn ist ein Aufstand zwischen dem türkischen Kaiser und König Ferdinando, und ist jetzund ziemlicher Fried in Hungarn.

In Behem, dieweil sonst Fried ist, werden viel christlicher Prädicanten gefangen und verjagt, und es geschiehet dieses durch wenig gottlose Behemische Pfaffen, nicht aus königlichem Befehl.

Wo Markgrave Albert jetzund sey, sind nicht gewisse Reden; aber nach der letzten Niederlage in Franken, auf den 13. Tag Iunii geschehen, sagt man da sey er zu seiner Swester geritten, welche eines Pfalzgraven Gemahel ist, auf dem Hunsrück.

Der König Ferdinandus hat Plassenburg inn, und kommen die Bürger von Culmbach wieder heim und bauen wiederum.

Die Bürger von Sweinfurt kommen auch wiederum heim, und richten ihre Haushaltung wiederum an.

Das Kriegsvolk, das Herzog Heinrich von Brunswig, die Bischoff und Noriberg gehalten haben, ist noch nicht von einander, und liegt ein Hauff noch in der Herrschaft Henneberg.

In Italia liegt der Dux *Floratis* noch vor Senis; darin ist Philippus Strotza mit des Königs in Frankreich Kriegsvolk, und stehet die türkisch Armata zu Corsica, und besorgen die Italiener, sie werde an Italien Schaden thun.

No. 5651. 15. Aug.

L. Durrenhofero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Laurentio Durnhofero, gubernanti studia doctrinae in oppido Voitlandiae Oelsnitz, amico suo.

Carissime *Laurenti.* Tyrocinium, non carnificinam voluimus tibi esse hanc scholam, quam gubernas; nec volebamus te consenescere in his pulveribus. Ubi igitur Deus offeret locum commodiorem, libenter tui rationem habebimus. Ac tu quoque in occasiones sis intentus. Interea omnino prudenter te facere iudico, quod patientia et animi moderatione istorum Troglodytarum ὀρεσιτρόφων morositatem vincere studes. Non enim velles malum etiamsi dolori et indignationi indulgeres. Nosti vetus praeceptam, ὧν ἂν μοῖραν ἔχεις, ταύτην ἔχε, μηδ' ἀγανάκτει*). Quid aliud respondeam? Voluntas te iuvandi non deest nobis, sed occasionibus opus est, ut scis. Optarim certe mihi quoque alicubi latebras dari qualescunque in his publicis miseriis. Sequerer

*) Est versus Pythagorae in aureo carmine 18. (Gnom. Brunck. p. 102.), qui sic se habet:
ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.

vetus dictum: λάθε βιώσας. Et fortassis aliquanto post nova exilia nos cum parvis gregibus nostris dissipabunt. Quod si fiet, oro Deum, ut nobis aerumnas leniat, et hoc assequar, ut tandem ab his molestissimis laboribus liberer. Bene vale. 15. Augusti 1554.

No. 5652. 18. Aug.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 421. (edit. Lond. lib. II. ep. 441.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Scio te virum doctum, et naturae universae varietatem, et vices considerantem, saepissime de huius aerumnosae vitae commodis et incommodis multa cogitare. Post foedus et colloquia cum Deo, nihil dulcius est amicitiis et colloquiis talium, qui nec alieni sunt a virtute, nec prorsus rudes doctrinae. Fateor igitur me valde delectari amicitia tua, et tuis literis, tibique gratiam habeo, quod saepe ad me tam amanter scribis. Colloquamur nos de optimis artibus, id est, de Dei sapientia patefacta generi humano, et sinamus alios sibi placere, et ubi concedit Deus, studia doctrinarum iuvemus. Oratio de *Orione* scripta est ante editionem scripti veterum nostrorum amicorum*), qui Physicas praedictiones damnarunt. Et hanc ipsam ob causam non est edita, ne illi se dicerent a nobis κωμωδεῖσθαι. Omnes iniurias decrevi *Fabiano* more silentio vincere, et Deo Ecclesiam et me commendo. Nunc pagellas tibi et aliis recentes mitto, et peto ut rescribas. Honestissimae vero coniugi tuae mitto xenium. Bene et feliciter vale. Die 18. Augusti. Anno 1554.

No. 5653. 18. Aug.

I. Hebenstreitio iuniori.

† E cod. Goth. 399. p. 201 b.

Eruditione et virtute praestanti Magistro Iohanni Hebenstreit, iuniori in Academia Erphordiana, amico suo,

S. D. Epistolam tuam et libellos adiunctos accepi die 18. Augusti in ipso prandio, cum adsederent multi docti et honesti viri, hospites nostri Germani et Hispani. Legimus magno cum dolore, et quis sit λογοδαίδαλος, cum tibi obiiciat, te adhibere λογοδαίδαλον, video*), ac miror, cur tantopere cupiat me provocare ad scribendum. Repressi me hactenus propter publicam utilitatem, sed, si ita pergent aliqui, respondebo, nec mihi deerit honesta oratio. Nostri labores et illis ipsis, qui nos perdere conantur, profuerunt, et noti sunt eis. Sed commendo me filio Dei, et eum oro, ut me regat. Te oro et obtestor, ut nihil eis respondeas, quanquam dira accusatio est. Video, quaeri ab illis occasiones horribilium dissensionum et tumultuum. Oro autem filium Dei, custodem Ecclesiae, ut nos regat et protegat. Bene et feliciter vale. Die 18. Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 5654. 20. Aug.

Senatui Weissenburg.

Praefatio in librum: Von dem reichen Mann und armen Lazaro — durch *Bilibaldum Ramspecken.* Mit einer Vorrede Philippi Melanthonis. Wittemberg 1554. 8. (Habetur hic liber in bibl. Norinb., et praefationem mihi descripsit S. V. *Rannerus.*)

Den Ehrbaren, Weisen und Vornehmen Herrn, Bürgermeistern und Rath der löblichen Reichsstadt Weissenburgk in Norico.

Ehrbare, Weise, und günstige Herrn. Ew. Ehrbarkeit wissen aus christlichem Verstand, daß göttliche Weisheit selbst beides verkündigt hat, nämlich, daß in diesem letzten schwachen Alter der Welt viel größere Unruhe, Spaltungen und Zurüttungen seyn werden dann zuvor je gewesen sind, daß aber gleichwohl der Sohn Gottes Jesus Christus ihm gewißlich eine ewige Kirchen durchs Evangelium, und nicht mit andrer Weis, für und für bis zur Auferweckung der verstorbenen Menschen sammeln wolle, und sammelt, werde gewaltiglich erhalten, handhaben und schützen. Wolle auch, daß

---

*) Wimariensium; vid. d. 16. Febr. et 27. Iun. 1554.

*) Descripsi ut leguntur, sed mendosa videntur.

alle Menschen in dieser Hofnung zu Pflanzungen christlicher Lehre, ein jeder nach seinem Stand, dienen und helfen wolle, dazu er auch gnädigliche Hülfe thun will, wie er denn tröstlich solches verheißen hat, und spricht: ich will bei euch seyn allezeit bis zum Ende dieser Welt. Item: wo zween oder drei versammelt sind in meinem Namen, da will ich mitten unter ihnen seyn. Und St. Paulus spricht: eure Arbeit wird nicht vergeblich seyn durch den Herrn.

Diese und dergleichen göttliche Erinnerung, tröstliche wahrhaftige Verheißunge und Sprüche sollen wir alle täglich betrachten und uns damit stärken, besonders in diesen jetzigen grausamen Kriegen und Spaltungen, da es scheinet, als habe Gott aller Menschen ganz und gar vergessen, ja sie hinweg geworfen. Es ist auch eine solche Zerstreuung, daß viel gutherzige Leutlein irre werden und zweifeln, wo man Gottes Kirchen suchen soll. Dagegen aber sollen wir wissen, obgleich in allen Landen viel Elends ist, und jämmerliche Verwüstung oder Zurüttung der Regiment täglich vorfallen, daß dennoch diesem Häuflein, da reine Lehre des heiligen Evangelii gepredigt, und rechtschaffener Brauch der hochwürdigen Sacrament erhalten wird, und nicht unrechte Gottesdienst oder Abgötterey trotziglich erhalten und gestärkt werden, gewißlich die wahrhaftige Gotteskirche sey, darin viel Auserwählte zu ewiger Seligkeit auserkoren sind, welchen zu gut Gott noch Himmel und Erden und dieses vergängliche Leben erhält.

Mit diesem kräftigen und wahrhaftigen Trost sollen wir uns in diesen unsern großen Nöthen stärken, Gott für alle erzeigte Wohlthaten danken, und gerne helfen zu Pflanzung reiner christlicher Lehre, wie denn Gott so oft und ernstlich geboten hat. In dieses Werk gehört der Jugend Unterweisung in christlicher reiner Lehre, Sprache, Historien und diesen Künsten, die zu Erklärung und gewissen Verstand göttlicher Schrift dienen.

Dieweil denn E. E. Weish. treulich Hülf thun, in euern Kirchen und Schulen reine christliche Lehre zu erhalten, auch sonst der Jugend Studia zu fördern willig sind, ist solches E. E. W. nachzusagen ganz löblich, und dieser Fleiß Gott gefällig; für welches ihr denn von Gott Belohnunge empfangen, und er dagegen die jetzigen harten Strafen gnädiglich lindern wird.

Nachdem aber etliche E. E. W. Bürger Söhne in dieser Universität wohl gestudirt haben, damit aber E. E. W. der Ihren Fleiß erkennen könnt, ist diese nöthige Vermahnung und nützliche Trostpredigt dienstlich zu diesen jetzigen betrübten Zeiten vom reichen Mann und armen Lazaro, durch Magistrum Bilibaldum Ramspecken gestellet, ausgangen, welcher in eurer Stadt eines ehrlichen Geschlechts, und einer ehrbaren und tugendsamen Wittfrauen Sohn ist, sich in dieser Universität Wittemberg etliche Jahre her in guten löblichen freien Künsten und in heiliger Schrift wohl und nützlich geübet, einen ehrbaren und züchtigen Wandel geführet, und sich aller väterlichen Treue zu E. E. W. versiehet. Derhalben weil er uns auch bekannt, und treulich befohlen ist, bitte ich aufs Höchste und freundlichst, E. E. W. wollte ihr solches M. Bilibaldi Fleiß und gutherzige Meinung in gnädiger Bedenkung lassen befohlen seyn.

Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen durch die Predigt des heiligen Evangelii sammelt, wolle in diesen betrübten, geschwinden, irrseligen Zeiten Euer Ehrbarkeit und und die Euern allezeit gnädiglich regiren und bewahren. Datum Wittemberg den 20. Augusti, Anno 1554.

E. E. W.

Philippus Melanthon.

No. 5655. 20. Aug.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a *Fabro* in epist. p. 200 sq. ep. 58.

Alberto, Duci Borussiae

S. D. Illustrissime Princeps. Lecta Epistola Celsitudinis vestrae in qua accusor tanquam incitator *Morlini*, magnum dolorem accepi. Totum me novit vir honestus et mihi carissimus doctor *Iohannes Aurifaber*. Hunc ipsum spero testem fore meae in hac causa moderationis, cum tamen *Osiander* in me crudelissime et rabiosissime invectus sit. Sed commendo me et causam deo, qui scit me pacis causa et propter gloriam suam maxime expetere et reverendi domini *Brentii* et aliorum piorum colloquium de controversiis dignis de quibus utile esset Ecclesiae tradere et explicationes perspicuas, et quidam loquendi formas quae tollerent dissidia.

Quod dissuasi colloquium duorum, meum et *Brentii*, multae graves causae sunt. Et tamen me offero ad mediocris congregationis colloquium,

ut intelliget Celsitudo vestra, ex pagella quam addidi his literis, quae scripta est ut Illustrissimo Principi Electori Duci Saxoniae *Augusto* responderem. Remitto Cels. vestrae Confessionem *) de qua, quia metuo parituram esse nova certamina, tantum hoc scribo, si Celsitudo vestra declaratione *Brentii* antea edita contenta esset, concordia Ecclesiis citius restitueretur. Bene et foeliciter valeat Cels. v. Die Bartolomei Anno 1554.

Cels. v.

addictus

Philippus Melanthon.

(*Pagella epistolae inclusa.*)

So man grüntlich von Osiandri Sach reden soll, ist Noth von der dreyen Person in der Gottheit Eigenschaften zu reden, denn Osiander nennet die wesentlich Gerechtikeit, so muß nu von den Personen ordentlich geredt werden, denn Osiander spricht ohne Unterschied des Vaters, Sohns und heilgen Geists Gerechtikeit ꝛc.

Und ist mein hertzlichst und höhest Begehr, daß ettliche gottforchtige gelarte Männer, alß der Erwirdige Herr Johann Brentius ist, sich von dieser und andern nöttigen Sachen unterreden möchten.

Ich habe aber bedacht so Herr Johann Brentius und ich allein zusammen kommen würden, es würde hernach grosser Gezänk folgen, wie man ietzund siehet, wie grosse Bitterkeit ist.

Auß dieser treuen Wolmeinung habe ich mit Herrn Brentio allein zu handeln Scheue gehabt **).

Nu hatt aber der Durchleuchtist hochgeboren Furst und Herr, der Hertzog zu Preussen ꝛc. neulich eine solche beschwerliche Schrifft an mich, der ich ein arme geringe Person bin, geschriben, daß ich nu weniger geneigt bin zu solchen Unterreden, dieweil in s. f. g. so viel Argwohns wider mich gegossen ist, alß sey ich Doctor Morleins und andrer Anhetzer, dagegen ich nicht zweifel, es werden mich selb Doctor Morlin und alle andre die von dieser Sach ettwas wissen entschuldigen, und ist zumal beschwerlich auß Argwohn zu richten, wie Osiander vor dieser Zeit auch gethan hat.

Gleichwol erbiete ich mich noch, so auß Duringen, Sachsen und Mark und Sächsischen Städten ettlich mehr Personen sampt dem Herrn Brentio und preussischen zur Unterrede verordnet werden, so ich auch erfordert würde, daß ich alß der geringer gehorsam seyn will. Gott wolle gnediglich zu seiner Ehr, diesen seinen Kirchen für und für, umb des Herrn Christi willen, rechte einträchtige Lehr geben und die Hertzen zu seliger Einikeit regirn durch den heilgen Geist. 1554.

*) De confessione Alberti, data d. 13. Iul. 1554. vid. Salig. hist. A. Conf. II. p. 1029, et Planck Gesch. des prot. L. IV. p. 413. cf. ep. ad Buchholz. d. 10. Ian. 1555.

**) Der Herzog Albrecht ließ Melanthon durch den Kurfürsten August von Sachsen auffordern, sich mit Brentius über die Hauptstreitpunkte der Osiandrischen Lehre zu unterreden. Diese Particular-Unterredung wurde aber von Melanthon verworfen. Der Herzog gab darauf zwar wiederholentlich seinen Wunsch zu erkennen, daß diese Unterredung zu Stande kommen möchte, Melanthon lehnte dieselbe aber nicht nur fortdauernd ab, sondern versprach sich auch, wie der Brief vom 24. Oct. zeigt, von einer größern Zusammenkunft wenig Nutzen. (*Faber.*)

No. 5656. 27. Aug.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 324. (ed. Lond. lib. II. ep. 330.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone colende, Animadverterunt homines docti fatales periodos esse regnorum post annum quingentesimum aut circiter. Et exempla multa sunt *Israeliticae* Reipublicae, *Laconicae*, *Romanae*. Et *Daniel* numerum annorum tradidit annos 490. Sunt autem exacti anni quingenti horum regnorum, *Germanici*, *Hungarici*, et *Polonici*, inde usque ab eo tempore, quo et in *Germania* Electorum Senatus constitutus est, et forma regnorum *Hungarici* et *Polonici* instituta est, quae hactenus duravit. Nunc in *Pannonia* videmus initia magnae mutationis, quae etiam vicinis minitantur. Nuper *Vratislaviae* conspecta est in aëre species navis ignea, et Iris plena scoparum flammearum, qua specie denunciari *Turcicas* irruptiones existimo *). Cum igitur impendeat fatalis mutatio generi humano, saepe cogito Deum singulari beneficio collocasse Ecclesias in urbibus Aristocraticis, ut ibi semina Doctrinarum serventur, cum passim fiant vastationes in iis locis, in quibus Principes dominantur. Oro igitur Filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut urbes *Germanicas* protegat et gubernet: Quantum etiam ego possum praestantes viros in urbibus oro, ut et foveant Ecclesias, et studiis opem ferant, quod tu quidem tuo iudicio

*) De eadem re vid. Scripta publica T. II. Lit. J. 4.

et pietate tua, magno labore facis. Quare Deum oro, ut te et tuos servet et regat. Nunc autem tibi hunc *Leonardum Menardum Augustanum* commendo, honestum et doctum virum. Legi enim ipsius scripta, et eum audivi cum nuper eius eruditio exploraretur. Quaeso autem ut eum patronis suis *Rolingero* et *Georgio a Steten* commendes. Quantum referat Ecclesias commendari bonis ingeniis et recte eruditis saepe comperimus. Iudico autem naturam huius *Leonarti* bonam esse, et doctrinam amat utilem pietati et paci. Bene et feliciter vale. Die 27. Augusti.

vestro est concordia, tunc perveniri ad sedandos hos clamores potest, sententiis concionatorum iudicatis. Scripsi etiam *Iacobo*, ut non defendat hanc phrasin verborum: *bona opera sunt necessaria ad salutem.* De toto negotio poterimus *Lipsiae* colloqui, quia non est opus, properare senatum.

Vellem, *Iacobum* ultro discedere, sicut fecit *Georgius.* Nunc plura non potui scribere, quia ituri Francofordiam me urgent. Bene valete. Die 29. Augusti.

Philippus.

No. 5657. 29. Aug.

M. Meienburgio.

† Ex autographo Mel., quod est in cod. Goth. fol. no. 404. p. 78.

Clarissimo viro, prudentia et virtute praestanti, Domino Micaëlo Meienburg, Consuli Northusano, amico suo carissimo

S. D. Honestiss. vir, et amice carissime. Sive publice ad Senatum misit scriptum suum *Spangebergius*, sive privatim sparsit, tantum hoc agat Senatus, vocet concionatores et mandet eis, ut sint consentientes in doctrina, et non turbent civitatem. Si quis autem volet aliquid in alterius doctrina reprehendere, scribat suam sententiam breviter ad Senatum, et Senatus petat scriptam accusati responsionem aut excusationem. Et si non consentiunt, mittantur scripta iudicanda Ienam, vel etiam alio, et condemnatus dimittatur ex urbe. Haec severitas tandem erit necessaria, et est pia, quia certe in veritate tuenda est civitatis tranquillitas, sive populus tumultuetur, sive maledicat.

Quod autem deliberatis de *Spangebergio* compescendo, prorsus suadeo, ut scribatis vel ad ipsum, vel ad Comites *Mansfeldenses*, quia Comites eum non compescent, sicut nec antea defenderunt *Stephanum Agricolam* *). Si in senatu

*) Qui propter librum: Schlußsprüche von Stephanus Agricola, Pfarrer zu Helbra 1553., ubi defendit propositionem: bona opera ad salutem esse necessaria, anno 1554. a synodo concionatorum munere deiectus est. Vid. Planck Gesch. des prot. Lehrb. P. IV. p. 497 sq.

No. 5658. 29. Aug.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 45.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et cariss. frater. De itinere tuo et *Herberti*[1]) valde solliciti fuimus, propter latrunculos, qui passim vagantur. Sed simul cogitavimus dictum Psalmi: *Circumvallat Angelus domini timentes eum*, ac vidimus multa exempla manifestae protectionis divinae his annis. Gratis igitur pectoribus celebramus Deum ego et alii omnes hic, quod vos Bremam reduxit. De aliis rebus plura per tabellarium *Petrum* scribam, qui post biduum iter ingredietur. De quaestione, quam *Lascius* movet[2]), scripsit huc ad Pastorem querelas *Iohannes Amsterodamus.* Oro te, ut, quantum potes, des operam, ne in urbe vestra certamina moveantur. Utinam de usu Coenae populus diligenter doceatur. Extra usum nihil habet rationem Sacramenti. Et in vero usu certissimum est, adesse filium Dei, et efficacem esse in vera consolatione, qui inquit: Ego in eis. Scribam ad *Amsterdamum*, ne certamina moveat. Tu quoque tua prudentia et moderatione, quantum fieri potest, Deo iuvante, tranquillitatem urbis tuearis. Bene vale. Die 29. Augusti.

Philippus.

1) Qui fuerant Vitebergae mense Iulio 1554. vid. epp. d. 7—10. Iul. scriptae.

2) Fortasse in Catechismo suo, qui a. 1554. prodiit, et in quo alio modo de sacra coena loquutus est, quam loqui solebant Melanthon et Hardenbergius. Vid. Saligii hist. Aug. Confess. II. p. 1109.

No. 5659. 1. Sept.

Io. Amsterdamio.

Edita in Peuceri tract. hist. p. 94. Iterum a Pezelio in epistolis Mel. ad Hardenberg. ep. 57. — Contuli apographon antiquiss. in cod. Cyprian.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Amsterdamio, docenti Evangelium in Ecclesia Bremensi, amico suo colendo.

S. D. Reverende vir et amice carissime. Saepe intuens hunc Albim nostrum, cogito, non si tantum funderem lacrymarum quantum hic fluvius undarum vehit, exhauriri meum dolorem posse, quem multis annis circumfero in pectore[1]) propter dissidium de coena domini, in quo tam multa disputantur extra causam. In usu vere et substantialiter adest Christus, et est efficax in vera consolatione. Cur moventur disputationis in inclusione extra usum? Doceo eadem quae leguntur in meis scriptis, et in eam sententiam fuit facta formula concordiae[2]) ante annos 16[3]) inter Lutherum et multos qui ex[4]) Ecclesiis superioris Germaniae huc advenerant. Deum oro, ut nos omnes gubernet. † Spero filio tuo studia Academiae profutura esse"[5]). Bene et foeliciter vale. Calend. Septembr. Mitto tibi pagellas[6]).

Philippus Melanthon.

No. 5660. 1. Sept.

Hier. a Commerstaedt.

Epistola praemissa libro: *Procli* paraphrasis in quatuor Ptolemaei libros de Siderum effectionibus. Basil. (s. a.) 8. Etiam legitur in Declamatt. IV. p. 380. — De Procli libro vid. supra ep. d. d. 14. Decb. 1553.

Carissimo viro, nobilitate generis, eruditione et virtute praestanti, Domino Hieronymo a Commerstaedt, S. D. Philippus Melanthon.

Manifestum est, necessariam esse Ecclesiae dei anni rationem, eamque doctrinam inde usque ab initio generis humani in sola Ecclesia rectissime conservatam et propagatam esse. Constituit vox divina metas anni et attribuit mensibus distinctos ritus certarum significationum causa. Erat igitur et necessaria et pia coelestium motuum consideratio, quae doctrinam arithmeticam et geometricam complectitur.

Eo etiam voluit deus sciri annorum seriem, ut nota essent initia generis humani, et deinde tempora patefactionum divinarum. Denique multae magnae causae sunt, quare distingui tempora et numerum annorum annotari voluit. Haec cum sint verissima, fui hortator iunioribus ad discenda initia harum artium, arithmeticae et doctrinae de anno, quae, ut Plato inquit, minime nocent civitatibus. Fateor etiam me sic sentire, utilem esse iuventuti in Ecclesia mediocrem philosophiae cognitionem, quae non sit garrula et inanis sophistica, sed utcunque deducat mentes ad considerationem naturae, et sit commonefactio de deo. Existimo etiam neminem adeo insanire, ut velit artis medicae doctrinam deleri, quae est praecipua pars philosophiae. In ea parte cum de corporum crasi dicitur et de aëris ac regionum dissimilitudine, etiam Hippocrates, Diocles et Galenus iudicant, inter eas causas, quae varie miscent temperamenta, concurrere motus coelestes et lumen stellarum. Et sunt eius rei multa illustria testimonia in elementis, in plantis, in corporibus hominum. Hoc cum verecunde dicimus et ostendimus, consideratione motuum confirmari adsensionem de providentia, accusant nos quidam *μωρόκακοι* atrociter ac vociferantur, nos invitare hominum studia ad quaerendas damnatas praedictiones. Cum autem hanc manifestam calumniam saepe refutaverimus et diserte discernamus physicas effectiones in corporibus ab aliis causis actionum et eventuum et a praedictionibus, quae non sunt physicae, et hortemur, ut considerata infirmitate humana petant omnes regi se a deo, non necesse est, nunc repetere nostras defensiones. Indulgent odiis isti, nec plectimur nos *διὰ τὴν ποδὸς πρὸς λύραν ἁμαρτίαν.*

---

1) *in pectore*) addit cod. Cyprian.

2) facta Witebergae 1536.

3) Pez. *sedecim*. Solet Melanthon annos non literis sed numeris, et quidem non romanis sed germanicis scribere. Puto illum scripsisse 18, (etenim anno 1554. scripta est epistola), sed aliquem pro 18 legisse 10, quod deinde ab alio emendatum scilicet est in 16.

4) Peuc. habet: ex XX.

5) *Spero* etc.] non habent libri impressi.

6) Peuc. addit: *anno* 1552. In codice adscriptum est: *anno* 1554., et recte, ut intelligitur ex epistola ad Hardenbergium d. 29. Aug. 1554.

Et cum ad te scribam clarissime *Hieronyme*, nolo te lectione harum rixarum onerare, praesertim cum narrationem huic operi non insuavem de *Iacobo Questebergio*, nato in oppido Mysiae Friberga, cuius manu exemplum Procli, quod nobis dedisti, scriptum est, addere decreverim. Tibi autem et debeo et habeo gratiam publico nomine, quod hunc Procli commentarium voluisti edi in publicum, ut legi a multis possit.

Interpres est Proclus alieni operis nitidus, et delectare eruditos oratio potest et physicae commonefactiones hic traditae non sunt inutiles. Nec eduntur haec istis, qui totam doctrinam motuum coelestium et considerationem operum dei in natura cyclopico contemptu aspernantur. Eo autem vidi libentius exemplum tuum, quia mox cum aspexi, *Iacobi Questebergii* manum agnovi, cuius viri recordatione propter multas causas delector et memoriam virtutum ipsius tradere posteris cupio, quod tamen ipse suis scriptis multo melius facere potuisset. Natus in oppido Friberga, cum in patria academia linguam latinam et illa philosophiae initia didicisset, quae tunc tradebantur, nescio qua occasione Romam venit Alexandri pontificis tempore. Ubi propterea quod et eleganter pingebat latinas literas et latinum sermonem minus horride pronuntiabat, quam usitatum est nobis in Germania natis et deinde ad sonum agrestem adsuefactis, familiae suae eum adiunxit senex cardinalis Venetus, Marcus de sancto Marco, quem tunc et propter eruditionem et propter vitae integritatem omnes honesti et Venetiis et in urbe Roma plurimi faciebant et venerabantur. Hic cum vidisset naturam in Iacobo doctrinarum capacem esse, parte laboris in describendis latinis libris eum levavit et discere graecam linguam iussit. Romae eo tempore senex Argyropylus Thucydidem interpretabatur; hunc multi cardinales, et multi regum et principum legati et alii romani cives et hospites docti audiebant. Quem cum avide Iacobus audiret et domi iam graecos libros certis horis quotidie describeret et esset in familia erudita, non linguas tantum latinam et graecam praeclare didicit, sed etiam philosophiae initia percepit.

Venit eo tempore Romam *Capnio*, missus eo a principe Palatino Philippo. Qui cum et ipse auditor esset Argyropyli et inter germanicos auditores Iacobum nosse coepisset, vidisset etiam libros ab eo scriptos, emit ab eo orationes contrarias Aeschinis et Demosthenis, quarum literarum pictura nullam vidi pulchriorem. Dedit igitur mercedem, ut Dalburgio episcopo Vangionum scriberet Athenaeum et alios quosdam libros, qui in bibliotheca episcopi Vangionum postea custoditi sunt. Athenaeum retinuerat Capnio. Et cum Moguntiae inventus sit hic Procli commentarius, existimo eo perlatum esse ex bibliotheca episcopi Vangionum. Cum autem controversia Capnionis mota esset, hic Iacobus Questebergius, memor veteris amicitiae, magna fide apud Leonem pontificem, apud Cardinalem Venetum Grimanum et alios, tueri Capnionem coepit, ac plus ei huius unius viri autoritas profuit, ne crudelitate monachorum deleretur, quam regum et principum literae, quae eum Leoni commendaverant. Diu enim Romae vixerat Iacobus et publica negotia norat, et propter prudentiam et diligentiam in omni officio saepe a Leone et a cardinalibus de summis negotiis consulebatur; a doctis etiam propter eruditionem diligebatur. Ac moderationis eius hoc non obscurum testimonium est, quod cum aditum haberet facilem ad amplissima sacerdotia et ad opes, contentus fuit mediocri loco et exiguis facultatibus, quas ita collocavit, ut multis germanis hospitibus inde opem ferret.

Huius viri mentionem hic libenter feci, quia et gratitudo ei debetur, quod descripsit Proclum et in Germaniam misit, et exempli causa utile est, in patria praesertim notos esse tales viros, quorum ingenia, studia, virtus ornant patriam et multos invitant ad doctrinarum amorem.

Tibi vere *Hieronyme* cum editionem debeamus, nequaquam fuit omittenda tui beneficii commemoratio. Quod cum gratum futurum sit multis doctis viris, ego nunc publico nomine tibi gratias ago, quod hunc librum, ut a multis legi posset, edendum nobis tradidisti, ac tibi et universae familiae vestrae fausta precor, cui, cum vir excellens sapientia et virtute patruus tuus, *Georgius a Commerstat*, consiliarius inclyti ducis Saxoniae Augusti, Principis Electoris etc. magnam gubernationis molem in hac regione sustineat, gratitudinem omnes debemus. Et nos praecipue, qui doctrinae studia regimus, ostendere significationem gratitudinis decet, quia inter caeteras curas publicas rerum maximarum, etiam academiarum et scholarum constitutionem et conservationem complectitur. Oro autem filium dei dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro

nobis, et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, ut et has regiones et earum principes et caeteros, qui publicis consiliis intersunt, protegat et gubernet. Calend. Septemb. ann. 1554.

No. 5661. 1. Sept.

Senatui Halensi.

Epistola nuncupatoria, praemissa libro: Psalterium Prophetae et Regis Davidis, versibus elegiacis (graecis) redditum a *Paulo Dolscio* Plavensi. Basileae per Io. Oporinum, ann. M. D. LV, mense Augusto. 8. Ex hac editione epistolam descripsi, quae quum data sit d. 1. Sept. 1554., puto, priorem libri editionem anno 1554. prodisse. — Melanthonem esse auctorem huius Dolscii epistolae testatur Mylius in chronolog. libror. Melanth. ad ann. 1555., neque est quod dubitemus, quum idem Melanthonem aliis fecisse sciamus, ut Hofmanno, Vito Theodoro, Dolscius vero eius discipulus fuerit.

Honestissimis viris, sapientia et virtute praestantibus, Senatoribus inclytae urbis Salinarum in ripa Salae, Paulus Dolscius Salutem dicit.

Audio *Angelum Politianum*, cuius iudicio multum ipsius aetas tribuit, interrogatum, quid sentiret de Psalmis Davidis, non quidem de genere sermonis, quod apud nos peregrinum esse constat, sed de argumentis seu doctrina Psalmorum, respondisse: se vero valde probare sententias, quia sint praecepta virtutum omnium civilium, et adseverationes de providentia ac de praesentia Dei in genere humano, de poenis sceleratorum et de liberationibus iustorum, et has ipsas conciones illustratas esse eius gentis historiis. Multa enim esse ait pulchra lumina figurarum, quarum maior fuit gratia in sua lingua; forsan et accessisse olim dulces harmonias huic gravitati praeceptionum, querelis et consolationibus convenientes. Sed tamen haec omnia, inquit, dulciora sunt in carmine Pindarico. Existimo autem omnibus temporibus sic iudicasse multos doctos viros, ignorantes discrimen Ecclesiae Dei et aliarum gentium, et discrimina doctrinarum legis, sapientiae, rationis et Evangelii. Manifestum est enim, in Pindarico carmine subinde repeti commonefactiones de providentia Dei, praecepta de retinenda iustitia et de modestia, et comminationes et exempla de poenis iniustorum. Quomodo venustius pingi imago hominis elati magnis successibus potuit, qui deinde immoderata cupiditate movet res non necessarias, quam cum scribit *Bellerophontem* post multas victorias Pegaso voluisse etiam intra coelum ad Iovem vehi, sed excussum et in solo afflictum fregisse pedem? Quam terribilis pictura est *Ixionis*, quem ait iacentem in rota clamare: discite iustitiam moniti, et non temnere divos? *Tantalum* ait ideo ad inferos abiectum esse, quod nectar ex convivio deorum furatus erat. Quam apte hoc congruit ad corruptelas religionum? Narrat *Peleum* ab Acaste hospitis coniuge invitatum ad adulterium, recusantem vero a muliere falso accusatum esse, et propterea Centauris obiectum esse inermem, sed ibi Deum testem innocentiae fuisse, et ornasse castitatem et iustitiam praemio. Dedit enim ensem Peleo, eumque in proelio servavit ac adiuvit, ut Centaurorum exercitum pelleret et profligaret. Laudatio est castitatis et iustitiae congruens cum lege divina.

Etsi autem passim honesta praecepta et exempla suavissime recitantur in Pindari odis, propter quae sapientibus viris lectio eius omnibus temporibus iucundissima fuit: tamen nos in Ecclesia non tantum hanc particulam legis, quam Pindarus et alii sapientes ethnici proponunt, quia lumen est in mentibus, quod nobis cum nascitur, scire oportet: sed necesse est, nos et aliud genus doctrinae, videlicet Evangelii vocem de filio Dei et de gratuita remissione peccatorum, de reconciliatione, de bonis aeternis nosse et amplecti, quae fuit ignota mentibus humanis, sed per filium ex sinu aeterni patris prolata est. Fortassis haec *Politiano* videbantur esse barbaricae fabulae. Sed nos scimus Ecclesiae doctrinam illustribus testimoniis a Deo traditam, confirmatam et semper conservatam esse: et habemus in pectoribus nostris certa testimonia, quae adsensionem nostram confirmant. Cum igitur in Psalmis vera Evangelii vox sonet de filio Dei domino nostro Iesu Christo, imo cum ipse filius Dei, ὁ λόγος, nos voce Davidis alloquatur, audiamus has harmonias Davidis, et sciamus, infinitum discrimen esse inter has odas et Pindaricas. Statim initio praecipitur: osculamini filium; et adduntur comminatio et promissio. Adfirmat perditurum esse eos, qui ipsum contemnunt, at salvos fore eos, qui reverenter eum agnoscent et beneficia eius fide accipient. Haec vera et non fabulosa esse nunc quoque norunt hi, qui adsentiuntur, et postea ostendet eventus, cum filius Dei manifesto trium-

pho se toti generi humano ostendet, et abiiciet hostes in aeternos cruciatus, et Ecclesiam suam adducet ad aeternum patrem, qui palam sese nobis monstrabit, et in nos suam lucem, sapientiam, iustitiam et laetitiam transfundet. Et hic ipse filius, λόγος aeterni patris, hoc modo, et non aliter, colligit aeternam Ecclesiam, videlicet cogitatione huius doctrinae, quae in propheticis et apostolicis libris scripta est. Legendi sunt igitur Psalmi et illustrandi, et studia discentium invitanda sunt: quod plurimi fecerunt longis enarrationibus, alii redditis sententiis graeco carmine, alii latino. Extant versus dulcissimi Apollinaris et aliquot Psalmi a *Ioachimo Camerario* graecis versibus splendidi expositi sunt. *Eobanus* latino carmine totum Davidis opus reddidit, quod antea fecit nemo. Multos Psalmos et *Iohannes Stigelius* ornatissime reddidit. *Lutherus* non tantum transtulit ex Ebraea lingua integrum Psalterium in germanicam, sed etiam multis Psalmis in cantilenis addidit paraphrasim.

Horum voluntas certe fuit, hoc suo exemplo et labore invitare alios, ut saepius legerent et cogitarent Psalmorum doctrinam, commonefactiones, comminationes et consolationes. Nam argumenta multiplicia sunt. Alii docent legem, alii Evangelium; alii sunt fulmina, quibus ipse filius Dei ferit impios, alii sunt suavissima remedia moestitiae piorum, quae longe superant Homericum νηπενθές. Nam voce Psalmorum ipse filius Dei sanat pectora, sicut inquit Psalmus: misit verbum suum et sanavit eos.

Secutus igitur iudicium et exemplum laudatissimorum virorum, graecis versibus totum opus Psalmorum reddidi: quam feliciter, alii iudicabunt. Sed tamen sententias cum fontibus congruere scio: a quibus discedit interdum Apollinaris, secutus non Ebraeam lectionem sed Graecam. Id opus quia praecipue vestris filiis, quos mihi erudiendos commendastis, scripsi, vobis exhibeo; ac specimen volo esse non solum meae sedulitatis in hoc munere docendi, sed etiam piae voluntatis erga Ecclesiam et erga hanc urbem, quam propter multas causas veneror: primum quia hospitium Ecclesiae praebet: deinde quia leges et disciplinam magno labore tuetur et literarum studia iuvat: item quia singulari munere a Deo ornata est venis salis. Haec omnia cum sint vere beneficia Dei, grato pectore autorem celebro: et eum oro, ut urbem et vos servet et gubernet, et sua dona deinceps vobis clementer tribuat. Saepe etiam legens in his Psalmis Ecclesiae aerumnas et protectionem divinam, intueor urbem vestram tanquam exemplum, et gemens precor Deum, ut difficultates leniat, quae vos exercuerunt longo iam tempore. Fuitque vel praecipua causa, cur in hac editione vestri mentionem facerem, ut ostendam, me vero dolore affici propter huius urbis pericula, et me ex his fontibus videlicet Psalmis, haurire consolationem. Et quanquam pro vestra sapientia et pietate ex iisdem fontibus consolationem et robur animorum hauritis: tamen sciebam vobis gratum esse officium omnium docentium, qui ad haec ipsa remedia vos deducunt. Hunc igitur laborem vobis offero, ac simul toto pectore oro filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, qui dixit: ***habete in vobis salem et sitis concordes inter vos***, ut faciat, ut semper maneat in Ecclesiis et pectoribus nostris sal Evangelii sincerus, et ut det perpetuam ubertatem fontibus salis, quos sua miranda arte ad necessarios humanorum corporum usus condidit: cui Domino nostro Iesu Christo, crucifixo pro nobis et resuscitato sit laus et gratiarum actio, Amen. Datae in Salinis in ripa Salae, Calend. Septb. anno 1554.

No. — — 2. vel 3. Sept.

(*Scholasticis.*)

(Schedam publice affixam vide supra post 2. d. Maii anno 1553.)

No. 5662. 5. Sept.

P. Vincentio.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54 [s].

Dom. Petro Vincentio, gubernanti studia literarum in urbe Lubeca.

S. D. Doctissime vir et clarissime frater. Cum iam in Angliam venisse *Philippum* narrent [1]),

---

1) Sleidan. in Comment. ad ann. 1554.: „Philippus (Caroli Caesaris filius) ad 19. Iulii diem ex Hispania cum classe in Angliam appellit."

quaeso, ut significes, an existimetur fore *ἀγαθὸν ἢ πῆμα*, ut veteris oraculi verbis utar, quod etsi antea me in quadam epistola tibi recitasse puto, tamen et hic adscribam. Extant in Achaicis Pausaniae pag. 168. hi versus Sibyllae de Macedonicis regibus:

αὐγοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδησιν,
ὑμῖν κοιρανέων ἀγαθὸν καὶ πῆμα Φίλιππος.
ἤτοι ὁ μὲν πρότερος πόλεσιν λαοῖσί τ' ἄνακτας
θήσει· ὁ δ' ὁπλότερος τιμὴν ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσει,
δμηθεὶς ἑσπερίοισιν ὑπ' ἀνδράσιν ἠῴοις τε [2]).

Pausanias interpretatur postremum versum Hesperos Romanos, Eoos Attalum. Ac profecto huic posteriori Philippo non ignavia sed crudelitas domestica exitium attulit. Attali fuit sapientia et moderatio non vulgaris, quem iudico Henetum fuisse, quia Mysiam tenuit. Quid haec in epistola, inquies? Scribo, ac si coram tecum fabularer de antiquitate. Nam profecto non sine magno dolore de praesentium temporum confusionibus cogito, de quarum causis non potest breviter scribi aut dici. Te oro, ut saepe ad me scribas. Mitto tibi *Lotichii* carmina, boni viri et boni poëtae. Salutem opto D. *Valentino* et vobis omnibus. Bene vale. Die 5. Septemb.

Philippus.

No. 5663. 5. Sept.

D. Stibaro.

Epist. lib. VI. p. 16 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. no. 373. epist. 3.

Clarissimo viro, nobilitate generis, sapientia et virtute praestanti, Domino Danieli Stibaro etc. patrono suo reverenter colendo.

S. D. Adolescentes Francicos ut initio libenter exciperem hospitio, eo motus sum, quia tibi gratitudinem pro tuis beneficiis plurimis debeo. Postea ut consuetudo eorum mihi et meis iucunda esset, perfecerunt ipsi sua modestia et suavitate. Nec defutura erant eis deinceps quoque mea officia. Nunc postquam avocantur, oro Filium Dei ut eos protegat, et talem constituat Reipub. formam in qua et ipsorum virtus luceat et labor sit salutaris ipsis et aliis. Profecto ingenti dolore adficior, cum tales adolescentes ad virtutem idoneos intueor et simul cogito, quam difficile sit in hac dilaceratione Reipub. certum vitae cursum instituere. Sed oro Deum, ut universae Germaniae pium consensum Ecclesiarum et tranquilla imperia restituat.

De vino quod mihi misisti, gratitudinem me tibi debere profiteor et gratiam tibi habeo. Si qua in re etiam alicui tua causa gratificari potero, faciam id summo studio. Proficiscitur, cum *Petro Lotichio*, *Hagius* natus in urbe Wirceburgo, quem ut propter patriam et propter ipsius integritatem complectaris oro. Bene et foeliciter vale. Nonis Septembris.

† Philippus Melanthon."

2) Pausan. Achaic. cap. 8. p. 543. ed. *Kuhn.*

No. 5664. 6. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 691. (ed. Lond. lib. IV. ep. 833.). — Non anno 1555. sed a. 1554. scripta est.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Adolescentes Francicos *), ut ego quidem initio libenter exciperem hospitio, eo motus sum, quia gratitudinem *Danielo Stibaro* pro multis ipsius beneficiis debeo. Postea ut consuetudo eorum mihi et meis iucunda esset, perfecerunt ipsi sua modestia et suavitate. Nec defutura erant ei deinceps quoque mea officia. Nunc postquam avocantur, oro filium Dei ut eos protegat, et ut talem restituat Reipub. formam, in qua et ipsorum luceat virtus, et labor sit salutaris ipsis et aliis. Profecto ingenti dolore afficior, cum tales adolescentes ad virtutem idoneos intueor, ac simul cogito dilacerationes Ecclesiae et Imperiorum, in quibus certum vitae cursum vix quisquam instituere potest. Sed oro Deum, ut Germaniae reddat pium Ecclesiarum consensum, et tranquilla imperia. Caeterae gentes dimicabunt de inani umbra Imperii, cum aliquanto post illa rupes, de qua Daniel loquitur, eversura sit totam statuam, quae in somnio ostensa est Regi Babylo-

*) De iis vid. ep. d. 5. Septb. et d. 10. Sept. 1554. Non igitur anno 1555. scripta est haec epistola, ut visum est editori, sed a. 1554.

nico. Post biduum, Deo iuvante, iter ad vos ingrediar. Bene et feliciter vale cum Ecclesia tua domestica. VIII. Id. Septemb.

Philippus.

No. 5665. 6. Sept.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. VI. p. 257 sq.

Philippus Melanthon Christophoro Pannonio

S. D. Charissime frater. Cum legerem tuum Ciceronem, cogitabam exitus multorum sapientum, qui a Tyrannis horribiliter interfecti sunt, ac versus veteres recordabar, qui de Socrate pronunciati sunt post eius necem, cum eius amici curassent Tragoediam Palamedis recitari. *ἐκτάνετε, ἐκτάνετε τὴν μηδένα βλάψασαν ἀηδόνα.* Non confero me ad illos praestantes viros, sed tamen puto, me quoque esse *ἀηδόνα μηδένα βλάψασαν.* Et vides, quomodo in me saeviant hypocritae, quorum satis immitis est tyrannis. Placet mihi edi Ciceronem tuum, et adiuvabo editionem, si hic vis excudi. Sin autem istic mavis edere, mittam *). Bene vale. Die 6. Septembris.

No. 5666. 8. Sept.

N. N.

† Ex collect. Ballenstedt. Vol. I. p. 192., ibi descripta e cod. Mst. Matthesii. — Matthesio vero vix videtur inscripta fuisse.

N. N.

S. P. Reverende D. Pastor et carissime frater. Transvehit Samaritanus filius Dei saucium viatorem in diversorium, in Ecclesiam, quae vere est nosocomion. Eo transvehi se etiam orat mulier *Oschacensis*, de qua scribit huc ad Consistorium Pastor *Oschacensis.* Narrationem facti literas pastoris continent. Cum esset sponsa venit in suspicionem et accusata est. Ibi, quia voluit iuramento se purgare cum non esset convicta, tamen condemnata est, et sponsus deinde aliam duxit. Etsi miramur Consistorii Misnici asperitatem, tamen iudices in nostro Consistorio hoc non faciunt. Itaque petit pastor Ecclesiae *Oschacensis*, ut contraria sententia publica mulier absolvatur. Nihil igitur opis adferunt miserae mulieri sacerdos et levita. Nunc Samaritanus, filius Dei, ei opituletur. Ipsa mulier fuit antea nupta viro, e quo sobolem habuit. Eo mortuo incidit calamitas cum illo sponso, cui nuptura erat, et adfirmat, se sine culpa esse. Ego igitur ex gravissimis et iustis causis iudico, ei concedendum esse coniugium. Et ait velle quamdam ipsam ducere, qui velit habitare in vestra dioecesi. Ideo oro, ut et coniugium ei concedatis, et sum suasor, ne pellatis ex vestra vicinia. Videtis quam sollicite pro ea laboret Pastor Ecclesiae *Oschacensis*, et animae mulieris consulendum est. Coram vobis exponam rationem mei consilii. Bene et feliciter Valete. Die natali Mariae Virg. 1554.

P. Mel.

*) Vid. epist. ex. Nov. ad Coscielitzium.

No. 5667. 10. Sept. (Lipsiae).

C. Peucero.

Epist. lib. II. p. 411. (ed. Lond. lib. II. ep. 429.).

D. Casparo Peucero

S. D. Charissime fili. Ut tres Magi proficiscentes ad cunas Christi dicuntur convenisse in itinere, cum prius nihil scissent alii de aliorum profectione: ita eadem hora huc venimus *Francici* nobiles, et ego, die decimo Septembris, quod faustum et felix sit. Cras cogitat D. *Ioachimus* profisscisci mecum ad *Grimnensem* scholam, deinde *Misnam*, eo et *Francos* ducet, quo existimat nos venturos esse die 14. Septembris. Eo poteris tunc ad nos venire. Et velim te adducere *Micaëlem* conducto equo. Nam domo te absente, quaereret alia sodalitia. Hodie in via mecum fuit nuncius *Anspachensis*, qui attulit literas *περὶ ἀρτολατρείας*, quas misi Magistro *Paulo*, ad quem scripsi et de patriae controversiis, et de aliis. Quaeso ut nobis respondeas per hunc tabellarium. Dedi ei novem grossos. Et scribe de filio et filia, et quaecunque alia putabis digna esse literis. Bene vale. Die 10. Septembris, *Lipsiae.*

No. 5668. 19. Sept. (Misniae.)

P. Ebero.

† Ex autographo in bibl. Norinberg. descripta a Cl. *Rannero.*

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Paulo Ebero, fratri suo carissimo

S. D. Carissime frater. Numeri sunt graeci poëta, sed sententia divinitus tradita est: *εὐσεβέσιν γὰρ ἀεὶ τὸ τέλος γλυκώτερόν ἐστι.* Sic et Psalmi loquuntur, *qui confidunt in dominum non confundentur.* Hac nos spe sustentemus. Nam humana praesidia nulla habemus. Non procul a *Brema* Comes *Volradus* colligit exercitum. Etsi autem saepe iam vidimus, irritos esse conatus *τῶν στασιαζόντων,* tamen tales tumultus magnas confusiones adferunt. Multa scribere de publicis negotiis possem. Sed coram, Deo iuvante, recitabo quae audivi. Inspeximus scholas *τὴν ἐν Κρίμνῳ, καὶ τὴν ἐν πόλει ἐπονύμῳ τοῦ ἔθνους Μυσῶν* [1]. Cras ituri sumus ad *Portensem* scholam. In Anglia in eodem rogo ad quatuor palos alligati sunt quatuor episcopi, *Latimerus*, senex optimus, *Ridleus*, *Hoperus* et *Cramerus* [Cranmerus] [2]. Nescio an sit simile exemplum in veteribus historiis. Sed hos beatiores esse scio, quam sunt inimici veritatis, et doleo talia esse auspicia novi regni, filio *Caroli* [3]. Sed commendemus nos Deo. Salutem opto vobis omnibus, et dices meae familiae salutem. *Caspar*, gener meus, cum *Fabricio* profectus est Fribergam. Bene vale. die 19. Septembris.

No. 5669. 29. Sept.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 203. — Hic ex autographo, quod Baumgartnerus, ut ipse adscripsit, accepit d. 13. Oct. 1554. per Andream.

---

1) i. e. Scholam *Grimmensem* et *Misnensem.*

2) Hunc nuntium attulerat Hardenbergius Vitebergam; vid. quae diximus ad epist. datam d. 7. Iulii ad Camerarium.

3) Philippo, cui mense Ianuar. 1554. desponsata fuerat Maria, Regina Angliae.

Hieron. Bomgartnero, Senatori urbis inclytae Noribergae.

S. D. Senescimus et nos et noster Nuncius *Andreas*, quem hic diu retinuit febris, utque in Graeco versu dicitur,

Φόβον τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον,

ita et nuncio et nobis senectus auget difficultates, ut mollissime dicam. Teneamus autem hanc consolationem in qua Deus apud Esaiam dicit: *Etiam in Senecta vos gestabo*; quem saepe cogito in horum temporum periculis, intuens et ipsam Ecclesiam aetate languidam, et me et multos viros bonos, qui onera gubernationis sustinent. In *Prussia* Suevi pertaesi rixarum brevi redituri esse dicuntur. Si in vestra urbe hi, qui recte docent, graviter ostendent fontes doctrinae, ut facere eos non dubito, et non certabunt conviciis, consilescent etiam apud vos illae non intellectae *ὑψηληγορίαι,* seu *κενοφωνίαι.* Nam et in Prussia evanescunt, sed alibi alia certamina oriuntur, et ut versus ait Empedoclis, *φοιτᾷ* [1]) *δὲ βροτολοιγὸς ἔρις κενεὸν λελακυῖα.* Nunc respondeo Pannonicarum Ecclesiarum controversiis.

Mitto tibi Epistolam de *Leonardi Munsteri* morte, qui Romae sepultus est non procul a *Valerii Cordi* sepulchro. Consolemur nos spe dulcissimae consuetudinis in caelesti Ecclesia. Non enim tantum ad huius fugacissimae vitae aerumnas conditi sumus. Et filius Dei testimonia ostendit reditus in vitam ex morte. Bene et foeliciter vale. Die festo, quo Ecclesia concionatur de excubiis Angelicis [2]. Oro autem Filium Dei ut et tuorum corpora castorum Angelorum praesidiis protegat. Iterum vale [2].

In extrema ora Megalburgensis Ducatus multa prodigia conspecta sunt, *χάσματα*, et exercitus dimicantes in aëre. Metuo fratres Duces inter se dimicaturos esse.

No. 5670. 29. Sept.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54[3].

---

1) Text. edit. mendose: *φοιᾷ.*

2) Serior manus temere adscripsit: 3. Octobris 1554.

Casparo Aquilae

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Non casu, non ex Democriti atomis nascimur, sed vere conditor est generis humani Deus sapiens et bonus, qui et suae sapientiae radios inserit hominibus et στοργὴν ardentissimam, ut sit commonefactio de amore in ipso aeterno patre erga filium et erga nos. Esto igitur hortator viro sapientissimo *Iohanni Reinhold*, ut cogitans de στοργῇ in Deo excipiat *Erasmum* *) paterna benevolentia. Est in adolescente natura doctrinae capax et vis ingenii egregia, et initia doctrinarum recte didicit, ut ipse iudicare poteris. Erit Deo iuvante usui reipublicae, et in hac senecta solatio avo et aviae: mores etiam sunt placidi, et vobis obtemperaturum esse spero. Mitto tibi pagellas, in quibus historia digna lectione continetur. Bene vale vir optime et mihi carissime. Die castorum angelorum. 1554.

Philippus Melanthon.

*) Erasmum Reinhold, filium defuncti Erasmi Reinholdi, Salveldensis, Professoris in Acad. Witeb.

No. 5671. 2. Oct.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 202 sq. Hic ex autographo, in cod. Mon. I. p. 190. quod Baumgartnerus, ut ipse adscripsit, accepit „1554. d. 17. Octob. per Vitum Ortlium secundum."

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Cum hic *Viti Winshemii* Doctoris filius *Vitus* profecturus esset in Academiam Bavaricam ad iuris civilis interpretes audiendos, petivit sibi literas ad te dari, quia iudicat et notitiam et benevolentiam paterni amici expetendam esse; praesertim cum et virtutes tuas saepe in nostris sermonibus commemorari audierit. Nec tu illud Xenophonteum ignoras: *φιλόφιλον δ' εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς φίλοις τοὺς φίλους συναγαπᾶν.* Scripsi igitur ut aditum ad te haberet. Valet ingenio et initia Philosophiae praeclare didicit, ac malueramus eum pater et ego hanc nostram Philosophiam potius sequi, quam forum et aulas appetere. Sed postquam hoc studio delectatur, non repugnavimus, ac optamus ut cursus vitae et laborum eius sit foelix. Ut Nestor Telemachum propter Ulyssis memoriam excepit, ita tu quoque hunc complectere et propter patrem, et propter ingenii sui bonitatem.

De aliis negotiis dedi literas Andreae nuncio. Audimus *Molossum* [1]) in Lotharingia esse, et inde minitari iudicio Amphictyonum. Oro filium Dei ut reprimat seditiosa consilia, nec sinat fieri maiores vastationes. Bene et foeliciter vale. 2. Octobris [2]).

Philippus.

No. 5672. 3. Oct.

Theologi Witteb. ad Eperienses.

Manlii farrag. p. 84. Mel. Select. epist. p. 424. Epist. lib. I. p. 303. (ed. Lond. lib. I. ep. 105.). Repetita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. II. p. 190. et in Consil. theol. Witenb. I. p. 95. — Apographon in cod. Guelpherb. in fol. no. 7. 9. p. 152. — Quum in eodem codice descriptae etiam legantur epistolae Radaschini, et Bartphensium Eperiensiumque ad Theologos Witebergenses simulque scriptum Lauterwaldi, quo suam sententiam exposuit, putavi, haec scripta hic iudicis Witebergensium praemittenda esse, ut clarius intelligatur ista controversia. Habes igitur A) Epistolam Radaschini, B) Declarationem Lauterwaldi, C) Epistolam Bartphensium et Eperiensium ad Theologos Witebergenses, denique D) Witebergensium responsum.

A)

† Ex apographo cod. Guelpherb. in folio, no. 7. 9. p. 151.

Ecclesiae et Academiae Witebergensi S. P. D.

Cum de quibusdam controversiis in religione tractandis convenissemus; M. *Matthias Lauterwalt*, Elbingensis, Pastor Eperiensis Ecclesiae, et ego *Michael Radaschinus*, Pastor Ecclesiae Bartphen, una cum senatoribus quibusdam et Ludingensis (?) utriusque civitatis, in caeteris quaestionibus inter nos agitatis facile utraque pars alteri concessit, hoc excepto, quod M. *Matthias Lauterwalt* sentit, promissionem Evangelii non soli fidei datam esse, verum etiam aliis operibus, quae cum fide necessario concurrunt, atque ideo non sola fide, sed aliis etiam operibus accipi remissionem peccatorum, aliaque beneficia Evangelii. Quia vero id mihi et collegis meis non visum est cum doctrina Pauli, totiusque scripturae testimoniis consentire, et

1) Albertum Marchionem, qui proscriptus ab Imperatore ad Regem Galliae se contulerat. Ab eo mense Sept. 1554. metuebatur, ne ex Lotharingia irruptionem faceret ad turbandum conventum Wormatiensem. Vid. Sleidani comm. p. 826.

2) Ann. 1554. alia manus adscripsit.

tamen certamina acriora cavere voluimus, rectissimum nobis videbatur, ad aliorum recte docentium iudicia provocare, nominatim vero ad Ecclesiam Witebergensem, unde nos prodimus. Itaque oramus propter nomen filii Dei, ne graventur, suam nobis hac de re sententiam quam primum communicare.

Michael Radaschius [Radaschinus]
Pastor Ecclesiae Bartphensis.

B)

† In eodem cod. p. 156.

Utrum sola fides habeat promissionem gratuitam? *)

Ego *Matthias Lauterwalt* Elbingensis respondeo, quod minime habeat. Nam promissiones etiam reliquis bonis operibus fidei factae, gratuitae sunt, nec obligant Deum suis meritis ad debitum, nec Deum sua perfectione obligant ad necessitatem immutabilitatis. Et quantum ad gratuitam promissionem remissionis peccatorum, nequaquam sola fide habet eam promissionem, quatenus sola est, vel distincta, quatenus tantum credit, sed fides quatenus agit poenitentiam per bona opera in praesenti facienda habet promissionem gratuitae remissionis peccatorum. Ergo non sola habet, et per consequens nec sola accipit remissionem peccatorum. Ideo enim fides aut aliud quippiam dicitur accipere seu apprehendere, quod habeat promissionem gratuitam, quatenus facit id, quod additum est gratuitae promissioni, nempe poenitentiam per bona opera in praesenti facienda. Sicut igitur fides dicitur accipere et apprehendere Christum, seu remissionem peccatorum propter Christum non sua vi, aut vi suorum operum: ita etiam contritionis bona opera non sunt vi, aut vi fidei, sed tantum vi gratuitae promissionis, quatenus fiunt in praesenti accipiunt remissionem peccatorum, quam etiam habent, velut hoc dictum declarat: *convertimini ad me, et ego convertar ad vos.* Item: *mulier salvabitur per filiorum generationem, si manserint in fide.* Et similia dicta plurima, habentia promissionem gratuitam, testantur, quod non sola fides accipiat gratiam, sed quae per caritatem operatur. Caritas autem est custodire mandata Dei, ut testatur Iohannes, nempe ut secundum Evangelium, ut per datam gratiam desideria carnis non perficiamus. Actum in Pago Scheibe ad Bartphan. Anno 1554, die 30. Iulii.

Matthias Lauterwalt Elbingensis,
se subiiciens sacro sanctae catholicae ecclesiae et singulariter omnium piorum, obsecuturus meliora monenti.

*) Haec quasi confessio Lauterwalti haud dubie epistolae Radaschii adiecta fuit, ut ex ea cognosceretur status causae.

C)

† *Epistola ad Witebergenses*, ibid. p. 157.

Magnifice Domine Rector, venerabiles domini Magistri et eximii Domini Doctores. Salutem et officiorum nostrorum Commendationem.

Orta est superioribus diebus inter nostros *Bartphenses* videlicet et *Eperienses* ecclesiarum Pastores quaedam, controversia super quibusdam articulis religionis christianae. Ea, ne in magnum aliquod ecclesiarum tam aliarum quam harum incommodum evaderet, pro ea, quae alioqui inter nos est, coniunctione, institutum fuit hisce diebus colloquium, ubi ipsi pastores praesentibus nostris nuntiis facile in plerisque omnibus articulis inter se convenerunt absque uno, super quo Pastor Bartpheniensis appellavit ad Praestantiarum vestrarum et huius Celeberrimae Academiae Witebergensis iudicium, scriptis ab utraque parte sententiis, quae una cum actis hic coniunctae ad Praestantias vestras mittuntur. Itaque Praestantias vestras summopere oramus et obtestamur, ut vestram super eo articulo sententiam aperte et candide declarare, et cum hoc cursore nostro rescribere velitis, prout nos ob amorem gloriae Christi et promovendae veritatis, tum quoque propter ecclesiae Dei incrementum facturos esse non dubitamus, et omnibus gratitudinis officiis de iisdem promereri studebimus. Optamus imposterum Praestantias vestras in domino Iesu quam rectissime valere. Datae Eperies, die 12. Augusti anno Domini 1554.

Iudices et iurati cives civitatum liberarum
Hungariae Bartpha et Eperies.

D)

Responsum Witebergensium.

Ita iudicamus de controversia *Eperiensi*, ut non defugiamus iudicia omnium piorum † doctorum" in omnibus Ecclesiis instauratis in tota *Germania*, *Pannonia*, et *Dania;* ac speramus *Matthiam* ita memorem esse nostrae benevolentiae erga ipsum, ut ne ipse quidem queri possit, odio nos moveri in hac diiudicatione. Si dicet nos nimium amare nostra scripta, aut hebetiores esse, quam ut subtilitates suas intelligamus, permittimus hanc nostram responsionem etiam aliarum Ecclesiarum iudiciis, ut antea diximus. Certe vult Deus esse aliqua Ecclesiae iudicia, et servet aliquos doctrinae testes. Primum autem precamur Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui in agone utrumque petivit, et ut sanctificet aeternus Pater Ecclesiam in veritate sua, et ut faciat ut unum simus in ipso, ut et nostra iudicia regat, et flectat nostra pectora, et *Matthiam* ad piam concordiam.

Ac scit *Matthias* saepe nos valde orasse ipsum, ut se ad consensum Ecclesiarum in *Pannonia* adiungeret, sed natura est nimis amans argutiarum. Eo [1]) plus periculi est iudicantibus, quia homines arguti sine fine quaerunt disputationum praestigias. Sed simplici et candido animo, et pie respondemus, Probare nos sententiam *Bartphensis* [2]) Ecclesiae, quae retinet nativum intellectum propositionis, *Sola* [3]) *fide iustificamur*, sicut tota Prophetica et Apostolica scriptura affirmat, Sola misericordia propter Mediatorem recipi, reconciliari, et vivificari Spiritu sancto vere credentes, id est, fiducia Filii Dei sese consolantes; sicut *Paulus* inquit, *Iustificati fide pacem habemus.* Etsi autem haec fides seu fiducia non est in his, qui securi perseverant in sceleribus, et sunt sine contritione, tamen contritio, et nova obedientia non sunt res applicantes promissionem gratiae, ut dicit *Matthias Lauterwaldt*, et satis commode respondit *Radaschinus* [4]), contritionem esse quiddam antecedens necessario. Cumque interrogat *Matthias*, utrum antecedat ut causa, an ut medium, Respondemus, nequaquam antecedere contritionem, ut causam remissionis, seu meritum, nec ut medium applicans promissionem, sed sicut vulnus, aut vulneris sensus antecedit curationem. Totum genus humanum reum est horrendae irae Dei, et sensu divini iudicii per ministerium vocis divinae arguentis [5]) peccata [6]), et per poenas, et alias aliter commonefit. In his terroribus multi pereunt irascentes Deo, aut *Epicureo* contemptu magis ruentes contra Deum. Alii non repugnantes Deo, sed quaerentes consolationem in voce Evangelii accipiunt remissionem peccatorum, reconciliationem, ac iustificationem, et vivificationem per Spiritum sanctum, ac fit apprehensio promissionis, et applicatio sola fide, id est, fiducia Mediatoris, non propter contritionem, neque propter sequentes virtutes, sed nititur fides solo Mediatore, seu misericordia propter Mediatorem promissa, et acquiescit cor, quia scit promissionem ratam esse propter Mediatorem. Hanc esse doctrinam simplicem et incorruptam, traditam in Propheticis et Apostolilis scriptis manifestum est, ut in *Psalmo* dicitur: *Salvum me fac propter misericordiam tuam.* Et *Daniel* inquit: *Non in iustitia nostra, sed in misericordia tua, propter Dominum exaudi nos.* Et *Paulus* inquit: *Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio.* Haec ut intelligantur, non ociosas speculationes, sed veros pavores, et veram consolationem in conversione, et quotidiana invocatione consideremus. Docemus non inanes λεπτολογίας, sed vocem divinam, et res in vita maxime necessarias, et quae a piis intelligi possunt. Dicimus voce divina argui peccatum, et omnes homines debere expavescere agnitione irae Dei, et expavescentes fide ad Mediatorem confugere: Eaque fide gratis, non propter antecedentia, aut sequentia opera accipi remissionem peccatorum, reconciliationem et iustificationem, ac vivificari credentes per ipsum Filium Dei dicentem consolationem in corde, et liberantem cor ex doloribus inferorum, dato Spiritu sancto, atque ita inchoari novam obedientiam. Haec sic fieri in vera conversione omnes pii experiuntur. Nunquam dicit *David*, se habere remissionem peccatorum propter sua bona opera in praesenti facta partialiter, vel totaliter. Removeamus has corruptelas, nec sinamus veram consolationem piis mentibus eripi. In veris doloribus experimur, nullam esse firmam consolationem, nisi hanc, de qua *Paulus* inquit, *Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio.*

Quia igitur *Matthias Lauterwaldt* damnat doctrinam Ecclesiae nostrae, et contendit non sola fide, sed contritione, et aliis operibus [7]) fieri applicationem remissionis peccatorum, et iustificationis; Iudicamus, eum docere corruptelas verae doctrinae. Nec reipsa differt haec corruptela a Synecdoche Monachorum, qui dicunt [8]), *Fide iustificamur, quia inchoat dilectionem et alia bona opera.* Verbum seu promissio sola fide apprehenditur. Nam hac re differunt fides et caetera opera, quod fides apprehendit promissionem, et accipit non ut meritum: Caetera vero opera Deo aliquid offerunt; nec applicatio per opera intelligi alia potest, nisi ratione meriti. Nomen igitur meriti abiicit *Matthias*, rem retinet, et

1) Peuc. et Manl. *et*, sed cod. Guelph. *eo*; pro *quia*, quod habent Manl. et cod. Guelph., Peucerus dedit *quando.*

2) Manl. *Barthensis.*

3) *sola*] non habet Manl.

4) *Radaschinus*] Manl. et cod. Guelph. recte; nam *Cadaschinus* Peuceri mendum est.

5) Cod. Guelph. *sensus — arguens.*

6) Manl. *arguitur de peccato per poenas.*

7) Cod. Guelph. addit: *bonis.*

8) *dicerunt*] Manl.

sibi blanditur ociosis speculationibus. Quod autem clamat, toti poenitentiae promitti gratiam, id si ita intelligit, ut non servet distinctionem partium, et suam cuiusque proprietatem, non recipimus ipsius dictum. Contritioni promittitur, ut vulneri curatio. Deinde fide fit applicatio remedii, et nullo modo potest dici, quod propter sequentia opera detur remissio. Etiam cum sic breviter dicitur, *Convertimini ad me, et ego convertar ad vos*, tamen partibus suae proprietates tribuendae sunt. Veterem cantilenam, inquiet, repetitis; Verum est nos eandem sententiam repetere, quia haec unica sententia in hac quaestione vera est, et existimamus totam causam alibi saepe et perspicue declaratam esse, non a nobis tantum, sed etiam ab aliis, qui hoc ipso quadriennio refutarunt *Interim*, *et Osiandrum.*

Cognovimus autem ex eius disputatione, plane [9]) dissentire eum a toto genere doctrinae. Fidem intelligit de notitia Historiae, et legis. Deinde addit, *Fidem posse esse sine dilectione.* Dicit, falso nos docere has propositiones aequipollentes esse, *Sola gratia iustificamus*, et, *Sola fide iustificamur.* Aliud igitur intelligit *gratiam*, quam nos.

Cum igitur iudicemus *Matthiam Lauterwaldt* corruptelas verae doctrinae in sua disputatione proponere, hac nostra commonefactione hortamur eum, ne se a consensu pie docentium in Ecclesiis *Germanicis* et *Pannonicis* disiungat, ac si hoc nostro iudicio non est contentus, placet nobis ipsius disputationem, et alia [10]) scripta, et hanc nostram responsionem ad plures mitti Ecclesias instauratas. Nihil in hac tota re fit a nobis privato affectu ullo. Scit ipse *Matthias*, fuisse nobis dulcem cum eo amicitiam, quam nunc distrahi dolemus, sed magis dolemus Ecclesias turbari ipsius *φιλονεικεία.*

Audimus etiam eum contumeliose loqui de Propositione usitata, *Sola fide iustificamur*, et nuncupari eam ab ipso cloacam *Antichristi.* Extant nostrae declarationes, ideo nunc brevius respondemus, sed si nec nostro iudicio, nec aliarum Ecclesiarum sententiis flecti volet ad communem consensum, hortamur Senatum *Eperiensem*, ut eum a ministerio Evangelico [11]) removeat. (anno 1554. Manl.)

9) Cod. Guelpb. *plenius.*
10) Cod. Guelpb. addit: *istic.*
11) Cod. Guelpb. *ecclesiae.*

No. 5673. 3. Oct.

Melanthon ad Eperienses.

Select. epist. p. 301. Epistol. lib. I. p 301. (ed. Lond. lib. I. ep. 104.). Repetita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. II. p. 189. De eadem controversia Radaschinus et Eperienses non solum Theologis Witebergensibus, sed etiam Melanthoni scripserant. Putavi igitur has literas, quae in cod. Guelpb. fol. no. 7. 9. p. 157 sqq. habentur, neque hactenus editae sunt, hic responso Melanthonis praemittendas esse. Habes igitur A) Epistolam Radaschini, B) Epistolam Eperiensium ad Melanthonem, et C) Melanthonis responsum.

A)

† Ex apogr. cod. Guelpb. in fol. no. 7. 9. p. 157 b.

Epistola Radaschini ad Melanthonem.

S. P. D. Scripsi ante paucos dies ad Excellentiam tuam, ornatissime domine praeceptor, epistolasque misi, quibus certatum est inter me et M. *Matthiam Lauterwaldum* de articulo iustificationis coram Deo. Quod Deus iustificet, et quod gratis propter solius Christi merita iustificet, nulla est dissensio inter nos; sed dissentimus in applicatione meritorum Christi et remissionis peccatorum. Nam M. *Matthias* scholasticum dogma revocat, quod fides non sola quatenus apprehendit Christum cum suis meritis applicet nobis remissionem peccatorum, sed fides coniuncta cum bonis operibus, quatenus facit bona opera in praesenti facienda, applicat remissionem peccatorum. Hoc quidem concedimus, eos non consequi remissionem peccatorum, qui non agunt poenitentiam, utcunque glorientur de magna fide, sed negamus, opera contritionis aut novae vitae esse instrumentum illud, aut, ut ipse vocat, medium, quo Christus cum suis meritis apprehenditur, remissioque peccatorum nobis applicatur. Hoc enim solius fidei officium est, quia gratuita promissio nullum aliud obiectum habet, quo apprehendatur, quam fidem. *Lauterwaldus* contra: poenitentia habet promissionem gratuitae remissionis peccatorum, non sola fides, ac propterea opera poenitentiae cum fide aequaliter accipiunt remissionem peccatorum. Hac, inquam, de re antea scripsi et epistolas nostras misi tuae Excellentiae diiudicandas. Sed quoniam proprius nuntius nunc ab his duabus urbibus mittitur, ut audiant cum reliquorum recte docentium in Academia vestra, tum maxime tuae Excellentiae iudicium de hac controversia, nolui eum sine meis literis dimittere, quando ipse sim aliqua pars causae huius legationis. Negotium quidem facio tuae Excellentiae, alioqui fere infinitis molestiis et laboribus occupatae, sed invitus, Deum testor. Nam calumniarum, convitiorum et contumeliarum, quibus ab eo affectus sum magno libro, quem contra me scripsit, libentius oblivíscerer, quam tuam Excellentiam inquietam redderem, nisi sentirem, dogma eius gloriae Dei, saluti multorum, unitatique ecclesiae officere. In hoc tanto et tam gravi negotio puto nemini parcendum esse. Hac ratione opposui me illi, ne videretur sibi datum

esse locum ad spargendos errores suos nemine contradicente. Nemo hanc de me habeat suspicionem, quod spe alicuius gloriolae coeperim ei contradicere, qui, non ignarus propriae ruditatis, scivi barbariem meam etiam illis, quibus ignota fuit, palam fore, sed mei officii esse duxi, tueri quocunque modo possum gloriam Dei et salutem proximi.

Ac primo dehortatus sum eum fraternis admonitionibus ab erroneo proposito, quod ipse fatetur non tantum aliis sed etiam ei ignotum fuisse antequam in hoc vicinium venit. Deinde postquam intellexi, eum meas dehortationes floccipendere, irridere, et non tantum non desistere de suo proposito, sed magis pergere, tentans concoeptum errorem etiam in alias ecclesias spargere, scribendo et mittendo illos, quos in suas partes pertraxit, turpissimo nomine vocans, salvo honore, cloacam antichristi et Satanae omnes, qui ab eo dissentiunt, misi epistolas illas ad me et meas ad eum scriptas ad circumiacentes ecclesias, ut viri ad regnum Dei docti iudicantes de doctrina etiam dehortarentur eum, ne fieret autor novi schismatis in ecclesia, aut, si ipse pergeret esse sui similis, ut ecclesiae, cui praeest, scriberent, ne pateretur se a vera doctrina, quam antea amplexa fuit, abduci. Hanc ob causam dicit, me, falsa suspicione motum, mendacia de se ubique terrarum spargere. Sed facit mihi iniuriam, quia ego de eo nihil aliud scripsi, quam hoc quod proxime dictum est, ut illi, qui in ecclesiis doctrina et autoritate valent, iuvent etiam commune incendium extinguere.

Nunc autem, quoniam utrumque vestrae Academiae causam diiudicandam committimus, cuius autoritas multis aliis antefertur, rogo per gloriam filii Dei, excellentissime domine praeceptor, una cum domino D. et Pastore ecclesiae et aliis pie doctis in academia, ne gravemini vestram sententiam, de qua ego antea nihil dubito, nobis communicare, litemque hanc componere, ut ecclesiae in his regionibus intelligant, vos non dissentire a doctrina, quam hactenus multis disputationibus, lectionibus, libris, concionibus et Confessione Caesareae Maiestati exhibita professi estis, divisaque dogmata caveant. Bene valere Tuae Excellentiae opto. Datae Bartiphae in die Bartholomei, anno 1554.

Michael Radaschinus,
Pastor Ecclesiae ibidem.

B)

† Ibid. p. 159.

(*Epistola Senatus Eperiensis ad Melanthonem.*)

Reverende vir et domine, tanquam pater nobis observande. Salutem et officiorum nostrorum debitam commendationem.

Docuit hactenus in ecclesia nostra venerandus vir, M. *Matthias Lauterwalt*, Elbingensis, Pastor noster, fidem agentem poenitentiam per bona opera in praesenti iustificare sive accipere remissionem peccatorum et non fidem solam, quae non agat poenitentiam. Ea doctrina cum in propheticis et apostolicis scriptis contineatur, in nostra ecclesia nihil peperit offendiculi, et opinamur, etiam Tuae Praestantiae scripta ita interpretanda esse, etiamsi in verbis videatur aliquid dissidii.

Quia tamen Pastor et ministri ecclesiae Bartphensis in ea offenduntur, institutum fuit colloquium inter ipsos pastores, ubi, quomodo inter se convenerint, et quid sit reliquum dissidii in praecipuo articulo, cum ex actis tum ex sententiis utrimque scriptis, quae his coniunctae istuc transmittuntur Praestantia tua intelliget. Proinde Praestantiam tuam magnopere omnes *) et obtestamur, ut vestram, hoc est huius academiae Celeberrimae et tuam sententiam candide et bona conscientia declarare, et cum hoc cursore nostro rescribere velitis, facturi in eo officium Deo valde gratum, ecclesiae eius utile ac necessarium, et a nobis omni gratitudinis genere reponendum. Optamus Praestantiae tuae bene valere. Die 12. Augusti anno 1554.

Iudex et Senatus civitatis
Epiries.

C)

Melanthon ad Eperienses.

Honestissimis Viris, Prudentia, et Virtute praestantibus, Senatoribus Inclytae urbis Eperiensis, amicis suis colendis S. D.

Honestissimi viri, Utrumque praedixit vox divina illustribus et non fallentibus testimoniis. In hac languida et delira mundi senecta, et futuras esse maiores generis humani confusiones, quam fuerunt antea, et tamen Filium Dei etiam inter Imperiorum ruinas aeternam Ecclesiam voce Evangelii, et non aliter collecturum esse, donec mortuos in vitam revocabit, qui quidem et aliqua Ecclesiae hospitia servabit. Hanc vos consolationem in dilaceratione regni *Pannonici* tenere necesse est. Est autem dulcior haec consolatio, ubi non impeditur invocatio Dei dissensionibus dogmatum. Quare valde dolemus, istic accendi dissidia opinionum, et Filium Dei oramus, ut mentes omnium ad veritatem et concordiam flectat. Misimus etiam diiudicationem veram et perspicuam, de qua gratum nobis erit etiam aliarum Ecclesiarum iudicia audire.

Dileximus *Matthiam Lauterwaldt*, ut ipse, et multi graves viri testari possunt; Nec consilium vestrum de eo vocando probassemus, si existimassemus eum a nobis dissentire. Hoc sciebamus, naturam amantem esse argutiarum, et pugnacem. Quare saepe monuimus, ne res recte traditas,

*) excidit: *rogamus* vel simile.

inani subtilitate obscuraret. Postea istic magis coepit indulgere ingenio, et Propositiones edidit, in quibus palam oppugnat consensum Ecclesiarum nostrarum. Eramus igitur admonitionem ad vos missuri, etiamsi non petita esset diiudicatio. Est autem laudanda pietas vestra, quod ipsi iudicia aliorum audire decrevistis. Vosque hortamur, ut cito extinguatis initia dissidii. Potestis et vicinae Ecclesiae *Coronensis* sententiam audire. Ac si *Matthias* non adsentietur piorum iudiciis, erit pietatis, et gravitatis vestrae removere eum a ministerio Evangelii. Haec non sine dolore scribimus, sed necesse est nos omnes et veritati, et piae concordiae Ecclesiarum consulere. Bene valete. Die Octobris tertio, Anno 1554.

No. 5674. 6. Oct.

Lectori.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 261.

Omnibus lecturis has literas.

S. D. Exulat Ecclesia Dei in hoc mundo, ut cogitemus de primo exilio, in quo coelestem patriam amisimus, et de filio Dei, qui mirando consilio et immensa bonitate factus est exul, ut nos in coelestem patriam reducat. Quid potest cogitari mirabilius, quam quod filius Dei et semper adfuit generi humano, et postea assumpta humana natura fit victima pro nobis? Et quidem de perpetua praesentia in Ecclesia dictum est: *ludit sapientia Dei in orbe terrae, et delectatio eius cum filiis hominum.* Dulcissime dicit vox divina, delectari *λόγον*, filium Dei, consuetudine hominum, et hunc ipsum filium Dei *λόγον*, qui adsumpta humana natura palam conspectus est crucifixus pro nobis et resuscitatus et vere custos est Ecclesiae suae, oro, ut nos gubernet. Hic cum velit etiam, pios exules a nobis iuvari, oro omnes honestos viros, ut huic *Georgio Dryoxylo* *) benefaciant, qui in patria *Bergensi* natus domi esse non potest inter eos, qui idola defendunt, et in urbe, quae nomen habet gentis antiquae *Mysorum*, honestam coniugem et duas filias et filium habet. Quaerit autem apud honestos homines auxilium, quos oro, ut moveantur et exilii causis et coniugis honestae et parvarum filiarum calamitate. Certissimum est, Deum vicissim benefacere his, qui exulibus piis benefaciunt. Bene vale, lector. Die 6. Octobris anno 1554.

Ph. M.

*) i. e. Georgio Eichholz.

No. 5675. 14. Oct.

I. Calvino.

Edita in: Io. Calvini epistol. et responsion. Genev. 1617. fol. p. 199. Et Opp. Tom. VI. P. 2. p. 187.

Iohanni Calvino.

Reverende vir et charissime frater. Legi scriptum tuum, in quo refutasti luculenter horrendas *Serveti* blasphemias, ac filio Dei gratias ago, qui fuit *βραβευτὴς* huius tui agonis. Tibi quoque Ecclesia et nunc et ad posteros gratitudinem debet et debebit. Tuo iudicio prorsus adsentior. Affirmo etiam, vestros magistratus iuste fecisse, quod hominem blasphemum, re ordine iudicata, interfecerunt. Quod vero in proximis literis me hortaris, ut reprimam ineruditos clamores illorum [1]), qui renovant certamen *περὶ ἀρτολατρείας*, scito, quosdam praecipue odio mei eam disputationem movere, ut habeant plausibilem causam ad me opprimendum [2]). Cum doctis et bonis viris multa collocutus sum de multis disputationibus, quas haec una controversia complectitur, de divinarum personarum proprietatibus, de patefactione Dei *διὰ λόγου καὶ πνεύματος* in vera conversione seu consolatione. De his tantis rebus maxime tecum loqui cuperem, quem scio amantem esse veritatis, et non habere animum occupatum odiis aut aliis stultis affectibus. Sic ait Nazianzenus: *ἐκ φωτὸς τοῦ πατρὸς φῶς καταλαμβάνομεν, τὸν υἱὸν ἐν φωτὶ τῷ πνεύματι ἁγίῳ.* Etsi pauca sunt eius scriptoris dicta de illa agnitione Dei, quae lucet in vera agnitione, tamen hoc dicto delectatus sum, quod inserui huic epistolae, quia tibi quoque gratam fore eius mentionem arbitrabar. Haec nihil *πρὸς τὴν ἀρτολατρείαν*. Non despero, nos collocuturos esse, an-

1) Wigandi, qui contra Calvinum scripserat.

2) Calvinus Melanthonem (ep. d. d. 6. Cal. Septb. 1554.) hortatus fuerat, ut liberius profiteretur suam sententiam, et intemperiem turbulentorum hominum, bellum de sacra coena innovantium, sedaret.

tequam ex hac mortali carcere mens discedat. Etsi enim propter senectam a meta huius curriculi non procul absum, tamen quotidie nova exilia exspecto. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, ut te et nos omnes gubernet. Bene vale, charissime frater. Die XIV. Octob. 1554.

No. 5676. (h. t.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 652 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Quod non estis profecti ad Conventum*): sed domi apud honestissimam coniugem et dulcissimos liberos, et in Ecclesia vestra manetis: gratulor vobis hanc tranquillitatem, et Deum oro, ut vos servet. De Conventu si quid vos certi intelligitis, quaeso, ut nobis communicetis, nos nihil audimus, nisi de tributis conclusum esse. Ea conclusio Principibus facilis est, ut scitis. Vellem ex Gallia revocari *Christophorum Reineck*: nam et aliorum honestorum hominum in Germania liberi revocati sunt. Impendet magnum bellum, quod totam Europam concutiet. Deus servet Ecclesiae suae reliquias, et earum hospitia. Filius vester, Dei beneficio, recte valet. Bene valete.

Philippus.

*) Puto Francofurdensem, mense Oct. 1554. habitum, qui secutus est Wormatiensem. Vid. Sleid. p. 826 sq.

No. 5677. 22. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 694. (edit. Lond. lib. IV. ep. 836.). — Retulit quidem editor epp. ad Camerarium hanc ep. ad ann. 1555., sed anno 1554. est scripta. — Etenim 1) *τὸν ῥάπτην* petiisse Melanthonem et Camerarium simul scribitur etiam in epist. die brumae huius anni scripta. 2) Iacobus Tubingensis reversus ex Prussia, qui hic commemoratur, venit missus a legatis Würtembergensibus in Prussia, qui ibi erant a. 1554. 3) Io. Aurifaber renunciatus est Inspector totius dioecesis Sambiensis in synodo Regiomonti d. 2. Septb. 1554. habito. Vid. Salig. in hist. Aug. Conf. II. p. 1033.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo,

S. D. Cum rediissem domum [1]), postridie mane ad me *Cocritius* [2]) senex. Primum, ut L. Gellius Athenis philosophos, ita hic nos ad concordiam hortatur; sed hoc durius, quam ille Romanus; affert praeformata capita, primum de palinodia; iubet nos abolevisse decalogum, haec enim erant verba in ea formula, deinde nova *συνομοσία* [3]) erat addita, ut promitteremus, nunquam nos accessuros esse ad ullas conciliationes, si quae cum Episcopis instituerentur, nec unquam concessuros esse principibus, ut aliquid in Ecclesia constituant. Respondi plane *λακωνικῶς*, *περὶ ὧν ἐγεγράφει, οὗ.* Eo autem brevior fui, ne quid iratus dicerem durius. Legeram enim virulentum scriptum *somnii Germanici* [4]), cuius autorem esse *τὸν ῥάπτην* [5]) quidam suspicantur, quidam Polyphemi filium, fratrem *τοῦ Ἰλλυριοῦ.* ego non unum *ῥάπτην* scripsisse iudico, sed multos fuisse *συῤῥάπτας*, ac video, nos duos praecipue peti, et nostris capitibus fata cantari. Non dubito esse Ecclesiam aliquam Dei, sed ut antea alias alia tyrannide oppressa fuit, ita nunc *δημαγωγοὶ ὀχλοκοποῦντες*, indocti, nec quaerentes doctrinae fontes, nec disciplinam, nec vera pietatis exercitia curantes, dominantur, quorum regna non ego quidem impedire possum, sed tamen familiaritates eorum vitabo. Et quanquam sedemus ut Daniel inter leones, tamen Deus gemitus nostros exaudiet, et aliqua sua agmina ser-

1) Iter fecerat cum Camerario ad visitandas scholas, Misnensem, Grimmensem, Portensem, mense Sept.

2) Köckritz?

3) *συνωμοσία.* — Hanc rem ad lites adiaphoristicas spectare, non quidem dubito, sed quaenam fuerit accuratius definire non possum.

4) Peucerus de sententia Phil. Mel. p. 89. et post eum Hospinianus in der Historie des Sacramentsstreits II. p. 221., et Saligius in hist. Aug. Conf. II. p. 1089 sq. putant quidem, esse sermonem de libro latino Io. Stolzii, quem inscripsit: *Somnium*, et a. 1553. prodiit; at Melanthon loquitur de libro Germanico: Klagrede D. Mart. Luthers, mit Vorrede von Nic. Gallus.

5) Quem hic vocaverit *ῥάπτην* definire nolo. Non videtur esse, ut putat Thomasius in clavi, *Sarcerius.* Neque enim hic Mel. nomen germanicum vel latinum hominis graecum fecit, sed potius hominis doctrinam deridere voluit, vel qui sine ordine res coniungere, vel ex aliis sua describere solebat: *compilator.* Commemoravit quidem inter auctores libri confutationis Wimariensis in ep. ad Hardenberg. d. 6. Febr. 1559. etiam „*τὸν ῥαπτῆρα*, i. e. Sarcerium"; sed vid. quae ibidem diximus.

vabit. Si qua erit occasio pro nobis dicendi, commemorabo, quarum rerum explicationem isti *κόλακες τοῦ δήμου* impedierint et impediant.

Respondit aula [6]) de *Sabino*, et promittit ducentos, et Sacerdotii reditus, quam primum aliquod erit in potestate Academiae. Putavi, esse verecunde petendum, et posse impetrari accessionem cum aliquid scripsisset ad Principem. Sed audiet etiam voluntatem *Marchionis* Electoris, etsi ego quidem arbitror, posse eum manere in Academia Regiomontana. Nam heri reversus huc *Iacobus* Tubingensis attulit decretum [7]), quod etsi *Sabinus* durius interpretatur, tamen ubi legeris existimo te *ἐπιεικέστερον* interpretaturum esse. Timotheus tabellarius recta profectus est ad Ducem *Augustum*. Si quid ad nos literarum afferet, tibi mittam. Nunc mitto Iohannis *Aurifabri* epistolam. Publica autem renunciatio facta est *περὶ τῆς ἐπισκοπῆς* [8]), ut sit *Iohannes Aurifaber* totius dioecesis Sambiensis Inspector. Bene et feliciter vale, XIX. Cal. Novembr.

Philippus.

No. 5678. 24. Oct.

Alberto Duci Pr.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 203. ep. 59.

Alberto Duci Borussiae

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Maxime optarim re bene deliberata inter doctos et pios explicari quasdam controversias. Sed videt Celsitudo vestra, qualis aetas, quanta rabies ingeniorum. Ideo sive magna, sive parva Synodus conveniat, multum est periculorum. Sed tamen si aliquo vocabor ad piorum colloquium, non defugio laborem, aut pericula.

De executione in vestris Ecclesiis scripsi meum fidele consilium in pagella quam *Timotheus* *) descripsit. Spero pacem Ecclesiis vestris restitui posse, si in executione pia moderatio adhibebitur. De Synodo quid responsura sit aula nostra, nondum scio. Sed *Timotheo* exposui meas cogitationes, etiam si magna Synodus non poterit congregari. Credo tamen posse aliquorum piorum colloquium institui, sed prius principum voluntates audiantur. Bene et foeliciter valeat Cels. vest. cui deus ad salutem Ecclesiae longa vitae spacia tribuat. Datae die 24. Octobris.

Philippus.

6) Videtur esse aula Dresdensis; voluit nimirum Sabinus ex Prussia migrare propter tumultus Osiandricos, et vocatus est doctor in Academiam Francofordianam. Postea vero Regiomontum rediit.

7) Decretum finita Synodo Regiomontana, d. 24. Septb. promulgatum.

8) Quum synodus Regiom. haberetur, d. 2. Septb. 1554.

*) Secretair des Herzogs. (Fab.). — Scripserat suam sententiam, quum med. Septb. h. a. Dresdae esset.

No. 5679. 25. Oct.

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

M. Ioanni Aurifabro, amico suo carissimo. (Regiomonti.)

Reverende vir et carissime frater. Etsi in hac confusione negotiorum, in quae nostra aetas incidit, saepe mutantur voluntates hominum, tamen vere hoc affirmare possum, meam erga te benevolentiam nunquam mutatam esse. Ac multa signa sunt veri amoris, ex quibus intelligere potuisti, meam erga te benevolentiam non fucosam fuisse. Spero autem fore, ut in Deo in tota aeternitate unum simus. Nunc te oro, ut *Sabinum* illustrissimo Principi commendes. Et cum scias, eum et fuisse ornamento Academiae Regiomontanae, et ei deinceps posse celebritatem addere, sis hortator, ut Priuceps Illustrissimus toties scriptis duraturis ab eo ornatus, priore eum benevolentia complectatur, et stipendio suo in Academia clementer foveat, et praebeantur ei ea, quae debentur. Scis, a nobis non esse ortum initium discordiarum Balthicarum; et quae mea fuerit moderatio tu optime intelligis. Oro igitur, ut Illustrissimus Princeps heroicam bonitatem erga nos quoque exerceat. Bene et feliciter vale. Ubi potero flectere animos ad concordiam inter nos studebo. Bene vale. 25. Octobr. Significat etiam, se solvisse aerario Academiae marcas quinquaginta et unam, quas non debuerit et non converterit in usus suos. Eam pecuniam etiam reddi ei oro, ac totum *Sabinum* tibi commendo. Meministi hoc Euripideum a me saepe recitatum: *εἰ μὴ γὰρ ὢν ἄνθρωπος*

ἀνθώπου τύχαις ὑπηρετήσω οὐ *) φανήσομαι φρονῶν. 1554.

No. 5680. 27. Oct.

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 417 sq. Apographon in cod. Goth. 212. p. 84 b.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

Hoc die, videlicet die 27. Octob. meus Pater Georgius ante annos 47 mortuus est, cum quidem vixisset tantum annos 49 [1]). Multa igitur hodie, et de ipsius placidissima morte et de horribilibus motibus cogitabam, qui postea secuti sunt, de quibus memini, eum vaticinari, cum biduo ante mortem me natum annos decem alloqueretur, et me Deo commendaret, ac ad timorem Dei adhortaretur. Vidi, inquiens, multas Reipublicae mutationes, sed impendent maiores, in quibus ut te Deus regat, precor. Et tibi, fili, praecipio, ut Deum timeas, et mores honeste regas. Postea, ne mortis spectator essem, statim Spiram missus sum. Ita Patre moriente primum ex Patria lacrymans discessi. Quantum postea lacrymarum fudi in his confusionibus et Ecclesiarum et Imperiorum, in quibus, ut servet Filius Dei cymbam suam, et honesta doctrinarum studia, et honestam disciplinam, toto eum pectore oro.

Hunc *Matthiam*, natum in *Kelheim*, non procul a Regensburgo, mitto istuc, ut *Nicolai* [2]) discipulos doceat. Intelliges, modestum et recte doctum esse, et carmen scribit, quare te colet maiori studio. Te oro, ut eum complectaris, et regas. Bene vale charissime frater. Die 27. Octobris 1554.

---

*) Potius πού scribendum videtur. Caeterum hi versus non sunt Euripidis.

1) Cod. Goth. 47.

2) Nicolai Pulzii s. Politii, qui in patriam rediit. Vid. ep. ad Baumgartn. d. 25. Nov. h. a. coll. ep. d. 10. Ian. et d. 13. Mart. 1553.

No. 5681. 28. Oct.

G. Cracovio.

Epist. lib. II. p. 369. (ed. Lond. lib. II. ep. 381 b.).

D. Georgio Cracovio

S. D. Clarissime vir, Post iter vestrum die 28. Octobris allatae sunt ex aula literae, quas videre vos in hac legatione necessarium esse iudicavimus. Respondet Princeps Elector se non mutare priora mandata. Pugnabitis igitur quantum poteritis. Sed scis veterem querelam de *Astrea*, quae cum ipsa ex imperiis pulsa sit, feramus nos quoque iniurias, si iusta obtinere mediocri et iusto labore non possumus. Optavi semper doctrinarum causa non dissipari hanc *μυρμηκίαν*, et hactenus hic mediocria fuerunt, Dei beneficio, omnium honestarum artium studia. Quare etsi dolorem mihi dissipatio adferet, tamen quod ferre necesse est sapienter feramus. Bene vale. Die 28. Octobris.

No. 5682. 29. Oct.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 570 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Adfuit hic hisce diebus *Ioachimus Camerarius*, qui filium suum adduxit, postea cum eo *Michaël*, filius vester, Lipsiam profectus est, ut advehat Iuris libros, rediturus, Deo iuvante, cum *Paulo Ebero*, qui etiam Lipsiam curru vectus est. Quod petitis, ut hac hyeme sit mecum, non recuso. Sed vellem eum habere magis adsiduum Praeceptorem, quam ego esse possum. Hoc brevi tempore post Lipsicum mercatum quam multa scripsi de controversiis Prussiacis, de Pannonicis et aliis.

Neandri melancholiam, statim cum eum vidi, iudicavi, mirabilem esse. Nec ipse mecum multa locutus est. Brevi commonefactione hortatus sum eum, ne accenderet odia et dissidia. † Sed natura non multum dissimilis est naturae *Antonii*. Nos ea, quae utilia sunt Ecclesiae et reipublicae faciamus, et familiaritates istorum male-

dicorum hominum fugiamus" *). Bene et feliciter valete. Die Octobris 29.

Philippus.

No. 5683. 14. Nov.

Senatui Ratisbon.

Edita a *Strobelio* in Ej. Neuen Beiträg. zur Lit. T. V. p. 363. — Vid. epist. Mel. d. 25. Nov. scriptae. — Nicolaus Gallus Ratisbonae novas leges de excommunicatione ferre conatus fuerat, ut intelligitur ex epist. ad Mollerum d. 25. Nov. h. a. scripta.

Den Erbarn Weisen und Fürnemen Herrn Camerern und Rath der löbl. Kaiserlichen Stadt Regensburg, meinen günstigen Herren.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Erbare, weise, fürneme, günstige Herren.

Wiewohl ich Bedenken gehabt, ob ich auf Ew. Ehrbarkeit Fragen etwas antworten sollt, denn etliche Fragen sind an ihnen selb sehr weitläuftig, davon einer allein nicht gern schließen wird, so sind die Euern mir gefähr, und haben mich zuvor mit calumniis hochbeschwerlich angriffen: gleichwohl habe ich zu Bericht Ew. Ehrbarkeiten diese Anzeigung, wie folgt, thun wollen.

Und erstlich ist gewiß wahr, es sollen und müssen in der wahrhaftigen christlichen Kirchen Gericht und Bann seyn, wie der klare Text spricht Matth. 18., und St. Paulus redet von solchem Gericht 2 Corinth. 13. und sonst, und soll die ganze Kirche und vornemlich die christliche Oberkeit mit Ernst dazu Hülf thun.

Und wiewohl in notoriis criminibus ein Pastor allein, ohne andre Personen, procediren kann, erstlich mit der heimlichen Vermahnung, darnach mit öffentlichem Bann in reo insanabili: so fallen doch mehr Sachen vor, nemlich große Verdacht, disputirliche Sachen von der Lehr, von Ehegelübden, Ehescheidungen, Kirchengütern etc.

Von wegen mancherlei solcher Sachen sind allezeit gewisse Consistoria in den großen Kirchen gewesen, und können Ew. E. von dem Ehrwürdigen Herrn Doctor Justo Jona berichtet werden, wie fleißig nach dem Augsburgischen Reichstag anno 1530. durch den Ehrwürdigen Herrn Doct. Martinum Lutherum, ihm selbst Doctorn Jonam, Doctor Brucken Canzlern, und andere die Verordnung des Consistorii allhier berathschlagt und gestellet ist, und ist dieselbige Forma hernach andern Landen ein Exempel gewesen.

Diesem Consistorio ist der Bann befohlen, damit nicht ein jeder Pastor ohne ordentliche Erkenntniß und ohne gebürlichen Proceß zur excommunicatio fortfahre. Denn aus solchen Privathandlungen folgen mancherlei Unrichtigkeit, wie viel Exempel beweisen, die sich in etlichen Landen und Städten in wenig Jahren zugetragen haben. Derwegen ich auch vor dreien Jahren an die Durchl. Hochgebornen Fürsten und Herrn, Fürsten zu Hennenberg **) etc. geschrieben habe, dieweil von solchem Privatbann Streit vorgefallen war, ihr Fürstl. Gnaden wollten ein Consistorium verordnen, und mit Ernst zur Execution Hülf thun.

In dieser Meinung bin ich noch, und rath Ew. Ehrb. deßgleichen.

Dabei ist nu zu bedenken, welche Fäll in dieses Consistorium gehören sollen. Von den notoriis criminibus ist kein Zweifel; und ob sie gleich notoria sind, so ist dennoch gut, daß die Ordnung des Herrn Christi gehalten werde, daß der Sünder erstlich erfordert, mit Worten gestraft, und zur Besserung vermahnet werde. Alsdann werde Unterschied gehalten inter sanabiles et insanabiles. Sagt er Besserung zu, und bittet er um die absolutio, soll ihm dieselbige nicht versagt werden.

Auch ist zu bedenken, mit welchen Personen, und in welchen Fällen eine publica absolutio zu halten ist; als bei uns mit den Todtschlägen gehalten wird, so sie mit der Oberkeit und den Parten vertragen sind.

Es fallen aber auch andre Sachen vor, die nicht notoria crimina sind, und ist Ew. E. Frag, nämlich von Wucher und Interesse. Diese Sachen bedürfen ohne Zweifel eines verständigen Consistorii. Denn die contractus sind mancherlei, emtiones, societates, mutationes, und ist in E. Ehr. Frag indistincte gesetzt, ob dieses zu verbieten sey, fünf Floren Interesse oder Zins allein von Leihens wegen zu nehmen, so doch interesse non sophisticum weit ein ander Ding ist, denn von Leihens wegen geben. Denn interesse non sophisticum wird zu Erstattung des Schadens gegeben, wie öffentlich ist, daß zweierlei mutationes sind, officiosae und damnosae.

Nun können E. E. selbst bedenken, als die verständigen, daß solche Sachen zu richten nicht eines jeden Pastoris Verstand ist. Es würden auch die Pastores

---

*) Addit A. D.

**) Vid. exeunte Febr. ann. 1552.

unter sich selb bald uneinig werden, wie von dieser Frag vor dreien Jahren Uneinigkeit in andern Landen vorgefallen.

Wie nun das Gesetz zu machen sey, unterschiedlich von den Contractibus, von Interesse und Wucher, das kann ich in Eil nicht schreiben, bin auch viel zu gering dazu, daß ich solche weitläuftige Sache allein schließen will.

Und so E. Ehrb. des Herrn Doctoris *Martini Lutheri* Buch vom Wucher lesen und erwägen werden, werden Sie daraus befinden, daß, ein Gesetz oder Edict von diesen Sachen unterschiedlich zu machen, guten Rath bedarf.

E. E. will ich nicht bergen, daß Königl. Maj. in Dennemark in diesem Jahre stattlich hat lassen berathschlagen, wie dem Wucher in seinem Königreich zu wehren seyn sollt, und sind viel Rathsschläg gestellt *); aber Königl. Maj. hat noch nit geschlossen.

Dieses aber ist öffentliche Wahrheit: geistliche und weltliche Regenten sollten öffentlichen Wucher mit Ernst verbieten, strafen und wehren, weil nach ihrn (?) iurisdictio und öffentlichen Wucher kann erkennt werden aus der groben Uebermaß über die Reichsordnung; und dieser Anfang der Strafen wär ein gut Exempel.

So man nu weiter edicta vom Wucher machen wollt, wäre gut, daß sie in einer Versammlung dieser Kirchen von fürnehmen Prädicanten berathschlagt würden.

So viel habe ich in dieser Eil Ew. E. auf die zwo ersten Frag berichten wollen, und ist wahr, so jemand verdacht ist von wegen Ehebruch, wird er bei dem Consistorio vorgefordert, sich zu purgiren. So er schuldig befunden wird, wird er nicht allein mit dem Bann, sondern von weltlicher Oberkeit mit leiblicher Straf gestraft.

Es kommen auch oft Klag von Stupris vor das Consistorium, da auch die Personen mit Bann und leiblicher Straf gestraft werden.

Von der dritten Frag ist dennoch Unterschied zu haben, ob Zeichen einer ernstlichen poenitentia in derselbigen sind. Solchen Trost zu versagen, wäre auch schwer.

Diese meine einfältige Antwort bitt ich wollen E. E. nicht unfreundlich von mir vernehmen, denn ich in dieser Eil nicht mehr hab schreiben können, und ist diese meine Schrift treulich gemeint, nicht Unrug anzurichten.

Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammelt, wolle ihm gnädiglich auch eine große Kirchen in Euer löbl. Stadt sammeln für und für, und Euer löbliche Stadt, Ew. E. und die Euern allezeit regiren und bewahren. Datum, 14. Novembr. anno 1554.

Ew. Ehrb.

williger Diener
Philippus Melanthon.

*) Etiam a Melanthone, vid. 8. Maii 1553.

No. 5684. 18. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. lib. II. p. 696 sq. (edit. Lond. lib. II. ep. 838.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Huic civi nostro istuc profecturo propter sua quaedam negocia litteras dedimus ego et Gener meus, ut a te quoque aliquid litterarum afferret. Nam de illo quem misimus ad Ducem *Othenricum* [1]) scire cupio, an ad te accesserit. si nos fallit propter multas caussas doleo. Coniugem habet modestam et quatuor filios. Horum certe misericordia affici eum oportebat.

Litteras *Marchionis* Electoris *Sabino* datas non sine admiratione leges. Nos adeo accurate pacisci non solemus. Sed spero Prussiaci Ducis animum placatiorem fore post *Sabini* reditum.

Ex Pannonia heri a *Sigismundo* Epistolam accepi, quam legens nobiscum deplorabis Ecclesiae calamitatem, quae tam horribiliter laceratur ingeniorum petulantia. Heri etiam *Lubecensis* concionator ad me scripsit, bis iam flagitasse vicinos nostros, ut illa nova decreta manifesta suffragatione adprobent: scripsit ad me eadem de re Senatus *Ratisponensis*, cui respondi non timide [2]), mihi non placere armari tanta potentia singulos, sine cognitione damnandi ἀκρίτους. Plura coram. Bene et feliciter vale cum tota Ecclesia publica et domestica. XIIII. Cal. Decemb. [3]).

Phil. Melanth.

1) Palatinum.
2) Vid. d. 12. Nov. h. a.
3) Non 1555., ut visum est editori, sed 1554. scripta est.

No. 5685. 19. Nov.

G. Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 300. Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 305.

Clarissimo viro — Dom. Guilielmo Knutelio, Secretario inclyti Principis Nassaviensis, amico suo carissimo

S. D. Honestissime vir. Sum pater, et saepe non solum de paterna *στοργῇ*, sed etiam de causis, de voluntate Dei, de Ecclesia, de posteritate cogitavi, et oro filium Dei, qui ideo adsumpsit humanam naturam, ut nos tanquam surculos suae massae insertos servet, qui cum velit genus humanum doctrina instrui, oro eum etiam, ut labores nostros gubernet et adiuvet, et semper aliquam Ecclesiam inter nos colligat et eam ornet sua luce et suis beneficiis. In eo numero ut sit et tua posteritas, toto pectore eum oro. In filio indoles, Dei beneficio, bona est. De studiis ex oratione eius iudicare poteris. Naturam ipse stilus ostendit rectam esse. Et mea officia ei non deerunt.

Tibi etiam commendo *Iohannem Hofmannum*, quem spero, Deo iuvante, usui esse futurum Ecclesiis in patria. Pagellam mitto. Nunc enim alia non erat ad manum. Bene et feliciter vale. Die, quo memoria celebratur piae Principis Turingicae Elisabethae. Anno 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5686. 25. Nov.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 206 sq. Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 195. quod Baumgartnerus, ut ipse adscripsit, accepit „1554. d. 5. Decbr. per Pulzium."

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. *Nicolaus* *) noster et apud nos honeste vixit, et adolescentes fideliter erudiit, qui in disciplinam ipsi traditi fuerunt. Ea in re etiam declaravit modestiam suam, quod aetatem nondum iudicavit idoneam esse ad regendam Ecclesiam. Etsi autem nunc eget, tamen libertatem ei gratulor. Et spero vos alicubi ei docendi locum daturos esse, ubi plus prodesse Ecclesiae poterit, quam in aula. Est enim recte doctus, et ad docendum idoneus. Quare eum tibi commendo: de caeteris rebus nec vacat, nec libet scribere. Serviamus Deo in hac dura militia, et petamus ut ipse nos gubernet et suam Cymbam regat, sicut scriptum est: *Commenda Deo viam tuam et spera in eum, et ipse faciet.* Bene vale. Die Encaeniorum Ierosolymae *).

Philippus.

*) *Pultzius*, sive *Politianus.*

No. 5687. 25. Nov.

H. Besoldo.

Epist. lib. VI. p. 501. edita, ut videtur, ex apographo, quod habetur in cod. Monac. II. p. 171.

Reverendo Viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hieronymo Besoldo, Evangelium pure et fideliter docenti in Ecclesia Dei in inclyta urbe Norimberga, fratri S. carissimo.

S. D. Venerande vir et carissime frater. Existimo te vidisse decretum *περὶ δικαιοσύνης* factum recens in littore Balthico. Utinam sit felix *ἐπανόρθωσις*, ac aliquanto post sciemus ea, quae secuta sunt illius decreti editionem. Moderate docendo necessaria vinces *τῶν ἀντιδίκων κραυγάς*. Recens ad me Senatus *Ratisbonensis* scripsit de rebus duabus, petens ut meam opinionem significarem, de forma Ecclesiasticae poenae, quam ibi *Gallus* proponit, *καὶ περὶ τόκων*. Respondi, prius iudicii formam constituendam esse, nec unum potestate condemnandi *ἀκρίτους* sine cognitione armandum esse. Quaeso ut significes, an ad vestros etiam scripserit Senatus Ratisbonensis. *Nicolaum* nostrum tibi et ceteris amicis commendo. Bene vale, Die Encaeniorum Ierosolymae.

No. 5688. 25. Nov.

M. Hosto.

† Ex apogr. in cod. Paris D. L. 54³.

*) Alia manus adscripsit: an. 1554.

Eruditione et virtute praestanti Matthaeo Hosto, linguae graecae professori in Academia Francofortensi, amico suo,

S. D. *Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ*, inquit ille, ut nosti. Quod si in illis minutis insectis hic inest sensus, ut ament cognata, quanto magis nos decet mutua benevolentia, qui intelligimus, non solum ad societatem nos conditos esse, sed etiam divina voce nobis praecipi, ut coniunctionem amemus et tueamur; quod utinam et doctores et principes saepe et vere cogitarent. Ego quidem mei ordinis amicitias me appetere profiteor. Quare cum praedicari tua studia intelligerem, hanc ad te epistolam scripsi, ut te ad rescribendum invitarem, idque quasi colloquium notitiae ac mutuae benevolentiae initium esset. Pagellam tibi auditor tuus de proxima Eclipsi exhibebit *). Nam hoc quidem tempore non habebam recentes editiones meliores. Bene vale et rescribe. Die XXV. Novemb. qui quondam fuit dies Encaeniorum templi Ierosolymorum, quod Maccabaeus die XXV. Novembris olim recuperasset et purgasset, quo exemplo Deus ostendit, se Ecclesiam suam servare.

Phil. Mel.

*) Carmen de Eclipsi lunae, in Scriptis publ. Acad. Witt. T. II. (d. 27. Nov.), si haec epistola vere, ut opinor, anno 1554. scripta est.

No. 5689. 25. Nov.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Iacobo Bordingo, doctori med. in inclyta Academ. Rostochiana.

S. D. Clarissime vir et amice carissime. Hanc epistolam scripsi mane die Novembris XXV. Erat autem nonus mensis Ebraeis כסלו, quod haud dubie est Orioneus, *διὰ τὴν δύσιν τοῦ ὠρίωνος*. Eo die quia celebrata sunt Ierosolymae Encaenia, cum ex templo statua eiecta esset: multa et de illius temporis historia et de nostris certaminibus cogitavi. Ut autem tunc stetit in acie pro filiis populi sui filius Dei: ita tecum eum assiduis votis oro, ut nunc quoque nos gubernet et sit *βραβευτὴς* laborum docendi, quos videmus passim ingeniorum monstrosorum petulantia turbari. Qua in re hoc mihi tamen dolorem lenit, quod Dei beneficio in omnibus Academiis harum regionum vox doctrinae eadem est. Hunc consensum opto perpetuum esse. Mitto versiculos de Pragensi prodigio *); nam alias editiones nunc non habebam. Bene et feliciter vale. Die 25. Nov.

*) Carmen Simonis Proxeni, Budbicensis, legitur in Scriptis publ. Acad. Witeb. T. II. (ann. 1554. d. 10. Iun.), et sic inscriptum est: „de imaginibus conspectis in Sole Pragae Bohemorum Metropoli, 10. Iunii anno 1554."

No. 5690. 25. Nov.

Io. Aurifabro.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

Iohanni Aurifabro, (Regiomonti)

S. D. Reverende vir et carissime frater. Hanc epistolam scripsi d. 25. Novembris, et congruere mensem כסלו ad Novembrem eo iudico, quia כסיל est Orion, ut appellatione significari *τὴν δύσιν ὠρίωνος* existimem. Fuerunt autem die 25. mensis כסלו i. e. *ὠριωνείον*, Encaenia, quae utinam nos quoque laeti celebrare possemus. Sed scias hoc ipso tempore omnes Pastores nostrae vicinae Lusatiae in Boiemiae oppidum Pilsen vocatos esse, etsi non ituros esse arbitror. Sed hoc agit noster vetus amicus *Staphylus*, ut pellantur omnes, qui non sunt uncti ab Episcopis, quibus titulum tribuit Romanus Episcopus. De eventu scribam alias. Nunc tibi commendo hunc *Thomam Setinum* (?), natum in Silesia, qui diu in urbe Luneberga docuit in schola. Poterit tibi et in templo aliquo et in schola usui esse. Iussi ut tuis consiliis obtemperaret. Bene et feliciter vale. Die 25. Novembris 1554.

Philippus.

No. 5691. 25. Nov.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 518. (ed. Lond. lib. II. ep. 542.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Clarissime vir et charissime frater. Tuae literae plus spei de pace ostendunt, quam Eclipsis

Lunae, quae erit hoc Decembri [1]), aut recentia prodigia, de quibus carmen mitto, de quo scias eventum iam congruere cum specie Monachi conspecta. Nam in vicina nobis *Lusatia* pastores omnium Ecclesiarum vocati sunt regiis edictis in *Bohemiam*, ubi Monachi eis novas leges sanguine scriptas proponent. Etsi nullos eo profecturos esse arbitror: Sed tamen multa moliri hostes nostrarum Ecclesiarum scimus. Oro autem Filium Dei, ut nos gubernet, et protegat. Senatus *Ratisbonensis* ad me scripsit de novis legibus, quas ibi fert *Gallus* concionator, qui in urbe *Parthenope* fuit, de Ecclesiasticis poenis, et de usuris. Rescripsi [2]), *Danicum* Regem deliberationes gravissimas de contractibus etiam ante annum habuisse, et missas esse ei multorum sententias, meam quoque, et suasi, ut plurium consiliis uterentur. De his rebus optarim me tecum coram loqui posse. Bene et feliciter vale. Die 25. Novembris, quo fuerunt Encaenia *Ierosolymae.* Nam mensis hic *Kisleu* ab *Orione* dictus. *Kesil* enim est *Orion.*

No. 5692. 26. Nov.

Io. Luthero.

Edita in *Richteri* Genealogia Lutherorum p. 369.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Iohanni Luthero Consiliario illustrissimorum Principum, Ducem Saxoniae.

Etsi honestissima virgo, soror tua, scribit ad te, ut existimo et suasi, de utroque negotio, de voluntate viri Nobilis *a Kunheim*, et de venditione horti, tamen adiunxi meas literas, praesertim ideo, ut de voluntate *Kunhemii* aliquid significarem. Is affirmat, se petere honestissimam sororem tuam sibi desponsari *). Id te et caeteros fratres scire necesse est. Nec voluimus de venditione horti assentiri sorori nisi te adsentiente. Cogitabis igitur de utraque re, et nobis tuam voluntatem significabis. Et magnitudo alterius negotii tanta est, ut nullam repraesentet cognoscere voluntatem, et totum consilium *Kunhemii.* Bene et feliciter vale. Die 26. Nov.

Salutem vobis omnibus opto.

No. 5693. m. Nov.

Io. a Coscielitz.

Praefationis loco edita in Ciceronis orationibus ed. a Christoph. Pannonio. Iterum in Epistol. lib. V. p. 259 sqq.

Illustri Domino D. Iohanni a Coscielic. Palatino Siradiensi, et totius Maioris Poloniae, Capitaneo generali etc. S. P. D. *Christophorus Pannonius, Academiae Francofordianae ad Viadrum lector* *).

Manifestum est, necessariam esse generi humano in tota consuetudine vitae, publice et privatim, recte loquendi diligentiam: ac praecipue in tradenda Ecclesiae doctrina, in artibus et legibus, in iudiciis, in pactis et contractibus: quia ambigua dicta ceu *σφιγγὸς αἰνίγματα* diversas interpretationes, ac deinde assidua bella, ac vastationes infinitas pariunt. Etsi autem in re manifesta nihil opus est testimoniis: tamen ut hanc admonitionem de cura recte loquendi, iuniores sciant veterem esse, Demosthenis verba etiam hic addidi: qui in oratione de Leptinis controversia inquit: de una re legem oportere esse unicam, simplicem, perspicuam et iustam. At proh dolor, hoc tempore de multis gravissimis dogmatibus dissonantes sententiae audiuntur, quas multi inscitia spargunt, qui recte loqui non didicerunt: alii ambitione fastidiunt simplicem et perspicuam loquendi formam. Non defuerunt ulli aetati horum malorum exempla, sed hoc tempore crescunt tales confusiones: quia studium recte dicendi negligitur. Etsi autem Reges et alii gubernatores frenare licentiam edictis conantur: tamen caussa mali non tollitur. Studia doctrinarum recte regi necesse erat, et assuefieri iuventutem ad curam formandae orationis oportebat. Primum res sint vere cognitae. Nemo enim in eo est eloquens, quod nescit: iuxta dictum vetus; Quodque parum novit, nemo docere potest. Deinde res diu et

---

1) „nocte proxima hora secunda post diem octavum Dech." Vid. Scripta publ. T. II. ubi est etiam carmen Christiani Lotichii de hac lunae eclipsi.

2) Vid. d. 14. Nov.

*) Nuptiae fuerunt d. 5. Aug. 1555. Vid. quae adscripta sunt ad epist. ad Albertum Ducem d. 18. Dcb. 1554.

*) A Melanthone scripta est: nomine Chph. Pannonii; vid. epist. ad Pannon. d. 20. Maii 1555. et cf. ep. ad Pann. supra d. 6. Sept. 1554.

attente cogitatae ac dispositae proprio ac perspicuo sermone efferantur: nec sit oratio tumultus inanium verborum, aut sonitus undarum ferientium scopulos et littora. Necesse est, aliqua esse eloquentiae studia. Nec ego nunc loquor de illa excellenti facultate dicendi Periclea aut Ciceroniana, quae non est mediocrium ingeniorum, sed singulari motu divino exsuscitatur: ut Achilles aut Iulii fortitudo, quae non est similis in multis: sed de hac communi facultate dico, quam naturae non monstrosae, non ignavae, non furiosae assequi possunt, si discant: si bona exempla intuentes, formam inde bonae orationis sumant, et eam imitari studeant, et exercitiis mediocribus imitationem adiuvent. Voluntas etiam sit honesta et conveniens homini non furioso. Cumque doctrinae perturbatio sit exitiosa Ecclesiae et Reipub. velint adferre genus doctrinae non futile, non perniciosum, sed bonis mentibus profuturum. Denique cogitent illam dulcissimam definitionem Platonis in Phaedro traditam: Eloquentia est, Deo grata dicere. Intueantur ergo voluntatem Dei, et se instruant, ut Deo grata dicere possint. Et quidem petant a Deo mentem et linguam gubernari. Hae curae sunt utiles non tantum studiis doctrinae, sed etiam moribus. Frenant enim praecipites impetus: et cogitatio periculorum adfert contationem et moderationem, ut ille excellens Orator dixit:

ἡ ἀμαθία θράσος, λογισμὸς καὶ ὄκνον φέρει.

Necesse est autem exempla bonae orationis saepe multumque legere. Nec melius est exemplum scriptis *Ciceronis*, non tantum latine dicendi: sed etiam formandae orationis in aliis linguis. Utile est, Graecos etiam cognoscere: quorum fuit singularis in hoc genere diligentia, Isocratem, Platonem, Demosthenem. Sed ad usum nostrum Ciceronis Oratio accommodatior est: non solum quia necesse est, nos magis uti lingua latina, in explicatione difficilium controversiarum: sed etiam forma Orationis Ciceronianae planior est, quam graeca, cum sit propemodum media inter Platonicam, Isocrateam et Demosthenicam. *Plato* grandior est et multas peregrinas, obscuras et saepe ironicas disputationes suis operibus intexit. *Isocrates* fortasse nimis anxie componit. *Demosthenes* valde argutus est. In *Cicerone* perspicuitas est summa. Et quanquam in forensibus orationibus saepe grandis est: tamen ubique genus sermonis proprium est, et in ordine membrorum multum consilii et prudentiae, et in multis partibus media forma orationis et imitabilis est, et ad communem usum nostrum accommodata. Denique latine et recte loqui, maxime ex Cicerone discere possumus. Eaque res quam sit necessaria, non obscurum est. Plurimum autem ad intelligendum Ciceronem conducit, nosse eius historiam. Hanc ex ipsius potissimum scriptis, et ex Plutarcho et aliis historicis diligenter collectam, propter utilitatem discentium, edidi. Ut ipsa etiam historiae consideratio ad lectionem Ciceronis accederet.

Tibi autem eo dedico, quia et haec studia te intelligere et magnificare audio. Et cum tibi pars gubernationis in Regno Polonico commendata sit, non dubito, te legentem consilia et gloriosa exempla Ciceronis, commonefieri de multis rebus in tua administratione. Consul enim magna constantia Tribunitios furores repressit, nihil metuens vulgi odia: deinde nec odiis nobilitatis, nec periculis suis deterritus est, quo minus seditiosos cives, Catilinam, Lentulum, Cethegum, natos in familiis nobilissimis, tolleret: Servata Patria, et tota forma Imperii: Multa et in provincia sapienter et iuste constituit: quam cum Principes aliqui Ciceroni familiares sic expilarent, ut quatuor centesimas usurarum, id est, octo et quadraginta aureos annuos de centum aureis mutuo datis poscerent: ipse nihil formidans offensiones, legem Solonis restituit, quae olim in Persico, Graeco et Romano Imperio fuerat: ut una tantum centesima solveretur. Cernes etiam exempla ingratitudinis humanae, legens exilium eius, et necem: et cogitabis de ingratitudine hominum erga DEUM: et confirmabis animum cogitatione voluntatis Dei, ut benefacias caeteris hominibus: etiamsi multi sint ingrati Deo et hominibus. Post mortem Socratis scribunt, exhibitam esse Tragoediam de Palamede, in qua haec verba fuerunt: *ἐκτάνετε, ἐκτάνετε τὸν ἄριστον ἑλλήνων, τὴν ἀηδόνα οὐδένα βλάψασαν.* Interfecistis, interfecistis, Graeci, optimum Graecorum, lusciniam, quae neminem laesit. Optime meritus erat de patria Cicero, et de toto Imperio, sapientissime deprehensa et oppressa seditione. Pro hoc tanto beneficio postea expellitur urbe, non solum unius perditi nebulonis scelere, sed multo magis Principum ingratitudine, qui eum tegere debuerunt. Post mortem Iulii, cum optimo consilio Ciceronis fundamenta pacis rursus iacta essent, sancita *ἀμνηστίᾳ* veteri exemplo Attico: Antonius eum

interfecit. Vides autem hic quoque iudicii divini testimonium. Uterque habuit Erinnyas ultrices. Clodius a Milone interfectus est. Antonius acie victus, deiectus ex summo fastigio sibi ipsi mortem conscivit. Denique multarum maximarum rerum imago est haec tota Ciceronis historia: quam cognoscere omnes, utile est et studiis doctrinae et moribus. Bene vale, Illustris Domine. Dat. Francofordiae ad Oderam, Anno a Christo nato MDLIIII. Mense Novembri.

No. 5694. (h. t.)

Ioanni Friderico, Duci Pomer.

† Ex autographo Melanth., quod habet Illustr. *Nagler*, Regi Boruss. a Consiliis, descripta ab *Olshaus.*

Illustrissimo Principi et Domino Domino Iohanni Friderico Duci Pomeraniae, Stetini, Cassuborum ut et vetustae gentis Henetorum, Principi Herulorum et Comiti Tongrorum cet. Domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Memini avum tuum maternum, Principem optimum Ducem Saxoniae Electorem *Iohannem* in senecta, quotidie legere capita aliquot in scriptis Propheticis et Apostolicis scribere etiam capita insignium concionum Lutheri, quoties eum audiebat, et de doctrina in curru cum viro sapientia et virtute excellenti *Pontano* disputare. Sic sentiebat avus tuus: etiamsi sapientia lux est divinitus in mentibus accensa, tamen Deum velle suam doctrinam legi et considerari, et hac consideratione accendere illam suam in mentibus lucem. Leges igitur et disces optima scripta et petes ardentibus votis a filio Dei sapientiam qui inquit: se delectari hominum consuetudine. His enim verbis Salomon de sapientia Dei utitur. Ac nos tecum oramus hunc ipsum filium Dei, ut te servet incolumem et regat totum vitae, studiorum et gubernationis cursum. Oro etiam, ut Illustrissimum patrem et matrem et fratres et sorores servet incolumes. De ordine studii mitto pagellas multo tenuius scriptas, quam magnitudo rei postulat *). Sed permitto eas iudicio docti et prudentis viri Domini *Mugeri.* Bene et foeliciter vale Princeps illustrissime.

Die natali Lutheri.

Illustrissimae Celsitudini Tuae
addictus
Philippus Melanthon.

*) Sine dubio pagellae, quas Melanthon commemorat, sunt scriptum quod sequitur et huic epistolae fuit adiunctum. Scripta est igitur anno 1554. fortasse mense Nov. vel ineunte Decbr. Cf. ep. ad eundem Principem d. 1. Ian. 1555.

No. 5695. (eod. temp.)

Eidem.

Select. epist. p. 395. Epist. lib. I. p. 151. (ed. Lond. lib. I. ep. 60.).

Institutio Iohannis Friderici, Ducis Stetini, Pomeraniae, etc. S. D.

Assidue repetenda est cogitatio de praesentia Dei in genere humano, et de causis, cur Deus imperia et gradus hominum ordinaverit, et quales velit esse gubernatores. Vult Deus in tota aeternitate sese nobis communicare, id ut fieri possit, vult se a nobis recte agnosci, et hoc modo tantum, non aliter colligit aeternam Ecclesiam, voce videlicet Evangelii sui. Hanc vult audiri et recte cognosci, et in hac ipsa Filius nos alloquitur, et mentes ad aeternum Patrem flectit, et in his qui obediunt, accendit initia vitae aeternae, sapientiae, et iustitiae. Necesse est igitur omnes homines discere doctrinam de Deo, et de Filio eius Domino nostro Iesu Christo, patefactam in Ecclesia, et eius studii gubernatores et agnothetas esse vult Deus ipsos Reges et Principes. Sicut *Psalmus* inquit: *Et nunc Reges intelligite.* Item, *Ut conveniant Reges et populi in unum, et serviant Domino.* Et *Psalm.* 46. inquit, *Quando Principes Populorum congregantur cum Deo Abraham, exaltatur Deus valde.* Tribuit Deus societatem sui nominis Principibus inquiens, *Ego dixi, Dii estis,* non ut sint tantum custodes corporum populi, sed etiam, ut doctrinam de Deo in genere humano, propagari curent. Primum igitur ac praecipue discant Principes doctrinam de Deo, et Filio eius Domino nostro Iesu Christo, et ita discant, ut fontes quaerant, non ut illiterati summam tantum excerpant: sed ut mente complectantur totum doctrinae corpus, et sciant, quae praecipue fuerint semper in Ecclesia controversiae, quae certamina, quae piorum iudicia:

quae verae doctrinae forma et immota testimonia tradita sint, qui refutati sint errores. Atque ita se praeparent, ut cogitent Principem pium oportere Iudicem esse tantarum rerum, quia subinde certamina piorum similia moventur. Ideo et Deus praecipit *Deut.* 17. ut Rex legat divinos libros, et eis obtemperet, et sit custos eius doctrinae, ne ab ullo mutetur, neve corruptelae misceantur. Et *David* moriturus severissime filio praecipit, ut Legis divinae custos sit.

Legendi sunt igitur libri Prophetici et Apostolici, et cognoscenda est Ecclesiae Historia, quantum cognosci potest, discenda et Symbola, considerandae singulorum seculorum controversiae et iudicia piorum. Et quia Deus vult esse ministerium docendi in Ecclesia, ut iuniores erudiantur sermone sanctorum librorum, et de rerum ordine, sapienter eligendae sunt aliquae interpretationes propiores fontibus, quae in materiis obscuris adiuvent legentem, et summas rerum ordine monstrent.

Necesse est igitur recte discere *Grammaticen, Dialecticen*, et Elementa *Rhetorices.* Nam sine his artibus de genere sermonis, et de difficilibus controversiis nemo iudicare potest. Et ut hae artes intelligantur, exercenda est *Latina* lingua, et formanda stylo oratio. Hic labor ei et necessarius est, quia Principes saepe cum exterarum gentium hominibus arcana colloquia habere oportet de summis rebus, ubi linguae *Latinae* usus necessarius est. In conventu *Coloniensi*, postquam *Carolus* coronatus erat, Dux *Saxoniae Fridericus*, cuius tunc summa erat autoritas, saepe arcanis deliberationibus intererat, ubi Principes tantum *Latine* colloquebantur. Aliquoties igitur domum reversus, hortabatur Comites et alios nobiles viros, ut curarent filios doceri *Latinam* linguam, quia usus eius in gravissimis deliberationibus necessarius esset. Multae etiam disputationes Ecclesiasticae et olim scriptae sunt, et scribuntur quotidie, quarum plurimas Principes scire necesse est. Nec Forenses controversias sine lingua *Latina* intelligere possunt, quas cum iudicare debeant, linguam scire necesse est. Quare Princeps linguae *Latinae* studium non omittet. Vellem autem et *Graece* eum tantum discere, ut Historias *Graecas* et novi Testamenti fontes intelligere posset. Ad haec omnia necessaria et *Historiae* cognitio, qua in re primum complecti omnes homines non stolidos oportet seriem omnium temporum mundi, inde usque a prima rerum creatione, quam recitat *Historia* tradita Ecclesiae, usque ad hanc nostram aetatem, et conferenda sunt huius aetatis certamina ad vetera. Consideranda est etiam series Monarchiarum, et cogitandum de periculis huius ultimae senectae mundi, in qua cum crescant confusiones, maiore cura Principes ita foveant Ecclesias, ut ad posteros conserventur, ne tales tenebrae sequantur in his regionibus, quales nunc sunt in magna parte orbis terrarum, in *Asia*, *Africa*, et multis *Europae* partibus. Distribuant etiam Historias negotiorum civilium in Decalogi membra, et in singulis considerent, quae facta sint imitanda, quae fugienda, ubi testimonia mandentur divinae providentiae, poenae et liberationes, ubi consilia gubernationis proponantur in fugiendis dissimilium foederibus, in vitandis bellis non necessariis, in arcendis seminibus perniciosarum mutationum, in retinenda coniunctione cum ordinario domino, cum vicinis, et fugienda societate peregrinorum, qui tantum ideo simulant se coniunctionem cum *Germanicis* Principibus adpetere, quia existimant sibi utile esse *Germaniam* turbare. Cum in his doctrinis, de quibus dixi, Princeps se mediocriter exercuerit, valde prodest discere eum, et initia doctrinae iurisconsultorum, ut sciat iustitiam certas normas habere, quarum fons est Decalogus, et deinde ex eo doctrina legum extructa est: et eximenda est perniciosa imaginatio, quae fingit, leges esse potentum arbitria, sine metis divinis, aut ius esse quicquid placet Principibus, aut Iustitiae ordinem intelligi a quolibet sine doctrina et sine his fontibus, ex quibus leges oriuntur. Prodest igitur Decalogum sapienter enarrari Principi, et hinc duci legum demonstrationes, et inseri animis hanc veram sententiam; Iustitiam habere metas divinitus ordinatas, et Deum vindicem esse audaciae contemnentis illas metas. Sicut scriptum est *Esaiae* 10. *Vae his, qui condunt leges iniquas, et iniusta decreta, ut opprimant in iudicio pauperem.* Ac bonae menti valde utile est et iucundum, intelligere illas Iustitiae metas, et agnoscere eas esse Dei sapientiam et iustitiam, et considerare praesentiam Dei, etiam in politica gubernatione.

Utile erit ad hanc institutionem tradere elementa *Ethica.* Mane quotidie legatur *caput in Veteri testamento* et *Psalmus* ordine, et addantur *precatio ad Deum*, et *gratiarum actio*: nec

refert etiamsi non omnia mox intelliget: necesse est enim seriem *Historiae* discere, quae utcunque intelligi potest.

Vesperi legatur *caput in Novo testamento*, et *Psalmus* ordine, et addantur *precatio ad Deum*, et *gratiarum actio*.

Una hora mane biduo in septimana tribuatur enarrationi Epistolarum *Ciceronis*, aut *Terentii*, aut *Virgilii*, aut *Livii*.

Deinde ex ea lectione *Declinationes* et *Coniugationes* aliquae exerceantur, et quaerantur *Regulae Syntaxeos*.

A meridie corpus exercendum est, et aliquid temporis *Musicae* tribuatur.

Postea pars *Gram.* aut alia repetantur, et potest addi seu enarratio *Officiorum Ciceronis*, seu de *Amicitia*, seu Historici scripti *Salustii*, aut *Cominaei* de *Carolo Burgundo*, aut *Iulii Caesaris*.

Die *Mercurii* repetatur *Catechesis*, et totum reliquum tempus *Stylo* tribuatur: et ad iudicandum de oratione soluta velim etiam Principem discere rationem faciendorum Versuum.

Die *Iovis* et *Veneris* matutina hora tribuatur *Dialecticae*, hora post meridiem *Rhetoricae*.

Dies *Saturni* tribuatur lectioni Theologiae, et enarretur Principi aliqua *Pauli Epistola* aut sententiae *Salomonis*, interdum et *Psalmus* misceatur.

Dies festi tribuantur *Historiis*, saepe repetat *Chronicon*.

Est omnino Sapientia donum Dei, et ardenti precatione a Deo petendum est: Sicut scriptum est: *Quanto magis Pater coelestis dabit Spiritum sanctum petentibus?* Et *Daniel* inquit: *Deus dat sapientiam sapientibus.* Sed sicut per semina et culturam agrorum tribuit fruges, ita per doctrinam spargit lucem suam, vult doceri et commonefieri homines, et ob hanc causam instituit et conservat ministerium pub. docendi. Ac necesse est gubernatores instructiores esse doctrina, quam sunt alii in populo. Ideo de ordine studiorum quaedam dixi, longe tenuiora hac amplitudine sapientiae, quae necessaria est, non solum gubernatoribus, sed etiam caeteris mediocribus hominibus, qui volunt esse membra Ecclesiae non ignava.

Valde prodest etiam, ubi didicerit Princeps *Dialecticen*, deinde anni metas et causas ostendere, ac monere propter quas utilitates Deus annos distingui voluerit, cur velit temporum seriem notam esse: videlicet ut initia mundi sciamus. Item, ut consideremus, quae sit prima de Deo doctrina, per quos, quibus testimoniis propagata sit. Item, ut sciamus aliquanto post finem fore generationis hominum, et harum calamitatum humanarum, et postea Ecclesiam simul victuram esse in consuetudine Dei manifesta; Ac ut anni distinctio teneatur, discat *Zodiaci* signa, et Ortus et Occasus insignium siderum et stellarum, *Orionis*, *Pleiadum*, *Sirii*, *Arcturi*, et aliarum quarundam stellarum. Indicetur et utilitas, quomodo ad vices aestatis et hyemis, et ad rigationem terrae et siccitatem congruant itinera Solis peragrantis *Zodiacum*. Discat autem et testimonia de Deo esse hanc ipsam opificii mundi pulcritudinem, et ordinem corporum et motuum, et cum omnia ad utilitatem hominum sapienter condita sint, agnoscamus Dei providentiam, et eum grati celebremus.

Ad huius doctrinae initia cognoscenda, enarrari potest *Hesiodi* liber, et lector non rudis multa monere potest, de praeceptis moralibus, quae ibi continentur, et de anni circuitu, et de ortu et occasu stellarum. Ostendantur et *Cosmographiae* initia, ut mens cogitet terrarum metas, et regionum positus et intervalla; Ubi semper fuerit Ecclesia, ubi se Deus et quibus testimoniis patefecerit, ubi Filius Dei concionatus sit, ediderit testimonia, et Sacrificium obtulerit, ubi fuerint ordine fastigia Monarchiarum, quae diversarum gentium leges, quibus occasionibus et causis Imperia mutata sint, quomodo familiae Excellentes deletae sint, cum posteri summorum hominum libidinibus et crudelitate poenas attraxissent, ut *Xerxes*, *Ochus*, *Antiochi*, *Ptolemaei.* Harum maximarum rerum consideratio digna est bonis mentibus, et utilis moribus. Semper etiam decus fuit, Principem scire aliquid de doctrina *Physica* et *Medica*, ut *Achilles* dicitur Herbarum vires et artem *Medicam* a *Chirone* didicisse, et Illustriss. Pater tuus vidit avunculum *Palatinum Ludovicum* optimum Principem manu sua et magna volumina remediorum scribere, et apparare remedia. Fecit idem avus tuus maternus, Princeps optimus, *Iohannes* Dux *Saxoniae* Elector.

Praecipue vero necessaria est omnibus hominibus cognitio partium hominis, et distinctio potentiarum animae, quantum in hac caligine adsequi possumus: Necesse est enim considerare discrimen inter potentiam cognoscentem et adpetentem, et radios divinae lucis in humana mente agnoscere, qui adhuc reliqui sunt in hac infirma natura, et sunt praecipuum de Deo testimonium. Deinde necesse est videre, quae pars illis notitiis sit contumax, et qua parte tamen fraenentur affectus, et quomodo externi gestus regantur, quid sit externa disciplina, quid vera virtus, quae est divinus motus in corde.

Denique propter multas maximas causas prodest aspicere artem fabricationis humanae naturae. Ideo velim usitatum libellum de anima Principi enarrari, et monstrari picturas Anatomicas, aut etiam maiorum membrorum positus, cum videt secari cervos et apros. Hanc puerilem doctrinam de distinctione potentiarum animae et membrorum in Ecclesia necessariam esse manifestum est, et moribus prodest nosse potentiarum officia, et scire quae regi possint, et quomodo regantur, et cernere triste dissidium virium humanarum, ut petamus auxilium a Filio Dei Domino nostro Iesu Christo, crucifixo pro nobis et resuscitato, ac regnante ut colligat aeternam Ecclesiam, quem oro, ut servet *Pomeraniae* Duces, et regat studia et totum vitae cursum Principis *Iohannis Friderici*, Pomeraniae Ducis etc. et faciat eum σκεῦος ἐλέους, et Principem salutarem Ecclesiae et patriae, Amen. 1554.

No. 5696. 6. Dec.

Io. Hornburgio.

Manlii farrag. p. 284 sq.

Reverendiss. D. D. Ioanni Hornburg, Episcopo Libusianae Ecclesiae, excellenti sapientia et virtute, etc. patrono suo colendo,

S. D. Reverendissime domine. Quanquam propter publicas discordias multorum animi alieniores sunt a doctrinarum studiis, tamen scio R. D. T. pro sua excellenti sapientia velle non deleri literas, quarum cognitio omnibus temporibus necessaria est, et aliquando ad concordiam proderit. Cum igitur hic *Simon Proxenus* Budincensis carmen ad R. D. T. erudite et graviter scripserit, et mores eius sint honesti et placidi: dedi ei hanc epistolam ad R. D. T. profecturo, ut orarem propter literarum amorem, ne gravatim carmen, quod offeret, R. D. T. accipiat. Semper talibus laboribus et officiis sapientes gubernatores fovere se ostenderunt. Quare et huius adolescentis officium spero non ingratum fore R. D. T. praesertim cum vena ipsius sit digna laude. Mitto et ego carmen de proxima *) Eclipsi, quae profecto novas contentiones minatur: quas ut filius Dei leniat, toto eum pectore oro. Non plus fata etenim, quam pia vota valent. Bene et feliciter valeat R. D. T. Die 6. Decembris, 1554.

No. 5697. 6. Dec.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 294.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzer, fratri suo charissimo,

S. D. Reverende vir, et amice charissime. Scripsit hic *Simon Proxenus* carmen de Moyse feriente petram. Id offerre decrevit Episcopo *Libusiano.* Quaeso, ut adolescentem consilio et commendatione iuvetis. Ego etiam vobis carmen de eclipsi mitto, quae profecto minitatur nova certamina. Sed oremus filium Dei, ut nos regat, et in his regionibus semper Ecclesiam aeternam sibi colligat: et tribuat salutarem gubernationem, pacem et concordiam Ecclesiis et imperiis harum regionum. Nuper exhibui pecuniam, quam *Ionae* filius attulit, filio vestro: ut significasse etiam vobis arbitror. Bene valete, Die 6. Decembris, [Anno 1555.] [1]).

---

*) d. 9. Dcb. 1554. Legitur hoc Christiani Lotichii carmen in Scriptis publicis T. II.

1) Verba *anno* 1555. haud dubie ab alio addita sunt. Eclipsis lunae fuit d. 9. Dcb. 1554. Vid. epist. antecedens.

No. 5698. 7. Dec.

Ioachimo Pr. Anhalt.

Edita in Becmanni histor. Anhalt. p. 125.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime et Clementissime Princeps. Scit C. V. in his confusionibus orbis terrarum omnibus moderatis hominibus difficiliores esse deliberationes. Ideo ec hic Magister *Simon* non statim potuit apud se statuere de Ecclesia Gustensi, sed tandem hac praecipue motus causa decrevit, se gubernandae onus Ecclesiae accepturum esse, quia libentius in ditione C. V. servit, quam in aliorum principum regionibus. Nota est integritas et pietas C. V. Ideo rursus eum Ipsi commendo et oro, ut Ecclesiae Gustensi ipsum praeficiat. Mitto pagellam de Ecclipsi cras *) futura, quae profecto minitatur novas rixas. Sed scimus, Deum haec signa ostendere, ut moveamur ad curam de communibus periculis, et ad precationem, et velle ipsum invocantibus mitigare calamitates, quem oro, ut C. V. servet incolumem et det faustum et felicem venientem annum, Amen. Bene et feliciter valeat C. V. d. 7. Decemb.

No. 5699. die brumae.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 687. (ed. Lond. lib. IV. ep. 828.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Attexui quaedam scripto inspectionis scholarum, et his dieb. absolvam. Nam eum laborum *Ratisponenses* controversiae interruperunt, de quibus Senatui respondere me necesse fuit. *Polyphemi filii* καὶ ὁ ῥαπτὴς [1]) quid agant ostendet tempus: scis enim illud Pindaricum, πολλάκις ἁμέραι ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι. Sed in nos duos incurrunt, *Staphylum*, *Canisium*, et alios communes hostes non attingunt, verum haec scribenti dolor crescit. Oro autem filium Dei, ut Ecclesiam ipse gubernet.

Huic hospiti *Stirio* exuli gratificati sumus et gradu eum ornavimus, fuit voluptati genero meo, quia et natura et arte Musicus est. Plura coram. Ripa germanica Rheni, e regione *Confluentiae* magno terrae motu quassata est Cal. Novemb. Bene et feliciter vale, die Brumae.

Philippus.

*) non d. 8. Dcb. Sed ut habet carmen Christiani Lotichii, „hora secunda post diem octavum mensis Decbr.", ergo d. 9. Dcb. mane.

1) Supalus C. W.

No. 5700. 18. Dec.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 205 sq. ep. 60.

Alberto Duci Borussiae *).

S. D. Illustrissime et Clementissime Princeps. Non dubito Celsitudinis vestrae animum paternum

*) (Praemisit *Faber* huic epist. haec:)

„Es wird mir erlaubt seyn, zur Erläuterung dieses Briefes „einige Lebensumstände des Georg von Kunheim vorauszu„schicken.

„Georg von Kunheim, geboren im Juli 1532, der „jüngste Sohn Georgs von Kunheim, Hauptmanns auf Ta„piau und Erbherrn mehrerer Güter in Preußen, verlor seine „Mutter, Margaretha, geborne Truchses von Wetzhausen, im „fünften und seinen Vater im eilften Jahr seines Alters. Wei„nend der Leiche des letztern folgend, sprach der sie begleitende „und von dem Verstorbenen zum obersten Vormunde seiner „unmündigen Kinder erbetene, Herzog von Preußen zu ihm: „Weine nicht, mein Georg, ich will dein Vater seyn! Er „sorgte hierauf für seine Erziehung und Bildung, zuerst durch „Privatunterricht, nachher auf der hiesigen hohen Schule. „Im Jahr 1550 begab er sich nach Wittenberg, wurde vom „Herzoge an Melanthon und durch diesen an Dr. Eber em„pfohlen, bei dem er Wohnung und Tisch hatte. Er hörte „theologische und medicinische Vorlesungen und legte sich end„lich ganz auf das Studium der Rechte.

„Im Jahr 1554, also im 22sten Jahr seines Alters, faßte „er eine zärtliche und ernstliche Neigung zu Luthers, zwei „Jahre jüngern, Tochter, Margaretha, versprach ihr die Ehe, „und meldete diesen Entschluß seinen Vormündern in Preu„ßen. Obgleich der Ruhm des Vaters weit verbreitet, die „Mutter aus edelm Stamme entsprossen war, so wollte diese „Verbindung dem Ahnenstolz der Familie doch nicht zusagen. „Die Vormünder, Christoph und Johann von Kreutzen, er„sterer Oberburggraf, letzterer Kanzler, trugen bei dem Her„zoge an: Georg von Kunheim mit ernstlicher Bedrohung zu „verwarnen, von diesem Handel ganz abzustehen, ihn nach „Preußen zurückzurufen, zugleich auch Melanthon zu verste„hen zu geben, daß Kunheim noch minorenn und ohne Wil„len der Vormünder nicht ermächtigt sey, ein Eheverlöbniß „einzugehen: damit Melanthon durch seine Autorität die Voll„ziehung desselben verhindere.

„Bei aller Achtung und Zuneigung des Herzogs gegen den „verstorbenen Luther, war ihm das Heirathsproject des jun-

num esse, erga utramque familiam, erga *Kunhemios*, et erga Reverendi Doctoris *Lutheri* posteros, filiam praesertim honestam, cuius est bona natura. Oro igitur reverenter ut Celsitudo vestra paterno animo consulat et *Kunhemii*, et virginis filiae Lutheri saluti. Cogitet Celsitudo vestra et pios *Lutheri* labores, deinde et animum, quod vere adfirmo, amantissimum Celsitudinis vestrae, et Principis optimi Marchionis *Georgii*. Non sinat Celsitudo vestra eius filiam venire in contemptum, postquam *Kunhemius* coniugii spem ei fecit, et fama ea de re sparsa est. Queritur etiam uterque non posse fieri distractionem sine vulnere conscientiae. Non igitur ausus sum tentare distractionem. Et cum utriusque aetas iam matura sit coniugio, et sint pericula conscientiae metuenda, non volui disputare de Tutorum autoritate. Reverenter etiam oro Celsitudinem vestram, ut pro sua excellenti sapientia in hac causa, summo iuri levitatem et pietatem sapienti Principi convenientem anteferat. *Lutherum* Patrem intueatur, et filiam eius non deserat. Haec scribenti lacrymae eruperunt, cum et de ipso *Luthero* et de publicis miseriis quae mortem eius secutae sunt, multa cogitarem, et mihi de ipso versus in mentem veniret qui de *Alberto* Avo Celsitudinis vestrae scriptus est:

Hoc vivo stetit, hoc cecidit Germania lapso.

Impedior itaque dolore et lacrymis ne prolixe disputem. Ut autem alias ad Cels. v. scripsi de laudatissimi Imperatoris Marci Antonini bonitate, ita nunc quoque venit mihi in mentem alia quaedam eius laudatio, in qua dicitur, fuisse Marcum Antoninum firmissimum adversus ceteros adfectus iram, dolores, cupiditatem vindictae, sed mollissimum Misericordiae. Ita fore spero ut et Celsitudo vestra adficiatur misericordia erga Lutheri filiam honestam virginem et bona indole praeditam. Filius dei dominus noster Iesus Christus servet Cels. v. incolumem et concedat longa vitae spacia Celsitudini vestrae et eam gubernet. Datae die 18. Decembris 1554. **)

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

„gen von Kunheim doch auch unangenehm, und er ließ nach „den Wünschen der Vormünder an ihn einen scharfen Befehl „ausfertigen, bei Vermeidung seiner äußersten Ungnade von „seinem Vornehmen abzustehen und ungesäumt nach Preußen „zurückzukommen. An Melanthon aber schrieb der Herzog, „daß, so geneigt er Luthers Familie ihres Vaters willen sey, „er doch dem von Kunheim aus bewegenden Ursachen und sei„ner Jugend wegen sich zur Zeit zu verehelichen, keinesweges „nachgeben könne. Melanthon möchte ihn daher durch Gottes „Wort dahin weisen, daß er von seinem unbedachtsamen Vor„haben abstehe, seinen Vormündern den schuldigen Gehorsam „leiste und sich ungesäumt nach Preußen begebe."

Hierauf gab nun Melanthon die Antwort.

[*Faber.*]

**) (Addidit *Faber* baec:)

Dies rührende Schreiben scheint Albrecht bestimmt zu haben, der Heirath des von Kunheim weiter keine Hindernisse entgegen zu setzen. Sie wurde im Jahr 1555 (den 5. August) im Beiseyn vieler Grafen und Edeln und der Professoren zu Wittenberg aufs feierlichste vollzogen. Nach zwei Jahre blieb von Kunheim daselbst. (Im zweiten wurde ihm eine Tochter geboren, die jung starb.) Dann kam er nach Preußen, nahm von seinen Erbgütern Knauten, Perkuicken, Mühlhausen ꝛc. Besitz und lebte mit seiner Gattin funfzehn Jahre in der glücklichsten Ehe. Sie gebar ihm neun Kinder, von denen fünf jung starben, und beschloß selbst ihr Leben im Jahr 1570, im 36sten Jahr ihres Alters.

Zum zweitenmal vermählte sich Georg von Kunheim mit Dorothea von Oelsnitz und führte auch mit ihr eine dreißigjährige glückliche Ehe, die mit acht Kindern gesegnet war. Sie starb im Jahr 1602. Georg von Kunheim folgte ihr im Jahr 1611, den 18. October, 79 Jahr 3 Monate alt, (acht Jahre vorher schon vom Schlagfluß auf der rechten Seite gelähmt,) und erhielt sein Grab in der Kirche zu Mühlhausen, nach den Worten seines letzten Willens: zwischen seine beiden lieben Weiber. — Seine Nachkommen erster Ehe setzten ihren Stolz darin: Enkel und Urenkel des großen Luther zu seyn. (M. Andreas Voglerus, Pfarrers zu Mühlhausen, Leichenpredigt auf Georg von Kunheim. Gedruckt zu Königsberg. 1611.)

No. 5701. 18. Dec.

Lectori.

Scripta publ. Witteb. II. p. 80 b.

Philippus Melanthon
Lectori S. D.

Tanta admiratio fuit Tragoediarum Euripidis, ut multi cives Athenienses, cum essent capti in Sicilia, dimissi sint propterea, quod dominis descripserunt Euripidis Tragoedias. Sed cur tanti fecerit eas universa antiquitas, illi optime intelligent, qui legent ipsi. Ac scitis, nos hortatores esse, ut saepe et multum legantur horum duorum scripta, Euripidis et Sophoclis. Allata est autem *enarratio Hecubae Euripidis, scripta a* viro praeclare erudito, *Matthaeo Heuslero*, Lectore in inclyta Academia Lipsica. Eam enarrationem valde profuturam esse Graece discentibus iudico.

Quare Scholasticos adhortor, ut eam emant. Curabo etiam, ut publice eius Tragoediae interpretatio repetatur, aut praelegam ipse post Lipsicum mercatum. Die 18. Decembris, Anno 1554.

Philippus Melanthon.

No. 5702. (25. Dec.)

Augusto Pr. Electori.

† Ex prima scriptura, manu Melanthonis scripta, quae asservetur in cod. Monac. II. p. 78. — Loquitur de hac epistola Melanthon in litteris ad Camerar. d. 13. Decb. scriptis.

(An den Churfürst August von Sachsen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, und ein neu friedlich und fröhlich Jahr zuvor.

Durchleuchtister, Hochgeborner, gnädigster Churfürst und Herr. E. Chf. G. senden wir in Unterthänikeit die Verzeichniß von gehaltener Visitatio in den dreien Schulen zu Meissen, Porten und Grimm*). Nu wissen wir, daß E. Chf. G. als ein hochlöblicher christlicher Churfürst selb betrachten, daß Erhaltung solcher Schulen Gott gefällig, der christlichen Kirchen nützlich, und zu Zucht der Jugend ganz nöthig ist. Und ist eben dieses Werk, davon der Sohn Gottes spricht: lasset die kleinen Kinder zu mir kommen, denn solcher ist das Himmelreich.

Dieweil denn nicht möglich ist zu rechter Erkenntniß und Anrufung Gottes ohne Unterweisung und Lehre zu kommen, so geschiehet in diesen Schulen gewißlich dieser Dienst, daß dem Herrn Christo die Jugend vorgetragen wird. Darum wollen E. Chf. G. gnädiglich und väterlich diese löbliche und christliche fundationes erhalten, sonderlich dieweil in vielen Landen teutscher Nation die Schulen ungeachtet sind, und nicht erhalten werden, daraus heidnische Blindheit und grobe Barbarey folget, davon wir viel berichten könnten. Denn viel aus andern Landen in die Universität kommen, die in ziemlichen Alter noch nichts von der christlichen Lehr wissen, und erst in diesen Landen die Kinderlehr und Catechismum zu lernen anfahen. Nu wissen E. Chf. G. die gnädige Verheißung des Herrn Christi, wer dem geringsten unter den Meinen um der Lehr willen Einen Trunk Wasser gibet, der wird Belohnung empfahen. Auch sind viel christlicher Herzen in diesen Schulen, jung und alt, die für Ew. Chf. G. und für ihr Vaterland ernstlich bitten. Dieser Gebet ist gewißlich nicht unfruchtbar. Darum bitten wir in Unterthänikeit, und um Gottes willen, E. Chf. G. wollen in Betrachtung der hohen Nothdurft und des großen christlichen Nutzes, und der gnädigen göttlichen Verheißung, diese löbliche und christliche Schul in E. Chf. G. Landen gnädiglich erhalten, und von wegen dieser Gebrechen, die wir hie anzeigen, gnädiglich Befehl thun. Dagegen bitten wir Gott mit Herzen, er wolle E. Chf. G. gnädiglich bewahren.

*) Vid. epp. d. 10. et d. 19. Sptb. h. a.

No. 5703. 26. Dec.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 419 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

Doctissime vir, et charissime frater. Vobiscum oro Filium Dei, ut faciat, ut hic veniens annus sit faustus et felix Ecclesiae, et hospitiis studiorum piorum in his regionibus, et tibi, et Ecclesiis nostrorum coetuum. Nam profecto magni motus impendent. Nec solum Eclipsis et prodigia, sed etiam hominum caeci impetus denunciant novos tumultus. Nescio, an aula audierit, *ἀλλὰ δῆλον ἔστιν, ὅτι ὁ † Μανσβέλδος "Ἀλβερτος"* [1]) excussus ex Patria recuperationem molitur, quanquam longe antecedit aetate Atticum Thrasybulum et Aratum Sicyonium. Dimicarunt in acie Antigonus octogesimo aetatis anno, Lysimachus secundo et septuagesimo, Seleucus septimo et septuagesimo. Aetas *Comitis Alberti* [2]) eadem est, quae fuit tunc Lysimachi. Velim, te indicare haec iis, qui debent esse in specula. Oro Filium Dei, ut his regionibus tribuat salutarem pacem. Mihi credito, non contemno venientis anni pericula. Adolescens, cui hanc epistolam tradidi, dicebat, se receptum esse in scholam vestram. Iussi, ut studiose discat Grammaticen. Est orphanus, ut audio. Alioqui mihi non placeret, eum educi ex

1) Addit A. D. — Saubertus tantum dedit: „*ὅτι ὁ etc.*"

2) Nomen habet A. D. Saubertus edidit: N.

inferioribus scholis. Bene et feliciter vale charissime frater. Die Stephani.

No. 5704. 26. Dec.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 62.

D. Alberto Hardebergio

S. D. Reverende vir et carissime frater. Scio te virum eruditum et sapientem multa cogitare de communi infirmitate generis humani, et nosse consolationum fontes, quae et in doctrina Ecclesiae proponuntur, et in aliorum sapientum sermonibus. Sed vox divina in Ecclesia ostendit portum harum miseriarum, ut de Stephano scriptum est: (Nam hanc epistolam dedi nuncio, die Stephani) *Ibat ovans animis et spe sua damna levabat.* Cum igitur aliquanto post in luce clarissima Deum et filium eius D. N. I. C. et totum agmen coeleste visurus sis, minus doleas, quod nunc oculi sunt hebetiores exiguo tempore. Oro autem F. D., dominum nostrum I. C., ut te et nos gubernet. In his Academiis studia eadem sunt doctrinarum, quae vidisti. Et honesti ac docti viri omnes te diligunt, et saepe honorificam tui mentionem faciunt. Pagellas vobis mitto, meo more, quae Academiae studia ostendunt. Metus novum bellum, de quo plura scire potes. Nam apud vos colligi copias *Comiti Alberto* dicitur. Oro F. D. ut nos omnes gubernet ac protegat nos. Bene et feliciter vale. Die Stephani 1555.

Philippus.

No. 5705. 26. Dec.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 517. (ed. Lond. lib. II. ep. 541.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Clarissime vir et charissime frater. Scio te meminisse *Pindaricum* illud: *Facile est movere civitatem, sed rursus sedare motam, solius Dei est.* Non igitur humanis consiliis *Germaniae* tranquillitas restitui potest. Tuae literae nuper spem pacis ostendebant, sed comes *Albertus Mansfeldensis* excussus ex patria, recuperationem molitur. Legimus *Antigonum* annos unum et octoginta egressum esse, cum in acie dimicans periit. Periit in acie et *Lysimachus* octogesimo aetatis anno, postea *Seleucus*, egressus annos septem et septuaginta. Ita hic senex comes egressus annum alterum et septuagesimum, recens tentavit oppugnationem arcis *Mansfeldicae.* Metuo haec initia et oro Filium Dei, ut his regionibus restituat pacem. Vos istic plura nunc scire potestis. Mitto pagellas, quarum scio tibi lectionem non insuavem esse. Viro clarissimo socero tuo, et toti vestrae Ecclesiae domesticae salutem optamus, ego, et meus gener, et frater tuus, et *Ernestus*, et frater *Θεοδώριχος.* Bene vale. Die *Stephani.* Anno 1555.

No. 5706. 31. Dec.

Concionatoribus Francicis.

Manlii farrag. p. 94 sq. Repetita a Pezel. in Mel. Consil. lat. P. II. p. 148 sq. — Apographa in cod. Mehn. II. p. 267 b. et in cod. Guelph. fol. no. 7. 9. p. 254 b. — Est haec epistola responsum ad literas *Stilleri* et *Schageki*, ut intelligitur ex altera horum hominum epistola, quam infra d. 21. Febr. an. 1555. dedimus, ex qua etiam Paulum Eberum huic epistolae subscripsisse, cognoscitur.

Scriptum D. Philippi, ad praedicatores in Francia, de elevatione Sacramenti.

Anno 1542. *Lutherus* suo iudicio, non relata re ad aliorum deliberationem, iussit omitti ritum [1]) levandi Sacramentum. Cum autem sequerentur venenatae reprehensiones, et venirent ad eum hospites multi, quorum aliquos nominare possem, etiam insuaviter sciscitantes causam, ait se his tribus causis motum esse.

Primam dicebat esse [2]), cum tollenda sit ex Ecclesia persuasio impia, fingens sacrificulos offerre Christum pro vivis et mortuis, et hac oblatione eis [3]) mereri remissionem peccatorum: sit-

---

1) Pez. *seu offerendi seu levandi*; cod. Guelph. *ritum offerendi levatum.*

2) Manl. *Primum dicebat.*

3) Pez. *eos.*

que hic ritus levandi nervus illius persuasionis. ideo se etiam hunc ritum velle abolitum esse: quia solius Christi est ingredi in sancta sanctorum, et seipsum offerre [4]), cum vidit et sustinuit iram aeterni patris effusam in ipsum propter nos. Ideo dictum est, Una oblatione consummavit sanctos suos. Graeci dissimiles canones habent: in vetustiore non fit mentio huius oblationis. sed recentior sic loquitur, offerri ibi Christum: et tamen mitigat, Tu es qui offers, *σὺ εἶς ὁ προσφέρων καὶ ὁ προσφερόμενος.*

Secundam causam esse dicebat: Cum nihil habeat rationem Sacramenti extra usum institutum, nolle se confirmare circumgestationem, in qua adoratur panis, cum ibi nequaquam habeat rationem Sacramenti: sed in sumptione vere adesse Christum propter sumentem, et vera eum nos sibi membra facere, et libere adesse. Ac volebat *Lutherus* abominandas quaestiones tolli: qualis est, Quid rodat mus, rodens panem consecratum?

Tertiam causam addebat, taxandam esse populi persuasionem, quae fingat bonum opus esse videre illum ritum levandi: et eo viso concipitur falsa fiducia, et negligitur poenitentia et vera invocatio.

De his causis eruditi et pii cogitent: quae quidem postea multas Ecclesias moverunt, ut *Lutheri* exemplum imitarentur. Abolitus est hic ritus levandi in omnibus Ecclesiis Electoratus Saxonici, in pluribus Ecclesiis Misniae et Silesiae, in tota Turingia, in omnibus Ecclesiis Saxonicis instauratis: Hamburgae, Lubecae, Luneburgae, Brunsvigae, in tota Pomerania, in ducatu Megalburgensi, in regno Danico. Bene et feliciter valete [Pridie calend. Ianuarii [5]) 1554.].

---

4) Pez. *se ipsum Christus obtulit.*

5) Cod. Mehn. et Pez. *Ianuarii*, Manl. *Februar.* Sed prius praeferendum videtur, si haec epistola ea est, ad quam pastores quidam, *Sebast. Stillerus* et *Georg. Schagek*, responderunt d. 21. Febr. 1555., qui dicunt epistolam Melanthonis et Eberi de elevatione scriptam esse d. 13. Decbr. Mutavisse videtur aliquis *Ianuar.* in Febr. ne epistola videretur scripta anno 1553. Cod. Guelph. nec diem nec annum habet. Puto autem d. 13. Decbr. in apographo ex mendo extitisse pro 31. Decbr.

No. 5707. (m. Dec.)

D. Chytraeo.

(Ex Dav. Chytraei epistolis p. 1238.)

Dav. Chytraeo.

S. D. Carissime frater. Nomen *Postelli* hominis Gallici tibi notum esse arbitror *). Nam ante multos annos edidit pagellas, in quibus sunt figurae literarum Ebreae et Arabicae. Is vocatus est in Academiam Viennensem, ut doceat ibi linguam Arabicam, fortassis ut praeparet iuniores ad lectionem Alcorani, cum vicinos habeant Turcos. Mitto orationem, qua studium linguae suis auditoribus commendat, in qua Latine loquentem non multo plus intelligo, quem Arabice loquentem. Sed nosse has ineptias eo utile est, ut nos magis confirmemus in hoc nostro cursu, recta et utilia Ecclesiae perspicue docendi. Tubingam etiam Iuris Lector *Molinaeus* vocatus est, qui pollicetur novam doctrinae forensis et compendiariam formam. Extat eius Oratio Tubingae pronunciata. Utinam nostrae Academiae consensum in doctrina et animorum coniunctionem tueantur. Decrevi ad vos exspatiari, ubi audiero non vagari milites in vicinia vestra. Salutem opto Doctori *Iacobo Bordingo* et vobis omnibus.

Philippus.

No. 5708. (fortasse h. mense.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 580 sq.

Mich. Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Multae sunt publicae causae, propter quas lugendus est interitus *Lutheri*. Nam cum valeret autoritate, hortator Principibus ad pacem fuit, et multa petulantia ingenia compescuit, ne plus turbaretur Ecclesia. Nunc metuo, multos plus licentiae sibi sumpturos esse, quam utile est. Sed Deum oremus, ut Ecclesiam suam regat propter nomen sanctum suum, sicut apud Esaiam inquit

---

*) Mentionem fecit Mel. eiusdem in ep. ad Bordingum d. d. 24. Nov. 1553.

Deus: Propter nomen meum amovebo iram meam propter me, propter me faciam, ut non blasphemer. Hoc ut faciat Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, propter suam gloriam toto pectore opto. Filii, Dei beneficio, recte valent, et discunt. Bene valete. Anno 1556. *).

Philippus.

No. 5709. hoc anno.

Eustachio a Schlieben.

Manlii farrag. p. 93 sq.

De adoratione et elevatione Sacramenti.

Nobilitate generis, sapientia et virtute praestanti domino, Eustachio a Schlieben, consiliario inclyti principis Electoris, domino patrono suo colendo, Phil. Mel.

S. D. Praestantissime vir, nobilitate generis, sapientia et virtute excellens: Si pastor ille ideo prohibet adorationem, quia negat praesentiam veram et realem Christi in vero usu sacramenti, removendus est a gubernatione Ecclesiae. Displicet mihi movere certamina, non inquisitis fontibus: sed magis mihi displicet, quod dissimilitudo est in Ecclesiis etiam harum regionum. Alibi retenta est elevatio, alibi abolita: et haec nulla communi deliberatione facta sunt. Haec nunc breviter respondeo. De tota causa cum eruditis non recuso colloqui. 1554.

No. 5710. hoc anno.

Inscriptio.

† Inscripsit Mel. haec sua manu libro: „Kirchenordnung, wie es mit christl. Lehre, Reichung der Sacrament, Ordination der Diener des Evang. — — im Herzogthum zu Meckelnburg etc. gehalten wird. Wittenb. gedr. durch Hans Lufft 1552. 4. Est hic liber nunc in bibl. Eccles. pagi Ribbensdorf prope Helmstaedt, ex quo mihi haec descripsit *W*.... **), minister verbi divini in Dedeleben. — In quibusdam locis literae prorsus extinctae sunt. Similem inscriptionem habes exeunte anno 1559.

Paulus an den Colossern:

Die Rede des Herrn Christi soll in Euch reichlich wohnen in aller Weisheit, und soll Euch unter einander lehren und erinnern.

Dieser Spruch ist ein Zeugniß daß Gottes Wille ist, daß wir alle die Rede Christi oft hören, (selb) sollen lesen und fleißig betrachten sollen. Dieses sollen wir thun Gott zu Ehren, und Glauben und Anrufung, und alle Tugenden in uns zu erwecken, und ist gewißlich wahr, wo Gottes Wort im Herzen wohnet, das ist, wo es im rechten Glauben (gehört) und angenommen .... (wird, in) denselbigen Herzen (wohnet Gott selbst, und) der Sohn, welcher (ist) des ewigen Vaters Wort, spricht den Trost in das Herz durch das Evangelium, und zeiget den ewigen Vater, und der ewige Vater liebet dich um des Sohns willen, und durch ihn gibt er den heiligen Geist in dein Herz, gibt Leben, lehret, erhöret, regirt, schützet, erhält dich und machet dich Erben ewiges Lebens, darin Gott alles (in allen seyn) wird, ... Ewigkeit. Dem sey Lob und Dank. Amen.

Scriptum manu Philippi 1554.

No. 5711. —

(*Annales.*)

Annales Mel. ad ann. 1554. ex Eiusd. christlichen Bedenken und Berathschlagungen p. 725. (Vid. quae diximus de his annalibus anno 1552. exeunte.

Annales Mel. anno M.D.LIIII.

Eben diesen Winter den 21. Februarii ist zu Weimar in Gott verschieden die hochgeborne Fürstin, Frau Sybilla, Herzog Johann Friedrichs eheliche Gemahl, geborne Herzogin von Jülich aus dem alten Geschlecht Gotfridi Bilonei *), Königs zu Hierusalem, welcher vor 400 Jahren viel fürnehmer Fürsten und Herrn aus ganzer deutscher Nation, wie vorzeiten Jason die Argonautas, in Syrien geführet, und die Saracener und Türken den mehrern Theil aus Asien und Syrien geschlagen, darum er von den andern Fürsten nicht allein wegen seines großen Muths und fürnehmer Thaten, sondern dieweil er auch ein gottfürchtiger, glimpflicher Herr war, und Gerechtigkeit, Zucht und Tugend lieb

---

*) In anno error est, quum Michael Meienburg iam anno 1555. mortuus sit. Fortasse anno 1554. scripta est haec epistola.

**) Reliquas literas legere non potui.

*) Bulioni.

hatte, zum König erwählt worden. Aus dieses Bilonei Geschlecht ist geborn Frau Sybilla, eine Mutter dreier Fürsten von Sachsen.

Nach wenig Tagen hernach, als nämlich den 13. Martii, ist auf dem Schloß zu Weimar aus diesem Leben abgefordert der durchleuchtig, hochgeborne Fürst, Herzog Johann Friedrich, dieses Namens der erste, geborner Churfürst zu Sachsen, ein frommer Fürst, und dem die Regierung seiner Land und Leut angelegen, und der Gerechtigkeit lieb hatte, zuvörderst aber der Gott mit wahrem Erkenntniß rechtschaffen anrufte und ehrte, und der in Gottes Wort fleißig studirte, und, nachdem er von Gott mit hohem Verstand gezieret, selbst erforschte den Grund der rechten reinen christlichen Lehr, welche er auch öffentlich bekannt, und über welcher er fest und steif gehalten, also daß, da ihm in seinem Gefängniß angeboten, man wollte ihm wieder zu Land und Leuten helfen, und ihm seine vorige Dignität restituiren, wo er die Päpstliche Religion annehmen würde, er doch durch Gottes Hülf bei der erkannten Wahrheit beständig blieben, und davon keines Weges hat abgehen wollen. Was aber für Ursachen des Kriegs gewesen, so er mit Kaiser Carl geführt, wie sich derselbe angesponnen, und was er für einen Ausgang gehabt, soll anderswo vollkömmlich und ausführlich vermeldet werden. Ihn zwar, den Fürsten, hat anfänglich zu diesem Kriege nicht verursachet Ehrgeiz, oder daß er nach hohen Dingen trachtet, sondern daß er sein Vaterland und die Kirchen, darinnen Gott recht erkannt und angerufen, wider Gewalt beschützete, darum auch Gott groß Unglück, so aus diesem Krieg hätte entstehen können, gnädiglich abgewendet. Denn obwohl Herzog Johann Friedrich gefangen wurde, so ließ ihn doch Kaiser Carl wieder los, und gab ihm einen Theil seines Landes wieder, welches auch seine Söhne nach dem Krieg, mit Bewilligung des Kaisers behalten. Und hat die Bekenntniß und Beständigkeit Herzog Johann Friedrichs unsern Kirchen mehr gefrommet, als vielleicht die Victoria hätte dienen mögen, da ohne Zweifel die Bundsgenossen unter einander selbst uneins worden wären. Wir bitten aber den einigen Sohn Gottes, unsern Herrn und Heiland Jesum Christum, der für uns am Kreuz gestorben, und wiederum vom Tod auferweckt ist, der ein Beschützer ist seiner Christenheit, er wolle diesen Landen Fried und selige Regiment verleihen, und wolle ihm aus diesen Landen durch die Stimm seines Evangelii, eine ewige Kirche sammlen, Amen.

Im Jahr nach der Geburt unsers Heilandes Jesu Christi 1554. im Junio sammlet Marggraf Albrecht wiederum Kriegsvolk zu Ilmenau und in derselben Gegend, und führt dasselbe gen Schweinfurt, so sich in der Belägerung bishero aufgehalten. Als er aber das Kriegsvolk aus Schweinfurt führet, und mit demselben gen Schwarzburg zog, nahmen die Bundsgenossen Schweinfurt ein, steckten dasselbe an, und eilten Marggraf Albrecht nach, und den 14. Junii trennten sie ihm den reisigen Zeug, und nahmen bei 2000 Mann gefangen. Er, der Marggraf, kommt kaum mit etlichen wenigen davon. Auf beiden Theilen sind in diesem Treffen in die 1000 Mann blieben. Dem Marggrafen werden die Geschütz und etliche Wagen mit Briefen und silbern Geschirr genommen. Er, der Marggraf, entweicht in Lothringen, und hält sich darnach eine zeitlang in Paris auf; aber die Bundsgenossen nahmen ihm sein ganzes Land ein. Darnach war dieß Jahr in Frankenland Fried, dieweil Marggrafen Albrecht gesteuert wurde, der seine Nachbarn ohne Ursach bekrieget hatte.

Den 19. Julii kommt Herzog Philips, Kaiser Carls Sohn, in Engelland, da er Frau Marien, König Heinrichs des achten Tochter in Engelland zur Ehe genommen, und weil das Reich auf Frau Marien nach ihres Bruders Eduardi Tod gefallen, ist er zum König in Engelland erwählet worden.

Im Augustmonat wurd das Kriegsvolk des Königs in Frankreich aus dem Niederland geschlagen, daß sie mußten wieder heim ziehen. Kaiser Carl, ob er wohl noch schwach war, als der die langwierige Krankheit noch nicht überwunden hatte, jedoch saß er gerüst zu Roß, und führet den Haufen selbst, da sie mit den Franzosen ein Treffen thäten. Aber Graf Günther von Schwarzburg zog mit seinem Volk vor dem Kaiser zuvor her, welcher die Franzosen, so der neuen Rüstung der Büchsen, wie jetzo dieselbe von den Sächsischen Reutern geführt, ungewohnt waren, bald erschreckte und trennete.

Diesen Sommer ist der Türk mit einer großen Feldschlacht von den Persen überwunden. Solimanus, der türkische Kaiser, ist dies ganze Jahr in Asia blieben. Darum obwohl die Türken, so zu Ofen lagen, nicht ruheten, ist doch ferner kein sonderlich Kriegsvolk vom Türken in Ungern geschickt worden.

Im Jahr nach der Geburt Christi 1554. kam *Reginaldus Polus* im Winter wiederum heim in En-

gelland, und richtet daselbst das Papstthum wieder an. Dieser Reginaldus war von Königlichem Stamm in Engelland geboren, und vor etlichen Jahren verjagt, aber in seinem Elend zum Cardinal erhoben worden. Als er nun wieder heim kommen, bestätigt er erstlich aufs neu des Papsts Irrthum und Abgötterei, verjagte die evangelischen Prediger, und absolvirte die fürnehmsten und gewaltigsten im Reich a crimine haereseos, wie ers nennete, so ihren Irrthum öffentlich erkannten, und vom Papst zu Rom Gnade baten. Darnach fing sich an grausame Verfolgung wider diejenigen, so die päpstische Irrthum nicht annehmen wollten, da viel gelehrter gottfürchtiger Männer, die zuvor in Engelland in großem Ansehen gewesen, jämmerlichen von den Bischoffen hingerichtet und ermordet sind.

1 5 5 5.

No. 5712. 1. Ian.

Ioanni Friderico Duci Pom.

Manlii farrag. p. 172 sqq.

Illustrissimo Principi et domino, domino Ioanni Friderico, Stettini et Pomeraniae duci, etc. Rugiae principi, et domino Caycorum, etc. domino suo clementissimo

S. D. Illustrissime Princeps: Non dubito celsitudinem tuam in his feriis multa cogitasse de mirando foedere, quod fecit Deus in genere humano, cum filium τὸν λόγον misit, ut massam generis nostri indueret. Sunt omnino signa providentiae divinae multa: sed nullum est illustrius testimonium amoris divini erga nos, hac miranda copulatione divinae et humanae naturae: ac necessarium officium est de causis pie et reverenter cogitare, de quibus non dubito te audire praeceptoris commonefactiones, sumptas ex veris doctrinae divinae fontibus. Mitto tamen et ego pagellas eadem de re scriptas. Et quia recte institutum est, ut annum inchoemus ab hac commemoratione praecipui operis divini: nos quoque cogitantes de hoc testimonio divini amoris erga nos, ipsum filium Dei custodem Ecclesiae precemur, ut faciat, ut sit felix anni curriculum nobis omnibus. Oro igitur ipsum, ut et hoc anno Celsitudinem tuam et illustrissimos parentes, fratres et sorores servet incolumes.

Munus etiam tuum fuit eo mihi gratius, quia in anni initio exhibitum est: sed symbolo significari nova certamina iudico, in quibus nobis opus erit illa anguium circumspectione, de qua loquitur filius Dei, cum iubet prudentiam serpentum in tegendo capite imitari.

De studiis, ea quae nuper ad te scripsi, iudicio praeceptoris permitto. Sed hortari tamen non desinam, ut ad lectionem doctrinae divinae adiungas historias: quod et avus tuus maternus faciebat. Et fuerunt apud Palatinum *Philippum*, abavum tuum, principem sapientia et virtute excellentem, eodem tempore viri docti in lingua Latina, Graeca, et in doctrinis quae utraque lingua traditae sunt, *Rodolfus Agricola*, *Ioannes Capnio:* et *episcopus Vangionum*, vir nobilis, cancellarius, *Ioannes Dalburgius.* Hos cum saepe audiret Princeps ordine recitantes seriem regnorum Chaldaeorum, Persarum, Graecorum et Romanorum res gestas et tempora distribuentes: petivit sibi ab eis componi Epitomen Monarchiarum, et Mundi historiam ordine distribui. Id opus ex Graecis et Latinis scriptoribus collectum, gratissimum fuit abavo tuo. Simile opus in *Chronico Carionis* institutum est: sed vellem *Carionis* libellum aliquanto locupletiorem esse. Id fieri a praeceptore tuo optime posset, aut certe a *Iacobo Rungio*, cuius oratio refert elegantiam et nitorem Iulii Caesaris. Bene et feliciter vale, illustrissime Princeps. Calendis Ianuarii, Anno 1555.

No. 5713. 1. Ian.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 249 sq.

Reverendo viro, etc. D. Georgio, pastori Ecclesiae Dei in urbe Arctoa, fratri suo charissimo.

Reverende vir, et charissime frater: Scitis scriptum esse, Beatus qui intelligit super egenum et

pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Cum igitur eximia sit beneficentia illustrissimi Principis *Electoris Marchionis* et vestra erga *Sabinum*, qui hoc tempore sine sua culpa in calamitatem incidit: vicissim Deus illustrissimo Principi et vobis benefaciet. Et ut clementer servet incolumem illustrissimum Principem, et eum gubernet, Deum toto pectore oro. *Sabinus* recens mihi scripsit, se prorsus expectare exilium. Ad nos nuper missae sunt deliberationes Prussiacae, de quibus responsiones nostras vobis mittam. Commendo vobis hunc *Paulum Ursinum*, virum honestum, doctum et candidum. Mitto pagellas, meo more. Bene valete, Calend. Ianuarii, 1555.

No. 5714. 1. Ian.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Utinam non solum per literas sed coram saepe colloqui possemus non de vulgi fabulis, sed de gravissimis doctrinae capitibus. Utilis est enim collatio cogitationum et ad eruditionem mutuam et ad consolationem. Dei beneficio adhuc consensus est Academiarum in his regionibus omnium, Rostochianae, in quo mediocris frequentia est, Griphes-waldensis, Francofordianae, Lipsicae et nostrae. In Regiomontana nobiscum sentiunt etiam doctores honesti et eruditi, sed tumultuantur quidam *Funccii* compotores. Oro autem tecum, ut filius Dei protegat has Ecclesias et nos gubernet, et faciat, ut unum simus in ipso. Mitto tibi pagellas, et inscriptam integerrimo viro, *Iohanni Reinhold*, exhibeto. Heri mecum fuit *Erasmus* *), qui modeste vivit et paterno studio delectatur. Bene et feliciter vale. Cal. Ianuarii 1555.

Philippus.

*) Filius Erasmi Reinholdi Salveldensis.

No. 5715. 1. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 683 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 824.). — Data quidem legitur Calend. Iunii, et relata est ab editore ad annum 1554. Sed quum Melanthon d. 1. Iunii 1554. non domi, sed cum Camerario Naumburgi in conventu fuerit, illo anno et mense scripta esse non potest. Imo pro *Iun.*, ut legit editor, Melanthon haud dubie scripsit *Ian.* i. e. Ianuarii, et scribit Melanthon, se hoc mense non, ut solebat, Lipsiam esse venturum. Iudicium Northusanis scriptum datum est d. 12. Ianuarii 1555. *Σύγγραμμα* autem, de quo loquitur, est iudicium ad aulam missum de conventu Theologorum futuro.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Etsi non sine gemitu a cunis infantulae meae discedo, tamen ad te libenter expatiatus essem. Sed me cum alia negocia retinent, tum vero et *Northusanae* controversiae, de quibus senatui hodie respondere cogimur. Si quid audies de iudiciis aulicis *περὶ τοῦ συγγράμματος ἡμετέρου,* quaeso significes. Nam mihi nondum quidquam significatum est. Et arbitror *σαπρὸν τάριχον* videri nonnullis. Quanquam autem et iudicia dissimilia sunt hominum, et dissimiles voluntates et spes, et passim magni furores oriuntur, tamen quid facere aliud possumus, quam quod agimus, ut rerum utilium extet explicatio simplex et moderata, et harum Ecclesiarum tueamur consensum, deo iuvante. Sed tuas litteras expecto. Bene vale. Cal. Iunii. [Ianuarii.]

Philip. Melanth.

No. 5716. 6. Ian.

Io. Stigelio.

Epp. ad Stigel. ep. 80. Cod. Goth. 188. ep. 149.

Clarissimo viro, felicitate ingenii, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo, S. D.

Clarissime vir et cariss. frater. Oro filium Dei, ut faciat, ut hic veniens annus sit faustus et felix tibi, et Ecclesiae tuae domesticae, et universae Ecclesiae, cui non tantum proxima Eclipsis Lunae *), sed etiam hominum furores novas confu-

*) D. 9. Decb. 1554.

siones minantur. Romae in frequenti Cardinalium consessu decretum est, ne discedatur a Tridentinis actis, etiamsi Caesar et Rex velint aliquarum legum laxationes concedere. Nunc et *Marchio Elector* indixit Synodum, ut προβούλευμα ad conventum Augustanum *) adferat. Sed spero, Deum gemitus piorum exauditurum esse, et protecturum harum regionum Ecclesias. Utinam tecum vel per literas saepius colloqui possem. Sed mihi et occupationes crescunt et morbi. Valde me afflixit λιθίασις, et hic annus veniens fortassis finem mihi et vitae et laborum adferet. Saepe cogitans de his, qui fideliter docent hoc tempore, ut in horribili naufragio similes colligentibus tabulas esse iudico. Sed hoc doleo, multos esse, qui etiam de tabulis nos deiicere conantur, ut fecisse Hispani dicuntur, cum in Danubio naufragium fecerunt. Bene et feliciter vale. In Epiphaniis 1555. Salutem opto *Schroetero* et vobis omnibus. Xenion mitto honestiss. coniugi tuae, ut in anni initio usitatum est, et vobis omnibus faustum et felicem annum opto.

Philippus.

No. 5717. 10. Ian.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 403 sq. — Conf. ep. ad Libium d. d. 26. Ian. h. a.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzero, fratri suo charissimo,

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Vellem me posse prolixe scribere, ac potius coram colloqui. Miserat Dux *Prussiae* confessionis capita, de tota doctrina: sed scripsi ei, ne ederet suam illam formam, quia fortassis paritura esset disputationes novas, sed ut contentus esset *Brentiana* declaratione hic edita [1]). Id consilium tunc placuit Principi. Nunc audio ad vos missam esse confessionem illam [2]): fortassis magis diserte quaedam posita sunt. Et decurritur ad λογομαχίαν de nomine Iusticiae. Alius facit reconciliationem, alius iusticiam Deum ipsum in nobis agentem, nec dicit de personarum proprietatibus. De his tantis rebus libenter tecum, et cum aliis doctis viris loquerer. Et si tempus concedetur, in responsione nostra aliquid de his quaestionib. scribam. Sed nobis alia materia, et non a Principe missa est. Erit dies synodi vestrae, dies natalis illustrissimi principis Electoris *Marchionis*: ac opto ut sit felix deliberatio, ne pariat dissensiones inter vestros.

Audio Episcopos ad Moenum et ad Rhenum, deliberare de Ecclesiis suis. Plura nunc scribere non potui, et propter temporis brevitatem, et propter manus dextrae dolores, quae nuper in itinere ex lapsu graviter quassata est. Bene vale. Die 10. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

*) Advenit Ferdinandus rex d. 29. Decbr. 1554. Augustam ad comitia inauguranda, sed fere neminem principum ibi reperit, quare missis literis et internunciis principes hortatus est, ut quam primum accederent. Vid. Sleid. comment. p. 830.

1) Vid. epist. ad Albert. Ducem d. 24. Aug. 1554.

2) Confessio Alberti Ducis Pruss. data est d. 13. Iul. 1554. Vid. de ea Saligii hist. Aug. Conf. II. p. 1029. et Planck Geschichte des prot. Lehrbegr. P. IV. p. 413.

No. 5718. 13. Ian.

Senatui Northus.

Edita in Melanthons christlichen Berathschlagungen und Bedenken pag. 436. — De controversia hic commemorata videatur epist. ad Meienb. d. d. 29. Aug. 1554. Saligius in hist. Aug. conf. T. III., ubi litem Maioristicam narrat, de hac Northusanorum controversia nihil habet. Sed *Planckius* in der Geschichte des protest. Lehrbegriffs Vol. V. P. I. p. 62 sqq. rem commemoravit. — Iudicium Senatui Northusano scriptum est. Vid. ep. ad Cam. d. 13. Ian. et ad Lutherum d. 27. Ian. h. a.

„Von der Prädicanten Uneinigkeit zu Northausen, von der Proposition: gute Werke sind nöthig zur Seligkeit." *)

(*Ad Senatum Northusanum.*)

Ich habe niemand mit dieser Sache wollen beladen, dieweil doch etliche Antonio verdächtig sind, und will für meine Person mein Bedenken, das treulich gemeint ist, anzeigen.

Erstlich, so keine andre streitige Sache zwischen den Prädicanten ist denn alleine von der Proposition: gute Werke sind nöthig zur Seligkeit; so ist mein Rath vor gewesen, und noch: erstlich, daß die Prädicanten ad S. Blasium diese Proposition nicht predigen, nicht schützen, und nicht in Disputation führen wollen, die-

*) Inscriptio a Pez. facta.

weil doch alsbald diese Deutung angehänget wird, als sollten gute Werke Verdienst seyn der Seligkeit; zum Andern, daß sie auch Doctoris Majoris Person und Sach nicht auf den Predigstuhl bringen, sondern stellen dieses zu seiner selb Erklärung. Und ist diese Disputation aus vielen vorigen frevelen Reden von zwanzig Jahren her verursacht. Etliche wollen diese Rede nicht dulden: gute Werke sind nöthig; oder also: man muß gute Werke thun; wollen diese zwey Wörter necessitas und debitum nicht haben, und stund der Hofprediger derselbigen Zeit, und spielet mit dem Wort muß: das Muß ist versalzen; verstund necessarium und debitum für erzwungen durch Furcht der Strafe, extortum coactione, und redete hohe Wort, wie gute Werke ohne Gesetz kämen. So doch necessarium und debitum nicht erstlich heiset extortum coactione, sondern die ewige und unwandelbare Ordnung göttlicher Weisheit, und der Herr Christus und Paulus selbst diese Wort necessarium und debitum brauchen.

Ein andrer sagt: dem Glauben wären gute Werk schädlicher denn böse Werk. Darnach kamen Doctor Jäckel und Naogeorgius, die rissen das Loch noch weiter auf, und verstunden die Proposition: sola fide iustificamur also: es behielte ein Mensch den Glauben und heiligen Geist, wenn er gleich wider Gottes Gesetz wissentlich thäte; als, da David den Ehebruch und Todtschlag thät. Nahmen weg den Unterscheid der tödtlichen Sünde und der bösen Neigung in Heiligen. Und ist des Naogeorgi Schrift davon durch den Durchleuchtigsten, hochgebornen Fürsten und Herrn, Herzog Johannes Friedrich, Churfürsten, hochlöblicher und seliger Gedächtniß, an den ehrwürdigen Herrn Doctorem Martinum gesandt worden, der darauf geantwortet und deutlich geschrieben vom Unterscheid der Sünden, und daß durch Sünd wider das Gewissen der heilige Geist und Glaube ausgestoßen würden, so viel die Sünde an sich selbst betrifft, und ist der Bericht die Zeit unserm gnädigsten Herrn zugeschickt worden.

Wider diese Irrthum habe ich, so viel mir Gott Gnad verliehen, für und für auch Bericht gethan, wie solchs in meinen Schriften, von mir ausgangen, zu sehen, und hab nicht Sophisterei gemacht, sondern klar, eigentlich, verständlich und recht vom necessario und debito, und vom Unterscheid der Sünden geredt, und die unrechten Reden verworfen, deren etliche weitläuftig, etliche Gotteslästerung sind. Aber diese Proposition: gute Werke sind nöthig zur Seligkeit, ist in unsern Kirchen nicht gebraucht. Denn diese Deutung ist zu fliehen: gute Werke sind Verdienst der Seligkeit; und muß der Glaub und Trost fest allein auf dem Herrn Christo stehen, daß wir gewißlich durch ihn allein, propter eum et per eum, haben Vergebung der Sünden, Zurechnung der Gerechtigkeit, heiligen Geist, und Erbschaft der ewigen Seligkeit. Dieses Fundament ist gewiß. Es folget auch eben aus diesem Fundament, daß diese andre Proposition recht und nöthig ist: gute Werke oder neuer Gehorsam ist nöthig von wegen göttlicher, unwandelbarer Ordnung, daß die vernünftige Creatur Gott Gehorsam schuldig ist, und dazu erschaffen, und jetzund wiedergeboren ist, daß sie ihm gleichförmig werde. Item, die Lehre vom Unterscheid der Sünden ist nöthig. Von dieser hohen Sachen soll man nicht mit Sophisterei spielen und kökeln, sondern rechten Verstand mit eigentlichen, gewissen Reden erhalten.

Was nun Antonius hält, kann ich aus der zugeschickten Klag nicht verstehen. Ich will auch in seinen Worten nicht grübeln, wiewohl dieses Erklärung darf, daß er spricht: in Beysenn der Werk. Denn wahrhaftiger Glaub ist nicht ohne Werk im Herzen, ob sie gleich nicht Verdienst seyn, causae iustificationis, sondern folgen dem Glauben, und ist eine grobe Rede, so man spricht von dem bekehrten Mörder am Kreuz, er habe nach der Bekehrung nicht gute Werke gehabt. Denn Werke heisen nicht allein äußerliche Thaten, sondern auch im Herzen Reu, Anrufung, guter Vorsatz, Danksagung, Geduld, welche Tugenden sind Früchte des heiligen Geistes, und Regung vom heiligen Geist angezündet. Dennoch haben sie diesen Namen: Werk, wie alle Verständige wissen. Ich stelle aller diese und andre mehr Reden in Antonii Klag zu seiner Erklärung, wiewohl ich besorge, es stecke die Antinomia dahinter. Doch so Antonius nicht weiter denn von der Proposition: gute Werke sind nöthig zur Seligkeit, streitet, und die andern diese Proposition fallen lassen, und weiter nicht Ursach geben *), mit der Entschuldigung sollen sie billig forthin einträchtig seyn Gott zu Ehren, und Aergerniß in der Kirchen zu verhüten. Welcher Theil aber hiermit nicht zufrieden ist, der soll entsetzt werden.

Daß nun weiter Antonius vorgibt, neue Ordnung in seiner Kirchen zu machen und die Andern zu verdammen, hie wollen ein Ehrbar Rath und alle gottförchtige Bürger mit höchstem Ernst Ungleichheit in der Lehr oder Ceremoniis verhüten, laut der Lehre Pauli: es sollen nicht Spaltungen unter euch seyn. Wahrlich dieser Trotz Antonii machet mir ein groß Betrübniß,

*) Videntur hic quaedam excidisse.

und lasse einem ehrbaren Rath, der auch ein Theil der christlichen Kirchen ist, befohlen seyn, daß Antonius und andre anzeigen, worinne sie Aenderung begehren, und werde dieses mit verständigen Leuten berathschlagt, und darnach zugleich einträchtiglich in allen euren Kirchen geändert. Und ist hierin die hohe Nothdurft, einen Ernst zu erzeigen. Denn so Ungleichheit in Ceremoniis gemacht würde, und ein Theil den andern condemnirte, würde große Zweitracht in der Stadt folgen. Dieses alles ist wohl zu erwägen.

Endlich bitte ich den allmächtigen Sohn Gottes, Jesum Christum, der ihm gewißlich eine ewige Kirche im menschlichen Geschlechte sammlet durchs Evangelium, und nicht anders, er wolle eure Kirchen, Stadt, euch und die euern gnädiglich bewahren und regiren, und euch in dieser großen Fahr guten Rath und Stärke geben, und ist diese Unruhe nicht zu verachten.

So viel auch mein Bedenken betrifft von der Lehre, weiß ich, daß es recht ist durch Gottes Gnade, und referire ich mich auf unsre gemeine Confession Anni 1551., die von vielen unterschrieben, und bin bereit, davon mit Gottes Gnaden weiter Bericht zu thun, wer es begehrt. Ich wollt auch, daß Antonius bedächt, daß er nicht zu großen Spaltungen Ursach gebe. Geschrieben 12. Januarii, Anno 1555.

Wird auch Antonius calumnias suchen, und Sophisterei, diese Antwort zu strafen, wo er zu cavilliren Lust hat, soll ihm mit Gottes Gnad mit gutem Grund geantwortet werden, und mag ich hierin Richter leiden alle Gelehrten in allen Kirchen der Sächsischen Länder, Hamburg, Lübeck, Lüneburg, Braunschweig.

No. 5719. 13. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 687. (ed. Lond. lib. IV. ep. 829.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Trahimur, ut vides, in illa certamina, quae hactenus defugimus, seu γνωσιμαχοῦντες, seu ut parceremus Ecclesiae, alioqui horribiliter laceratae. Sed *Antonius* *) nos adorietur, et mittet suos socios: si quid scribet, prorsus decrevi Deo iuvante respondere. Mitto vobis exemplum meae responsionis, ac iussi nuncium ad me missum a Senatu *Northusano*, ad vos accedere, ut traderetis ei vestram responsionem: uti autem vel mihi ostensa forma, vel mea, vel alia potestis: certo consilio de dogmate respondi unde ortum est dissidium.

De aulicis litteris, recte abs te factum est, quod Grimmensi itinere nos liberasti, ac vide, qualis sit negociorum confusio. Eodem tempore ad me litteras de Inspectione Ecclesiarum miserunt, quarum mitto exemplum. Ne ad hanc quidem deliberationem satis est temporis. Et cohorresco cogitans de illa toties flagitata Inspectione, de qua accidet nobis quod dicitur, ἀνδρὶ λυδῷ οὐκ ἦν πράγματα, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελθὼν ἐπρίατο.

Noster Pastor iam προβουλεύματα de ritib. condit, de his reb. coram tecum post paucos dies loquar. Intelliges enim ex aulicis litteris me oportere istuc accedere.

Stancarus abiit ad Walachos. Non dubitant Pannonii Turcicum Tyrannum traditurum esse filio *Iohannis* Transsylvaniam, ut nominant. Caetera coram. Bene vale, filius Dei servet totam Ecclesiam tuam domesticam, et gubernet nos omnes. Pridie Idus Ianuarii.

Philippus.

*) Nordhusanus Autinomus C. W. Anton. Otto, pastor Nordhusanus.

No. 5720. 17. Ian.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Non tantum causis physicis, ut nominantur, vivimus, sed vitae fons Deus est, ut scriptum est: ipse est vita et longitudo dierum. Hic servavit in mediis flammis Israelitas. Sic omnibus temporibus familias aliquas mirabiliter tegit, et servat etiam praeter physicas causas. Huic vero Deo, vitae fonti, gratias ago, quod tibi et tuis vitae spatia longiora tribuit, et eum oro, ut et coniugem sanet, et te et totam Ecclesiam tuam domesticam protegat, et te diu in hac docendi militia retineat. Tuas episto-

las aliquot et accepi et legi, nec existimes, me hominem physicum, ut nihil aliud dicam, adeo superstitiose contagia metuere, ut haerere ea etiam in chartis putem. Si istic essem, etiam familiaria officia praestitissem. Studia Academiae aliquo modo ex pagellis cognoscere poteris, quas mitto. Valde autem te oro, ut de tua et tuorum valetudine saepe nobis scribas. Ac filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum oro, ut te et tuos servet incolumes, et aeternam Ecclesiam inter nos colligat, et ostendat, se in Ecclesia sua habitare, nos gubernet et doceat, et faciat, ut supersint *) aliqui honesti coetus doctrinam veram sonantes. Nunc inspectio Ecclesiarum in his regionibus instituetur, quam filius Dei adiuvet. Bene et feliciter vale. Die 17. Ianuarii, 1555.

No. 5721. 20. Ian.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1239.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et cariss. frater. Etsi ridemur a gubernatoribus, cum dicimus eis scholas et officinas librarias debere curae esse, tamen res ostendit, quam multa incommoda a typographorum avaritia oriantur. Sed haec propemodum ut ἀναγκαῖα κακὰ huius temporis sapienter feramus. Non misit ad me *Crato* pagellas tui libri **), cum quidem mihi mitti iussissem. Sed aliquoties obiurgatus antea, postea limam meam pati noluit. Nunc recudet tuum libellum, ac exemplum mihi dedit, quod emendabo. Tragicum exemplum vulnerationis hominis ingeniosissimi *Paselici* cum audiremus, cohorruimus, et precati sumus Filium Dei, dominum nostrum, I. C., ut eum servet. Scribes mihi an convaluerit. De *Garcaeo* te et Doctorem *Iacobum* valde oro, ut si quo modo ei consulere potestis, opem viro integerrimo feratis. Si *Frederus* non migrat ad vos, quaeso ut *Garcaei* rationem habeatis. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. Die 20. Ianuarii.

*) *supersint*] scripsi pro *sciret*, quod habet apographon.
**) Libri de matrimonio, quem prodiit a. 1555.

No. 5722. (fere d. 24 Ian.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 735 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 880.). — Posuit quidem editor hanc epistolam inter literas a. 1558. scriptas; sed data est anno 1555., quum Melanthon loquatur de confessione Alberti Ducis Prussiae, quae mense Iulio 1554. facta est et anno 1554. prodiit, et de nuncio Polonico, qui, ut ex aliis epistolis constat, mense Ianuario 1555. Witebergae fuit.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Hodie Ducis *Borussiaci* litteras accepi, in quibus scribit, se librum mittere, in quo complexus sit summam doctrinae universae, quam velit relinquere posteris, et petit, ut nostrum de eo iudicium significemus. Credo *Iohannem Aurifabrum* recte et diserte scripsisse. Sed librum non accepi, et existimo in aula retineri. Consul *Argelianus* [1]) Principis epistolam mihi misit, cui *Vergeriana* adiuncta erat, quam mitto, in qua narratio est περὶ καινοτομιῶν σαυροματικῶν [2]), quarum profecto cogitatione magis excrucior, quam βλακικαῖς διαβολαῖς. Sed oro filium Dei, ut nos gubernet et protegat. Iam quoque adest σαυροματικὸς nuncius, qui petit mitti exempla nostrorum scriptorum περὶ διδασκαλίας καὶ περὶ λειτουργίας. Bene vale. Deus totam Ecclesiam tuam domesticam servet.

Philippus.

No. 5723. 26. Ian.

Cph. Libio.

† Ex autogr. cod. Dresd. collect. Seidel. n. 45. descripta a Cl. *Gersdorfio.*

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti D. Christophoro Libyo Pastori Ecclesiae dei in veteri Brenni arce fratri suo carissimo.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Quantum ex tuis literis intelleximus D. Pastor et ego, iudicamus et Illustrissimum Principem et vos recte fecisse, qui flexiloqua dicta non adprobastis, et

1) Torgaviensis.
2) Polonorum.

qui tamen ἐπιείκειαν flagitatis de palinodia. Dederam et ego hoc consilium Duci Prussiaco, ut *Brentiana* declaratione, hic edita contentus esset, nec adderet novas confessiones. Idque consilium ipsi initio placuit[1]). De palinodia vellem antagonistas mitiores esse. καταρτίζετε ἐν πνεύματι πρᾳότητος, inquit Paulus [Gal. 6, 1.] Nemo in tota hac contentione atrocius laceratus est, quam ego. Sed iudicium deo et piis commendo. Non pugno, ut illi qui laeserunt me, dolore novo adficiantur. Nunc adest *Polonicus* concionator, qui adfert Ecclesiarum Polonicarum quaestiones ortas a *Stancaro*, qui nunc est in Walachia. Mittam tibi exemplum meae responsionis. Nunc enim multa scribere non poteram. De cultris habeo tibi gratiam[2]), et mitto pagellas. Bene et feliciter vale. Iam etiam scribo Prussiacis, ut declarent, quid nominent ἐνοίκησιν Χριστοῦ ἐν ἁγίοις. Postridie conversionis Pauli.

Philippus.

Salutem opto vobis omnibus.

1) Vid. ep. ad Buchholzer. d. 10. Ian. 1554.
2) Vid. ep. ad. Libium d. d. 1. Aug. 1554.

No. 5724. 27. Ian.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 81. Cod. Goth. 188. ep. 150. — Apographon quod ab autographo factum esse dicitur, in cod. Goth. 452. p. 331.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo, S. D.

Cariss. vir et cariss. frater. Mitto tibi pagellam iudicii mei de *Northusana* dissensione *), in qua etiam disputatur περὶ ἔργων, ac peto, ut et D. *Sneppio* ostendas, et mittas *Menio*, ad quem scribo, ut adiungat suam sententiam ad reliquorum consensum. Sunt aliae gravissimae quaestiones, de quibus prodesset colloqui senes pios et eruditos, sine privatis affectibus. Sed omnem colloquendi facultatem illi ipsi sustulerunt, qui se vindices libertatis esse gloriantur. Oro autem filium Dei, ut et semper Ecclesiam inter nos colligat, et docentium mentes et pectora Spiritu suo sancto copulet. Vellem etiam censores sequi dictum: καταρτίζετε ἐν πνεύματι πρᾳότητος[1]). Qua sim usus ἀνεξικακία hactenus, tu ipse nosti; nec volui inflammare odia et dissidia, nec discedam a me ipso deinceps. Sed quanta sit rabies quorundam, vides. Hac aestate Pannonica certamina habui. Nunc adest *Polonus*, qui magnum acervum quaestionum adfert, quas in Polonia *Stanckarus* movit. In his explicationi utilium materiarum tribuere tempus malo, quam iis respondere, qui tantum odia sua ostendunt, non docent nos. Si quid desiderabit D. *Sneppius* in mea responsione Northusana, moneri me amanter peto. Nam congruere nostras sententias maxime velim. Bene et feliciter vale, et rescribe. die 27. Ianuarii 1555.

Philippus.

† Scripsi Senatui Northusano, ut controversias suorum concionatorum mittant iudicandas Ienensibus, Luneburgensibus, aut Brunswicensi ecclesiae. Ad horum iudicium me quoque offero†[2]).

*) Vid. d. 12. Ian. 1555.

1) Stigel. edidit ἐν πρᾳότητι. Praetermissum videtur τὸν τοιοῦτον, vid. Gal. 6, 1.
2) Haec addit cod. Goth. 188. Vid. ep. d. 17. Ian. h. a.

No. 5725. (his dieb.)

Matth. Luthero.

Epist. lib. V. p. 720 sq.

Clarissimo viro, prudentia et virtute praestanti, Domino Matthiae Luthero, Syndico Northusano, amico suo charissimo.

S. D. Chariss. D. *Matthia*. Quod ad me scripsisti, primum amore tuo, deinde et narratione ipsa delector. Volo enim, inter nos perpetuam amicitiam esse. Nec moror Sycophanticos clamores. Mea cura fuit, perspicue colligere summam totius doctrinae Ecclesiasticae, et multas controversias ex magna caligine et confusione opinionum evolvi. In hac re, spero, multorum studiis meos labores profuisse. Et opto, ut rerum necessariarum doctrina perspicue et graviter tradatur populo. Id profecto utilius est, quam vulgus magis incitare ad laxandam disciplinam. Gaudeo,

Georgium et *Iacobum* *) sua diligentia et moderatione ornare ministerium Evangelii, et vobis omnibus concordiam et tranquillitatem opto. Et Deum oro, ut servet harum Regionum Ecclesias et Ecclesiarum, studiorum, doctrinae et disciplinae hospitia, et ut vos quoque et vestros servet incolumes. Bene valete.

Philippus.

No. 5726. 27. Ian.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 90. (ed. Lond. lib. II. ep. 76.)

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Ut mea assiduitas te ad scribendum invitet, literas do omnibus quos ad vos ituros esse audio, teque oro ut significes nobis quomodo valeas. Oro etiam Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut animi et corporis vires tibi confirmet. Principes quidam valde contendunt, ut nostris Ecclesiis Synodus indicatur. Maxime optarim bonos et doctos viros de aliquot materiis colloqui. Sed si dissimiles erunt in illis congressibus alii, metuendum esset *Nazianzeni* dictum de Synodis, quod tibi notum est. Mitto vobis *Definitionum libellum* rursus editum, cui in fine adieci quaedam *περὶ ἕξεων*, quae velim te et *Casparum* inspicere. Scribes mihi etiam *εἰ ὠφέλιμον δοκεῖ συγκρίνειν σύνοδον*. Bene vale et rescribe. Die 27. Ianuarii.

No. 5727. 28. Ian.

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 420 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti scholam Misnensem.

S. D. Charissime frater. Delectati sumus narratione de Theodori Gazae praedio, et hac nos cogitatione confirmemus, quam ille, ceu Epiphonema addidit, *Lethum non omnia finit.* Cumque sciamus huius vitae studia tantum esse *προγύμνασμα* seu tirocinium ad illam aeternam Academiam, speremus, Deo curae fore nostros coetus, et nostros labores.

In *Polonia* constituunt nonnulli Ecclesias suas, ac iam hospes Polonicus mecum est, qui acervum quaestionum adfert, quas ibi *Stancarus* movit, qui tamen inde iussus est discedere, cum non desiverit maledicere nostris Ecclesiis. Abiit in Walachiam, iturus Bizantium, ut ego ratiocinor. Vocati sumus ad deliberationem aulicam de inspectione Ecclesiarum. Utinam vero recte deliberata perficerentur, *ἅπας γὰρ λόγος ματαίοντι πράξεων ἄμοιρος γενόμενος*, ut Demosthenes inquit.

Mitto pagellas de Electro *), vires in medicatione illustrari malim, quas comperi mirificas esse. Sed haec coram. *Ioachimus*, Deo iuvante, vobiscum erit die septimo Februarii. Bene vale. Die 28. Ianuarii.

No. 5728. (exeunte Ian.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 668 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 807.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Utinam et universae gubernationis et inspectionis Ecclesiarum consilia sunt felicia, quae quis aut gubernet, aut serio curet, nondum ratiocinari possum. Excrucior ingenti dolore, cum fontes doctrinae negligi, disciplinam deleri, confirmari Centauricam audaciam video. Et nunc fortassis oracula petentur ab *Empusa* [1]), tanquam a Sibylla. Invitus proficiscor ad aulam, et scire cupio an tu quoque accersitus sis. Fortassis vester Pastor excusatione valetudinis utetur. Ea de re mihi scribas.

De vino gratiam et debeo et habeo *Stibaro* et tibi. Sed profecto non libenter eum sumtu onero, praesertim cum sciam eo pluribus eum largiri, quia natura liberalis et benefica est.

---

*) Georgius *Eckhardi* Pastor ad aed. S. Petri, et Iacobus *Syboldus* Pastor St. Blasii apud Nordbusanos, sese opponentes *Antonio Ottoni*, Pastori primario, antinomo.

*) Propositiones de origine et causis succini Prussiaci disputatae a *Peucero*, a. 1555.

1) a Flacianis (?) C. W.

Nondum audivi *Synodi Marchicae*[2]) historiam, sed audio referri de Baltica controversia, in qua sic certatur odiis, ut medicando vulnera magis lacerentur. Et nimia est *πολυπραγμοσύνη τοῦ ἄρχοντος*[3]) *ἡσυχεῖν ἐν νόσοις ἄμεινον,* ut nos facimus. Bene et feliciter vale.

Philippus.

No. 5729. 1. Febr.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Georgio Buchholzero, Pastori Ecclesiae Berlinensis

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Cum tot annos et laborum et aerumnarum mearum spectator fueris, non ignoras, saepe me impediri, quo minus iis amicis scribam, quorum et recordatione et colloquio valde delector. Erit igitur prudentiae et gravitatis tuae boni consulere, quod non saepius ad te scribo. Malim etiam de dogmatibus tecum et eum similibus colloqui, si tempus multa scribendi concederetur, quam de populi fabulis aut principum tragoediis. Nunc occupatus eram balthica quaestione. Postulatur ab iis, qui *Osiandro* adversati sunt, ut fateantur, se non docuisse *) de inhabitatione Dei in sanctis. Omnino necessarium est explicari personarum proprietates. Filius salvator est et merito et efficacia. Et filius, qui est *λόγος* non tantum respectu patris sed respectu nostri exposuit primus promissionem, et simul fuit et est efficax in credentibus, et dat nobis de spiritu suo, ut in Iohanne scriptum est. De his quaestionibus mittam vobis responsiones meas. Bene et feliciter vale. Calend. Februarii. Mitto tibi fasciculum, quem ut mittas integerrimo viro D. *Benedicto*, peto et mihi significes, an miseris. Iterum vale. Calend. Febr. 1555.

Philippus.

---

2) Vid. ep. d. 6. Ian. 1555.
3) Ducis Prussiaci. Non anno 1553, sed 1555. scripta est epistola.
*) Excidisse videtur *recta*, vel *vera*.

No. 5730. 1. Febr.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1239.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Etsi scio te natura uberiorem esse in inveniendo et explicando quam ego sum, et aliquanto plus ocii habere, quam ego habeo, tamen sylvulam qualemcunque orationis *περὶ γάμου*[1]) congessi, ne parum officiosus viderer. Scripsissem orationem iusta forma, si non impediissent me nimis multa negotia. Nam et aulae respondi his diebus de inspectione Ecclesiarum. Et attulit huc *Polonicus* hospes acervum quaestionum. Tu boni consules, ut dicitur, *τὰ μὲν διδόμενα.* Iudicavi honestissimam esse Orationem de causa Castitatis et vera coniugii lege. Et scire populum utile est, in sola Ecclesia castitatis et coniugii doctrinam incorruptam mansisse. Haec Oratio si cui vulgaris videtur, veniam tribuat meae infirmitati. Sed hoc cogitet, scriptam esse ex fontibus doctrinae a Deo traditae. Talia argumenta libentius cogito, quam[2]) prodigiosa et intempestive accersita. Sed totam sylvulam tuo iudicio permitto. Sumes inde si qua placebunt, et addes Orationis nitorem, quem tamen etiam velim mediocrem et non tragicum esse.

Hodie in secunda pagella tui libelli in causis virtutum feci distributionem trium causarum aliter. Tuo Spiritu S. exorsus es, ego a Filio. Vellem in tuo opere caetera nos ita posse contexere. Sed cogitabis ipse post hanc editionem ea de re digna cogitatio est piis et eruditis, de qua rectius esset non colloqui, quum contendere *περὶ στολῆς καὶ χάλκου τυῤῥηνικοῦ.* *Georgius* frater meus scribit suam coniugem mortuam esse. *Brentius* me amanter in patriam revocat. Sed ego iam de patria coelesti cogito, ad quam profecto libenter, ex hac caligine discedam. *Τῷ Βορδίγγῳ* et caeteris amicis omnibus salutem opto. Bene vale carissime frater. Calend. Februarii.

Philippus.

---

1) Oratio de coniugio a Dav. Chytraeo edita.
2) *quam*] restitui pro *quae*, quod Chytraeus edidit.

No. 5731. 1. Febr.

Io. Praetorio.

Epist. lib. V. p. 138 sq.

Venerando viro, eruditione praestanti Iohanni Praetorio, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta Urbe Vratislavia, fratri suo charissimo.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Quid optabilius esse potest nobis senibus, quam ex hac caligine (in qua etsi maximarum rerum doctrinarum inchoamus: tamen obscura sunt initia illius admirandae sapientiae) discedere ad coelestem Academiam? Laetatur ergo vir optimus *Moibanus*, iam se portum illum attigisse. Videt etiam ibi suorum filiorum cursum. Sed tamen nobiscum quoque vellem videre filium *Iohannem*, qui recens ex Italia rediit: Is nunc Augustae est. De oratione quod scribis, meum officium in editione obtuli iis, quibus orationem misisti. Ac statim, cum Dresda rediero, typographis trademus. Nunc enim propter consilia de inspectione Ecclesiarum avocati sumus. Prodigia narrantur de puella in Transylvania, quam aiunt post mortem revixisse, et concionatam esse. Si quid habebis certi, significa. Nobis Polonus hospes dixit, se audivisse id affirmantem filium *Hieronymi Lascii.* Mitto vobis pagellas meo more. Viro optimo et fratri meo charissimo, *Winclero*, salutem opto. Item Musaeo, quem miror, nondum ad me scripsisse. Bene vale. Cal. Febr.

Philippus.

No. 5732. 1. Febr.

Io. Cratoni.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti domino Iohanni Cratoni, doctori artis medicae [Vratislaviae], fratri suo carissimo.

Clarissimo vir et carissime frater. *Ὅσσον ἐὰρ χειμῶνος, ὅσσον μᾶλον βραβύλοιο ἅδιον, τόσσον ἐμὲ εὔφρανας* dulcissima et eruditissima epistola missa de remediis *λιθιάσεως*, in quo succi in pulvisculo *) addis pulverem ex ossibus palmarum *καὶ μεσπίλων*, quare tibi et debeo et habeo gratiam. Sed nobis versiculi Theocriti, de quibus cogitabam, cum legerem tuas palmulas et mespila, praebent novam quaestionem. Cornarius iudicat *βράβυλα* esse nostri fruticis fructum *Slehen*; Atheneo pruna sunt. Tuum iudicium quod est? Colloquamur enim de natura rerum, in quam tot illustria vestigia Deus impressit, ut de se et providentia nos commonefaceret, quoniam de imperiis laeta scribere non possumus, quorum fatales et saevae conversiones impendent. Inter has tamen filius Dei protegit suos coetus, de quibus dixit, nemo rapiet oves meas de manibus meis. Bene et feliciter vale et rescribe. Cal. Febr. 1555.

Phalaris tyrannus industriam et fidem medici praedicans, inquit se laudare eum *φρονοῦντα ἄξια τοῦ θεοῦ κτίσαντος τὴν τέχνην.* Clemens Alexandrinus recitat veterem versum Heracliti, quem dicit familiariter usurpatum esse a Philosophis, et vitam philosophicam ita pingi: *πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.*

Philippus Melanthon.

No. 5733. 4. Febr.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 207 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 197. cui Baumgartnerus adscripsit: „1555. d. 8. Febr. per Andream."

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noriberg.

S. D. Clariss. vir et amice cariss. Meministi vocem Psalmi, *Tibi Deus derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Hac nos consolatione sustentemus, et ab ipso aeterno patre Domini nostri Iesu Christi, patre orphanorum petamus Ecclesiis nostris domesticis et communi protectionem. Certum est iterum in littore Frisiaco colligi exercitus, *καὶ φασὶ, κελτικοῖς μισθοῖς συλλέγεσθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ φυγάδος.* Haec vos inquirere non alienum est.

---

*) *in quo s. in pulv.*] mendose sunt sine dubio, sed nescio quomodo restituenda.

Causam Doctoris *Viti Winshemii* existimo tibi notam esse. Pensionem habet emptam in ditione quam Foederati nunc tenent. Hanc mutato Domino ne amittat, erit aequitatis vestrae. Valde igitur te oro, ut hoc negotium tua prudentia et autoritate gubernatoribus commendes, et sis hortator, ut in causa iusta, videlicet emptione iustitiam suam ostendant, etiamsi propter Domini mutationem multa disputari possunt. Bene et feliciter vale. Die Febr. 4.*)

Philippus.

No. 5734. — 4. Febr.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 229 sq.

Hieronymo Besoldo, docenti Evang. Norinbergae.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, *λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς*, ut et Ecclesiae et Urbi vestrae tribuat pacem. Cum in Balthico littore correctio dogmatis, quod autor ipse nunqnam penitus evolvere voluit, edita sit, optarim, eius propugnatores istic *γνωσιμαχεῖν*. Fuit Synodus his diebus in Marchia, sed ibi tantum hoc decretum est, ut sit contentus Dux Augustana Confessione, et *Funccio* et similibus non concedat, ut tueantur dogma non intellectum. De mutationibus etsi quaedam ante multos annos tantum iuniorum caussa tradidi, ne sine discrimine contractus damnarent, ut fiebat ab indoctis, qui tuba fuerunt seditionis rusticanae, tamen adornabo disputationem aliquanto uberiorem. Mitto pagellas meo more. Bene vale. Die 4. Feb.

Philippus Melanthon.

No. 5735. — 10. Febr. (Dresdae.)

Augusto Electori.

† A clariss. D. *Voigt* Regiomontano mihi descripta nescio an ex autographo Melanthonis an ex apographo. Puto

*) Alia manus adscripsit: 1555.

ex autographo, ad Ducem Albertum misso ab Augusto Principe Electore. In Tabulario enim Regio Dresdensi non autographon sed apographon habetur. Est vero scripta epistola ad Augustum, D. Sax. El., ut mitteretur ad Albertum Ducem. Vid. epist. ad Camerar. quae sequitur.

Augusto, Duci Saxoniae, Principi Electori.

In Witteberg ist nach dem neulichen Abschied zu Königsberg, mense Septb. des 1554. Jahrs gestellt, nichts dagegen gedruckt. Und wollten ich und Andre am liebsten, daß die Kirchen in Preußen ganz in christlicher Einikeit trostlich [?] Gott anrufften, und daß ihre Anruffung nicht durch Zweifel verhindert und abgeschreckt würde. Es ist auch nicht mein Gemüth oder der Andern, diese Sachen zu verbittern, wie ich auch im Anfang von der Hauptsach ganz gelind und ohne alle Schmachwort geantwort habe, so doch Osiander alle Sächsische Kirchen, und mich sonderlich, mit erdichteten Calumnien hoch beschwert hat, wie männiglich weiß.

Wenn man aber den Hauptartikel erklärt, ob der Mensch in der Bekehrung Gott gefällig sey von wegen des Gehorsams Christi, aus Barmherzigkeit durch Glauben, oder von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit göttlicher Majestät, obgleich wahr ist, daß der Sohn Gottes durch seine göttliche Kraft in Gläubigen Leben und Trost wirkt: so fordert die Sach an ihr selb, daß man bisweilen *Osiandrum* nennen muß, welchs zur Erklärung nöthig ist, und geschicht nicht zu Jemands Schmach. Daß aber Schrift begehrt wird an den Rath zu Meideburg, ist mein unterthänig Bedenken, daß dadurch diese Sachen nicht gestillet werden. Denn obgleich der Druck zu Meideburg verboten wäre, finden sie andre Land und Städte, Bücher zu drucken. So sind auch die Meideburgischen nicht gesättiget mit dem gedachten Abschied, dieweil Funken und Andern noch gestattet wird, diese Kirchen zu lästern, und wächset das Gezänk für und für, daß niemand weiß, was noch daraus werden will. Denn sie nu diese Fragen erregen, was diese Rede bedeute: Gott wohnet in den Heiligen? was die Eigenschaft jeder göttlichen Person ist in dieser Inwohnung, und ob die Inwohnung von menschlicher Natur zu verstehen sey? Wiewohl nu gut wäre, daß von diesen Sachen gottförchtige gelehrte Männer einen einträchtigen klaren Bericht ans Licht gäben, so weiß man doch noch nicht, wie sich *Osiandri* Anhang erklären will.

Sollte nu unser gnädigster Herr an die von Meideburg schreiben als von einer vertragenen Sache, die doch also weitläuftig ist, kann ich nicht wissen, was

E. F. G.*) schreiben sollten. Dazu finden sie in andern Landen und Städten Druckerey ihres Gefallens.

Dieses ist mein einfältig Bedenken, so ich doch auch gern wollt, daß diese Sach wohl gestillet und erklärt würde. So hab ich davon in etlichen Schriften Bericht gethan, bin auch bereit, mit gottfürchtigen gelehrten Männern davon weiter zu reden.

Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen durchs Evangelium und nicht anders sammelt, wolle gnädiglich aller unser Herzen erleuchten und regiren. Dat. X. Februarii 1555.

E. C. F. G.
unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

*) E. C. F. G.?

No. 5736. 12. Febr. (Dresdae.)

Hier. Wellero.

Ex autographo Philippi in cod. Goth. fol. no. 380 nunc descripta; antea iam ex apographo minus accurate edita in den Unsch. Nachr. 1723. p. 306.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hieronymo Wellero, doctori theologiae, fratri suo carissimo

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Cum propter deliberationem de inspectione Ecclesiarum ad aulam vocati essemus[1]), aderat ibi senex venerandus Pastor Ecclesiae vestrae, quem gaudebam adesse, ut ad illam communem deliberationem de inspectione adhiberetur. Postea cognovi et diaconum adesse, qui asperius incurrit in senem Pastorem. Scio et fateor quaedam seu acta seu tentata esse, quae nollemus instituta esse. Nunc sanare eos offensiones rectius est, quam exulcerare. Edita sunt a malevolis quaedam nostrorum scripta, quae manifeste depravata sunt, nec congruunt cum primis exemplis. Ac pleraque hostiliter exagitata sunt, quae candidius intelligi poterant. Sed non instituo iam apologiam. Quae unquam magna causa sine offensionibus acta est? Illi ipsi censores nostri etiam habent sua peccata et suos errores non leves. O utinam nunc sanare nostra vulnera studeamus, et illud vetus cogitemus:

εἰ δ' οἶδας ὀφελεῖν, χρῆσον ὀφείλοντι πρᾶον· οἴκτῳ γὰρ οἶκτος καὶ θεῷ σταθμίζεται.

Cum non defendamus acta, quid attinet de eis certamina movere, et accendere odia adversus eos praesertim, qui ne quidem adhibiti sunt illis deliberationibus? Certe vestrum pastorem a praecipuis deliberationibus abfuisse scio. Ideo optarim, et ipsi et Ecclesiae vestrae parci, teque oro, ut autoritatem tuam ad placandos eos conferas, qui, ut in versu Solonis dicitur, πόλεμον ἔνδοντε ἐγχείρουσι. Haec scripsi simplicissimo animo pro nostra veteri amicitia, ac opto, ut communi tranquillitati Ecclesiarum nostrarum serviamus, et conferamus consilia et labores ad illustrandas necessarias[2]). Bene et feliciter vale. Die duodecimo Februar. 1555.

Philippus.

1). Vid. epist. ad Camerar. exeunte Ian.

2) Egregie argumentum huius episolae illustratur ea narratione, quam Saligius in historia August. Confess. T. III. p. 219 ex narratione manuscripta Diaconi Freibergensis dedit. Diaconus Freibergensis, M. *David*, acriter invexit in Adiaphoristas in concionibus suis et in *Casparum Zeyner*, Pastorem Freibergensem, qui conventui Cellensi interfuerat et Interim Lipsiense probaverat. Vocatus igitur Dresdam, d. 9. Febr. 1555. a Consiliariis Electoris mandatum accepit, ut cessaret aut a cavillando aut a concionando. Neutrum quum nollet, missus est ad Greserum, Superint. Dresdensem, ubi convenerant Melanthon, Maior, Pfeffinger, Alesius et Forsterus, qui cum eo colloquuti ad saniorem sententiam eum perducere frustra laborarunt. Inde primum mandato Principis Electoris d. 12. Febr. ei interdictum est, ne suggestum sacrum adscenderet, deinde autem d. 4. Mart. iussus est exulare.

No. 5737. 13. Febr. (Dresdae.)

Pastoribus Bohem. et Lusatiae.

Select. epist. p. 412. Epist. lib. I. p. 240. (ed. Lond. lib. I. ep. 78.). Iterum in Epist. lib. VI. p. 361 sqq. Apographon in cod. Goth. 190. p. 280. Prodiit etiam separatim, et latina et vernacula lingua: ,,Epistola consolatoria Theologorum in Misnia ad Pastores in finibus Bohemiae et Lusatiae, qui persecutionem propter puram Evangelii doctrinam iam ferunt." Dresdae 1554. $2^1/_2$ pl. 4. — Videtur Melanthon ipse nomina caeterorum Theologorum adscripsisse, et epistolam typographo tradidisse Dresdae. — De miseria Pastorum Bohemiae et Lusatiae vid. etiam Scripta publ. Acad. Witeb. Tom. II. d. 18. Febr. et Sleidan. commentar. p. 834., qui fere 200 Ecclesiae ministros expulsos esse, commemorat.

Venerandis Viris, eruditione et virtute praestantibus Pastoribus, docentibus vocem Evangelii incorruptam in finibus Bohemiae et Lusatiae, amicis suis.

Venerandi viri et carissimi fratres. Utrumque praedixit vox divina: in hac languida et delira

mundi senecta et confusiones generis humani maiores fore, quam antea, et tamen filium Dei inter Imperiorum ruinas, donec mortuos in vitam revocabit, collecturum esse aeternam Ecclesiam voce Evangelii et non aliter. Haec ideo praedicta sunt, ut et praeparemus animos ad ferendas communes aerumnas, et non abiiciamus doctrinae propagationem, cum hic labor non sit irritus. Intelleximus autem magno cum dolore, odio purae doctrinae pastores istic ex Ecclesiis eiici, et vagari iam in exiliis viros honestos et innocentes, et pias coniuges eorum et parvos greges puerorum. Hac in re et vestrae calamitatis[1]) causa et propter orbitatem Ecclesiarum vestrarum valde dolemus, et filium Dei, qui dixit, *non relinquam vos orphanos*, precamur, ut haec mala leniat, et vobis omnibus opem ferat! Cum autem fontes consolationum vobis notos esse sciamus, brevius nunc ad vos scribimus, ac tantum vos hortamur, ut donec alloqui Ecclesias vestras potestis, eas confirmetis, ne propter vestram calamitatem de doctrina[2]) dubitent. Nihil efficacius erigit animos, quam ipsius doctrinae intellectus. Fiat igitur illustris Antithesis utriusque generis dogmatum. Papae factio defendit multa manifesta idola: Invocationes mortuorum, et multas portentosas[3]) superstitiones, quae indies[4]) oriuntur. Impie transfert Coenam Domini ad quaestum et horribili spectaculo in circumgestatione panem adorat, cum extra institutum usum nihil habeat rationem Sacramenti. Tollit vocem Evangelii de vera poenitentia, fingit stultas satisfactiones, et excruciat pias mentes carnificina enumerationis peccatorum[5]), delet consolationem, quae proponitur in agnitione filii Dei Domini nostri Iesu Christi; denique multos commentitios cultos propugnat.

De tantis rebus cum dissensio sit, non existimet populus nos certamina non necessaria mo vere. Saepe igitur repetatur summa verae[6]) doctrinae; et proponantur severissima dicta: *Fugite idola.* Item, *Si quis aliud Evangelium docet, Anathema sit.* Item, *Si quis dixerit blasphemiam adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei.* Haec fulmina nihil movent hostes Evangelii, quorum multi scientes oppugnant veritatem. Interea blandiuntur sibi et praetextus fingunt. Astuti[7]) dissimulant se hoc agere, ut stabiliant Idola, dicunt se ordinem in Ecclesia tueri, non posse administrare Coenam Domini tales, qui non sint[8]) initiati ab his, qui titulum habent Episcoporum. Item, qui sunt mariti. Etsi hi praetextus per sese sunt iniusti, tamen hoc iniustius est, quod hac ementita specie struunt maius malum, scilicet oppressionem verae doctrinae et verae invocationis. De his insidiis populus monendus est; Sed de ipsis praetextibus dicamus. Manifesta tyrannis est, quod nolunt maritos administrare Coenam Domini, cum certissimum sit, in Ecclesia veteri maritos eo ministerio[9]) functos esse. Et adeo perspicue a multis[10]) defensum est coniugium Sacerdotum, ut hic non sit opus longa disputatione. Et cum Paulus dicat, prohibitionem coniugii oriri a Diabolis, vos alienos esse a Diabolicis consiliis laetamini, et non dubitare, Deum defensorem fore coniugii vestri contra Diabolos.

Alterum praetextum de *ordinatione* petenda ab Episcopis, manifeste refutat Paulus, inquiens: *Si quis aliud Evangelium docet, anathema sit.* Non igitur peti ordinationis ritus ab iis potest, qui quanquam Episcoporum titulo et ordinariae successionis, ut nominant[11]), praerogativa dominantur, tamen palam sunt hostes Evangelii, et idola defendunt. Tantum coetus veram doctrinam sonans Ecclesia est, et in hac ministerium est Evangelii, ut ad Ephesios scriptum est. In hac vere sunt claves regni caelorum, quas sic nominat filius Dei. Quare et in eo ipso coetu ius est vocandi et ordinandi ministros Evangelii, quia hostes Evangelii vitare necesse est, tanquam anathemata. Deinde etiamsi peteremus ab eis[12]) ritum ordinationis, non tribuerent, nisi obligarent nos ad abiiciendam veram doctrinam, et alia impia vincula nobis iniicerent. Nec ideo Ecclesiae verae sine pastoribus, sine clavibus, sine voce Evangelii, sine remissione peccatorum esse debent, quia tyrannis Episcoporum idoneos mini-

---

1) Peuc. *vestra*, et non habet *calamitatis.*
2) Peuc. *fide.*
3) Peuc. *monstrosas.*
4) Peuc. et cod. Goth. 190. *inde.*
5) *peccatorum*] non habet Peuc.
6) *verae*] non habet Peuc.
7) Cod. Goth. 190. et Peuc. *astute.*
8) Peuc. et cod. Goth. 190. recte: *sint,* pro *sunt.*
9) Peuc. *munere.*
10) Peuc. et cod. Goth. 190. *in multis scriptis.*
11) Peuc. *vocant.*
12) Peuc. et cod. Goth. 190. *ipsis.*

stros pellit, aut praeficere certe recusat. Nec turbamus ordinem, eo quod a tyrannis, qui sunt extra Ecclesiam, non petimus ministros Evangelii. Nam ordinis confusio esset a lupis pastores petere. Semper hoc ius verae Ecclesiae fuit vocare, et eligere ex suo coetu idoneos Evangelii ministros, ut expresse scribit Synodus Nicaena; et electos iudicio Ecclesiae ac exploratos[13]) confirmabant non Ethnici tyranni, sed illi qui praeerant in Orthodoxis Ecclesiis. Hic mos vetus et pius cum apud nos servetur, falsissimum crimen est, qui dicunt a vobis[14]) ordinem turbari. Cum igitur et ad vestram consolationem et ad confirmandos auditores vestros prosit considerare, quas ob causas in vos saevitia exerceatur, et quibus praetextibus id fiat; universum doctrinae corpus et vobis et populo saepe proponite. Vos ipsi aerumnas maiore animorum tranquillitate perferetis, cum cogitabitis in vos iniustam saevitiam exerceri non propter privatas causas, sed quia doctrinam veram et necessariam de Deo pie vocati ab Ecclesiis docuistis, et quaeri falsos praetextus ad eam opprimendam. Multos etiam in populo consideratio harum causarum movebit et[15]) confirmabit, .et ut doctrinam constanter amplectantur, et Ecclesias fovere et tueri studeant.

Haec ad vos breviter scripsimus, ut affici nos et vestro et Ecclesiarum vestrarum dolore intelligeretis, et oramus filium Dei, cum sit λόγος aeterni Patris, servet in multis regionibus Evangelii ministerium, et nos et vos doceat, gubernet et protegat. Ubi etiam hospitalibus officiis lenire vobis exilii aerumnas poterimus, non defuturae sunt vobis hae vicinarum regionum Ecclesiae. Bene valete. [Dresdae][16]) Idibus Febr. 1555.

Ioannes Pfeffinger, D.[17])
Daniel Greysserus.
Casparus Zeynerus.
Anthonius Lauterbach.
Philippus Melanthon.
Georgius Maior, D.
Ioannes Forsterus, D.
Alexander Alesius, D.
Hieronymus Opitius.
Christianus Sagittarius.

13) Pro *ac explor.* Peuc. habet: *approbant et.*
14) Peuc. *nobis.*
15) *movebit et*] addunt Peuc. et cod. Goth. 190.
16) Addit hoc Peuc.
17) Haec nomina subscripta leguntur in cod. Goth. 190.

No. 5738. (14. Febr. Misniae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 686. (ed. Lond. lib. IV. ep. 827.). — Retulit editor epistolarum ad annum 1554., sed argumentum docet, eam datam esse d. 14. vel. 15. Febr. a. 1555.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. fratri suo cariss.

S. D. Ut Argonautae in Syrtibus haeserunt, ita ego in hac via haereo, cum quidem et negocia mihi multos dolores attulerint. Cum venissemus ad aulam, tria capita proposita sunt, primum de inspectione Ecclesiarum, de qua dicebant formam, ut nominant, instructionis nobis indicandam esse. Alterum erat breve, de consistoriis. Tertium, ut nostrum iudicium ostenderemus de Colonia addita scholae Misnensi. Postea cum flagitaremus exemplum instructionis, nemo quidquam composuerat. Iubent igitur, ut ego componam. Scripsi formam subito, quae postridie lecta in consessu, comprobata est. De Consistorio vestro Pastor quaedam annotavit, de Colonia nova nihil respondi. Pastor quaedam satis ingenue dixit. Tertius dies consumtus est in Diaconi *Fribergensis* rixis[1]), qui incurrit asperius in senem Pastorem περὶ τῶν ἀδιαφόρων. Scripsi etiam responsionem inserendam litteris Principis ad *Ducem Prussiae*, qui petit prohiberi editiones et conciones, in quibus mentio fit dissensionis Balticae.

Nunc apud *Fabricium*[2]) expecto adventum *Sleinicii*, quem iussit *Achates*[3]) accersi inspecturum scholam, nec tamen scio cur retinear. Haec narrabit Pastor aliquando copiosius, etsi ἀπ᾽ ἔργων οὐ καλῶν οὐκ ἔστιν ἔπη καλά. De conventu *Augustano* quae sint et παρασκευαὶ, et opiniones, existimo vos istic habere et litteras et sermones multorum. Bene et feliciter vale, Ex *Fabricii* Musaeo.

Philippus.

No. 5739. 17. Febr.

Scholasticis.

Scripta publ. Acad. Viteb. T. II. lit. N. — Melanthonem autorem esse nemo non videt, ut puto. Rector Acade-

1) Vid. ep. ad Wellerum d. 12. Febr. 1555.
2) Misniae.
3) Mordisin.

miae illo tempore fuit Stanislaus, Comes in Gorka, Castellanus Brzestensis et Capitaneus Buscensis.

Rector Academiae Vitebergensis.

Vita fugax hominum est, magnorum plena dolorum. Et tamen adeo ferrei sunt animi plurimorum hominum, ut ne quidem tanta mole calamitatum communium et privatarum moveantur, ut de causis, videlicet de ira Dei, cogitent et flectant animos ad pietatem. Quare mundo cumulantur poenae. Ac inter has etsi Ecclesia suas etiam aerumnas sustinet propter multas causas: tamen et mitigationem sentit, et multi iusti morte praeripiuntur, ne videant impendentes publicas poenas. Scribitur Maria mater Christi decessisse ex hac vita anno aetatis suae 59. Vixisse igitur existimatur circiter annos septem postquam filius ex morte revixit. Vidit et gubernavit initia Ecclesiae, deinde cum et fames in Asia et in Europa grassatura esset, et in Iudaea motis seditionibus multi cives interficerentur, et Ecclesiae praecipua pars Antiochiam migrasset, ipsa, ne spectatrix esset earum calamitatum, ex hac mortali vita evocata est. Nunc quoque in Pannonia saeva lues grassatur, ut pii turcicae tyrannidi eripiantur. Ac heri honesta ac pia matrona in invocatione filii Dei assidua decessit, *Heva*, nata in familia honesta Mansfeldensi, coniunx viri honesti et eruditi, Magistri *Mauritii Heiling*, quae cum fuerit insigne exemplum piae matronae et iuverit Ecclesiam ardentibus votis, doleamus non solum propter mariti et sobolis orbitatem, sed etiam propter nos, qui tali socia verae invocationis in hac visibili Ecclesia orbati sumus, et metuamus ea, quae impendent. Nam multae significationes rursus hoc anno tristia bella minantur, in quibus ut protegat aliquos suos coetus in his regionibus filius Dei, toto eum pectore oramus. Extrema haec aetas est mundi, non quietior quam erat politia iudaica circa Mariae mortem. Haec ingentia pericula cogitemus, et veris gemitibus oremus Deum, ut in ira misericordiae suae memor sit, et poenas mitiget, et parcat nobis, qui in filio foedus fecit cum natura humana, quam ideo filius assumpsit, ne penitus deleretur genus humanum ac singuli hanc commonefactionem saepe cogitemus:

Nil sum, nulla miser novi solatia, massam
Humanam nisi quod tu quoque Christe geris.
Tu me sustenta fragilem, tu Christe guberna,
Fac ut sim massae surculus ipse tuae.
Hoc mirum foedus semper mens cogitet, uno
Hoc est, ne dubita, foedere parta salus.

Hortamur autem Scholasticos, ut ad funus hodie hora quarta ante aedes Magistri *Mauritii*, quae sunt ad vallum sitae in platea, quae a figulis nomen habet, conveniant, et in hoc congressu etiam se ad precationem singuli exuscitent cogitatione communium et privatorum periculorum. Anno 1555. die 17. Februarii, pridie eius diei, quo ante annos 9 Reverendus vir, dominus D. *Martinus Lutherus* ex hac mortali vita evocatus est, cuius mortem quam multa subita et magna mala secuta sint, proh dolor, res ipsa ostendit. Simus igitur memores dicti: orate, ut possitis effugere venientes calamitates.

No. 5740. 17. Febr.

Ioanni Alberto Duci Meg.

† Ex autographo in Tabular. secret. Megapolitan Suerini descripta a tabularii praefecto Clariss. *Evers.*

Illustrissimo Principi ac Domino, Domino Iohanni Alberto Duci Megalburgensi, Principi gentis Henetae, Suerini, Stargardiae, et Rostochiae etc. Principi suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et Clementissime Princeps. Omnium virtutum intellectum Deus indidit humanis mentibus, ut sciamus et quod sit Deus, et qualis sit, et discernamus eum a malis naturis. Maxime vero illustre discrimen facit Castitas, et haec ut intelligeretur, sanxit coniugii leges, et eas severissime flagitat et defendit. Quare pietas Celsitudinis vestrae Deo castitatis et omnium virtutum fonti grata est, quod in coniugio casto obedire eius legibus decrevit *), et spero eum celsitudini vestrae daturum foelix vitae curriculum et faustum Coniugium, et ut tribuat haec toto eum pectore oro. Placet mihi etiam studium piorum, qui scriptis ostendunt se fausta precari Celsitudini vestrae, quo in numero est hic *Valentinus Curtius* natus Rostochiae, filius *Valentini Curtii* viri honesti et ingeniosi, gubernantis Ecclesiam *Lubecensem*. Reverenter igitur oro, ut propter

*) Exeunte Februario ann. 1555. Ioannes Albertus filiam Alberti, Prussiae Ducis, in matrimonium duxit.

ipsius patrem virum dignum favore Celsitudinis vestrae, et propter adolescentis pietatem erga patriam Rostochiam, ut Celsitudo vestra clementer hoc carmen accipiat, et benevolentiam erga Patrem declaret.

Bene et foeliciter valeat Celsitudo vestra. Die Febr. 17.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

No. 5741. 18. Febr.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 520. (ed. Lond. lib. II. ep. 545.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Clarissime vir, et charissime frater, Nihil dulcius est fratre, qui non solum propter sanguinis cognationem, sed etiam propter virtutem et consensum de rebus bonis diligitur. Talis cum sit in te et fratre amor, virtutis in utroque similitudine confirmatus, spero vobis congressum, vestrum iucundum fore, et ut sit vobis voluptati, faciat Deus, qui et condidit *στοργὰς* in natura hominum, et delectatur fratrum coniunctione. De publicis negotiis nihil scribere possum, nisi adhuc me viciniam vestram metuere. *Coloniae* in festo Magnorum mulieris impie concionantem sacrificulum ex templo eiecerunt scabellis, et vulnerarunt. Quid postea acciderit nondum scio, sed impudentia scurrarum, qui non desinunt manifestam veritatem oppugnare, tandem irritabit, etiam eos, qui a nobis alienores fuerunt. Bene et feliciter vale. Die 18. Februarii.

No. 5742. 19. Febr.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 103. (ed. Lond. lib. II. ep. 89.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Hodie ex *Pannonia* fasciculum literarum accepi, in quibus scribitur Ecclesias recte docentes sub *Turcis* in *Pannonia* Dei beneficio et concordes et tranquillas esse. Interea in hac nostra vicinia alibi saevitia hypocritarum dissipantur, alibi dissidiis domesticis. Oremus filium Dei, ut in tam saevis tempestatibus suam cymbam servet. Spero Regem *Ferdinandum* non fore ministrum alienae crudelitatis. *Lauterwald* mihi bellum minitatur atrox. Sed eius praestigias non spero extincturas lucem perspicuae et simplicissimae veritatis, quam scis me fideliter in docendo quaesivisse. Et hactenus Papistica, *Osiandrica*, et *Lauterwaldica* certamina profuerunt ad illustrandam veritatem. Mitto tibi libellum a *Davide**) editum, in quo in prioribus paginis quaedam emendavi, sed sequentia propter meum iter non potui contexere. In *Hungaria* conspecta est in aëre pugna duorum agminum serpentum, qui se ita lacerarunt, ut cruentae partes deciderint, quasi non phasma sed vera corpora fuerint. Significatio non obscura est. Oremus Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum custodem Ecclesiae suae, ut nos omnes gubernet et protegat, et sit *λόγος* vivens in nostris pectoribus, et faciat nos vasa misericordiae. Bene vale. Die 19. Februarii. Salutem vobis omnibus opto.

No. 5743. 21. Febr.

Stillerus et Schlageck ad Melanth. et Eberum.

† Ex autographo in cod. Goth. 123. in fol. p. 169. — Est responsum ad epistolam supra d. d. 31. Decb. 1554.

Doctrina, pietate et innocentia vitae clarissimis viris et Dominis, Philippo Melanthoni et Paulo Ebero, praefectis Academiae Wittembergensis, Dominis et praeceptoribus nostris Reverendissimis.

Gratia et pax a Deo patre et domino nostro Iesu Christo. Accepimus literas vestras, 13. Decembris[1]), propter ritum *elevationis*, quem hactenus in nostris observavimus ecclesiis ad nos scriptas, viri reverendi et praeceptores observandis-

---

*) Davide Chytraeo, videl. librum de matrimonio.

1) Mendose pro: 31. *Decbr.*

simi. Visum igitur est V. R. praemonentibus literis significare nonnullas causas, propter quas hanc ceremoniam hucusque retinuerimus. Non enim ideo factum existimetis, quod velimus eam (quemadmodum falso nobis imponitur) pertinaciter, ut rem ad verum cultum et Christi testamentum necessariam, defendere, atque aliarum ecclesiarum ritum doctissimorumque virorum iudicium et consilium hac in re damnare aut reprobare. Novimus enim Dei beneficio, ex multorum praeceptorum nostrorum, D. *Melanchthonis*, item D. *Maioris* aliorumque scriptis, maxime ex reverendissimi viri in Christo defuncti, D. *Martini Lutheri* ultima confessione de sacramento, anno 1546. edita, quibus conditionibus res mediae et indifferentes citra peccatum observari aut omitti possint. Haec autem principalis causa est, quod in ceremoniis nostrarum ecclesiarum hactenus nihil immutavimus. Ritus elevationis in Ducatu Brandenburgensi ab invulgato evangelio et suscepto auctario agendae nostrae, semper in usu fuit, neque hoc temporis legitime abolitus. Vult autem apostolus ut omnia decenter et ordine fiant. Expectavimus igitur hucusque atque semel et iterum petivimus, universalem verbi Dei ministrorum usitatam convocationem, quae uno ore decerneret, quid faciendum et porro in ceremoniis mutandum esset, cum hoc ipsum susceptum non sit unius, duorum aut trium (utpote venerandi viri M. *Georgii Kargii* Episcopi Onolzbacensis atque eius ecclesiae collegarum) sed plurium doctorum hominum opus perficiendum. Nam et ab apostolis hunc morem observatum fuisse Act. 15. legimus, et nunc, gratia Dei, multis annis haec christiana et laudabilis consuetudo observata, et in flore, ferme in omnibus evangelicis locis fuit, ut in Saxonia, Marchia, Hessia, Palatinatu et in Marchionum Dioecoesibus etc. ubi superintendentes Decani et alii docti viri, uni collegio addicti, convocati fuerunt. Quod quidem commodum et ad concordiam ecclesiarum utilissimum medium ducimus. Non enim tantum in ritu levandi sacramenti divisi sumus, verum tanta est diversitas atque dissimilitudo ceremoniarum et rituum ecclesiasticorum, ferme in omnibus ecclesiis civitatum aliorumque locorum per totum Marchionatum, ut eas numerare satis non possimus. Per talem autem piam Synodum et legitimam possit fieri, maxime quoad ceremonias, concordia et similitudo, quam summe petimus, et nihil magis optamus ad vitanda scilicet scandala, et vulgi insanos clamores cohibendos, (nam in vero Dei cultu, in articulis fidei, pura doctrina et usu sacramentorum inter nos nulla est contentio aut varietas). Obsequuti quidem sunt nonnulli parochi et verbi ministri proposito M. *Kargii*; nonnulli tamen renuerunt. Auctoritatem namque Archiepiscopi aut summi Superintendentis ipse *Kargius* adscribere sibi nunquam voluit, ita dicentis: *ego sto pro me, unusquisque stet pro se.* Quare, non soli sumus, quemadmodum *Kargium*, passim nos, calumniantur, qui sententiae eius non quidem ex contemptu, sed propter causas enumeratas refragamur, atque eius iudicio subscribere noluimus, sed multi adhuc alii sunt, qui una nobiscum expectant universalem in Ducatu nostro divini verbi ministrorum legitimam convocationem, et aequum nostri magistratus atque hac in re licitum mandatum, quod cum utroque aut unum *) fiet, in nobis non erit ulla mora. Haec in gratiam V. R. pio studio monentibus, paucissimis respondere duximus, Dominum ardentissimis precibus nobiscum precantes, ut retineatur pura verbi Dei doctrina, et in ecclesia concordia. Valete in Christo felicissime. Die 21. Februarii an. 1555.

V. R. observantissimi
Sebastianus Stillerus, Pastor et Decanus in Gunczenhausen.
Georgius Schlagek, Decanus et parochus in Wassertruhendingen.

No. 5744. 5. Mart.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Matthaeo Collino in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Saepe hos versiculos recito:

Nil sum, nulla miser novi solatia massam
  Humanam nisi quod tu quoque Christe geris.
Tu me sustenta fragilem, tu Christe guberna,
  Fac ut sim massae surculus ipse tuae.

---

*) Sic utique scriptum est.

Hoc mirum foedus semper mens cogitet, uno
Hoc est, ne dubita foedere parta salus[1]).

Spero igitur, filium Dei nos insertos ipsi velut surculos servaturum esse, etiamsi ruunt imperia horribiliter. In conventu Augustano audio et adversus nostras Ecclesias minacia edicta proponi, et seri occasiones novorum motuum[2]). Sed oro filium Dei, ut nos gubernet et protegat. Bene et feliciter vale cariss. frater. 5. Martii, 1555.

No. 5745. 5. Mart

Testimon. de Schossero.

Edita in Schosseri poematibus ep. 2. (*Lunz.*)

Decanus Collegii Philosophici in Academia Witebergensi, Caspar Guilielmus Hallensis, piis Lectoribus. S. P. D.

Quem referunt Musae, vivet, dum robora tellus,
Dum coelum stellas, dum vehet amnis aquas.

Norunt igitur ingenium et studia *Iohannis Schosseri Aemiliani*, passim viri docti cum exstent eius poëmata praeclare scripta, quae ostendunt, et naturam eius in scribendo felicem, venam suavem et uberem, et voluntatem honestissimam esse, et pectus instructum cognitione rerum bonarum. Cum enim sciat, venae bonitatem Dei donum esse, praecipue eam ad celebrandum Filium Dei contulit, ac scripta de beneficiis eius edidit, quae pias cogitationes in legentibus accendunt. Scripsit et gratulationes ad patriam de reditu illustrissimi Principis, Ducis Saxoniae, *Iohannis Friderici*, Electoris, cuius historia propter multas causas digna est memoria posteritatis. Nam et constantia tanti Principis in confessione verae doctrinae multos pios confirmat, et exemplum utile est posteris, et praesentiam Dei in his Ecclesiis multi eventus ostendunt. Cum non pauci homines saevi, quorum magna potentia et auctoritas est, hortatores essent, ut Princeps interficeretur, et alioqui valetudo ipsius incerta esset: servatus est, et tandem in patriam remissus, gratulantibus ei reditum in multis gentibus. Haec neque casu acciderunt, neque hominum consiliis acta sunt, sed vere protegente ipsum Filio Dei et gubernante hunc exitum. Cum autem haec propter gloriam Dei literis mandare honestissimum sit: laudanda est voluntas *Schosseri*, qui carmine suo has tantas res memoriae posteritatis tradidit. Intelligi etiam inde potest, probari venam, studia et mores *Schosseri* viris honestis et eruditis, quia et a *Stigelio* et a *Sabino* diligitur, qui de hac scribendi facultate optime iudicant, et eruditione ac virtute excellunt. Cumque in Academia Regiomontana circiter quinquennium commoratus sit, et posset ibi honestum locum habere: discessit inde, ut alii, quia a contentionibus ibi motis abhorruit. Postea accersitus est ad gubernationem scholae *Smalcaldicae*. Quare etsi ex scriptis eius de ingenio, moribus et studiis iudicari potest: tamen, quia Academiae nostrae studia probat, etiam publicum testimonium apud nos petivit. Cum igitur ingenium huius *Iohannis Schosseri*, et eruditionem, et scribendi facultatem, et mores probaremus: decrevimus ei gradum Magisterii Philosophici, et has nostras literas testes esse volumus iudicii de eo nostri, et benevolentiae erga ipsum, et gradus. Speramus autem, eum utiliter serviturum esse Ecclesiae Dei et Reipublicae in munere pio et necessario docendae iuventutis. Quare eum commendamus illustribus *Principibus Hennebergensibus*, ac non dubitamus, eos probaturos esse nostrum de ipso iudicium, ubi mores eius, et in ipsa functione industriam, diligentiam ac fidem cognoverint. Multae magnae res in Germania gubernatae sunt consiliis Principum Hennebergensium. Ad illas laudes hoc decus accedit, quod hoc tristi tempore et ipsi pie amplectuntur veram de Deo doctrinam, et eum recte invocant, et Ecclesias recte doceri curant, et contra tyrannidem constanter tuentur, et tenera ingenia iuventutis optima doctrina erudiri praecipiunt. Pro hac pietate ut vicissim Principibus illis Deus benefaciat, precamur: sicut clementer promisit Dominus, cum ait: Qui dederit potum aquae uni ex minimis meorum propter doctrinam, habebit mercedem. Oramus etiam Deum, ut hunc Magistrum *Iohannem Schosserum* servet incolumem et gubernet, et faciat *σκεῦος ἐλέους*, et organum salutare suae animae et Ecclesiae. Datae die 5. Martii, Anno 1555.

Auctor scripti Philippus Melanthon.

---

1) Vid. Epigramm. Melanth. p. 35.
2) Vid. ep. ad Chytraeum d. 20. Martii 1555.

No. 5746. 6. Mart.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, creatori generis humani, qui vere colligit, aeternam Ecclesiam voce Evangelii, gratias ago tecum et cum tua domestica Ecclesia, quod te servavit incolumem hoc periculoso tempore, cum lues passim grassaretur, et eum oro, ut deinceps servet te et tuam domesticam Ecclesiam. Multa sunt illustria testimonia, quae ostendunt, nos neque casu servari neque humana ope. Quare ut in Psalmo scriptum: reiiciamus curas nostras in Deum, et ipse nos proteget. Delectatus sum congressu horum honestorum hominum tuae gentis, ac optarim, me plus temporis eis tribuere potuisse. Sed viderunt ipsi nostras occupationes. Bene et feliciter vale, carissime frater. Die sexto Martii, 1555.

No. 5747. 10. Mart.

Eidem.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Scis filium Dei promittere, se adfuturum esse suis in confessione et gubernaturum consilia et orationem. Hunc oratorem precor, ut te protegat et in dicenda causa sit patronus. Quantum autem humano iudicio cogitari potest, simplicissimum, rectissimum et tutissimum esse existimo narrare quid in tuo coetu, qui a Deo tibi commendatus fuit, docueris. Si illa κατήχησις reprehendetur, habebis animum tranquilliorem in causa optima: si te expellent, etiam Deus ostendet nidum alibi tolerabilem. Si vivam, ad me accedito, usurus hospitio domus meae, donec Deus alicubi tradet aliud commodius. Hunc *Georgium Melor*, *Stirium*, tibi non ignotum, commendo. Bene et feliciter vale. Die decimo Martii, 1555.

No. 5748. die aequinoct.

L. Durrenhofero.

Epist. lib. V. p. 253 sq.

Laurentio Dürrnhofero, gubernanti studia doctrinae in oppido Oelsnitz.

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Ideo naturae hominum DEUS indidit στοργάς, ut sint commonefactrices de vero et non simulato amore erga Filium et erga nos. Nec vero, quam sint ardentes στοργαὶ, experimur, nisi in doloribus, cum morbos, funera et alias calamitates sobolis nostrae cernimus. Itaque plus millies cogitavi in meorum calamitatibus, cum velit Deus, hunc nostrum amorem commonefactionem esse de suo amore erga nos, non dubitandum esse, quam vere adficiatur nostri cura. Idem tu quoque in hoc tuo luctu cogitato. Nec dubito, has cogitationes lenituras esse dolorem tuum. Ipsum autem Filium Dei, qui ideo naturam humanam assumpsit, ut nos velut surculos suae massae insertos gestet, oro, ut te et nos gubernet, et protegat harum regionum Ecclesias. Audio, initia Augustani Conventus satis aspera esse. Mitto tibi Epitaphium scriptum Principi *Georgio Ascanio.* Mitto etiam precationem meam, quam spero, tibi non ingratam fore.

Nil sum*), nulla miser novi solatia, massam
 Humanam nisi quod tu quoque, Christe, geris,
Tu me sustenta fragilem, tu Christe, guberna,
 Fac, ut sim massae surculus ipse tuae.
Hoc mirum foedus semper mens cogitet, uno
 Hoc est, ne dubita, foedere parta salus.

Bene vale. Die Aequinoctii verni 1555.

Philippus.

No. 5749. d. aequin.

Ad. Cureo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

---

*) Editum est hoc carmen in Mel. epigr.

D. Adamo Cureo, docenti Evangelium in Vratislavia

S. D. Venerande vir et cariss. frater. Dabis veniam brevitati literarum, quia non solum usitatis operis, sed etiam dolore impediebar, quo minus multa scriberem, quia novum et horribile bellum impendet. *Lycaon* arrogat sibi titulum Electoris Saxonici, et hunc tribui sibi inquit a *Carolo* Imperatore, si dux *Augustus* nolit[1]) recipere τὴν σφιγγὰ Augustanam, quae nominatur Interim[2]). Vides hoc agi, ut opprimantur Ecclesiae harum regionum omnes. Sed oro filium Dei, ut nos protegat, et protecturum esse spero. Vos quoque precibus vestris has regiones iuvate. Pagellas vobis mitto, in quibus consideres velim explicationem περὶ λόγου, et de ea cogitationes vestras mihi significato. Bene vale. Die verni aequinoctii 1555.

No. 5750. 20. Mart.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1241.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Tuam epistolam scriptam post sacrum Nuptiarum accepi, in qua scribis, te etiam orationis tuae exemplum mittere. Id non accepi, quod tibi significandum esse censui, ut rursus, quid fieri velis, scribas. Hanc autem epistolam dedi *Mauritio Heiling*, quem tibi notum esse non dubito. Scripsi de eo ad principem, cum indicari voluerit virum idoneum ad Ecclesiae gubernationem, cui inspectio aliquot Ecclesiarum recte mandari possit. Spero igitur ad te venturum esse. Verum etiamsi ad vos non accedet, tamen ad eum literas in aulam mittere poteris. Hodie a *Sigismundo* fratris mei filio accepi epistolam in qua significat, patriam nostram tranquillam esse. Initia conventus Augustani vobis nota esse existimo. Audio minari ea atrociter nostris Ecclesiis; sed commendemus nos Filio Dei. *Petri Vincentii* calamitas magnum dolorem et mihi et multis aliis hic attulit[1]). Oro filium Dei, ut medicatio sit felix. Me quoque duriter afflixit initium veris, fortasse propter Saturni locum, qui iam tertium circuitum inchoat eius spatii quod vitae meae Deus tribuit, καὶ ἐν τῇ ἐναλλαγῇ Saturnus tenet sextam domum et est oppositus morti. Te volo in pagellis quas mitto quaestionem περὶ τοῦ λόγου diligenter inspicere[2]). Bene vale. Die 20. Martii.

Philippus.

1) *nolit*] rescripsi pro *velit*, quod mendum est.

2) De hac fabella vid. infra ep. d. 21. April. h. a. scripta.

1) Vid. ep. ad Vicentium d. d. 8. April. h. a.

2) Legitur in Mel. Quaestionibus academ. a Paulo Ebero editis p. 134 b., et habita est disputatio d. 5. Martii 1555. Inseruit hanc quaestionem Pezelius Consiliis Melanthonis P. II. p. 216. sed contractam in breviorem formam.

No. 5751. 22. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 598 sq — Data quidem legitur epistola d. 22. *Maii*, sed sine dubio ex mendo pro: d. 22. *Martii*, ut argumentum epistolae docet.

Mich. Meienburgio, Consuli Northus.

S. D. Honestiss. vir, et amice charissime. Utinam firma et diuturna pax in Ecclesia urbis vestrae constituatur. In Conventu Naoburgensi*) omnes Principes decreverunt, se mansuros esse in doctrina Confessionis Augustanae, et nihil immutaturos esse. Et communi consensu literas de hac sua sententia miserunt ad *Carol.* Imperatorem, et ad fratrem Regem *Ferdinandum.* Proficiscuntur ad Carolum Imperatorem Comes *Barbiensis* et *Lisentaler*, praefectus oppidi *Heniochae* ingeniosus homo. Deus id decretum confirmet et tueatur, et voluntates et gubernationem Principum regat. Hanc narrationem, speravi, vobis iucundam fore. De thermis consulite eruditos Medicos, sed iudico, vitandas esse Boiemicas thermas, quae sunt violentae. Mitiores ad Rhenum thermae aetati vestrae convenient magis. Sed oro Deum, vitae Datorem, sicut scriptum est: Ipse est vita tua, et longitudo dierum, ut vos et vestros servet incolumes. Bene et feliciter valete. Die 22. Maii. Honestissimae coniugi vestrae mitto concionem de coniugio, recitatam coram sponsa Megalburgensi.

Philippus.

*) Principum Saxon. d. 6. Mart. 1555.

No. 5752. 23. Mart.

S. Rotero.

† Ex apogr. in cod. Mehnert. no. 4. p. 67.

Clarissimo viro, prudentia et virtute praestanti, D. Simoni Roter, secretario senatus in veteri arce Brenni, adfini suo cariss.

S. D. Integerrime vir, et adfinis carissime. De republica etsi alia multa scribere possem, tamen hoc iudicavi maxime dignum esse literis, quod in conventu *Naoburgensi* *) omnes principes Duces Saxoniae, Marchiones et Principes Hessiaci decreverunt, se non discessuros esse a Confessione Augustana, et de sua sententia reverenter ad Imperatorem *Carolum* et ad fratrem scripserunt. Precemur omnes ardentibus votis, ut filius Dei servet, gubernet et protegat Ecclesias harum regionum et principes. De adolescente scripsi ad virum reverendum *Christophorum.* Debeo urbi vestrae gratitudinem, quia est patria mearum filiarum, quas ut pater φιλόστοργος vere diligo, et opto, Ecclesias vestras et nostras unum esse in Deo. Pagellas concionis vobis mitto, quae Principi Prussiaco in itinere recitata est, cum filiam duxit Wismariam. Bene et feliciter valete. die 23. Mart.

Philippus.

*) Fuit ille conventus, de quo uberius scripserunt Saligius in hist. Aug. et Planck in der Gesch. des protest. Lehrbegriffs, d. 6. Martii ann. 1555. Vide narrationem Mel. in epistola quae sequitur.

No. 5753. 23. Mart.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Primum εὐαγγέλια scribam. In conventu ναυπυργησίῳ principes omnes, Duces Saxoniae, Marchiones et Principes Hessiaci, decreverunt, se non discessuros esse a confessione Augustana; et de hac sua sententia scripserunt reverenter ad *Carolum* Imperatorem et ad fratrem[1]). Oro filium Dei, ut Ecclesias et principes harum regionum protegat. Urbi vestrae et civibus vestris debere me gratitudinem iudico, quia, ut caetera omittam, patria est mearum filiarum, quas, ut Deus praecepit, diligo, et scis, divinitus conditas esse στοργὰς in hominum pectoribus. Adolescenti autem, de quo scribis, iudico utile esse initio, ut sit apud praeceptorem domesticum; ideo generum doctoris *Viti*, Magistrum *Sebastianum*, virum honestum et amantem disciplinae, allocutus sum, qui ait, officium suum vobis non defuturum esse. Et cum huc adveneritis, deliberari de tota re commodius poterit. *Sabinus*, ut spero, aderit proximo mense, qui cum venerit ad nos, expatiabor cum filia[2]). Bene vale. Die 23. Martii. [anno 1554.][3])

Philippus.

Salutem opto Reverendo D. *Kittelio*, et vobis omnibus. Ante triduum misi pagellas, de quibus expecto et flagito tuas literas.

No. 5754. (hoc temp.)

N. N.

Consil. lat. Part. II. p. 188 sq., ubi inscribitur: „*Historia conventus Principum Naumburgi scripta a Phil. Mel.*"; sed haud dubie est fragmentum epistolae.

N. N.

Anno a Natali nostri Iesu Christi 1554. *) Mense Martio, Naoburgi in ripa Salae convenerunt Duces, Saxoniae Elector Augustus, Iohannes Fridericus II., Iohannes Wilhelmus, et Iohannes Fridericus III. Item, Marchiones Brandenburgenses, Elector Ioachimus II., Iohannes frater Ioachimi, Iohannes Georgius filius Ioachimi, et Georgius Fridericus filius Georgii. Item Lantgravii Hassiae, Philippus, et Guilielmus filius Philippi. Hi omnes foedus haereditarium Ducum

1) Is conventus fuit Naumburgi d. 6. Martii anno 1555. Vid. Sleidan. comment. p. 838 sq.

2) Vid. ep. ad Libium d. 3. Iun.

3) Uncis anni mentionem inclusi, quippe ex arbitrio adscripti. Nam anno 1555. scripta est.

*) Anno 1555.

Saxoniae, Marchionum Brandenburgensium, et Lantgraviorum Hassiae factum a Maioribus optimo consilio (ut sint in his regionibus munimentum legum, pacis, et mutuae communicationis contractuum, et omnium honestorum officiorum, et obliget singulos ad mutuam defensionem contra latrocinia, contra iniustos hostes, et contra seditiones) in huius mensis conventu renovaverunt.

Cum autem his temporibus necessaria fuerit et de Ecclesiis deliberatio, in eodem conventu gravissimo consilio, omnes hi Principes decreverunt, se in suis ditionibus retenturos esse doctrinam Confessionis, quae a Duce Saxoniae Electore Iohanne exhibita est Imp. Carolo V. in Conventu Augustano, anni 1530. et nullam facturos esse mutationem doctrinae ab ea confessione discrepantem. Haec acta omnia statim significarunt hi Principes communibus literis Imperatori Carolo, et Regi Ferdinando. Cum igitur in hoc Conventu Naoburgensi, et de pace harum regionum, et de Ecclesiis facta sint decreta iusta, et pia, et ad politicam gubernationem harum regionum utilia, et Ecclesiis salutaria, huius Conventus memoria posteris tradenda est, et Deus orandus, ut haec decreta confirmet.

No. 5755. 24. Mart.

Senatui Amberg.

† Ex autographo Melanthonis mihi descripta a *N. N.*

Den Ehrbaren, weisen, und fürnehmen Herrn, Bürgermeister und Rath der löblichen Stadt Amberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Ew. Ehrbarkeiten als löbliche christliche Regenten wissen, daß göttliche Weisheit selbst beides verkündigt hat, nemlich daß in diesem letzten schwachen Alter der Welt größere Unruge seyn werde denn zuvor gewesen ist, daß aber gleichwohl der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, für und für bis zu Auferweckung der Todten ihm gewißlich eine ewige Kirchen durchs Evangelium, und nicht anders, sammeln will, und wolle dazu gnädiglich etliche Herrschaften und Regiment erhalten, will auch, daß wir alle, ein jeder nach seinem Stande, zu Pflanzung christlicher [Lehre] *) dienen soll. Diesen wahrhaftigen Trost sollen wir alle betrachten, und darauf treulich zu Pflanzung und Erhaltung christlicher Lehre arbeiten, darum ohne Zweifel Euer Fleiß in Bestellung Eurer Kirchen Gott gefällig ist, der wolle seine Gnad alle Zeit dazu verleihen.

Und nachdem ich aus Ewr Ehrbarkeiten Schriften an den würdigen Herrn Magistrum *Sebastianum* Fröscheln Euer christlich freundlich Gemüth zu unser armen Kirchen und Universität allhie vernommen habe, habe ich guter Meinung bedacht, neben gedachten Magistro *Sebastiano*, meinen guten und alten Freund, an Ew. Ehrb. zu schreiben, und danke Ew. Ehrbark. von wegen solcher Gutwilligkeit ganz fleißig.

Ich bitt auch herzlich den allmächtigen Sohn Gottes Jesum Christum, er wolle gnädiglich alle Zeit christliche Einigkeit in der Lehr, und in Herzen in Kirchen dieser Land und in Euern Kirchen geben, wie er selbst in seinem allerernstlichsten Gebeth den ewigen Vater anruft, und bittet, er wolle uns durch sein Wort heiligen, und Eines in ihm machen.

Ew. Ehrbarkeiten sendet gedachter Magister *Sebastianus* guter Meinung ein Verzeichniß, wie es allhie in der Kirchen gehalten wird, welche Ew. Ehrbarkeiten nicht also verstehen wollen, als sey unsre Meinung, daß alles also müß gehalten werden, oder daß wir andere Kirchen mit unsern Ceremonien beladen wollten, sondern daß Ew. Ehrbarkeiten sich daraus erinnern mögen ohngefährlich, und bin den Euern allezeit zu dienen nach meinen geringen Vermögen willig. Dat. 24. Martii 1555.

Ew. Ehrbarkeiten
williger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5756. 25. Mart.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 404 sq.

Georgio Buchholtzero, praeposito Berolinensi.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Scio in Polonia multos esse et nobiles viros, et alios,

---

*) Excidit Lehre.

qui legunt et amplectuntur incorruptam doctrinam Evangelii, et recte invocant Deum. Ac nuper apud me hospes fuit sacerdos Polonicus [1]), vir doctus et pius, qui advenerat, ut de multis quaestionibus mecum suas cogitationes conferret. Sed Episcoporum in Polonia saevitiam magnam esse, res ostendit. Episcopus *Culmensis* vir nobilis, scholae Culmensis constitutionem adiuverat. Nunc cogitur rursus dimittere pios lectores. Scripsit etiam rabiose contra nostras Ecclesias Episcopus [2]), cui nomen est *Hosius*: sed verius nomen esset *ἀνόσιος*. Defendit *Pigium* scribentem, sacerdotes minus peccare aliorum coniugiis insidiantes, quam coniugia contrahentes. Tanta est impudentia. Inde de caeteris iudica. Si ad me venerit Polonicus secretarius, etiam propter tuam commendationem familiarius eum excipiam. Heri mecum fuit quidam, qui recta venit ex Gallia: qui narravit, *Marchionem Albertum* non procul a Lutecia abesse [3]). Bene valete. Die 25. Martii, cuius diei historias semper summa intentione cogitare debemus: quia eo die et ὁ λόγος filius Dei adsumpsit humanam naturam, et post anno 34. filius Dei eo die in cruce victima factus est: quem utinam vera gratitudine celebremus.

Philippus Melanthon.

No. 5757. 25. Mart.

Lecturis.

(Edita primum a *Koelero*, epist. 4. p. 36.)

Omnibus lecturis has literas

S. D. Nota est vox filii Dei: *si quis dederit vel potum aquae uni ex minimis meorum, propter doctrinam, habebit mercedem.* Benefaciamus igitur piis evangelii ministris et eorum familiis. Est autem pius pastor Ecclesiae in *Buco* prope *Herzberg*, qui habet sex filios. Horum unus hic *Christianus Hertwig*, docuit Evangelium in Ecclesia quadam Marchiae. Et ordinationis publicae testimonium habet. Mihi quoque laudat mores vir Reverendus, *Georgius Buchholzer*, praepositus Ecclesiae Dei in urbe Berlino. Quare omnes honestos viros oro, ut ubi erit occasio, locum docendi ei tribuant, et ei benefaciant. Mea etiam officia ei non defutura sunt. Nec mihi dubium est, deum propter aliquas pias familias ac praesertim piorum sacerdotum, qui alioqui multis aerumnis onerati sunt, multas poenas publicas mitigare. Has mitigat ceteris etiam, qui his benefaciunt. Bene vale lector, memor dicti Christi, quod supra citavi. Anno a natali Christi 1555., die 25. Martii, quo die ante annos 1521 filius Dei in cruce victima factus est, et scribitur eo die ante annos 5517 Adam et Hevam creatos esse.

Philippus Melanthon
manu propria.

No. 5758. 27. Mart.

Io. Weinlaubio.

Manlii farrag. p. 377 b sq.

Magnifico Cancellario inclyti Electoris Marchionis, praestanti sapientia et virtute, Ioanni Weinlawbio, patrono suo colendo,

S. D. Magnifice domine Cancellarie, et amice colende et charissime. Non hoc mihi sumo, ut in alienae Reipublicae negocia me ingeram: sed tamen apud virum sapientem et amicum, precibus locum esse existimo. Oro itaque ut N. N. *Christophorum Lasium*, pastorem Ecclesiae in urbe *Sponda*, illustrissimo Principi commendetis: et reverenter petatis, ut retineatur in eius Ecclesiae gubernatione. Nam exilium seni cum familia, quam sit aerumnosum, non obscurum est. Et fideliter docuisse eum scitis. Certe de gravissimis partibus adeo dextre scripsit, ut sperem eius labores etiam posteris profuturos esse. Et vita honesta est, etiamsi naturam vellem minus iracundam esse: sed scitis in optimis naturis hominum, tamen multos morbos haerere, ut fateamur nos esse massam peccati: et ita salvos fieri, quia massae filii Dei inserimur. Obsecro, ut leniatis hoc negocium. Bene valete. Die 27. Martii, quo ante annos 1521 filius Dei ex morte revixit, et

1) Vid. ep. d. 27. Ian. 1555.
2) Stanislaus Hosius, Episcopus provinciae Wermeland.
3) Albertus accepta clade ad oppidum Schweinfurt, mense Iun. 1554., postea se contulit in Galliam.

ostendit se victorem esse mortis et inferorum. Anno 1555.

Philippus Melanthon.

No. 5759. 30. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad. Camer. p. 689. (ed. Lond. lib. IV. ep. 830.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam., fratri suo cariss.

S. D. Ante triduum sic intumuit Albis, ut effusus sit in ripam usque ad *Ephratam*, nec sine periculo currus per aquas trahi poterant: Censui igitur inde mox remittendos esse ad vicinum oppidum. Oro autem filium Dei custodem Ecclesiae suae, et ut filium *Philippum* ad vos reducat incolumem, et nostras Ecclesias domesticas et publicas servet.

In oppido nostro e regione aedium *Sebastiani* Collegae nostri, officina Fabri aerarii incensa fuit ante quatriduum, nec tamen conflagravit tota domuncula, ex qua saepe vidi, velut ex Aetna eiici globos ignium, et optavi officinam alio in loco esse. *Casparem* generum cogito propter litteras *Palatini* vocatum esse. Sed mox tibi significabo nostra omnia, cum domum rediero. Haec enim scribo in Caupona Ephratea*), cum quidem aspiciens fluctus Albis, multa de communibus periculis cogitarem, quae ut leniat filius Dei, toto eum pectore oro. Bene et feliciter vale, III. Calend. Aprilis.

Phil. Melanth.

No. 5760. 31. Mart.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 60.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverendo vir et carissime frater. Mense Martio**) fuit conventus in urbe ad Salam Naoburga, in quo Duces Saxoniae omnes, Marchiones Brandenburgenses, et Landgravii Hessiaci beneficio divino haereditarium foedus renovarunt, Et existimatur haec coniunctio ad pacem harum Regionum profutura esse. Simul etiam omnes decreverunt, se Deo iuvante retenturos esse doctrinam confessionis Augustanae, et non recepturos corruptelas papisticas, aut alias. Haec consilia Deus adiuvet. Tibi spero hanc narrationem iucundam fore. Oro, ut sis memor *Ioannis Reineri* Oldenburgensis, qui posset esse usui vel in Aula, vel in Urbe aliqua, Syndici officio. Vir honestus est et modestus, et propter prudentiam et cognitionem Iuris utiliter in tali munere versari potest. Filios tres habet et unam filiam. Quaeso ut de eo cogites. Bene et feliciter vale. Prid. Cal. Apr. 1555.

Philippus.

*) Prata prope Witeb.

**) D. 8. Mart. 1555.

No. 5761. 1. Apr.

Testimon. de Ursino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Decanus Collegii Philosophici in Academia Witebergensi, Caspar Guilhelmus) salutem dicit omnibus lecturis has literas.*

Etsi in genere humano magnae et tristes confusiones sunt, tamen certissimum est, Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, creatorem omnium rerum colligere sibi ex hominibus Ecclesiam, cui in tota aeternitate se communicet. Nec casu ex Democriti atomis nati sumus tantum ad huius vitae aerumnas. Colligitur autem Ecclesia aeterna Evangelii voce, et non aliter, quam filius Dei, qui est λόγος aeterni patris, ex arcano consilio divinitatis protulit, et adeo salutis nostrae amans est, ut dicat, se ludere in orbe et delectari consuetudine hominum, sicut in Salomone scriptum est. Ludit autem mirandis spectaculis, servat Ecclesiam in diluvio, in mari rubro, et inter assidua certamina et voce Evangelii est efficax,

*) Margini adscriptum est: Ph. αὐτός. Secundum scripta publica Acad. Witeb. T. II. *Caspar Guilhelmus* Hallensis, fuit Decanus collegii philosophici in hyeme 1555.

confirmat et vivificat mentes. Ut autem doctrina et conservari et propagari possit, studia literarum etiam coli postulat, et accendit ipse multorum mentes ad discendum, et pietatem probat eorum, qui doctrinam fideliter et conservari et propagari curant, sicut inquit: si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus. Quare non dubium est, gratam esse pietatem *Balthasaris Ursini*, civis Ienensis, qui et studiose didicit ipse doctrinam Ecclesiae, et filium *Iohannem Ursinum* recte erudiri curavit: cuius cum natura omnium disciplinarum capax sit, in Academia patriae linguam latinam et graecam, initia philosophiae, et doctrinam Ecclesiae recte didicit. Cumque auditor esset viri praestanti ingenio, eruditione et virtute, *Iohannis Stigelii*, quo nemo hoc tempore carmen splendidius scribit, familiaritate eius ad scribendum carmen et ipse incitatus, eleganter scribit carmen, et veterem puritatem latinae linguae refert. Postea in Academia nostra plus studii tribuit physicae et cosmographiae et dulcissimae doctrinae de motibus coelestibus, quia scit, hanc pulcherrimam naturam rerum theatrum esse Dei, quod perspicue ostendit, hunc mundum non casu ortum esse, nec casu servari, sed verissime architectatricem esse mentem aeternam et optimam. Praecipue autem in hoc doctrinae genere audivit *Casparum Peucerum*. De doctrina autem Ecclesiae constanter amplectitur confessionem illustrissimorum Ducum Saxoniae, *Iohannis* Electoris, et *Iohannis Friderici* Electoris, exhibitam Carolo quinto Augustae anno M. D. XXX., et animi pietatem vera invocatione Dei et honesta morum gubernatione exprimit. Non enim in eo tantum illae virtutes lucent, quas inchoavit natura et confirmavit parentum disciplina et eruditio, quae in civili consuetudine necessaria sunt, sed etiam filius Dei accendit in eo veram Dei agnitionem, et spiritus sanctus pectus eius gubernat. Cum igitur et mores huius Iohannis Ursini et eruditionem eius probaremus, decrevimus ei publica de collegii sententia gradum magistri philosophici hoc anno 1555., die quinto Martii, et ut extet nostri de ipso iudicii et de gradu testimonium, has ei literas dedimus. Commendamus autem ipsum primum patri, viro integerrimo, qui cum Deum vere colat et doctrinae studia foveat, speramus, etiam Deum familiae eius benefacturum esse, ut scriptum est: Generationi rectorum benedicetur, quod in graeco versu dulcissime dictum est: εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷστα, δυσσεβέων δ' οὔ. Deinde hunc Magistrum Iohannem Ursinum et reverendis ac doctissimis viris in Academia Ienensi commendamus. Indicamus enim, nos eiusdem Ecclesiae Dei cives esse, nec dissentire doctrinam et invocationem in utraque Academia. Ac veris gemitibus oramus filium Dei, ut faciat, ut semper in his regionibus omnes Ecclesiae et Academiae unum sint in ipso. Denique oramus etiam filium Dei, dominum nostrum I. C., ut totum vitae et studiorum M. Iohannis Ursini cursum regat, et ipsum faciat σκεῦος ἐλέους, et organon salutare animae et Ecclesiae. Amen. Datae in Pascate anni 1555., quod fuit ab exitu Israëlitarum ex Aegypto pascha 3064.

Ph. M. manu propria
ὑπέγραψε.

No. 5762. (1. Apr.)

Balth. Ursino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Honestissimo viro, prudentia et virtute praestanti, Balthasari Ursino *), *amico suo veteri et cariss.*

S. D. Dulcissima consolatio piis parentibus proposita est in hoc dicto Psalmi: generationi rectorum benedicetur. Et sicut Deus Ecclesiam mirabiliter servat inter tantos tumultus generis humani, regit pias familias et in his studia doctrinae retinet, et ex eis plantulas quasi, posteritati profuturas, sumat: sic et tuam familiam proteget: et, ut semper te et tuos servet et gubernet, toto pectore eum oro. Spero et filium tuum, honestissimum virum, plantulam Ecclesiae Dei utilem fore, et oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut eum regat et fortunet, et faciat eum organum salutare sibi et aliis, et vas misericordiae. Saepe dulcissimae nostrae consuetudinis recordor, et opto, ut antequam ex vita hac discedimus, veteri nostro more amanter colloqui possimus. Filius tuus testis erit, diligi et coli a nobis Acade-

*) Fuit civis Ienensis. Vid. antecedens scriptum.

miam vestram, nosque optare, ut unum in Deo simus in tota aeternitate. Bene valete. Salutem opto amicis nostris omnibus.

Philippus Melanthon.

No. 5763. 5. Apr.

Io. Draconitae.

Epist. lib. II. p. 269 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 270.).

D. Iohanni Draconitae

S. D. Scimus quam varia disputaverint Philosophi de causis colendae amicitiae: doctrina coelestis multo graviores causas ostendit. Vult nos Deus primum sibi per Filium copulatos esse, et nos unum esse in ipso. Deinde vult nos inter nos quoque copulatos esse, ne membra divulsa in uno corpore tumultuentur, et inter sese pugnent. Vult nos propter utilitatem Ecclesiae coniunctionem tueri, *στάσις γὰρ φθείρει τὰς πόλεις.* Deinde aliae honestae causae multae sunt colendi amicitias. Ideo et appetivi multorum amicitias, et sciens neminem amicorum laesi, sed crudeliter in me *Osiander*, et *βλακικὸς ὄχλος* impetum fecerunt. Interea gratiam habeo multis bonis viris, et inter hos tibi quoque, viro praestanti eruditione et virtute, quorum a me non sunt alienatae voluntates, ac volo tecum mihi perpetuam amicitiam esse, qua et in coelesti consuetudine dulcissime fruemur. Editio tuae propheticae interpretationis erit mihi curae. Bene vale. Die 5. Aprilis. Anno 1555.

No. 5764. 5. Apr.

Lectori.

Praefatio praemissa libro: Libri duo de vitanda ebrietate — nunc emendati et aucti, auct. *Hieronymo Osio*, Schloteimensi. Cum praefat Phil. Melanthonis. Witemb. in offic. Thom. Klug. 1555. (Habetur in bibliotheca Norinberg, et praefationem mihi descripsit *S. V. Rannerus.* Eandem etiam descriptam mihi misit Clar. *Gersdorfius* ex bibl. Dresd.)

Candido Lectori Philippus Melanthon S. D.

Studium *Hieronymi Osii* vere *ὅσιον* dignum est laude, qui de vitanda Ebrietate carmen accurate scripsit. Etsi enim hae scholasticae admonitiones a multis deridentur, tamen Deo gratum officium est, vitia vituperare, et laudare virtutem. Et sunt aliqui sanabiles, quibus hae admonitiones prosunt. Deploranda est autem hominum miseria, quod magna pars hominum non solum divinis concionibus non emendatur, sed etiam, horrendis poenis et mole calamitatum oppressa tamen velut stupens et ignara sui, delectatur usitatis vitiis, nec quaerit levationem communium miseriarum. Iam annos novem vidimus in Germania bella civilia, cum interea et vicinam Pannoniam vastent Turcae. Ad haec mala accesserunt fames, pestilentia, dissidia doctrinae, expilationes populi. Et ex publicis malis privata multa sequuntur, ut vere dicitur in versu Solonis: *intrant in thalamos publica damna tuos.* Tamen plurimi, quasi efferati, fiunt deteriores et furiosiores. Haec ita fiunt cum fatales poenae totis gentibus impendent. Hoc qui considerant, filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum precentur, ut sit custos et umbraculum Ecclesiae suae, et non sinat deleri lucem doctrinae suae et honestam disciplinam. Hoc consilium monstrat ipse filius Dei. Cum de senecta mundi concionatur, iubet precari, ne simul opprimamur venientibus malis, et, ut mens ad precationem magis composita sit, iubet cavere, ne corda onerentur crapula. Hanc salutarem admonitionem et hic *Osius* in carmine suo repetit. Quod autem in veteribus versibus scriptum est de urbe Peloponnesi Helide,

Ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται, οἷος ἑκάστου
οἶκος, τοίη δὴ καὶ ξυνάπασα πόλις,

id, proh dolor, in multis locis fit. Prophana multitudo ventri dedita *μεθύει καὶ ψεύδεται* ebria et secura, delectatur falsis opinionibus, nec studet recte Deum invocare, nec moneri se patitur. His publicis malis nulla iam consilia humana mederi possunt, sed pii coeleste auxilium et petant et expectent, et suo loco singuli sese exsuscitent ad curam inquirendae veritatis, ut recte Deum invocare possint. Bene vale candide Lector. Nonis Aprilis, anno M. D. LV.

No. 5765. 9. Apr.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti, D. Petro Vincentio, fratri suo carissimo in urbe Lubeca, Corona gentis Saxonicae.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Etsi pium est magis adfici cura τῶν οἰκείων, ut Paulus inquit, et de hac ora Germaniae sollicitus sum, tamen etiam de Anglicis tragoediis saepe cogito. Vetus oraculum fuit de duobus Macedonicis Philippis, quod recitat Pausanias p. 168.: αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες ἀργεάδῃσιν, ὑμῖν κοιρανέων, ἀγαθὸν καὶ πῆμα φίλιππος*). At Hispanicus *Philippus* nondum fuit ἀγαθον τοῖς βρεταvοῖς. Oremus filium Dei, ut in his Imperiorum tumultibus servet Ecclesiam suam et in ea discentium coetus. Quaeso, ut significes historiam Anglicam. Bene vale. Salutem opto Reverendo viro *Valentino.* 9. Aprilis.

Philippus.

No. 5766. 10. Apr.

Alberto Duci Pr.

Ex autographo edita a *Fabro* in epist. p. 210. ep. 61.

Alberto Duci Borussiae

S. D. Illustrissime et Clementissime Princeps. Simplicissime respondebo Celsitudini vestrae. In Controversia mota necesse est dici de proprietatibus singularum personarum divinitatis, eaque explicatio Ecclesiae necessaria est, ac dicendum est quo ordine habitent Personae in Sanctis. dicendum et de proprietatibus regni Christi et duarum naturarum in eo. Nec maius aliud in vita opto, quam ut de his tantis rebus aliqui docti et pii senes placide colloquii possent. Nam et collatio cogitationum singulis prodest, et consensus aliquot piorum et eruditorum aliquid adferret autoritatis adversus calumnias. Videt autem Celsitudo vestra, quanta sit ingeniorum rabies, quantum ubique calumniarum venenatissimarum. Has etsi non ita metuo, ut semper tacendum esse sentiam, tamen publicae tranquillitatis causa interdum vitare studeo. Fui igitur et sum contantior ad scribendum περὶ ἀμνηστίας. Sed tamen optarim omnes qui docent in Ecclesiis vestris, formula decreti proxima hyeme istuc facti, contentos esse, sine acerbis interpretationibus ac pio consensu eandem doctrinae vocem sonare omnes, et sanare vulnera mutua levitate. Audio enim dissimiles interpretationes istius scripti queri, sicut omnibus seculis multi in dissensionibus etiam bene dicta cavillationibus labefactaverunt. Hoc tempore etiamsi plura scribere vellem, ne possem quidem et propter inspectionem Ecclesiarum in his regionibus et propter alias occupationes. De negociis publicis dixi Secretario Celsitudinis vestrae ea quae nunc sciebam, De filia *Lutheri* propter deum reverenter oro Celsitudinem vestram, ut clementer respondeat ne orphana relinquatur. Et cogitet Cels. vestra dictum Siracidae: Esto orphano pater. Tunc deus te magis diliget, quam diligit te mater tua. Quid autem promitti maius potest amore tanto qui superet maternam στοργὴν quae est ardentissima. Deus pater domini nostri Iesu Christi servet et gubernet Cels. v. die X. Aprilis.

Celsitudinis vestrae

addictus
Philippus Melanthon

(*Pagella epist. inclusa.*)

De Executione tantum hoc do consilii ut promittant pastores seu docentes omnes in Ecclesiis, se illae formulae decreti obtemperaturos esse, et retenturos hanc veram sententiam, quod in conversione homo fide accipiat remissionem peccatorum et reconciliationem gratis propter mediatorem, et sit iustus in iudicio dei, imputata iusticia propter mediatorem deum et hominem, per solam fidem.

Postea verum est ipsum filium dei λόγον aeterni patris dicere consolationem in corde, et esse efficacem, et per eum dari spiritum sanctum. Et renovari hominem, ut filio fiat similis qui est λόγος lucens in mente, et fit similis spiritu sancto

---

*) Eadem verba iam habes in ep. ad Vincentium d. 5. Sept. 1554., quae hic conferenda est.

tales motus accendente, qualis est filius. 2 Corinth. 4.

Hanc promissionem qui fecerint, hos ego non velim alio onere in maiorem moerorem coniici, sed potius servari regulam. Infirmum in fide adsumite, non ad dubitationes. Et hoc modo ut dixi, satis perspicue pii se declarant.

No. 5767. 12. Apr.

Cph. Fischero.

Primum edita in *Noltenii* commercio literario claror. viror. p. 213. — Nunc ex autographo ipso descripta, quod est in cod. Cypr. Goth.

D. Christophoro Fischer, gubernanti Ecclesiam Dei in ditione inclytorum Principum Hennebergensium, fratri suo cariss. In Schmalcalden.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Optarim vos Consistorium constituere, ut saepe antea suasi. Ita tibi et periculi minus esset, et negotia ordine meliore agi possent. Ac scis, quantum periculi sit ἰδιοβουλεύειν. Hortaberis igitur aulam, ut Consistorium constituat. Interea in dubiis negotiis ne properes. De quaestionibus tuis mitto responsiones magis explicate scriptas quam alibi extant. Sed hoc quoque scripsi Ratisponnensibus *), velle me, ut, si quanto docti convenient, de contractibus edantur aliqua decreta. Si quando poteris ad nos expatieris, ut de his et aliis negotiis colloquamur. Dei beneficio hic tranquillitas est, et mediocria sunt doctrinarum studia. Bene vale et rescribe. die Aprilis duodecimo.

Philippus.

No. 5768. 14. Apr.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 579.

*) Vid. supra d. 14. Nov. ann. 1554.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northus.

S. D. Honestissime vir et amice charissime. Dei beneficio filius *Michaël* recte valet, et mores sunt honesti, et vere hoc affirmo, modestissime eum obtemperare praeceptis nostris, nec evagari noctu. Oro igitur Deum, ut et vos et vestros omnes servet incolumes. De itinere ad vos suscipiendo iudicavi, expectandum esse tempus Lipsici mercatus, quo vos ipsi eum vobiscum ducatis, quia multi latrunculi passim vagantur. Sed significare voluntatem vestram nobis poteritis. De concordia vestrae Ecclesiae oro filium Dei, faciat, ut sit perpetua. †Qualis sit natura *Antonii*, hominis indocti et popularem auram captantis, non ignoro. Et propter publicam tranquillitatem nec ipsi nec aliis eius similibus respondi hactenus. Sed si me cogent tandem respondere, malitiam et inscitiam eorum declarabo."[1]) De caeteris rebus Deo iuvante Lipsiae colloquemur. Mitto honestissimae coniugi vestrae exemplum recens editae confessionis propter inspectionem Ecclesiarum[2]). Bene valete. In Paschate[3]).

Philippus.

---

1) Haec, haud dubie ex autographo, adscripsit anonym. Dresd.

2) Esse videntur: „Etliche Artikel gezogen aus der Churf. Instruction der Visitatorn des Churkreis zu Sachsen übergeben — Witt. 1555. 4. 2 pl. Vid. Strobelii Biblioth. Mel. no. 443.

3) Ut lectores intelligant, Melanthonem non durius iudicasse de Antonio Othone, concionatore Northusano, addidi hic huius epist. ad Ionam, hactenus non editam et scriptam d. 30. Iun. fortasse a. 1554.

† Ex autographo Othonis in Vol. Epist. Meining. ep. 115.

Iusto Ionae, s. theol. Doctori et ecclesiae Christi in Salinis Saxonum Superattendenti, maiori et Patrono suo perpetuo Colendo.

Gratiam et pacem per Christum dominum et salvatorem nostrum. Clarissime D Doctor ac patrone cariss. Sedulo omnia *Iohannes Sickel* fecit, et magnam conceperam ex eius sermone spem, tuam Reverentiam brevi huc venturam una cum praeceptore *Philippo*, de cuius adventu mihi saepe mira narrata sunt. Sed ego nondum satis rationem subducere possum, quid ita huc *Philippum* compellat, nisi forte et cum Doctore *Mettlero* redeat in gratiam, inter quem et ipsum scio dissensionem esse non levem, et certe non sine culpa praeceptoris *Philippi*, et aliorum praeceptorum, quorum pudenda taciturnitas, intempestiva lenitas, funestae conciliationes etiam multos pios offendunt, et me, ut ingenue etiam, gravissime perturbant, quanquam in specie hactenus de quoquam ego adhuc nihil, quia nemo exigit a me sententiam, ideo sino quemlibet in suo sensu abundare. Constitui tamen, me a sententia *Lutheri*, id est Christi, non discessurum, ac precor, ut aeternus pater me in hac diu semperque conservet sententia. Saepe mihi venit in mentem vox tuae Reverentiae, quam edebas in vaporario

No. 5769. 14. Apr.

M. Delio.

Primum praefationis loco edita a *Delio* in libro suo: De arte iocandi libri IV scripti carmine a Matth. Delio, filio Matth. Delii gubernantis studia doctrinae in inclyta urbe Hamburga, cum Praefat. Melancht. de tribus virtutibus in sermone, veritate, comitate et eutrapelia. Basil. 1555. 8. (etiam Witteb. 1555. 8.). Sed praetermisit Delius initium et finem epistolae Mel., et tantum eam partem edidit, quae ad argumentum libri sui spectaret, quem, ut solebant tum multi, Melanthoni miserat, antequam excuderetur. Plena edita est epistola in Select. Declamat. IV. p. 626., unde hic eam descripsimus, collato vero libro Delii, editi Witteb. 1555. 8. Inscribitur in Declamat.: „praefatio de tribus virtutibus in sermone, veritate, comitate et εὐτραπελίᾳ, praefixa libris carmine scriptis de arte iocandi a Matthaeo Delio."

(*Matthaeo Delio.*)

Indidit Deus humanis pectoribus στοργάς cum propter alias causas, tum vero praecipue eo, ut sint commonefactrices de amore aeterni patris erga filium, et erga nos. Saepe igitur nos senes in calamitatibus eorum, qui ex nobis nati sunt, gementes intuemur Deum et cogitamus, ingentem amorem Dei erga nos esse, cum talis sit, qualis est hic amor in nobis erga nostram sobolem. Quanquam igitur non dubitamus, filios tuos ad aeternam Academiam evocatos esse, tamen fieri non potuit, quin immaturus utriusque interitus tibi dolorem adferret. Praesertim vero dolendum fuit, *Matthaeum* in ipso flore adolescentiae extinctum esse, cum spes esset, magno eum usui et ornamento Ecclesiae futurum esse. Nam et ingenium eius omnium doctrinarum capax erat, et rectitudo erat iudicii eximia, deinde virtutum, quas in eo natura inchoaverat, iusticiae, pietatis erga parentes, veritatis, candoris, modestiae, castitatis, temperantiae et verecundiae pulchrum decus erat. Sed multo illae pulchriores erant, quas filius Dei voce Evangelii et spiritu sancto incenderat, vera Dei agnitio et invocatio ardens fiducia Mediatoris, studium inquirendi fontes doctrinae, et amor veritatis, alacritas in celebrandis Dei beneficiis, tolerantia in morbo, spes firma dulcissimae consuetudinis cum coelesti Ecclesia. Talis cum esset Matthaeus gratulabamur et ipsi hoc ingens bonum, quod templum Dei esset, et nobis, quod in nostro coetu tale Ecclesiae membrum esset, quod et precibus et propagatione doctrinae nos iuvaret, et exemplo caeteris praeluceret, et optabamus ei divinitus tribui longa vitae spatia. Sed corporis imbecillitas statim conspecta est, cum attigisset climatericum annum primum et vicesimum, quo paulatim phtisi absumtus est. Quo tempore cum videret naturam corporis superari violentia morbi, placido animo voluntati Dei obtemperavit, et quotidie Ecclesias, te patrem, patriam, ardentibus precibus Deo commendavit, multa etiam de doctrina disseruit, subinde miscens vota, quibus petebat, ne limpidi fontes doctrinae turbarentur. Saepe etiam dicebat, sibi videri nos in hac caligine viventes similes esse iter facientibus noctu, praesertim in locis horridis nec satis notis, qui et optant solis ortum, et valde laetantur conspecta aurora. Sic dicebat se adhuc velut noctu iter facientem expetere coelestis Ecclesiae lucem et sapientiam.

Memini haec, quia cum vicinum esset eius cubiculum in aedibus collegii mei, saepe ad eum accedebam, et quotidie apud eum erat meus minister, qui filium tuum valde diligebat. Aliquoties et *Lutherum* ad eum adduximus, apud quem alacri animo confessionem fidei et invocationem filii Dei repetivit, et Deo gratias egit, quod Evangelii puritatem nobis reddidit. Ipsi etiam *Luthero* gratias egit, quod per eum fontes doctrinae monstrati sint, seque longiora vitae spatia ei optare dixit, quia ipso ex hac statione evocato mox secuturae essent docentium et Principum γιγαντομαχίαι. Huic vaticinio adolescentis proh dolor brevi post tristissimi eventus responderunt. Nam Lutherus non diu ei superstes fuit. Tandem cum prorsus extinctae essent corporis vires ἀτροφίᾳ,

---

Andreae Hegenrodis, cum de his mutationibus conferremus. Sic enim asseverabas: de *Philippo* praeceptore nolite dubitare etc. Haec cum dixisset tua Rever. altero sublato pede, adiiciebat: sic stat nunc *Philippus*, et hoc nunc quod facit extremum et summum est. Si non obedierint clamabit *Philippus* (hic pede tundebat tua Reverentia terram): vae vobis scribae et Pharisaei, et sinet eos. Hac voce auctoritatis tuae ego, ut debui, facile eram contentus. Sed an etiam amplius contentus esse possim, nescio, cum quotidie literas, scripta, mandata, exempla etc. videam, quae vivente *Luthero* nemo vidit praesertim ex aula et scola nostra prodeuntia. Praeoccupantur pii interdum delicto aliquo, ut inquit apostolus. Sed illud non iustificant, et graviora prioribus addunt. Sed de his brevi plura, ubi plus ocii nactus fuero. Transtuli multas pagellas, quia autem corrumpi video hac tempestate libros *Lutheri* nefando modo, nolo ego autor esse, et ne et in hoc *Lutheri* libello fortasse per meam imprudentiam quid perperam reddatur aut depravetur, ideo hoc labore prorsus supersedi, et T. Reverentiam peto ac rogo, ne aegre ferat. Mittam tamen aliquando pagellas, ut diligentiam meam sentias, sed non ut edantur. Bene et foeliciter valeat T. Rev. in Dei cognitione Amen. Northusae pridie Calend. Iulii.

Antonius Otho

discessit anima ad illam semper expetitam coelestis Academiae lucem et sapientiam. Etsi autem talis migratio ipsi gratulanda fuit, tamen Ecclesiae causa doluimus, talem nos commilitonem amisisse, qui iuvare nos et precatione et labore docendi potuisset. Inchoarat iam utiles quasdam lucubrationes, quibus sese et ad cogitationem de Deo exuscitaverat, et contra hostes purae doctrinae armaverat, Sed haec quia non pertexuit, nemo chartas diligenter collegit. Unicus hic liber de arte iocandi quasi ex funere raptus est, quem adparet scriptum esse, ut defatigatum ingenium seriis operis quasi hac hilariore materia recrearet.

Quanquam autem aliter haec a grandioribus natu, quos aetas, usus rerum, et communes aerumnae in vita multa monent, scribuntur, aliter ab adolescente, tamen edidi, ut specimen ingenii ipsius extaret, et a candidis lectoribus peto, ne morose iudicent, ac non solum aetati condonent ea, quae desiderant, sed etiam cogitent, nondum accessisse limam, ac deplorent vitae nostrae fugacitatem et tristia fata Reipublicae, quae ex hac militia multos rapiunt, antequam prodesse caeteris possunt. Quot memini natos in familiis nobilibus et alios, qui ingeniis et eruditione excelluerunt, et magno usui atque ornamento Reipublicae futuri erant, si vixissent, quos tamen fata nobis in ipsa adolescentia eripuerunt. Agnoscamus, nos homines esse natos non ut in his aerumnis diu vivamus, sed hanc vitam iter esse ad aeternam Ecclesiam, nec tamen aliter colligi aeternam Ecclesiam nisi voce doctrinae in hac aerumnosa vita. Studia igitur doctrinae amemus et tueamur, quia semina sunt illius aeternae lucis et sapientiae. Ac de filio tuo Matthaeo tantum hic praefari volui. Nunc pauca de materia huius operis addam *).

Erunt[1]) aliqui torvi, qui curios simulant et Bacchanalia vivunt, qui et nos reprehendent, quod scripta iocosa seu legimus, seu legenda aliis edimus, et accusant[2]) Aristotelem, qui inter virtutes numerat *εὐτραπελίαν*, cum Paulus ad Ephesios scribens *εὐτραπελίαν* inter vitia recenseat. Etsi recte[3]) instituti, quid respondendum sit non ignorant, attamen ad docendos iuniores addere sequentem explicationem volui.

*) Haec omnia in libro Delii praetermissa sunt.
1) *fortasse*] addit lib. Del.
2) Lib. Del. *accusabunt*; Decl. *accusant.*
3) *recte*] Lib. Del. *vero.*

Regula vitae et fons ac norma virtutum est Decalogus recte intellectus. Inde discendum est, simpliciter necessarias esse omnibus actiones et virtutes, quae ibi praecipiuntur; ut necessaria est mansuetudo, de qua dicitur: non occidas; necessaria[4]) castitas, de qua dicitur: non moechaberis. Et hic necesse est comprehendi leges alibi traditas, ut in 18. capit. Levitici et alibi de castitate. Sic necessaria est virtus Veritas, de qua dicitur: non dices falsum testimonium. Sunt autem quaedam virtutes non necessariae omnibus, ut mulieri non necessaria est Alexandri fortitudo dimicans in acie. Hoc discrimen seu actionum seu virtutum semper in conspectu sit, ne[5]) unquam a praeceptis aberrent animi in eo genere actionum, quod necessarium est.

Nunc de Aristotele dicam, qui tres virtutes nominat, quae proprie circa sermonem versantur, quarum prima[6]) est *Veritas*, quae prorsus necessaria est omnibus, ut manifestum est, vitam sine veritate regi non posse. Extincta veritate necesse est simul interire doctrinas et artes omnes, iudicia, contractus et pacta. Loquor de virtute praestantissima agrestius quam oportebat. Est autem veritas seu veracitas, constanter velle et cogitationes veras habere et dicere vera, id est congruentia cum rebus, nec cogitando aut dicendo asseverare falsa, id est pugnantia cum rebus, ut falsa asseverant Epicurei, Stoici et alii omnes, qui opiniones falsas amplectuntur; falsa asseverat promittens pecuniam in emptione, qui cum debet, non vult exhibere. Nemo vero mendax est sine scelere, id est, sine offensione Dei. Ideo veritatem diximus necessariam virtutem esse omnibus.

Secunda virtus, quae propria est sermonis, est *Comitas*, quae est facilitas in compellando et audiendo, seu velle sine morositate, sine fastidiis, sine superbia, placide et compellare honestos homines et audire, praesertim eos, qui sciscitantur aliquid de doctrinis aut exponunt causas, quas officii ratio cognosci postulat, aut quorum animi leniendi sunt aut in dolore aut in ira aut aliis affectibus. Ut profuit comitas *Sanseverinati*, qui cum vidisset in itinere Arabico ad se accedere praedones, statim iubet ministros deponere sarcinas et proferre cibos et lagenulas, in quibus, ut

4) *est*] addit lib. Del.
5) Lib. Del. *nec.*
6) Lib. Del. addit: *quidem.*

ibi[7]), necesse est, et aquam et vinum vehunt; deinde cum advenissent praedones, intrepide salutat eos, ait, morem esse suae pratriae, ut homines Nobiles inter se de imperiis, de re militari familiariter in conviviis colloquantur, et multa discant, saepe etiam contrahant amicitias reipublicae utiles; iudicare se, etiam ipsos esse homines nobiles, et petere, ut cum viro peregrino et ductore exercituum prandeant. Moventur etiam barbari homines illustribus signis virtutis. Cum igitur latrunculi audita hac oratione cogitarent, eximiam in hoc viro virtutem esse, de equis descendunt, reverenter salutant, assident ei in arenis et simul prandent. Narrat *Sanseverinas* per interpretem, se hominem Italum esse, et commemorat, quae sint praecipua in Europa regna, nec regum esse infinitam potestatem sed legibus circumscriptam, et gradus esse hominum, distinctionem dominiorum et iudicia, defendi iustos contra iniurias, bella etiam indici et geri certis legibus. Narrat qualia sint arma, quae[8]) ratio oppugnandi urbes. Tandem etiam proferri iubet ex sarcinis bombardas, arcus, gladios, et singulis dat xenia. Illi, delectati eius oratione, vicissim multa de suis imperiis et bellorum consuetudine narrant, et laeti xenia accipiunt, eumque post convivium aliquo usque amanter comitantur. Sic[9]) Sanseverinatem comitas texit in magno periculo. Sed audi reliquam historiam, ut videas, quanta sit admiratio virtutis etiam in hominibus barbaris. Triduo post in solitudine redeunt iidem Arabes cum maiore comitatu, et vi capiunt Sanseverinatem cum toto suo agmine. Hic cum vitae spem omnem abiecissent, ducuntur in arcem quandam, ubi honorifice excipiuntur, et retenti triduo ac donati massis auri nativi, thure et myrrha, reducuntur in viam. Magnum igitur decus est comitas, sed neque hominum omnium, neque omnium temporum est. Et quanquam in doctoribus et gubernatoribus optanda est, tamen homo privatus, etiamsi est tristior aut durior, non vituperatur. Ac ne potest quidem esse comitas sine singularia prudentia prospiciente, qui sint compellandi, quo genere sermonis et officii animi sint excitandi, denique multum consilii, artis et eruditionis haec suavitas in congressibus postulat.

7) *ut ibi*] Declam. *ubi*, ex mendo.
8) Lib. Del. *et quae.*
9) Lib. Del. *Sic igitur.*

Tertia est circa sermonem potius ingenii facultas quam virtus, sed moderatio intelligitur esse virtus. Est autem re ipsa ingenii celeritas, figurate admonens aut reprehendens, comprobans aut refutans, seu metaphoris seu ironia seu translatione causarum, seu ambigua oratione, seu *παρανομασίᾳ*, seu apologis, seu historicis exemplis seu comicis seu tragicis, seu gnomis. Cum enim celeriter mens et praeter aliorum expectationem facit collationem cum re simili, aut transfert causas, concinnitas admirationem parit, eaque dicta sunt alias ioci in materia hilari, alias aculei acerbe taxantes aliquid. Pictura insignis fuit, cum *Demades* ait, Alexandro mortuo exercitum eius similem esse Cyclopi effosso oculo. Hic peperit admirationem concinnitas in collatione. Metaphorae venustae sunt in dicto: *aliud est sceptrum, aliud plectrum*, et admonitio figurata est, ne rex iudicet de arte, quam non intelligit ut artifex. Translatio causarum est de *Clodii* iudicio: *num ideo praesidium poscitis, ne nummos amittatis?* Usitatissimae sunt *παρανομασίαι*, ut: *τάμιαι, λάμιαι· Biberius* pro *Tiberio.* Demostehenes cum de oratoribus dedendis relatum est, narravit apologum, in quo lupi petunt dedi canes. Et nota est *Menenii* oratio de membris humani corporis. Sunt et allegoricae narrationes ad Davidem altera prophetae Nathan, altera mulieris de Absalone. Alexander, cum ei diceretur, quosdam male de eo loqui, reiicit accusationem opposita gnome maxime conveniente principibus: *regium est benefacientem male audire.* Regia gnome et haec fuit, cum ait, se alteram aurem reo servaturum esse. Vis ingenii est excellens, talia dicta vel in consiliis vel in responsionibus gignere et ingeniosi literis, historiis, exemplis adiuvari possunt. Et saepe prosunt ad leniendos aliorum dolores, aut ad placandos in ira. Cum Alexander Lampsacum deleturus videret ad se accedere Anaximenem, ut pro patria deprecaretur, iurat, se non facturum, quod petiturus esset Anaximenes. Hic pergit et petit, deleri Lampsacum. Iam religione iuramenti impediebatur Alexander, ne Lampsacum deleret. Quantum in obsidione oppidi *Winsberg* profuit ambiguitas *Guelfo*, Duci Bavarico, cum concessisset[10]) Imperator *Cunradus*, ut principes foeminae ex arce discederent

10) Lib. Del. *processisset.*

sine ulla iniuria, et asportarent res quas vellent, illae maritos et filios principes asportarunt. Delectatus et consilio et pietate imperator excepit hospitio matronas et principes, et pacem fecit.

Cum igitur ingenii acies sine ulla dubitatione sit opus Dei, et saepe in gravissimis negotiis haec consilii celeritas prosit, ut in bellis stratagemata, valde agrestes sunt, qui non magni faciunt hoc ingeniorum lumen. Sed quia multi aut prorsus stolidi nihil eleganter invenire possunt, aut sine modo ex qualibuscunque materiis stultorum risus et plausus captant, ideo moderatio in usu[11]) talium figurarum virtus ab Aristotele nominatur, qui quidem et prudenter eam a stoliditate seu insulsitate et a scurrilitate discernit. Stoliditas non est decus, nisi quis hominem velit statuae similem esse; sed alii multi non stolidi sed loquaces et vel obscoeni vel virulenti, partim in morbo naturae, partim quia faciunt populum delectari obscoenis sermonibus, et gubernatorum ac aliorum mediocrium hominum criminatione, conferunt ad questum obscoenas fabulas, venenata convicia et calumnias, ut videmus non alios libros avidius emi quam illos, qui sunt velut *ἅμαξαι βλασφημιῶν.* Hanc petulantiam Deus et prohibet et punit, sicut scriptum: non sis calumniator in populo tuo.

Exposui de tribus virtutibus, quae sunt propriae sermonis, et sententiam Aristotelis et consilium, ac iudico, prodesse iunioribus, fontes earum et gradus considerare. Nam et eruditionis pars est, intelligere virtutum causas, metas divinitus constitutas, et utilitates; et consideratio initium est disciplinae, quia flectit animos ad virtutum amorem, et studia, ut dicitur, abeunt in mores. Nunc pauca addam de Pauli dicto, qui *εὐτραπελίαν* vitiis annumerat.

Cum virtus in medio versetur inter viciosa extrema, haec imbecillitas nostra facile delabitur ad alterum extremum, ut severus est Manlius Torquatus, fit autem in Iulii poena crudelis. Non minor in Papirio severitas fuit. Is tamen Fabio, magistro equitum, parcit et probabili ratione legem mitigat. Quid saepius accidit, quam ut temperantes non duri natura peccent intemperantia? Sic in hoc studio lepida dicendi, aliqui naturae hilaritate provehuntur longius et extra metas, aliqui[12]) hac ingenii celeritate nimium delectantur; unde haec vetera dicta sunt: *facilius est flammam in ore retinere quam bonum dictum.* Item: *maluit amicum perdere quam salse dictum.* Neque tristis neque insulsa natura *Ciceronis* fuit, sed fuerunt in eo comitas et lepos, et tamen sine levitate sine futilitate et sine scurrilitate. Saepe igitur facete summa cum venustate respondit, ut, cum criminanti, quod plures testimonio necasset quam servasset eloquentia, respondit praeter expectationem cogitata concessione: recte, inquiens, quia mihi plus est fidei quam eloquentiae. Quid potuit dici gravius, quia eloquentiae praedicatio stulta est, fidei necessaria. Huius tamen viri tanti dum nimis amat hoc studium, multi sunt ioci intempestivi, qui partim gravitati eius non conveniebant, partim voluntates amicorum offendebant. Abfuit tamen a scurrilitate, quae sine modo captat risus stultorum ex obscoenitate aut virulentia aut crudeli exprobratione calamitatum, aut inconcinna gestuum imitatione.

Huic tetro vitio nomen est apud Graecos *βωμολοχία,* ab impostoribus, qui ad frequentia sacrificia accurrebant et ibi seu remedia morborum seu vaticinia seu maledica carmina venditabant, ut Monachi[13]) circumtulerunt ossa mortuorum. Memini sacrificulum, qui in templo cum concionatus esset, preconium fecerat sacrorum ossium, ac adfirmaverat, neminem eo anno pestilentia moriturum esse, quia ea osculatus esset. Accurrit multitudo ad ossium venerationem cum numulis; deinde Pastor aegre ferens impudentiam, obiurgat istum histrionem, qui respondet, se nihil mentitum esse, quia osculum praeberetur non ossibus, sed vitro. Hae praestigiae nihil ad facetias seu leporem, sed scelerati et perniciosi ludi sunt Sycophantarum, vel *γοητεῖαι* contumeliosae adversus Deum. Hanc veram historiam eo recitavi, ut unde vocabulum *βωμόλοχοι* ortum sit, iuniores ratiocinari possint, qui simul etiam cogitent, similes istius praestigiatoris esse multos, qui talibus sophismatibus manifesta scelera nunc excusant, ut episcopus Polonicus *Osius* turpissimam orationem Pygii defendit, qui scripsit, minus delinquere sacerdotes moechos, quam eos qui

11) Lib. Del. *usum.*

12) Lib. Del. *aliqui etiam.*

13) *ut Monachi* etc. usque ad verba: *iuniorum animi et pectora*, in libro Delii non leguntur.

caste in coniugio vivunt. Haec vere sunt et *βωμολοχικὰ* et scurrilia, quod nomen est a *σκῶρ*, id est, a stercore, ut in Ranis Aristophanis dicitur: *εἶτα βόρβορον πολὺν καὶ σκῶρ ἀεὶ νῶν*, plurimum coeni et stercus semper fluitans. Ac alibi inquit Aristophanes: *ἵνα μὴ γένωμαι σκωραμὶς κωμῳδική*, ne fiam madula comica. Sic cum vetustas sordida dicta nominarit stercora et *σκωραμίδας κωμῳδικὰς*, potius inde iudico scurras dictos esse, quam a sequendo et currendo. Et quid sunt libri Cochlei, Pygii, Eccii, Fabri, Hispanici Ructus, qui se Scotum nominat et similes, nisi *σκωραμίδες* plenae stercorum. Non docent Ecclesiam de rebus necessariis, de proprietatibus naturam in filio Dei, de beneficiis eius, de vera conversione et consolatione piorum, de vera invocatione Dei et aliis necessariis officiis. Querunt tantum sophismata ad stabilienda idola.

Hanc commemorationem eo addidi, ut cognita origine vocum *βωμολοχίας* et scurrilitatis magis consideretur horum viciorum turpitudo, et magis abhorreant ab eis iuniorum animi et pectora. Nec vero [14]) dubium est, Paulum, cum nominat *μωρολογίαν* et *εὐτραπελίαν* complexum esse et [15]) scurrilitatem et vicina vicia minus atrocia, futilitatem, adsentationes, sugillationes, cavillationes, obtrectationes, ut etiam sine atrocitate fiunt haec vanitate quadam, et ars est alludere ad affectus eorum, quorum aucupamur benevolentiam, ut Croesus ad Cambysen: tunc maior eris Cyro, cum talem filium nobis reliqueris, qualem ille reliquit. Haec ineptiae non sunt rarae etiam apud homines non malos, quae etiamsi sunt sine scelere, tamen a norma veritatis et candoris nonnihil recedunt. Usus est igitur Paulus molliori nomine *εὐτραπελίας*, ut et alibi graeci scriptores nomen *εὐτράπελος* non de virtute sed de homine versatili usurpant. Non raro autem peccant, qui se ad diversorum hominum sensus et mores inflectunt. Itaque intelligantur apud Paulum reprehendi vicia sermonis non lepos, qui est celerrime cogitata collatio rerum similium, aut causarum translatio, aut alia figura, ut supra dixi, non orta a vanitate aut cupiditate nocendi, sed utilitati serviens adhibito modo in admonendis aliis aut consolandis aut placandis aut excitandis, ut postulat occasio. Haec ingenii celeritas vere Dei opus est, et eruditione instruenda est. Talis est lepos Cananeae mulieris in refutatione asperrimi dicti: non decet filiorum panem canibus dare. Illa contra celerrime addit regulae exceptionem. Assentior, inquit, sed tamen et catelli fruuntur micis, quae decidunt de mensis filiorum. Cogitet hic lector eruditus, quanta sapientia in hoc brevi dicto contineatur. Fatetur se catellam et indignam esse beneficiis Dei, nec fugit tamen, quanquam fulmen non leve adversus eam viberatum erat; sed scit, micas Evangelii etiam ad gentes pervenire; scit, recipi se propter hunc dominum non propter legem, velle Deum coli non fuga, non fremitu adversus ipsum, sed confessione nostrae miseriae et fiducia misericordiae. Hanc amplissimam sapientiam figuris venustissimis et imagine incurrente in oculos pingit, cum catellam, mensam, filios, micas nominat. Quantus lepos est in Samsonis aenigmate!

Haec et similia exempla iuniores intueantur et discant intelligere virtutum gradus, quae sint necessariae et quae sint ornamenta excellentium ingeniorum, et quomodo literis cognitione historiarum, varietate artium, imitatione, prudentum circumspectione natura iuvanda sit. Et utamur donis Dei ad ipsum celebrandum, et ad communem consociationem, in qua vult virtutum officia lucere, ut agnoscamus eum et adesse generi humano, et suam sapientiam et suas virtutes morigeris et invocantibus ipsum communicare [16]). Bene vale, *Matthaee* carissime, Anno 1555. in Pascate, quod fuit ab exitu Israëlitarum ex Aegypto Pasca 3064. Tam diu cum servaverit Ecclesiam filius Dei, speremus et deinceps servaturum esse, et veris gemitibus eum precemur, ut semper in his regionibus aeternam Ecclesiam sibi colligat.

No. 5770. 17. Apr.

L. Dürrnhofero.

Epist. lib. VI. p. 254 sq.

Laurentio Dürrnhofero, gubern. Schol. in oppido Oelsnitz.

S. D. Utrumque docet vox divina, et re ipsa experimur, utrumque verissimum esse, et sub-

14) Hic iterum incipit liber Delii.

15) Lib. Del. *et hanc.*

16) Hic desinit praefatio in Delii libro.

iectam esse cruci Ecclesiam, et interea eam mirabiliter servari, ut praesentiam Dei in Ecclesia mirandae liberationes ostendant. Haec cogites, velim, nec frangaris animo, quia vult nos Deus et moderari dolores, et operas suo quemque loco bona cum spe facere, sicut Paulus inquit: Non erit inanis labor vester in Domino. Vides, in quae tempora inciderimus. Vides, quam mirabiliter nos et harum regionum Ecclesias texerit, etiamsi aliquas aerumnas ferre nos vult, ut exsuscitemur ad invocationem. De his non Philosophicis consolationibus, sed divinitus traditis cogitare te malim, quam indulgere dolori animi. Exempla etiam intuere universae Ecclesiae, et huius Principis et Dominae, quorum imagines mitto. Bene vale. Die 17. Aprilis 1555.

Philippus Melanthon.

No. 5771. 18. Apr.

G. Sabino.

Manlii farrag. p. 382 b sq. — De Blüchero vid. infra d. 6. Iun. h. a.

Clarissimo viro, D. Georgio Sabino, genero suo charissimo, in Academia Francofordiana professori, etc.

S. D. Certissimum est, Deo curae esse familias invocantes eum. Quare te et tuos hactenus clementer protexit: et ut deinceps te et tuos protegat, toto eum pectore oro. Oro etiam, ut hic reditus tuus in patriam, tibi ac tuis faustus sit *). Spero te tranquillius in his locis victurum esse, quam in illa aurifabri tyrannide, saeviori quam fuit figuli Agathoclis tyrannis. Literas a te expecto et flagito. Nunc tibi commendo adolescentem nobilem, natum in familia Pomeranica, honesta et splendida, *Ebaldum Blücher*, valde ingeniosum et modestum, qui recte didicit Grammaticen et Dialecticen, et Latine mediocriter scribit, et amat eloquentiae et historiarum studia. Expetit et familiariatem tuam styli causa, ut tuo iudicio formet orationem: ac pater vir honestus, valde te orat, ut habitationem filio in aedibus tuis, et mensam tribuas: et pollicetur se gratum fore. Id si fieri non poterit, agas cum *Christophoro Pannonio*. De pecunia, scito me nihil ex aula *Sigismundi* accepisse: nec valde contendi, cum te expectaremus. Bene et feliciter vale, et rescribe. Die 18. Aprilis.

Philippus Melanthon.

*) Propter lites Osiandricas Sabinus Prussiam reliquit, seque Francofordiam ad Viadrum contulit.

No. 5772. 18. Apr.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 3.

Petro Vincentio.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Magno in dolore sum, ego et collegae nostri in hac Academia, propter infelix iter tuum, ac filium Dei, custodem Ecclesiae suae veris gemitibus oramus, ut cruris curationem adiuvet, et tibi animi et corporis vires augeat. Qua re alia absentes ostendere benevolentiam nostram possumus? Ac speramus, istic tibi non deesse medicos. Scribebat *Bordingus*, vir optimus, et de illo tristi casu tuo, et spem ostendebat felicis curationis, de qua ut nobis scribas, valde te oro *). Bene et feliciter vale. Die 18. Aprilis.

Philippus.

*) Cf. ep. ad Chytr. d. d. 20. Martii 1555.

No. 5773. 19. Apr.

Ch. Goldstein.

† Ex apogr. cod. Mehn. I. ep. 230.

Epistola Ph. M. ad D. Chilianum Goldstein seniorem.

Nota est tibi vetus et dulcissima sententia: *χαρίτων δὲ θυμὸς ἄριστος*, quam natam ex fontibus verae sapientiae et literarum cum cogitare te saepe existimem, spero tibi pagellas quanquam exiguas et viles quas mitto, non ingratas esse. Est enim perspectus tibi animus meus publice et privatim. Servivi Ecclesiae et studiis mediocri sedulitate, et

quantum potui nostro gregi hortator fui tuendae coniunctionis. Tuam amicitiam etiam semper magnifeci, et opto perpetuam esse. Etsi igitur scio, has pueriles pagellas, quae propter studia adolescentiae eduntur, non esse dignas tua lectione, tamen eas testificandae meae voluntatis causa mitto. Nuper adolescenti orationem de Duce *Friderico*[1]) dedi, quam tibi exhiberi iussi. Nunc alias pagellas adfert *Ionas*, in quibus castitatis et coniugii commemorationes sunt [2]), quas instillari iuventuti utile est; ac si libet praefationem inspicias. Commendo autem tibi *Ionam* [3]), cuius ingenium spero usui fore reipublicae. Adfirmat, se normam doctrinae semper secuturum esse *confessionem* Ecclesiarum *Saxonicarum* exhibitam Augustae Imperatore Carolo quinto in conventu anni 1530., cuius et tu nobiscum in urbe Vangionum [4]) fidelis assertor fuisti. Ad hunc consensum adiungi iuniores utile est, ac filium Dei oro, qui precatus est patrem aeternum, ut faciat, ut unum simus in ipso, ut harum regionum doctores ubique flectat ad concordiam. Bene et feliciter vale. Die 19. Aprilis.

No. 5774. 20. Apr.

Io. Widenkopf.

Edita in programmate: „Philippi Mel. epistola ad Ionam Widenkop, Principis Palatini Quaestorem, quam per matrem, e Weidekopfiorum gente, hereditate acceptam ex autographo in publicam lucem nunc primum profert notasque adspergit *Io. Martin Wenck* (Gymnas. Darmstadt. Prorector). 1759." — Recusa in Wincleri anecdotis historico-ecclesiasticis novantiquis. Pt. 7. p. 49.

Clarissimo viro prudentia et virtute praestanti, Ionae Widenkop, Quaestori Principis Palatini etc., amico suo colendo zu Lichtenberg,

S. D. Honestissime vir et amice carissime. Numeri sunt graeci poëtae, sed sententia alibi divinitus tradita est: *εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.* quod in Psalmo sic dicitur: *generi rectorum benedicetur.* Cum igitur et vera pietate Deum colas, et Ecclesiis benefacias, vicissim Deus benefaciet familiae tuae, et, ut vobis benefaciat, ac servet et regat filium *Ionam*, toto eum pectore oro. Indolem filii iudico bonam esse, et nolui mox commendare his, qui forensem doctrinam sine literis et dialectica profitentur: sed commendavi eum viro honesto et erudito *Antonio Waltero*, apud quem habitabit et erit eius convictor. Ibi poterit habere exercitia formandae orationis, et ordine discet dialecticen: postea transferri ad legum fontes poterit. Inspiciam eius studia et ipse, et iudicium vobis meum significabo. Bene et foeliciter valete. die 20. Aprilis *).

Philippus Melanthon.

No. 5775. 21. Apr.

Ge. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Georgio Buchholzero, Pastori Ecclesiae Dei in urbe Arctoa.

S. D. Venerande vir et cariss. frater. Hodie mecum in prandio fuit exul pulsus ex Ecclesia in finibus Boiemicis. Is narrat, Principi *Ferdinando*, qui eum audivit, non placere hanc crudelitatem, et tamen sacrificulos Boiemicos, videlicet Caiphae cohortem, Administratorem, ut nominant, et eius factionem, urgere, ut recte docentes pellantur. In valle Ioachimica nondum tentata res est. Oremus filium Dei, ut nos gubernet, et Ecclesiis opem ferat. Mitto vobis pagellas, quia plures non habebam ad manus. De *Lycaone* tota fabella, de qua nuper scripsi *), vanissima fuit. Dei beneficio tranquilla est nunc Saxonia, et oro Deum, ut faciat, ut haec halcyo-

---

1) De Friderico admorso, Tom. 3. declam., quae prodiit secundum Mylium et Strobelium in bibl. Mel. no. 417. anno 1554.

2) Vel: Oratio de coniugio a Chytraeo edita, ann. 1555. (vid. epist. ad Chytr. d. 1. Febr.); vel: Christl. Erinnerung vom heil. Ehestande, verdeutscht durch Stephanum Agricolam. Witenb. 1555. 8.

3) Videtur esse Ionas Widenkop, de quod vid. epist. quae sequitur.

4) Anno 1540.

*) Adscripsit Widenkopfius annum 1555., et epistolam ad se perlatam esse d. 29. Apr. „Duobus igitur et dimidio Witembergae commoratus est (filius Widek.) annis, prout et ipse sua manu in Calend. hist. Eberi haec annotavit: 1557 *incolumis Viteberga redii d. 18. Sept.*" (Nota Wenckii.)

*) Vid. d. 21. Martii.

nia sint diuturna. Bene et feliciter vale. Die 25. Aprilis.

Philippus.

No. 5776. 30. Apr.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenbergium ep. 11.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Carissime frater. Ut cum hic eras *), tibi me totum aperiebam, et in sinum tuum omnes meos dolores et gemitus effundebam, sapientia et integritate tua confidens, ita nunc tecum saepe prolixe colloqui cuperem. Sed nec possunt hi sermones committi literis, nec ad scribendum tantum est otii. Tuam illam Epistolam, cuius facis mentionem in literis recentissimis, quas hic *Petrus* attulit, non accepi. Nec *Henricus* Epistolam, de qua scribis, accepit. Nec vox Doctrinae, nec ritus ulli hic mutati sunt, et eduntur libri utiles de toto Doctrinae corpore. Vicini Sycophantae *διϋλίζουσι κώνωπα καταπίνοντες κάμηλον.* et iam renovant Stoicam *ἀνάγκην*, de quo respondebo. Nulli hic sunt bellorum apparatus. Et in Academiis, Dei beneficio, studia mediocriter florent. Te oro, ut quoties habetis tabellarios certos, nobis scribas. Viro vera nobilitate generis, virtute et eruditione praestanti D. *Lascio* salutem opto. Heri in coena vir nobilis Polonus honorifice eius mentionem fecit. Salutem opto inclyto Comiti, et Symmystis, *Iacobo* et *Iohanni.* Bene vale. 30. Aprilis. De tua suppellectile scribam ad *Conradum.*

Philippus.

No. 5777. 30. Apr.

Io. Fabricio.

Edita a *Dilherro* in epist. gratul. addita Io. Fabricii disputationi de *κακοζηλίᾳ* gentilium. [*O.*]

*) Mense Iul. a. 1554.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Dn. Iohanni Fabricio, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga, conterraneo suo et fratri carissimo,

S. D. Reverende vir et amice carissime. Numeri sunt Graeci poëtae, sed sententia divinitus tradita est, *εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.* Psalmus autem sic inquit: *generi rectorum benedicetur.* Cum igitur et recte invoces Deum, et fideliter doceas Ecclesiam, familiae tuae Deus benefaciet.

Nuper cum hic esset *David* filius tuus, ita sum eius oratione delectatus, in qua lucebat ingenii bonitas, ut tibi gratularer talem filium. Spero et senectae tuae hunc filium *Iohannem*, auditorem nostrum, voluptati fore. Recte didicit doctrinarum initia, et mores eius sunt honesti. Si ad Ecclesiae doctrinam adiungeret studium artis medicae, recte faceret, nec impediretur studium doctrinae de Deo, et haberet honestum *ἐφόδιον* vitae. De *Osiandri* praestigiis extat mea brevis neque contumeliose scripta responsio, nec disiungo me a iudiciis multarum Ecclesiarum in his regionibus. Te quoque hunc consensum amplecti gaudeo, et amicum meum *Culmannum* optare ab hoc consensu non discedere. Bene et feliciter vale. Pridie Calend. Mai. anno sal. MDLV.

Philippus.

No. 5778. 30. Apr.

Ge. Fabricio.

† Ex apographo in codice Zittaviensi ep. 43.

Georgio Fabricio, gubern. Schol. Misnensem.

S. D. Anacreontis fragmentum in Gallia editum accepi, cuius quanta sit suavitas aestimare potes ex hac oda, quae est *ἔρωτος ἐν ῥόδοις* *).

Ἔρως παρ' 1) *ἐν ῥόδοισι*
κοιμωμένην μέλιτταν 2)
οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη

*) Anacreontis Carmina, ed. Brunckii, Oda *μ'. Εἰς Ἔρωτα.*
1) Br. *ποτ'.*
2) Br. *μέλισσαν.*

τὸν δάκτυλον δὲ δαχθεὶς [3])
τῆς χειρὸς [4]) *ὠλόλυξε·*
δραμὼν δὲ καὶ πετασθεὶς
πρὸς τὴν καλὴν κυθήραν [5]),
ὄλωλα, μῆτερ, εἶπεν,
ὄλωλα, κἀποθνήσκω.
ὄφις μ᾽ ἔτυψε μακρὸς
πτερωτὸς ὃν καλοῦσι
μέλιτταν [6]) *οἱ γεωργοί.*
ἡ δ᾽ εἶπεν· Εἰ τὸ κέντρον
πονεῖ τὸ τῆς μέλιττας [7]),
πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν,
Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;

Vides Theocritum inde sumsisse sui elegantissimi poëmatis argumentum. Si *Ioachimus* habet exemplum, tibi nostrum mittemus. Sed haec coram. Consuli *Nicolao* dicito, *Cumerstadios* viro docto et fideli, *Antonio Walthero*, commendatos esse. Sed miror, in academiam missos esse tam tenellos. Bene vale. Pridie Calend. Maii.

Philippus.

No. 5779. (m. Apr.)

(*De reservato ecclesiastico.*)

Editum primum in Melanthons christl. Bedenken a Pezelio p. 428. Postea ex autographo, ut dicit editor, iterum descriptum et editum in den Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, Part. 34. (Halle 1750.) p. 369. Editor simul scribit huic autographo subscripsisse *Melanthonem* et *Bugenhagium*. Dubito vero, an habuerit autographon Melanthonis, quum scribendi ratio (ut: Artykell, zuwydder, Wegk, gedengken etc.) minime conveniat cum aliis autographis germanicis, quae vidimus. Puto, a Bugenhagio compositum esse hoc scriptum. — Pertinet ad disputationem de reservato ecclesiastico, ut vocant, de quo in Comitiis Augustanis magnae erant disputationes, quas uberius narrarunt Sleidanus in Comment. p. 848 sqq. et Saligius in hist. Augustanae confess. T. I. p. 686.

Bedenken *Philippi Melanthonis* von Freystellung der Religion. An die Gesandten der Chur- und Fürsten, auf dem Reichstag zu Augsburg, anno 1555.

(Inscriptio apud Pezel.)

Der Päpstlichen Chur- und Fürsten und Bischöffe Artikel, dadurch den Bischöffen und ihren Landen Adel und Städten der Weg zur Erkenntniß des Evangelii verschlossen wird, ist nicht zu willigen. So ist auch derselbige Artikel derjenigen Bischöffe Landen [1]), die jetzo mit unsern Kirchen gleicher Ordnung seyn [2]), zuwider, und werden dieselbigen dardurch vom Evangelio wiederum abgedrungen, nämlich Hall, Straßburg [3]), Naumburg, Bremen, Halberstadt, Camin etc. Auch werden durch denselben Artikel die Wege zur Einigkeit künftig verschlossen [4]).

Dann menschlich ist [5]) kein andrer Weg zur Einigkeit in der Religion in Teutschland zu gedenken, dann dieser, daß die klare Wahrheit soll für und für mehr Bischöffe, Fürsten und andere Regenten bewegen, diese Lehre anzunehmen und zu pflanzen.

Dieses ist auch ein Weg zum National-Concilio oder Colloquio, so etliche mehr Bischöffe sich klar eröffnen würden; denn daß etliche gedenken, man sollte im National-Consilio oder Colloquio [6]) auf eine solche Einigkeit arbeiten, daß man die alten stinkenden päpstlichen Mißbräuche und Irrthum oder Monachie [7]) wiederum aufrichten sollte, das ist unmöglich; es möchten andere Irrthum und Mißbräuche unter andern Schein und Namen einreißen, aber die Päpstlichen Mißbräuche und Irrthum [8]), in der Päpstler [9]) Gewalt-Namen wiederum aufzurichten, achte ich unmöglich, obgleich von Engelland solche Restitutio [10]) bei den Päpstlichen sehr gerühmt wird.

Dieweil aber die Chur- und Fürsten gerne wollten die hochlöbliche Ordnung der Churfürsten erhalten, wollten auch sonst nicht gerne den bischöfflichen Stand zerreißen, achte ich für noth, daß die Chur- und Fürsten dieses Theils sich vernehmen lassen, daß ihr Gemüth nicht sey, der Churfürsten Hoheit und die Bisthum zu zerreißen, sondern wollten am liebsten, daß die Bischöffe christliche Lehre annähmen und pflanzten, und selbst

---

3) Br. *τὸν δάκτυλον. πατάξας.*
4) Br. *τὴν χεῖρα.*
5) Br. *κυθήρην.*
6) Br. *μέλισσαν.*
7) Br. *μέλισσης.*

1) Hall. Bibl.: den bischöflichen Landen.
2) Hall. Bibl.: gleichförmig seyn.
3) Hall. Bibl.: Merseburg.
4) Hall. Bibl.: auch würde durch denselbigen Art. der Weg zur Ein. in künftigen verschl.
5) Hall. Bibl.: je pro ist.
6) Verba: so etliche mehr — *Colloquio*, exciderunt e textu Hal.
7) Hall. Bibl.: Möncherey.
8) und Irrthum] abest a textu Pez.
9) Hall. Bibl.: Päpstlichen.
10) Pez. *Visitatio*, mendose.

ihre Jurisdiction [11]), Kirchen, Consistoria und Schulen christlich bestellten.

Ich lasse mir auch gefallen, daß sie darauf arbeiten, daß der Artikel mit solchen Worten gemacht [12]) werde, wie das Churfürstliche Bedenken meldet, nämlich daß, so ein Bischoff unsre Lehre annehmen würde, sollte er in der Administration bleiben, und die Kirchen recht bestellen, sollt aber die Election und Stiftgüter etc. nicht verändern.

So aber dieses Bedenken nicht erhalten würde, mag man den andern Weg nämlich von der Suspension auf ein Nationalconcilium oder Colloquium, oder auf einen andern Reichstag versuchen, daß doch mittler [13]) Zeit Friede geboten würde.

So dieser Weg von der Suspension auch nicht erhalten würde, bedenkt mein gnädigster Herr, der Landgraf, den dritten Weg, nämlich daß der Artikel also gestellt würde, daß wir doch nicht billigten [14]), daß den Bischöffen und ihren Landen das Evangelium verschlossen werde. So dieser Weg zu finden möglich ist, mag man davon weiter reden.

Ich achte aber, so der Kaiser, König [15]), und die Päpstlichen Fürsten auf ihrer Restriction bleiben, daß dieser Theil nichts dagegen thun könne, denn daß eine förmliche Protestation gestellt und vorgebracht würde, nämlich, daß sie diesen weltlichen Frieden halten wollten, daß auch ihr Gemüth nicht sey, der Churfürsten Hoheit, und bischöfflichen Stand und Güter zu zerreißen; aber daß den Bischöffen und ihren Unterthanen das Evangelium verschlossen seyn sollte, bezeugen sie, daß sie diesen Punct, die Lehr belangend, nicht willigen, wie denn keine Creatur Jemands Erkenntniß des Evangelii verbieten soll. Denn dieses ist Gottes ewiger unwandelbarer Wille, daß man seinen Sohn hören soll, wie geschrieben stehet: *hunc audite.* Item: *osculamini filium.* Item: *aperite portas principes*, nicht: *claudite.*

Zu Speyer im Reichstag anno 1529. ist eben diese Disputation vorgefallen, da die päpstlichen [16]) Chur- und Fürsten und Bischöffe den Abschied mit diesen Worten gestellt hatten: es sollen und wollen die Chur- und Fürsten, die bis anher bei der alten Religion geblieben sind, auch fürthin also bleiben etc. Dieweil nun diese Restriction diesen Verstand hatte, daß dadurch andern Ständen Erkenntniß des Evangelii verboten wurde, ist dagegen eine Protestatio geschehen, wie mein gnädigster Herr, der Landgraf, sich wohl erinnern kann, was dieselbe Zeit gehandelt ist, und daß von dieser Restriction etliche Tage durch die Räthe [17]) viel [18]) Disputationes gehalten sind.

Daß aber etliche hoffärtige Leute schreien, man solle die Bisthum zerreißen, dieses ist D. Luthers Rath nicht gewest, der stets [19]) gesagt, er wolle, daß die Bischöffe christliche Lehre annähmen, und ihre Jurisdiction, Consistoria, Kirchen und Schulen recht bestelleten und in Gütern blieben, sonderlich weil zur churfürstlichen Hoheit etliche Bischöffe geordnet seyen. Diese Ursache hat er insonderheit bewogen.

Philippus Melanthon
manu propria.
Iohann Bugenhagen, Pomer [20]).

11) Hall. Bibl.: ihre christliche Jurisdiction, christliche Boten.

12) Hall. Bibl.: gesetzt.

13) Pez. mendose: mit der Zeit.

14) Hall. Bibl.: bewilligten.

15) Pez. mendose: Könige; loquitur enim de rege Romano.

16) Pez. mendose: denn die Bischöfflichen.

17) Hall. Bibl. habet: Reihe.

18) viel] non habet Pez.

19) Hall. Bibl.: da.

20) In Pez. Cons. non legitur subscriptio, neque putaverim, Melanthonem suum nomen primo loco scripsisse, quum ubique priorem locum concesserit in subscriptionibus Bugenhagio.

No. 5780. 4. Maii.

N. N.

† Ex Cimel. Olear. — Tenz. p. 59. transscripta in cod. Goth. 188. ep. 53.

Ad Doctorem etc.
S. D.

Reverende vir et carissime frater. Commendemus nos et Ecclesiam Filio Dei. Nam imperia horribiliter ruunt in suas poenas. Caesaris et Galli bellum attrahit Turcos in Italiam et Germaniam. Fuit legatus Turcicus Venetiis, cui spectaculum exhibitum est. Centum tauri intra septa inclusi

sunt, et ferocissimi canes, ut tauros lacerarent et irritarent. Postea tauri inter sese certarunt. His ludis deridetur Europae discordia. Oremus Filium Dei, ut poenas nobis mitiget. Domino N. pro xeniis missis gratias ago. Plura scribam per alios. Nam hic bibliopola properabat. Bene vale. Illustri Comiti salutem opto. d. 4. Maii, 1555. (Phil. Melanthon).

No. 5781. 10. Maii (Lipsiae.)

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 215. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 205., cuius fronti Baumgartnerus adscripsit: „d. 21. Maii 1555. per Iosiam Menium."

Hieronymo Bomgartnero, Senatori incl. urbis Norib.

S. D. Sua cuique virtus praecipua commendatio est. Sed tamen adolescentes necesse est adferre testimonia ad eos quibus non sunt noti, praesertim cum petunt sibi certas operas tradi. Hunc *Iosiam Menium* natum in urbe Gedanensi, quam aiunt a Getis et Danis nomen habere, orphanum, natum ex patre Rectore Scholae Gedanensis, novi iam annos quinque. Mores eius sunt honesti et placidi, et carmen recte scribit, unde intelligi potest eum ad docendos alios idoneum esse. Mitterem versuum eius exempla si domi essem. Et aliquandiu alios foeliciter docuit. Quare cum intelligam quaeri gubernatorem studiorum adolescentibus in νοσοκομείῳ, hunc *Iosiam* tibi commendo. Eo etiam libentius iuvabis, quia est orphanus. Scis enim scriptum esse: *Esto Orphano Pater, tum Deus magis te diliget, quam Mater tua.* Spero vos modestiam, eruditionem et assiduitatem huius *Iosiae* probaturos esse. Plura scribam cum rediero domum. Bene et foeliciter vale. [Lipsiae.] *) Die decimo Maii.

No. 5782. 10. Maii.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 213 sq.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti Dn. Hieronymo Besoldo, docenti Evangelium in incluta Noriberga, fratri suo charissimo.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Etsi nuncio daturus sum literas, tamen et hanc epistolam dedi huic *Iosiae Menio* Dantiscano, quem mittit *Camerarius*, ut gubernet studia adolescentium ἐν τῷ νοσοκομείῳ *). Novi eum amplius quinquennio, et scio, modestum et temperantem esse. Carmen recte scribit: unde iudicare poteritis, eum ad docendos adolescentes idoneum esse. Pater fuit Rector Dantiscanae Scholae. Nunc orphanus docendi labore aliquandiu victum quaesivit, et Senatus Dantiscanus eum ad gubernationem Scholae in sua urbe accersivit, sed propter vitiosas ceremonias eo non accessit. Te oro, ut et Dn. *Bomgartnero* eum commendes, et tu eum complectaris. Bene et feliciter vale. 10. Maii.

Philippus M.

No. 5783. 12. Maii.

Io. Calvino.

Ex autographo Philippi in cod. Rehd. Vratisl. Vol. V. Iam edita in Calvini epistolis p. 382. et in Peuceri tract. hist. p. 76.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti D. Iohanni Calvino, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Scio te pro tua excellenti prudentia ex scriptis adversariorum tuorum iudicare, quales sint eorum naturae, et quod intueantur theatrum. Ideo nihil de eis scribam. Tantum oro filium Dei, ut ipse suae lacerae Ecclesiae medeatur, velut Samaritanus ille saucio viatori. Audio nunc, τὸν ὑπερήφανον καὶ τὸν ἀλεκτρύωνα ἐν ὄχθῃ ἴστρου ποταμοῦ [1]) magnum volumen στηλητευτικόν [2]) contra me cudere; quod si edetur decrevi respondere simpli-

---

*) Hoc alia manus adscripsit, ut et annum 1555.

*) Non diu mansit in munere; vid. epist. ad Camer. d. 1. Maii et d. 24. Maii 1557.

1) i. e. *Stoltzium*, et *Gallum* Ratisbonensem.

2) στηλιτεύτικον, brandmarkend.

citer et sine ambiguitate. Eumque laborem *) debere me Deo et Ecclesiae iudico. Nec in hac senecta pertimesco exilia et alia pericula. Bene et feliciter vale. Die 12. Maii.

Philippus.

No. 5784. 18. Maii.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Edita est *Sledani historia* de germanicis motibus, qui his triginta annis extiterunt, ac praecipue de Ecclesiarum mutationibus. Liber dedicatus est Duci Saxoniae *Augusto* **), qui misit scriptori ducentos Ioachimicos. Liberalitatem principis laudo, sed historiam non laudo, quia *ἀπὸ ἔργων οὐ καλῶν οὐκ ἔστιν ἔπη καλά.* Multa narrat, quae malim obruta esse aeterno silentio. Si voles videre librum, huc ad nos venias. Nam apud vos exemplum non haberi existimo. Tria vobis exempla mitto *Enarrationum Salomonis*, quorum unum retinebis, alterum dabis vicino tuo *Simoni*, tertium collegae *Kittelio.* Scio pueriles libellos esse, sed lectionem hanc utiliorem esse iunioribus censeo, quam lectionem tumultuum, qui stultitiam et ignaviam nostram ostendunt. Quaeso ut respondeas mihi ac significes, an istuc *Sledani* liber allatus sit. Bene vale. Die 18. Maii 1555.

Philippus.

No. 5785. 20. Maii.

H. Beiero.

† Ex autographo in Bibl. Senat. Francof. mihi descripta a Clar. D. *Boehmero.*

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hartmanno [Beiero] docenti Evangel. in inclyta urbe Francofordia in ripa Meni, fratri suo cariss.

S. D. Venerande vir et carissime frater. Cum et utiliter servias Ecclesiae dei in propagatione doctrinae, et coniunctionem Ecclesiarum nostrarum eximia pietate et constantia tuearis, diligi te ab omnibus piis iustum est. Mea etiam erga te benevolentia confirmata est vetustate. Quod autem raro ad te scribo, fit non oblivione tui, sed propter occupationum nostrarum confusionem. Nunc literas dedi huic homini celtico, *Mattheo Andegavensi*, qui cogitarat in Daniam proficisci, sed ignoranti linguas harum gentium et vitae consuetudinem dissuasi hoc iter. Oro si potes istic eum alicui homini benefico commendare, ne desis exuli pio et expetenti doctrinam. Cogitat artificium, quod manu exerceat, discere unde victum habeat. Eam ad rem credo istic facilius inveniri consilium quam in nostris regionibus. Alui *Hispanum* toto hyeme. Sed nec doctrinam amare visus est, nec nostra officia boni consulere. Scio Gallicos homines minus superbos esse. Et huic *Mattheo* cibum darem, nisi artem mechanicam discere cogitaret. Quaeso ut misero tuis consiliis et commendatione opem feras. Bene vale, die 20. Maii 1555.

Philippus.

No. 5786. 20. Maii.

G. Agricolae.

Epist. lib. II. p. 559. (ed. Lond. lib. II. ep. 581.).

D. *Georgio Agricolae*

S. D. Non dubium est scholam *Christianam* verissime templum Dei esse, in quo in animis tenerae iuventutis adest Deus, et assident casti angeli custodes corporum, et ipsorum parietum, intra quos sonat vox doctrinae, quae necessaria est Ecclesiae. Hoc te saepe cogitare non dubito, eoque alacrius huius militiae labores facere, concordiam etiam collegarum propter Deum et Angelorum coetum libentius tueri. Hunc igitur *Laurentium Ludovicum*, quem tibi senatus addit, libenter complectaris, et ipse promittit se tibi stu-

---

*) In Calv. textu: *per laborem.*

**) Data est epist. ad Augustum Pr. Elect. d. X. Cal. April. M.D.LV.

diose obtemperaturum esse. Apud nos in Academia, Dei beneficio, adhuc mediocria sunt doctrinae studia, et vox doctrinae eadem quam audivisti, ut et scripta ostendunt. Mitto igitur *Enarrationem Salomonis* *). Audio mihi quosdam bellum illaturos περὶ ἀνάγκης στωϊκῆς, quod si moverint, iudico, me Deo et Ecclesiae debere hoc officium, ut deliramenta contumeliosa contra Deum refutem. Oro autem Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut nos gubernet. Bene vale. Die 20. Maii. Anno 1555.

No. 5787. 20. Maii.

Iusto Menio.

† (Ex autographo Mel. in cod. Hamb. „Litterae theologor. sec. XVI. fol. XVII.") [*O.*]

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Iusto Menio, pastori Ecclesiae Dei in urbe Gotha, fratri suo carissimo.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Valde optarem Ecclesias mediocria Halcyonia retinere in his regionibus et utile erat contra adversarios nos velut συγκρατισμῷ, quasdam offensiones dissimulare. Hac hora ex *Praga* litteras accepi, in quibus significatur ibi quosdam [1]) in concionibus vociferari, ideo Mariam et alios homines in coelo viventes invocandos esse, quia filius non sit intercessor ac tantum invocandus sit ut pater; omitto alia. Adversus talium hostium rabiem nos oportet coniunctionem nostram tueri, eoque hactenus multorum virulentas calumnias refutare nolui. Sed cum aperte mihi bellum de re magna inferent, Deo iuvante, non defuturus sum veritati. Nec profecto aut coniurationis potentiam, aut adplausus, quos in aulis habent, metuo. Ventura eclipsis denuntiat talia certamina. Sed signa alia sunt illustriora, Cainica acerbitas odii, petulantia ingeniorum et inscitia multorum; ἡ δὲ ἀμαθία θίασος ἀπεργάζεται [2]). Mitto tibi libellum [3]) *de arte iocandi*, ut videas, nos in his miseriis tamen aequabilitatem animi, Deo iuvante, retinere. Saepe enim illud cogito: illi maledicebant, ego autem orabam. Bene vale, carissime frater. 20. Maii.

Philippus.

*) „Explicatio proverbiorum Salomonis." Viteb. 1555. 8. Primum prodierat hic liber a. 1551.

1) Canisium.

2) Mendosa haec videntur. Cf. epist. ad Libyum d. 13. Nov. 1555.

3) *Matthiae Delii*, cui praemissa est praefat. Melanth. de εὐτραπελίᾳ.

No. 5788. 20. Maii.

Cph. Pannonio.

Manlii farrag. p. 411 sq. et Epist. lib. V. p. 258 sq.

Christophoro Pannonio

S. D. Clarissime vir, et charissime frater. Laudo equidem studia nostrorum auditorum, qui tuum Ciceronem avide emerunt. Atque utinam tam avide legant et relegant. Sed tamen optarim, et nobis aliquot exempla relicta esse. Unicum erat reliquum, quod mittimus. Ac bibliopola *Cunradus* adhuc Lipsiae habet circiter viginti, quae cum allata fuerint, tibi mittemus. In vestibulo est epistola ad *Coscielicium* tuo nomine a me scripta, quam an videris, nescio Rectius esset, nostram ieiunam praefationem non esse praefixam tuae narrationi, cum non referat tuae orationis nitorem. Et voluerام a te prius omnia inspici. Sed *Peucerus*, ut opinor, typographo chartas misit a te non inspectas. Mitto tibi epistolam meo nomine scriptam *) ad *Coscielicium*, quam legi a te volo, ac, si iudicabis, mittendam vel exhibendam esse, obsignabis. Mitto et pagellas, in quibus est praefatio mea περὶ εὐτραπελίας et Hymenei carmen. Bene vale, et rescribe. Die 20. Maii. Anno Christi 1555 **).

No. 5789. 22. Maii.

Philippo, Landgr. H.

† Ex autographo Melanth. in Tabul. Elect. Cassel. descripta ab Ill. *Rommelio.*

*) Vid. ep. d. 1. Iunii. Videtur haec epistola non statim missa sed usque ad 1. Iun. retenta esse.

**) Saub. 1554., Manl. rectius 1555.

Dem Durchleuchten hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philippsen, Landgrauen zu Hessen, Grauen zu Catthen Elnbogen, Dietz, Zigenhain und Nidda rc. meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heiland und warhafftigen Helffer zuvor. Durchleuchter hochgeborner gnädiger Fürst und Herr, E. F. G. betrachten ohne Zweiffel offt aus hohem und christlichem Verstand diese große Sachen, wie menschliche Natur erschaffen und geordnet ist, und wie ein große Gabe ist ein seliger Ehestand, auch was Hoheit der Regiment ist, und wie viel daran gelegen ist, daß die fürstliche Häuser herzliche Einigkeit und Vertrauen zusammen haben, Dweil nu E. F. G. dieses alles viel tieffer betrachten, denn mir als einer geringen Person zu gedenken oder zu schreiben möglich ist, will Ich E. F. G. allein dieses in rechter Unterthänigkeit und mit herzlicher Treue anzeigen, daß Ich den warhafftigen allmächtigen Gott Vatter unsers Heilands Jhesu Christi herzlich anruffe, daß er die Chur- und Fürsten dieser Land und E. F. G. genädiglich bewaren und regiren wolle, wolle auch dem Durchleuchten Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Johan Fridrichen Herzogen zu Sachsen, Landgrauen in Türingen und Marggrauen zu Meissen, und der Durchleuchten hochgebornen Fürstin E. F. G. Tochter, ein seligen frölichen Ehestand geben.

Weiter bitt Ich E. F. G. wolle gnädiglich diesem armen alten Priester Michael Faut, der vor drey und drießig Jahren, zwey Jahr vor der Baurn Empörung, durch den Cardinal und Bischoff zu Mentz die Zeit Albert Marggrauen rc. verjagt ist, gnädige Fürderung thun, daß er zu seinem Erb, welches nach seiner Mutter Tod, auch nach seines Vaters Schwester Tod, in des Bischoffs Namen auf Cunradum Ruker kommen ist, nämlich Hauß, Weinberg und Acker, ist bey vier hundert Floren werth, wie gedachter alter Priester Michael Faut selbst weiter berichten wird, widerum kommen möge. Diese seine Gerechtigkeit hat er vor dieser Zeit auch gesucht, und kann sich villeicht E. F. G. erinnern, daß er vor dieser Zeit von E. F. G. Vorschrifft *) erlangt hat.

Ich bitt, E. F. G. wollen dem armen alten Manne, der gottförchtig ist und viel Kinder und Kindskinder hat, gnädige Fürderung thun bey dem jetzigen Bischoff zu Mentz, daß ihme doch und seinen armen Kindern ihr Erb widerum geben und zugestellet werde. Denn die unrechte Handlung Cunrad Rukers, welchs Manns Untugent E. F. G. ohne Zweiffel noch in Gedächtnus haben, ist öffentliche und notoria injuria gewesen, Darum wollen E. F. G. um Gottes willen, und diesen armen Kindlin zu gut, sich mit dieser Sach gnädiglich beladen, daran thun E. F. G. warlich ein christlich und fürstlich Eleemosyna.

Der allmächtige Gott Vater unsers Heilands Jhesu Christi, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammlet, wolle E. F. Gnaden, und E. F. G. junge Herschafft alle Zeit gnädiglich bewarn und regirn, Dat. 22. May 1555.

Euer fürstlichen Gnaden

unterthäniger

Diener

philippus Melanthon.

*) Fürschrift, Empfehlung.

No. 5790. 23. Maii.

Lectori.

Scripta publ. Witteb. II. p. 112.

Philippus Melanthon Lectori S. D.

Exsilia usitata sunt Ecclesiae Dei, ut commonefaciant nos de primo exsilio, in quo patriam coelestem miseri amisimus, et de filio Dei, qui factus est exsul, ut nos in patriam reducat. Vult autem filius, nos haec cogitantes erga exsules misericordia affici. Hic *Christophorus vom Sand*, natus in familia equestri, sacerdotium habuit in templo Bombergensi summo vel praecipuo. Postea amplexus Evangelium, docere Ecclesiam maluit et docuit circiter novem annos. Nunc ex ditione Bombergensis Episcopi iussus est discedere: habet coniugem honestam, et filios duos, et filias duas. Filius alter, ante tres menses natus, in hac infantia sine nido a matre in fasciolis ex aliis locis in alia gestatur. Pater gestat filiolam. Obsecro, ut Scholastici, qui possunt aliquid conferre ad viaticum, his miseris opem ferant, ac petant, ut nos quoque gestet filius Dei, sicut inquit, se gestare nos in sinu, ut pastor gestat agnos. Die Ascensionis Domini, Anno 1555.

Philippus Melanthon.

No. 5791. 25. Maii.

Ulr. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 181 sq.

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colendo. Tenete et vos hanc veram consolationem, quod sitis in Ecclesia Dei, in qua multi pii sciunt salutarem gubernationem opus Dei esse, et nunc crebris gemitibus petunt a Deo, ut protegat has regiones, et det salutaria consilia Principibus, nec sinat spargi semina dissidiorum aut bellorum. Oro Filium Dei, ut vos gubernet. *Stigelii* caussam vobis commendo, de quo scripsi ad *Landgravium* *), et oro, impetretis, ut Illustriss. Elector simul cum *Landgravio* pro eo petat. Negocium ipse *Stigelius* vobis exponet. Bene et feliciter valete. Die 25. Maii.

Philippus.

No. 5792. (his d.)

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad *Stigel.* ep. 82. Cod. Goth. 188. ep. 151.

Clarissimo viro, ingenio, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις, φιλτάτῳ, fratri suo carissimo, S. D.

Clariss. vir et cariss. frater. Rectius Lipsiae, te praesente, scripsissem epistolam ad *Macedonem*, multa enim monere potuisses. Nunc quid scripserim, cognosces ex pagellis, insertis huic epistolae [1]). Haec forma, si placet, utaris, ac totam rem tuo iudicio permitto. Certe mihi non deest voluntas tibi gratificandi. Scripsissem et praefationem, si nuntius hoc die exspectare potuisset. Eram usurus alia thesi: felicem gubernationem Dei opus esse, et ibi esse Ecclesiam, ubi vox Evangelii sonat incorrupta; hoc ingens bonum debere sibi gratulari Principes, et tueri, et ad hoc bonum retinendum fovere studia doctrinarum.

Cogitavi, te brevi Elegia, non soluta oratione, praefationem hoc argumento posse addere tuo operi. Bene vale [2]).

Philippus Melanthon.

*) Estne ea res, de qua agit ep. ad Landgrav. d. d. 27. Maii?

1) Vid. epist. ad Mordisinum d. 25. Maii 1555. et ad Landgrav. d. 3. Iun. h. a.

2) Cod. Goth. addit: 1555.

No. 5793. 26. Maii.

Wolf. Ehrenfriedo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Wolfgango Ehrenfrid, Coburgensi, in inclyta urbe Vratislavia, amico suo.

S. D. Venerande vir. Legi tuam querelam de tua Odyssea, id est, de peregrinatione tua, sed cum Deus dederit tibi portum in urbe aristocratica et in vera Ecclesia inter homines pios et doctos, hoc hospitium tibi gratuleris et retinere studeas. Mihi viderer in Academia egregia esse, si in ea urbe essem. Testimonium tibi mitto, cuius formam, credo, bonis et doctis placere. Tu, an acceperis et an probes, significa. Bene vale. Die 26. Maii, anno 1555.

Philippus Mel.

No. 5794. 1. Iun.

Io. Bellaio.

Select. epist. p. 382. Epist. lib. I. p. 166. (ed. Lond. lib. I. ep. 63.).

Reverendissimo Domino Cardinali Iohanni Bellaio, Episcopo Parisiensi, sapientia et virtute praestanti

S. D. Reverendissime Domine, Saepe te intuentem confusiones generis humani in tanta sapientiae et virtutis praestantia, et deplorare communes miserias existimo, et cogitare quo pacto multis prodesse queas. Potes autem, ut de Imperiis non dicam, quae suas habent fatales conversiones, iuvandis doctrinae studiis, et tegendis doctis et moderatis viris. Nam si erunt literae, manebunt aliqua Reipub. ornamenta, et moderatorum virorum iudiciis multorum animi ad pacem flectentur.

Cum igitur hic *Hubertus Languetus Burgundus* in *Italiam* rediret, ut Bibliothecas inspiceret, potissimum ei literas ad te dedi, quem sciebam viros bonos, doctos et moderatos libenter complecti. Nec vero plus ei meum testimonium, quam suam virtutem apud te virum excellentem sapientia prodesse volo: ubi audies, statim intelliges et *πολύτστορα* esse et virum prudentem, modestum, pacis et concordiae publicae amantem, integrum, ac dignum benevolentia bonorum virorum. Quare tuo eum iudicio tueberis et ornabis. Alienus est a factionibus, nec circumfert negotia periculosa paci: Sed historiarum monumenta in Bibliothecis quaerit, qua in re ipsi non defutura esse doctorum officia spero. Tuam vero benevolentiam non solum propter causam peregrinationis, sed propter ipsius prudentiam, integritatem, morum suavitatem, et eruditissimos sermones spero erga ipsum fore eximiam. Bene et feliciter vale. Calend. Iunii, Anno 1555.

No. 5795. 1. Iun.

Testim. de Langueto.

† Ex autographo Melanth. in Biblioth. Regia Parisiensi cod. 5174. B., qui continet epistolas clarorum virorum ad Languetum, descripta a Clariss. *Duebnero.*

(*Lecturis.*)

S. D. Omnibus lecturis has literas. Extat apud Clementem Alexandrinum Heracliti versus, in quo describens *) vitam philosophicam inquit: *πολλὰ πλανηθῆναι δεξήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν*, hoc est, inquisitionis causa peregrinari et retinere mores incorruptos. Talis est huius *Huperti Langueti* Burgundi vita, qui cum iuris civilis studio se praecipue dediderit, et clarissimos iurisconsultos in Gallia et Italia audiverit, ad eam doctrinam adiungendam esse considerationem iudiciorum et politiarum in multis regionibus. Itaque pene totam Europam perlustravit, nec tantum urbes vidit, sed, ut Homerus inquit, *καὶ νόον ἔγνω*, iudicia de honestis rebus, doctorum sententias et gubernatorum exempla consideravit. Ac, ut Heraclitus iubet, retinere mores incorruptos, hic Hupertus non habet contagia peregrinorum viciorum; sed naturae firmitatem ostendit integritas morum, quae in eo eximia est. Et cum cognitione plurimarum rerum in eo coniuncta est singularis modestia. Nunc quoque doctrinae causa in Italia et in Gallia, ut bibliothecas inspiciat, quod faustum et felix sit, redire decrevit. Tales causas qui perigrinationum habent, in itineribus praecipue tuendi sunt. Gratitudo enim debetur iis, qui labores suscipiunt, adeunt pericula et sumptus faciunt, ut, multorum cognitis iudiciis, doctrinam aliis communicent, et prolatis veteribus monumentis bona fide, artes illustrent. Hanc ab causam olim Reges publice legatos ad claras urbes mittebant. Haec igitur honesta consilia omnium officiis iuvanda sunt. Bene vale candide lector. Anno MDLV. Calendis Iunii.

Philippus Melanthon
manu propria.

*) *describens*] rescripsi pro *describi*, quod habet apographon mihi missum.

No. 5796. 1. Iun.

Io. a Coscielitz.

Manlii farrag. p. 385. Epist. lib. V. p. 267 sqq.

Illustri et Magnifico Domino, Dn. Iohanni a Coscieliecz, Palatino Siradiensi etc. Domino suo reverenter colendo

S. D. Illustriss et Magnifice Dn. Sunt inepti, qui disputant, utra ars excellat, peritia militaris, an eloquentia. Utraque enim necessaria est vitae, et suus cuique locus est. Instruxit enim Deus hominum vitam et multis et diversis artibus. Quantum autem decus sit eloquentia: vos gubernatores Reipub. optime intelligitis. Quare haec studia formandae orationis, et excitanda sunt a vobis, et ornanda, quo in genere, cum *Christophori Pannonii* labores Reipublicae serviant, reverenter oro, ut eum complectaris, praesertim cum non, ut multi, sine naturae viribus tantum pueriles artium libellos didicerit, sed et ingenio valeat, et eruditione instructus sit, ut et in explicandis honestis [1]) materiis sumat orationem ex veris fontibus, et singularis sit in ipsius scriptis, in [2]) versu et soluta oratione splendor et suavitas.

1) *honestis*] non habet Manl.
2) Manl. *in*, Saub. *ut*.

Haec bona ornat [3]) integritate vitae, iustitia, modestia et omnibus virtutibus, quas vox divina flagitat. Nihil est amabilius virtute coniuncta cum doctrina et facultate dicendi et scribendi. Quare, ubi hunc *Christophorum* vel coram vel ex scriptis nosse ceperis, tuo iudicio diliges. Haec autem scripsi eo, quod, cum commendari a me talem virum intelligeres, erga me [4]) quoque benevolentia tua augeretur. Bene et feliciter vale. Cal. Iunii. Anno 1555.

C. T. addictus

Philippus Melanthon.

No. 5797. 2. Iun.

M. Meienburg ad Melanthonem.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 90 sq. ep. 33. — Adiecta fuit epistolae ad Regem Daniae haec Michaelis Meienburgii epistola, quare eam appendicis loco edidit Schumacher l. l.

Philippo Melanthoni

S. D. Reverende D. praeceptor dulcissime. Dictum est in Actis Apostolicis de Dei praesentia: in ipso vivimus, sumus et movemur. Ipsum igitur filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, fontem vitae et omnis sapientiae, oro, ut te et nos omnes diu servet incolumes.

Nunc adiiciam horrendam auditu historiam, quam dignam literis iudicavi, quae nuper accedit in coenobio, duobus supra Viennam miliaribus, quod Klosterneuenburg vocatur. Nam iam diu in locis vicinis aliquot honestorum virorum coniuges et filiae desideratae sunt, nec cuiquam constitit, in quo illae ganeo (mallem modestius loqui, si res ita ferret) laterent. Ceterum forte fortuna accidit, ut quidam ebrius in templo illius coenobii nocte occluderetur. Is, cum e crapula hesterna evigilasset, nescius, quomodo in hunc locum pervenisset, coepit sibi timere, et se abscondere, ne forte tanquam fur aut sacrilegus arriperetur ac in discrimen vitae veniret. Cum igitur ita timidus haeret, duo monachi, reclusis seris, in ipsum templum venere, ducentes secum mulierculam quandam, quae praegnans erat, ita ut ventrem amplius dissimulare non posset. Constitutum autem erat, illis miseram dare neci. Aperto itaque puteo subterraneo, et revoluto lapide ab illius ostio, iusserunt, eam se praecipitem deorsum dare, ut in illo loco inter cadavera, quae prius in eundem puteum coniecta erant, moreretur. Illa, cum mortem effugere non posset, arrepto cultello, se ipsum confodit, ac deinde proiecta est a Monachis deorsum, lapisque denuo admotus. Hoc peracto sacrificio, templum pro more, ut matutinae preces fierent, undique apertum est. Quo facto ille, qui tota nocte latuerat, re inspecta sine omni discrimine, evasit, et in vicino quodam oppido, consuli rem ut gesta esset, exposuit, se ipsum vinculis et carceri offerens, si falsus delator compertus esset. Itaque cessatum nihil est, ut indicatum erat inventum facinus auditu visuque horrendum. Reclusa enim fovea, inventae sunt octo mulierculae, magno suorum cum luctu, quae ab illis ad stupra raptae, et postea, ne qua hoc scelus emanaret, interfectae fuerunt. Arrepto igitur Abbate cum septem aliis monachis, et in vincula coniectis omnibus, res nunciata est regi Augusto. Is, nescio an iusto Zelo an vero impulsu divino, eos vinctos catenis in curru, magna properatione Augustam perduci iuravit. Ceterum, quam passuri sint sententiam adhuc nemini constat. Pater, reversus ex Vimaria, periculose aegrotat; dextrum enim latus est plane mortuum, ita, ut nec pedem nec manum movere possit. Bene et feliciter valete. Die pentecostes 1555.

D. T. Michael Meyenb. *)

3) Manl. *sunt ornata.*

4) Manl. *commendarem talem virum, eum a me amari intelligeres, et sic quoque erga eum.*

*) Is domum profectus est, ut docet ep. Mel. d. 14. Apr. scripta.

No. 5798. 3. Iun.

Philippus, Landgr. ad Melanthonem.

Edita a Clar. *a Rommel* in Vita Philippi Landgrav. Hass. Vol. III. p. 304., coll. Planck Gesch. des protest. Lehrbegr. Vol. V. p. 208.

(*Philippus, Landgravius Hassiae ad Philippum Melanthonem.*)

Unsern gnädigen Gruß zuvor. Hochgelahrter, lieber getreuer und besonderer. Wir haben mit ganz erfreuetem Gemü'h vernommen euer Schreiben, sonderlich da

wir noch hören, daß Ihr bei Leben, guter Vernunft und Gesundheit seyd, seynd auch ganz willens gewesen, um den Churfürsten zu Sachsen, euern Herrn, nach Tressen [Dresden] zu reiten, da wir gehofft hätten, uns mit euch allerlei der Religion oder sonst ander Sachen halben zu unterreden. Es seynd aber uns Sachen vorgefallen betreffend den langen Zank mit Nassau, darin ein gütlicher Tag angesetzt, auch daß wir noch eine Tochter in Ehestand vergeben, zu dem die aufrührische Läufte des Kriegsvolks sich ..... [1]), daß wir dieser Zeit außer Lands nit haben seyn können, deßhalb wir verhindert, dießmal mit euch in Gespräch zu kommen.

Daß Ihr so gute Sorge habt für die Chur- und Fürsten dieser Lande, daß sie in Einigkeit mügen erhalten werden, deß Herz und Gemüths seynd wir auch, hoffen zu Gott, sie sollen in guter Einigkeit bleiben. Was wir auch darzu thun können und das verhindern, das dem zuwider, seynd wir gänzlich gemeint. So viel antrifft Johann Stiegeln [2]), haben wir schon Herzog Johann Friedrich, unsern freundlich lieben Sohn, geschrieben, und was wir guts darin thun können, soll an uns nicht mangeln. Da es auch den Gebrüdern Herzogen zu Sachsen nicht zu entgegen wäre, und sie es zuließen, so möchten wir ihn wohl in unsrer Universität zu Marburg haben.

Weiter, lieber Philippe Melanchton seynd wohl Leute, die euern Namen gern wollten verläumden. Wir achtens aber ganz nicht, wissen, daß ihr wohl wisset, was jederzeit zu thun das vor Gott verantwortlich und der christlichen Gemein nutz ist, wie wir dann davon, wo wir zu euch kommen, mit euch reden wollen. Wo wir euch und den euern Gutes thun können, sollt ihr uns willig finden. Viel Dinge werden von den Gottseligen und Weisen gethan, die durch die Welt und grobe Ingenia, die strakś auf ihrer Meinung ohne rationes bestehen wollen, verachtet werden; aber Gott erkennt die Herzen. So verstehen auch die Verständigen und Gottseligen wohl, wie man sich muß halten in Sachen nach Gelegenheit (doch nicht wider Gott). Befehlen euch unserm Gott, der euch wohl lange gesund fristen wolle der Gemein und seiner Kirchen zum Besten. Datum uti supra [3]).

---

1) zugetragen.

2) Vid. ep. Mel. d. 17. April. et d. 25. Maii 1555.

3) Quo referenda sint verba: *datum ut supra*, non intelligitur. Clariss. *a Rommel* inscripsit hanc epistola sic:

„1555. Erfurt am 3ten Juni. Herzliches Schreiben L. Phi-„lipps an Melanchthon, worin er ihm unter andern seine „übereinstimmende Meinung über theologische Klugheit, und „daß er dessen Verläumdern kein Gehör gebe (de adiaphoris), „zu erkennen gibt."

Haec esse verba *Rommelii* ipsius, satis manifestum est; unde autem hauserit diem, annum et locum, quo epistola scripta sit, non dixit. Caeterum vid. ep. ad Stigelium et ad Mordisinum d. 25. Maii.

No. 5799. 3. Iun.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Christophoro Libio, Pastori Brandenburgensi.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Etsi et expeto tuas literas, et earum lectione adiuvor, tamen etiam, cum aliquando scribendi officium differtur, nihil mali suspicor. Scio te talem esse, quales boni viri describuntur in veteri versu: ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Cum in caeteris virtutibus constantiam te praestare comperi, tum in amicitia firmitas mihi tua perspecta est his annis, cum alii multi contra me arma ceperunt. Ne fieri quidem potest in his occupationibus et tuis et meis, ut toties colloquamur, quoties vellemus; sed tamen interdum literis et monendi et consolandi et confirmandi mutuo sumus. Decrevi post paucos dies istuc filias meas adducere, quod eo faciam libentius, ut tecum coram prolixius colloqui possim [1]). In Ecclesia et Academia nostra vox doctrinae, Dei beneficio, eadem est, quae et in vestra Ecclesia est. Vidisse te opinor a *Westphalo* [2]) corrogatas subscriptiones, quas edidit περὶ ἀρτολατρείας. Vetustatis testimonia inquiri mallem, quam istius turbae tribunitiae clamores moveri. Precor autem filium Dei, ut nos doceat et gubernet. Petivit *Westvalus* ab alio quodam, ut mihi bellum inferat de hac propositione, in qua dico: nihil habere sacramenti rationem extra institutum usum. Vide quo ruant isti seu ut suis assententur, seu alia causa. Nunc plura scribere properante *Marco* non poteram. Bene vale. 3. Iunii [anno 1554.] [3]).

Philippus.

---

1) Vid. quae scripserat Libio supra d. 23. Martii 1555.

2) De controversia de sacra coena renovata a Westphalo anno 1553. et 1554. vid. omnino Planck Geschichte des protest. Lehrbegr. P. V. Vol. II. p. 28 sqq.

3) Annum uncis inclusi, quippe ex arbitrio additum.

No. 5800. 4. Iun.

Scholasticis.

Ex Scriptis publicis Acad. Viteberg. T. II. lit. Q. 3. — Haud dubie Mel. ipse hanc schedam scripsit.

Rector Academiae Vitebergensis.

Praecepit Deus Magistratibus, ut sint custodes disciplinae et pacis iuxta leges. Cum autem N. N. in platea nocte post horam decimam stricto gladio fecerit impetum in professorem Academiae *Philippum Melanthonem*, eique ictum minatus sit, cum non solum non laesus esset, sed nondum compellatus, nec aliam ob causam accessisset ad eum *Philippus*, nisi ut hortaretur in platea tumultuantes, ut tumultuari desinerent, et tranquilli domum redirent, cumque non desierit petere gladio et *Philippum* et eius ministrum, quanquam saepe inter praeliandum *Philippus* ei pacem mandaret, et ex intervallo temporis redierit ad pugnam, et in hospitio inclyti Comitis *) eo iam dormiente, cum quidem et privilegium domus sit, ne ibi fiat vis aliqua, pugnaverit: decrevit senatus Academiae, ut hic N. discedat mox ex hac Academia et urbe hoc ipso die, et absit relegatus octennio, quia et invasit non laedentem, et mandanti pacem non obtemperavit, tantaque rabies fuit, ut, nisi Deus clementer texisset nos, futurus fuerit valde tristis exitus pugnae, vel ipsi N., vel nostris, vel utrisque. Sed fatemur esse beneficium Dei, quod nemo vulneratus est. Hortamur autem omnes scholasticos, ut cogitent de insidiis diabolorum, qui sunt homicidae, et delectantur exitio piorum et scandalis, ut sint modesti et tranquilli, ac filium Dei custodem Ecclesiae suae precentur, ut protegat nos omnes. Die quarto Iunii 1555.

No. 5801. 6. Iun.

Christiano III., Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 66. ep. 23.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtister, großmächtigster, gnädigster König und Herr. E. K. M. hab ich dießmal von Zeitungen nicht besonders zu schreiben gehabt; denn im Reichstag zu Augsburg ist zu dieser Zeit noch nicht beschlossen. Die Churfürsten haben ihr Bedenken, wie gewöhnlich ist, an die andern Fürsten gelangen lassen, nämlich daß man den Chur- und Fürsten, Ständen und Städten der Augsburgischen Confession anhängig, der Confession halben, ein gewissen Frieden geben wöllt; davon ist zu dieser Zeit noch nicht entlich beschlossen. Die Bischoff sagen, sie können nicht darein willigen.

Von der Hochzeit zu Weimar höre ich, daß, durch Gottes Gnad, darinn kein Unfreundlichkeit fürgefallen sey. Nach der Hochzeit ist zu Naumburg ein Tag gehalten mit Herzog Heinrich von Brunswig, davon ich noch nichts schreiben kann.

Aus Hungarn hab ich glaubwürdige Schrift, daß der türkisch Kaiser noch in Syria ist, und ist zwischen ihm und den Persen noch nicht Fried.

Es ist auch noch kein new türkisch Kriegsheer in Hungarn, wiewol Reden sind, der türkisch Kaiser woll dem jungen Herrn, König Johannis Sohn, sein Erbland eingeben.

E. K. M. sende ich ein Büchlein, in Hungarn geschrieben, daraus zu ersehen ist, daß sich ihre Kirchen gemeinlich zu unsern Kirchen halten, daß sie auch von unruhigen Leuten und Irrwischen Anfechtung haben. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammlet, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft gnädiglich stärken an Leib und Seel, und der Christenheit zu Gut in langem Leben erhalten und gnädiglich regirn. Dat. 6. Junii 1555.

E. K. M.

unterthäniger Diener
Philippus Melanchthon.

No. 5802. (6. Iun.)

M. Meienburgio iun.

Epist. lib. V. p. 735.

Michaëli Meienburgio, filio, S. D.

† Oro Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Chr., vitae fontem, ut corporis et animi vires confirmet Patri tuo, viro honestissimo, et ut vos

*) Stanislai, comitis in Gorka, qui illo tempore fuit Rector Academiae. Vid. Scripta publ. T. II. lit. L. 4.

omnes servet et gubernet"*). Quo die, videlicet 5. Iunii, ante annos 1932 in pugna Leuctrica filiarum Scedasi stupra et necem Deus punivit, eodem die literas tuas accepi de scelere, quod illi Laconico simile esse accepimus. Cohorruimus legentes, et propter scelerum atrocitatem et de futuris poenis cogitantes. Sequentur enim haud dubie seu Turcicae vastationes seu aliae. Sed Filium Dei precemur, ut nos invocantes ipsum gubernet, et ut poenas leniat, et servet Ecclesiae reliquias, et in ea honestas et pias familias. Ac talibus exemplis commonefacti omnes simus in regendis moribus diligentiores, et in invocatione Dei ardentiores. Bene vale.

Philippus.

*) Addit A. D.' — De adversa valetudine Michaëlis Meienb. vid. epist. filii quae adiecta est epistolae seq.

No. 5803. 6. Iun.

Testim. de Bluchero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Omnibus lecturis has literas (S. D.).

Verum est omnino, quod et Plato et Xenophon dixerunt, non boves a bobus, equos ab equis, sed a praestantiori natura, videlicet ab hominibus regi oportere: sic homines tunc feliciter regi, cum a praestantiori natura reguntur, videlicet heroica. Ideo Deus gradum nobilium a populo distinxit, et indidit eorum ingeniis heroicos impetus ad virtutem, quos vult doctrina gubernari et confirmari honesta adsuefactione. Qui igitur in hoc ordine studia doctrinae et virtutis colunt, digni sunt eximio honore. Cum autem in hac Academia amplius quadriennio vixerit *Ewaldus Blucher*, natus in familia nobili gentis Pomeranae, comperimus naturam eius doctrinae capacem esse, et mores esse honestos. Cumque domestica disciplina ad agnitionem et invocationem veri Dei assuefactus esset, studiose didicit integram doctrinam de Deo et de beneficiis domini nostri I. C., et animi pietatem vera invocatione Dei in fiducia mediatoris honesta morum gubernatione declarat. Ad haec studia adiunxit eloquentiae exercitia, ad quam natura idoneus est, utque oratio ex fontibus sapientiae sumeretur, initia didicit doctrinae de natura rerum et de moribus: ordine etiam omnium temporum historiam mente complexus est. Nec alia causa fuit, cur Francofurdiam ad Oderam sitam accesserit, nisi haec, quod, cum viri Clarissimi *Sabini* orationem maxime probaret, consuetudine et iudicio eius uti voluit [1]), quam ad rem hortatorem habuit virum doctum et prudentem *Henricum Paxmannum* [2]). Id cum pater intellexisset, voluntate patris Francofurdiam migravit, ac de voluntate patris literas a *Philippo Melanthone* attulit, nec alia ex [3]) ulla discessit causa. Sic enim abiit *Ewaldus*, ut omnes in Academia lectores ingenium et mores probent, et sperent, eum magno usui et ornamento reipublicae fore. Oremus etiam filium Dei, qui vere sedet ad dextram aeterni patris dans dona hominibus, id est, salutares gubernatores, ut hunc *Ewaldum* efficiat σκεῦος ἐλέους et organon salutare suae animae et Reipublicae. Hoc testimonium *Ewaldo* bona fide tribuimus, ut eum aliis Academiis reverenter commendemus, quia iustissimum est, bona ingenia, praesertim quibus aditum ad rempublicam nobilitas patefecit, confirmare, ut ad generis decus addant doctrinae cognitionem, quae in iudiciis summarum rerum communi vitae necessaria est. Bene vale candide lector. Calend. Iulii anno 1555. a nato Christo ex virgine. Anno a C. M. 5517. die sexto Iunii [4]), quo ante annos 1892 Alexander Macedo natus est.

No. 5804. 7. Iun.

(*Commendatio Persae.*)

Manlii farrag. p. 459 sq. Item in Script. publ. Acad. Witeb. T. II. p. 235.

Omnibus lecturis has literas, Rector, Magistri et Doctores Academiae Vitebergensis S. D.

Quisquis est hic peregrinus, qui se ait Persam esse, et quidem filium regis Persarum: tamen cum peregrinus sit et mancus, simus memores mandati divini, quod praecipit hospitalia officia tribui

1) Vid. supra ep. ad Sabinum d. 18. Apr. h. a.

2) Cod. Par. *Paxermannum.*

3) *ex*] rescripsi pro *est.*

4) Quomodo haec duplex diei significatio extiterit, explicare non possumus. Secundum Pauli Eberi Calendarium Alexander Magnus die VI. Iunii natus est.

peregrinis, qui neminem iniuria afficiunt. Sic enim dulcissime scriptum est in Deuteronomio, capite decimo: Deus facit iudicium pupillo et viduae, amat peregrinum, et dat et victum et vestitum. Et vos amate peregrinos, quia vos quoque fuistis exules. Cogitemus de nostris miseriis. In tanta confusione vitae accidere singulis conversio fortunae potest, ut dicitur:

Irus et est subito, qui modo Croesus erat.

Narrat se Romae baptisatum esse: et postea cum noluisset militare contra Germanos, ademptam ei esse annuam pensionem, quam prius habuerat. De hac eius narratione nihil disputamus: tantum hoc affirmamus, Lipsiae et Witebergae eum [1]) honeste [2]) vixisse. Et quia nec Germanice nec Latine loqui potest, Italice utcunque loquitur: dedimus ei consilium, ut in Italiam rediret. Et aliquid viatici dedimus: et oramus alios, ut et ipsi homini misero opem ferant, propter Deum: sicut semper gens Germanica fuit officiosa erga peregrinos. Si Persa est, cogitemus de Danielis exilio in Persia, et de Cyro: et de beneficio Persarum, quae hoc tempore nobis praestant. Toto hoc quinquennio retinent Persae Turcicum tyrannum, qui alioqui in Pannonia et Germania grassatus esset. 7. Iunii. Anno 1555.

Phil. Melanthon [3]).

No. 5805. 7. Iun.

Christiano III., Regi D.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 89. ep. 33.

Christiano III., Regi Daniae.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Durchleuchtister, großmächtiger, gnädigster König und Herr. Diese beigelegte Schrift *) von großer Untugend etlicher Mönch bei Wien hab ich gestern empfangen; die sende ich E. K. M. in unterthäniger Betrachtung, daß solch grausam Exempel ein Zeugniß ist, daß der Mönch Wesen verdampt ist, und wird vielleicht der römisch Konig dadurch bewegt werden, die Predig des Evangelii weniger zu hindern.

Und ist wahr, daß König Maximilianus ein Prädicanten zu Wien hat, der recht prediget, wie viel christlicher, verständiger Männer zeugen, die ihn gehört haben.

E. K. M. bitt ich auch in Unterthänikeit und um Gottes willen, E. K. M. wolle des Pauli Lutheri Schrift gnädiglich annehmen. Er ist gottforchtig, wohlgelahrt in arte Medica, und ist im Ehestand und in Armuth. E. K. M. wolle gnädiglich seines Vaters treue Dienst gegen ganzer Christenheit betrachten. Der allmächtige Gott wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft gnädiglich allezeit bewahren und regirn. Dat. 7. Iunii.

E. K. M.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5806. 7. Iun.

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 421 sq.

Georgio Fabricio (*gubernanti scholam Misnensem*).

In Epicharmi Epitaphio scriptum est: χρήσιμα παισὶν εἶπε. Quod qui faciunt melius merentur de vita hominum, quam qui scribunt ἐρωτικά. Misi tamen has *Anacreontis* pagellas, in quibus legendis dubitabis fortassis, an haec sint vetera, aut an sint notha *) Gallicae vanitatis poëmata. Quisquis fuit Anacreon, vixit apud duos viros, qui fuerunt insignia exempla inconstantiae fortunae hominum, apud Polycratem et Istiaeum, de quibus cogitantes, commonefacti illis horrendis spectaculis, precemur Filium Dei, ut nos gubernet et servet, et Deo gratias agamus, quod nos ad Ecclesiae societatem et labores utiliores vocavit.

Crucigerum, virum doctum et modestum, et propter patris memoriam et propter suas virtutes tuo iudicio complecteris. Sed tamen oro, ut etiam mea causa eum diligas. Si manebit apud vos **), intelliges, non deesse ei prudentiam in

---

1) *cum*] addidi ex Script. publ.
2) Script. publ. *modeste*.
3) Additur nomen in Script. publ.
*) Epistola Meienburgii d. d. 2. Iun. 1555.

*) Lib. impr. *nota*, ex mendo.
**) Caspar Cruciger filius in scholam Islebiensem venerat ad Mauritium Helingum (vid. ep. d. 5. Aug. 1545.). Ibi etiam

omni officio et concordiae studium. Bene et feliciter vale. Die 7. Iunii.

No. 5807. 13. Iun.

Ioachimo Pr. Anhalt.

Edita in Becmanni hist. Anhalt. p. 123.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime et Clementissime Princeps. Petitio annuae Eleomosynae pro sene sacerdote paupere erit mihi curae, et scribam de ea re et ad Illustrissimum Principem Electorem et ad Cl. Virum D. *Commerstadium.* Credo coram posse eam rem facilius perfici. Sed ero memor huius negotii.

Scribit mihi meus frater, *Augustae* in conventu differri deliberationes propter Colloquium in Cales, ubi Legati Caesaris et Regis Gallici de pace agunt inter Caesarem et Regem Gallicum facienda [1]). Rhenani Principes iterum metuunt *Marchionis Alberti* reditum ex Gallia, et mittunt equites ad loca vicina Lotharingiae. Romae Pontifex electus est, qui fuit Cardinalis Hostiensis, audio esse virum nobilem Neapolitanum et nominari Paulum Quartum [2]). Bene et feliciter valeat C. V. d. Iunii 13.

---

postea docuit cum Helingo in schola Islebiensi, sed cum eodem Islebia discessit propter lites Maioristicas anno 1554., ubi in Synodo Islebiensi patris sui doctrinam improbare noluit. Vid. Saligii hist. Aug. confess. Vol. III. p. 45. Discimus ex hac epistola, eum se in scholam Misnensem contulisse, quod factum videtur anno 1555. Nam ineunte anno 1555. Mauritius Helingus quoque fuit Witebergae, ubi, ut ex Scriptis Academiae Witeb. intelligitur, uxor eius mortua et Witebergae sepulta est. Cruciger autem Misenae non mansit, sed Witebergam rediit, ubi (ut ex Melanthonis quaestionibus ab Ebero editis perspicitur) d. 27. Febr. a. 1556. Doctor Philosophiae creatus est, et postea, ut docent Scripta publica Academiae Witteb., in academia docuit.

1) De pacificatione inter Caesarem et Regem Galliae ab Angliae Regina tentata, in loco inter Caletum, Ardeam et Gravelinum sito uberius egit Sleidan. in Comment. p. 841. Convenerunt ibi legati d. 23. Maii 1555.

2) Electus est Ioannes Petrus Neapolitanus, ex Caraffica familia d. 23. Maii 1555., sibi nomen Pauli IV. dedit.

No. 5808. 21. Iun.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 61.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Tibi quidem gratiam habeo, quod et saepe et copiose scribis, et libenter te remunerarer *αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον*, ut Hesiodi verbis utar. Sed nunc quidem, quales tabellarios habeam, nescio. Duo sunt genera argumentorum, de quibus maxime cupio scribere. Alterum *περὶ δογμάτων* de quo, etsi tibi penitus mens mea nota est: tamen collatio sententiarum utrique grata esset. Alterum est deliberatio de dissidiis, de quibus scribis. De his sanandis, cum nihil habeam consilii, scribere quid possum? Et causas scis, cur illud malum sit insanabile. Doctos colloqui necesse erat. Sublata est autem omnis colloquendi facultas per illos ipsos, qui se iactitant esse libertatis vindices, qui tantum serviunt aurae populari: quorum aliquos nihil dubito, etiam repugnante conscientia, nervos quosdam errorum stabilire. Quotidie autem oro filium Dei, ut ipse opem ferat Ecclesiae, et nos gubernet, et reprimat errores. Moneo etiam dociles, ne fontibus non inquisitis contentioni se admisceant. Mediocri diligentia alias controversias evolvi. De hac etiam dicam Deo iuvante, cum edent contra me scripta vicini nostri, quae circumferunt inter se. Audio enim velle eos contra me defendere stoicam *ἀνάγκην*, et alia quaedam movere. Haec cum edent, iudico me Ecclesiae hoc officium debere, ut respondeam. Qua in re tuis etiam consiliis utar. Bene vale, carissime frater. Mitto tibi paginam, in qua sunt annotata quaedam de gentium originibus, quae leges, ut spero, cum voluptate *). Mitto alterum exemplum Comiti *Oldenburgico.* Iterum vale 21. Iunii 1555.

Philippus.

Rescribe an has literas et paginas Stirpis Christi acceperis.

---

*) Vid. epist. d. 13. Iul. et d. 22. Iul. h. a.

No. 5809. 24. Iun.

V. Strigelio.

Epist. lib. III. p. 250. (ed. Lond. lib. III. ep. 165.).

D. Victorino Strigelio (Ienae)

S. D. Doctissime *Victorine*, Cum hic adolescens *Arnstadiensis Henricus Cranchfeld* *), in Academiam vestram profecturus esset, petivit a me testimonium de suis moribus, et tibi nominatim commendari voluit. Hanc igitur Epistolam ei dedi, teque oro ut eum complectaris. Natura bona est, et ad facundiam idonea: et mores sunt honesti et placidi. Etsi autem et *Stigelii* ac tui amore maluit in vestra Academia esse: tamen valetudo etiam coëgit eum quaerere loca salubriora. Nostrum oppidum plane est, ut de *Ascra* inquit *Hesiodus:* *χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, καὶ οὐδέποτ' ἐσθλῇ.* Ego in hoc aestu duorum mensium pene extinguor, nec cibos habeo, nec potum naturae meae convenientem. Spero autem brevi me ex hoc tristi carcere in coelestem Patriam et Academiam discessurum esse. Hac spe interea facilius has miserias fero. Mitto tibi et *Nicolao* libellos hic recens editos, quia alias paginas non habebam ad manum. Domino *Stigelio* Poetae optimo et vobis omnibus salutem opto. Bene vale. Die *Iohannis Baptistae* doctoris nostri.

No. 5810. 24. Iun.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 613 sq.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northus.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Summa consolatio in vita et in omnibus periculis haec est, quod scimus, certo Filium Dei assumpsisse humanam naturam hanc ipsam ob causam, ut nos tanquam surculos sibi insertos gestet et vivificet. Et inserimur ei certo, tantum fide credentes eius promissioni. Saepe igitur haec ipsius verba repetite. Venite ad me *omnes*, qui laboratis et onerati estis, et *Ego* reficiam vos. Semper cogitate, Filius Dei assumpta natura humana meam massam etiam gestat. Et sese certo nobis communicat sua promissione, quam vult, nos certo accipere Sola Fide. Ipse est *λόγος* aeterni Patris, et adest verbo vocali, et sese certo per verbum vocale credentibus communicat, et in eis est efficax et vivificat eos suo Sancto Spiritu. Hunc verum Salvatorem Iesum Christum, Filium Dei, oro, ut vobis corporis et animae vires augeat *). Datae die Iohannis Baptistae.

Philippus.

No. 5811. 6. Iul.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Petro Vincentio, gubernanti studia literarum in urbe Lubeca.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Multorum literis celebratus est fons solis, unde Cyrene nomen habet. Nam ea vox simplicissime significat urbem fontis. Sed ego tuam enarrationem plenam eruditionis de fonte Saxonico legi libentius, tibique gratiam habeo, quod nobis illam pagellam misisti, quam et *Camerario* nuper promisi. Sed haec philosophica coram disputabimus, et alia magis *ἀξιόλογα*. Nam si, ut non solum Principes multi expetunt, sed etiam ipsa Ecclesia postulat, instituetur docentium in nostris Ecclesiis colloquium, te omnino adesse optarim. Profecto de gravissimis materiis sciscitandae erunt piorum et doctorum sententiae. Ac tuam vocem in eo congressu Ecclesiae profuturam esse spero. Ibi enim non iudicandae erunt res *πολλῶν ψόφῳ*, sed *ψήφοις τῶν εὐσεβῶν καὶ συνετῶν*. Spero tui usum in his regionibus fore, si nobiscum vivere voles. Certe consuetudinem nostram utrique iucundam fore arbitror. Bene et feliciter vale. Die 6. Iulii.

Philippus.

Bocero (?) salutem opto, et ei pro poëmate donato gratias ago. Nunc plura scribere non potui.

---

*) Vid. de eo epist. ad Mordisin. d. 26. Sept. 1558.

*) De adversa valetudine Meienburgii vid. ep. d. 2. Iun. h. a.

No. 5813. 10. Iul.

Eidem.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Petro Vincentio, gubernanti studia literarum in inclyta Saxoniae corona Lubeca, fratri suo cariss.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Nosti dulcissimos versus [1]):

γέρων γεροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
παῖς παιδὶ, καὶ γυναικὶ πρόςφορον γυνή,
νοσῶν τε ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυςπραξίᾳ
ληφθεὶς, ἐπωδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Utrique igitur in nostris doloribus aliquam levationem adferunt colloquia. Quare hoc tempore et flagito literas crebriores a te, et scribam ipse quoties habebo tabellarios certos. Oro autem filium Dei, custodem Ecclesiae, ut et vires corporis tibi restituat, et nos in hac militia gubernet. Magna pericula etiam prodigiis denunciantur. Die 26. Iunii in Thuringia in oppido Nebra non procul a flumine Unstrot, mulier quaedam magna cum difficultate peperit; edito infante secuta est ex utero flamma, quae ambussit matrem, non extinxit, sed mox correptum infantem interfecit. Flamma sic erupit, ut sonitus ceu globi emissi ex machina aerea accederet. Nihil legi simile, sed certa historia est. Oro filium Dei, ut poenas leniat, et servet Ecclesiae suae reliquias. Bene vale. Die X. Iulii [2]).

Philippus.

---

1) Menandri in Brunckii Gnom. p. 190.

2) *Iulii*] rescripsi pro *Iunii*, quum prodigium d. 26. Iunii evenisse legatur. De illo in pagella publica Rectoris Academ. Witeb. data d. 13. Aug. (quae fortasse Melanthonem habet auctorem) ea de re haec leguntur: „Die Iunii 26. in oppido „Thuringiae Nebra mulier honesta magna cum difficultate „peperit filiam, qua edita mox flamma ex matris alvo erupit „cum sonitu, qualis fit emisso globo ex aenea machina. „Ea flamma etsi mater ambusta est, tamen non est extincta. „Sed recens natam filiam flamma circumdedit et necavit. „Haec narratio vera est, et scimus alia multa prodigia nar- „rari." — Commemoravit banc rem Camerarius in vita Melanth. §. 97. — Leguntur in „Neue Notizen aus dem Gebiet der Natur- und Heilkunde Nr. 28. 1837." haec: „Von einem electrischen Kinde erzählt der Libéral du Nord folgendes Geschichtchen: Bei der Entbindung einer jungen Frau aus Devay erhielt der Geburtshelfer von dem Knaben, welchen er zur Welt förderte, wie von einem Zitteraale, eine Art von electrischer Erschütterung. Der kräftige Knabe gab 24 Stunden lang unzweideutige Zeichen von Electricität, so daß der Geburtshelfer eine leydner Flasche laden, Funken ziehen und eine Menge anderer physikalischer Experimente machen konnte."

No. 5813. 12. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 689 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 831.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi gratias ago, quod te et incolumem servavit in morbo, et protexit in itinere, et restituit Ecclesiae tuae domesticae, et eum oro toto pectore, ut deinceps nos servet et gubernet. Nisi spem nobis adventus tui fecisses, ipse istuc accederem, quod tamen fiet, si Noribergenses volent iudicari de controversiis suae Ecclesiae.

Concionum *Ascanii* exempla ante aliquot dies dedi nuncio proficiscenti in Daniam [1]). Sed tamen gratum est nobis munus tuum, mitto de eclipsi qualescunque versus. Tu si domi fuisses edidisses graecam descriptionem meliorem.

Sed scito iam *Turcicum* Tyrannum reversum in Europam dedisse mandata de filio *Iohannis*, et accedent bella Gallica, et metuo prodigia harum regionum.

De *Nebra* certum est, ibi infantulam natam flamma extinctam esse, quae eruperat ex alvo matris. Nihil simile legimus, sed meminerimus vocis divinae: tantum a Deo salus nostra est. Exitium a nostris sceleribus oritur.

Sabinus mittitur legatus ad Regem Polonicum *ὑπὲρ τοῦ φυγαδευθέντος ἀπογόνου τοῦ ἀχιλλέως* [2]), *ὡς δοκεῖ.* etsi nihil affirmo. *Matthias ὅλυλος* [3]) nuper mortuus, fortassis iam in cymba cum Charonte disputat. Bene et feliciter vale, die *τῆς μαργάριδος.*

Philippus.

No. 5814. 13. Iul.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 292. (ed. Lond. lib. II. ep. 295.).

---

1) Prodierunt illae conciones hoc anno, sed praefatio Mel. data est d. 29. Septb. Statuendum igitur est, Melanthonem non integrum volumen, sed tantum paginas aliquas misisse operis nondum absoluti.

2) Alb. March.

3) Lauterwaldt.

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et charissime frater, Cum ostendissem tuas literas *Iohanni Teichero*, narravit mihi, se hoc tempore non petiturum esse publicum testimonium gradus, sed se orare, ut studia iuventur liberalitate patriae, videlicet ut aliquid mittat Senatus, ad libros emendos necessarios discenti Ecclesiae doctrinam, et linguas. Certe *Ebraeam* et *Graecam* linguam ex fontibus haurire necesse est. Ea petitio cum videretur verecundior, scripsi ad Consulem de libris. Teque oro, ut tua suffragatio accedat. Scio te, ut nomen sonat *βέλλερον*, id est, galeam esse, ac vere defensorem piorum et studiosorum civium. Quare et hunc *Teicherum* tibi commendo, cuius pietatem et modestiam probo. Vides quanta sit iuventutis petulantia *καὶ ἀσέλγεια* hoc tristi tempore, eo libentius benefaciamus modestis et amantibus synceros doctrinae fontes, et Deum vere invocantes. Talis cum sit *Teicherus*, quaeso ut eum Senatui commendes. Mitto tibi paginam de Genealogia Christi, in qua addimus quaedam de Gentium nominibus et originibus, quae tibi viro docto iudicanda relinquo *). Sed lectionem non insuavem fore arbitror. Bene vale. Die 13. Iulii.

*) Vid. ep. d. 21. Iun. et 22. Iul.

No. 5815. 22. Iul.

Christiano Regi Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 68. ep. 24.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtigster, großmächtiger, gnädigster König und Herr. Auf heut, dato den 12. Tag Julii, hab ich vom Reichstag zu Augsburg noch kein entlichen Abschied vernommen. Die Bischoff streiten diesen Artikel: so ein Bischoff christliche Lehre annehme, so soll er entsetzt werden etc. Diesen Artikel haben die Chur- und Fürsten der Augsburgischen Confession nicht wollen willigen.

Aus Hungarn schreibt man, daß der türkisch Kaiser gewißlich wiederum gen Constantinopel ankommen sey, und hab Befehl gethan, den jungen Sohn König Johannis einzusetzen, und sind die Hungarn in großen Sorgen.

Durch Gottes Gnad ist noch Fried in diesen Landen; aber schreckliche Zeichen sind neulich geschehen. Zu Weimar, im Schloßgraben, ist etlich Tage ein Quellen Blut geflossen. Ist gewiß.

In Nebra, in Thuringen, auf den 26. Tag Junii ist eines Bürgers Weib in Kindesnothen zween Tage gelegen, und als das Kindlein, nämlich ein Töchterlein, von ihr kommen ist, ist alsbald Feuer aus der Mütter Leib mit Rauch und einem lauten Buff, wie einer Büchsen, gefolgt, hat die Mutter etwas angebrannt, aber nicht getödtet; hat aber die Flamme alsbald das Kindlein umgeben und getödtet. Ist gewißlich.

Der allmächtige Gott wolle gnädiglich, um seines Sohnes Jesu Christi willen, unser wohl verdiente Straffen lindern, und seine Kirchen nicht vertilgen lassen.

Des Königs Ferdinandi Sohn, König Maximilianus, hat zu Wien ein christlichen Prädicanten, der recht predigt; wie lange ihn aber der Vater leiden wird, wird die Zeit anzeigen; denn die Bedrawung ist groß.

Der allmächtige Gott, Vater unsers Herrn Jesu Christi, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft gnädiglich an Leib und Seel stärken, bewahren und regirn zu seinem Lob, der Christenheit zu Guten. Dat. 22. Jul. 1555.

E. K. M.

unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

(*Pagella epist. inclusa.*)

E. K. M. sende ich in Unterthänikeit einen Stammzettel von den Voraltern Christi; dabei sind vieler Völker alte Namen und Ursprung angezeigt, darin auch Meldung geschiehet von den alten Cimbris, welche E. K. M. Unterthanen sind *).

*) Hanc pagellam, etiam supra in epp. d. 21. Iun. et 13. Iul. commemoratam, neque Strobelius habet in bibl. Melanth., neque eius mentionem fecit Mylius in Chronologia librorum Melanthonis.

No. 5816. 24. Iul.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 208 sq. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 197.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Norib.

S. D. Non dubito *Ioachimum* [1]) copiose ad te scripturum esse de *Mauricio Heilingo*, quem iudicavimus ad Ecclesiae gubernationem idoneum esse. Nec vero sumo mihi quidquam, nisi indicationem. Iudices et censores volo eos esse, qui accersunt indicatos. Malueram igitur ad vos proficisci *Mauricium* priusquam aliquid de vestra voluntate significaretis, ut coram audiretur. Sed quae fuerit eius responsio ex *Ioachimi* literis cognosces. Et tamen, ubi eum audieritis, vestro arbitrio statuetis. Nusquam diutius vixit quam in his Academiis. Et quamquam in Prussia natus est, tamen in patria non fuit, cum ibi Gorgias iste suam καινοτομίαν ostentavit. Scholam *Islebianam* ita rexit, ut nunc quoque diligatur ibi a viris prudentibus. Iudico esse recte doctum, natura amantem tranquillitatis et moderationis; ac aetas matura est gubernationi. Oro autem filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut et publicam Ecclesiam vestram, et tuam domesticam Ecclesiam et nidulos vestros protegat. Vidimus quam sint infirma humana praesidia. Quare confugiamus ad filium Dei, qui dixit: *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* Bene et foeliciter vale. Pridie Iacobi.

Mitto pagellas. In genealogia Christi addidimus gentium quarundam origines, et nominum interpretationem. Eam tibi lectionem spero non insuavem fore. Iterum vale [2]).

Philippus.

No. 5817. 24. Iul.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 521. (ed. Lond. lib. II. ep. 546.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Dei beneficio, in fratre *Theodorico* et natura est doctrinae capax, et morum moderatio vere ἠθική, in qua et agnoscere possis doctrina suavitatem effici. Sic procedit in studio Iuris, ut sperem eum Reipub. Deo iuvante usui fore. De Academia alia adeunda mihi hoc in mentem venit: cum neque *Lipsiae*, neque hic assiduitatem praestent lectores, et iam *Gribaldus* Iurisconsultus *Patavinus Tubingae* doceat, dimissus a senatu *Veneto*, quod ostendit se non abhorrere a doctrina nostrarum Ecclesiarum, profuturum esse fratri, si audiet eo in loco *Gribaldum*, et alios, qui magis assidue docent, quam nostri. Posset etiam ex *Tubinga* interdum expatiari *Spiram* ad videndum iudicium *Amphyctionicum*, et ad vicinam Academiam *Heidelbergensem*, et eius aulae iudicia. Expectabit autem tuum consilium. Frater *Henricus* ex *Augusta* mihi scripsit de suo itinere, decrevit illam *Germaniae* oram videre. Si huc venerit adolescens de quo scribis, non deerunt ei mea officia. Mitto vobis pagellas, in quibus sunt origines gentium annotatae. Eam lectionem spero tibi non insuavem fore. Bene vale. Salutem socero et vobis omnibus opto. 24. Iulii. 1555.

No. 5818. 25. Iul.

Th. Nadasty.

E cod. Lips. in bibl. Paulin. no. 34. (*Lunz.*) Eadem edita legitur in Ribbini Memorabilib. Aug Conf. in Regno Hungariae p. 504 sq.

Illustri et Magnifico Domino Thomae Nadasdy, Palatino Regni Hungariae, Patrono suo reverenter colendo.

Illustris et Magnifice Domine,

Etsi non potientur tota Europa Turci, et inclinationem regni Turcici multa significant impendere: tamen propter peccata multiplicia in hac parte, quae nomen Ecclesiae Dei sibi arrogat, et tamen idola confirmat, metuo grassaturos esse Turcos diutius. Et caeterae gentes ingratae Pannoniis vos non adiuvant. Orandus est igitur filius Dei, qui stat, ut Daniel propheta scripsit, pro filiis populi sui, ut tegat Ecclesiae suae reliquias, nec sinat penitus deleri pios coetus, qui Deum recte

---

1) *Camerarium* addidit editor.

2) Alia manus adscripsit: d. 23. Iulii 1555.

invocant. Huius Illyrici *Ioannis Drugnetii* *) patriam *Crisium*, quam gubernasti, cum Turci teneant, ipse *Ioannes* ad te potissimum accedere decrevit, quem scit dolore singulari adfici propter eius oppidi exules et communem gentis calamitatem. Poterit servire in docenda Ecclesia aliqua. Quare te oro, ut huic exuli opem feras. Ita et tibi leniet Deus tuos dolores. Bene et feliciter vale. In festo Iacobi Apostoli filii Zebedaei et Salomes, Anno 1555.

Philippus Melanthon.

No. 5819. 25. Iul.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Tuas harmonias dedi typographo, ut ex literis eorum intelliges, quibus mandata ea de re dedisti: hanc autem epistolam dedi huic Illyrico, *Iohanni Trugnitio* [1]), quem mihi Argentoratenses [2]) commendarunt. Dedi ei cibum hoc mense, et dedissem diutius, si in literis procedere posset. Iudico non esse malum hominem, sed est ὀψιμαθής, nec initio didicit grammaticen. Dedi ei consilium, ut redeat in ea loca, ubi lingua eius intelligitur, et serviat alicui Ecclesiae in docendo Evangelio. Ait, se esse posthumum et patriam nunc teneri a Turcis. Quaeso, ut istic hospitalia officia ei tribui cures, ut proficisci Viennam possit. Inde iturus est ad *Thomam Nadasci* [3]), Palatinum regni Hungarici, qui gubernavit huius *Trugnicii* patriam. Ideo et ad Palatinum illum literas dedi. Poterit, ut spero, in Ecclesia aliqua Diaconi munere fungi in ea lingua, quae ei familiaris est. Et initia doctrinae Evangelii Argentorati, ubi triennio commoratus est, didicit. Bene et feliciter vale. Die Iacobi, 1555.

*) Vid. ep. seq. ad Vincentium.

1) Vide ep. antecedentem.

2) Apogr. *Argentoratenses*, ex mendo.

3) Nadasti.

No. 5820. 31. Iul.

Ad. Aquilae.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54 [4].

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti, D. Adamo Aquilae Lithomeriensi, fratri suo cariss.

S. D. Custodem Ecclesiae suae filium Dei τὸν λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς, oro, ut te et multa bona ingenia servet et vos protegat in omnibus periculis, etiam in lue hic grassante. Audio et aliam pestem Pragae grassari, ὑπόκρισιν τοῦ κυνὸς ὄνομα ἐχόντος *). Videbis et aliquanto post Turcicos exercitus propius accessuros esse. In his tantis aerumnis Ecclesiam in hac mundi senecta non sinat filius Dei deleri. Mitto tibi pagellas, in quibus genealogiae Christi addidi quarundam gentium origines, ubi et de Henetis dico, quorum vos posteri estis. Bene vale, et rescribito ad nos saepius. Pridie Cal. Augusti.

Philippus.

No. 5821. 31. Iul.

Henr. a Witzleben.

Epist. lib. V. p. 440 sqq.

Henrico a Wizleben.

Clarissime vir, nobilitate generis et virtute praestans. Cum ipse scias, quantum et privatim et publice prosit, multos in ordine vestro doctrina instructos esse, omitto longam hac de re commemorationem, tantum gratulor his regionibus nobilium virorum eruditionem, et egregiam in iuvandis doctrinae studiis. Tibi etiam gratiam habeo, quod *Iacobo Fabricio* opitulatus es. Nec vero dubito, in hoc beneficio dando, hanc tuam fuisse voluntatem, ut ibi serviret aliquando Reipublicae, ubi plurimum prodesse poterit.

Intelligo autem, incidisse deliberationem, an *Eblebios* doceat, an vero gubernet scholam *Ruslebii* in praedio tuo a te fundatam. Existimo autem, te nequaquam anteponere scholam illam tuam cognatis *Eblebiis*, quibus generis dignitas

*) Loquitur de *Canisio*.

aditum ad Rempublicam praebet. Nec vero quisquam est in his regionibus hoc tempore, qui in docendo par sit *Georgio Fabricio*, eruditione, consilio, fide, facultate scribendi, moderatione animi. Et fratrem frater imitatur. Quare te oro, ut *Eblebiorum* utilitati consulas, et eos a *Iacobo* erudiri cures, quia non facile alius invenietur tam idoneus. Et existimo, te quoque iudicare, tibi gratitudinem ab eo praestari, si tuos cognatos recte docebit. Deinde tribuas, velim, aliquid honestae cupiditati *Iacobi.* Intuetur fratris exemplum, et, cum ingenio valeat, expetit consuetudinem virorum eloquentium in Italia. Meministi illud de Argonautis, quos, inquit Poëta, vocari ab ipsa gloria, stante in ripa Phasidis. Sic *Iacobum* incensum amore doctrinae stans in ripa Tiberis latina facundia invitat. Sperat autem, se aditurum esse Italiam, si *Eblebiis* adiungatur. Hanc eius cupiditatem eo te probaturum esse spero, quia rediens plus prodesse Patriae poterit, quam si nunc in ea schola puerili retinetur, quae etiam a minus erudito recte gubernari potest. Ipse gratitudinem animi perpetuam tibi praestabit, cum caeteris officiis, tum et precatione ad Deum. Quaeso autem, ut boni consulas, quod pro *Eblebiis* laboro, quia meum Patrem valde dilexit *Georgius ab Ebleben*, qui aulam Bavaricam gubernavit, ut ex ipso audivi. Bene et feliciter vale. Pridie Calendas Augusti 1555.

No. 5822. 1. Aug.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 209. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 198.

Hier. Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Ita fit, cum dubitant animi, ut apud Sophoclem dicitur: *Καὶ φημὶ, καὶ ἀπόφημι, δὲ οὐκ ἔχω τί φῶ.* Idque scio te quoque saepe experiri. Mitto duas *Iacobi* epistolas, quarum posterior etsi est propemodum Palinodia prioris, tamen nondum *ῥητῶς* statuit. Oro igitur Deum ut et *Iacobi* et vestrum consilium gubernet. Sed vos dubitationibus eius ignoscetis. Prorogari tempus existimo posse. *Menium* ita exagitant quidam, ut ex Tyrigetis discessurum esse arbitrer. Hunc optarim vobiscum esse, ac hodie ad eum scribam, ut voluntatem eius explorem. Nihil ei obiici potest, nisi quod non acerbe nos criminatur, nec induit aliena odia. Quaeso igitur ut tuam mihi voluntatem significes. Tabellarium hunc meo sumptu ad vos, ut *Iacobus* petivit, mitto. Quare et ad ipsum et ad me literas dabitis. Bene vale. Cal. Augusti *).

Philippus.

No. 5823. 9. Aug.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1240.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et cariss. frater, ante octiduum fuit hic tabellarius Brettanus, ut Gemminensem scholasticum hinc abduceret. Is et a fratre meo literas attulit, quae significabant vagari incendiarios in locis vicinis nostrae patriae. Sed principes vicinos et amicos esse, et intentos ad communem defensionem. Existimo illi tabellario *Samuelem* tradidisse pixidem, quam misisti ad patrem tuum. Ego quidem bona fide Samueli exhibui. Mitto tibi carmen *περὶ μαργαρίδος* [1]), cuius argumentum etsi tibi notum est, tamen propter domesticam *μαργαρίδα* spero tibi lectionem non insuavem fore. De Academia *Tubingensi* nondum scio, an Lectores, qui propter luem secesserant in oppidum Calvam, redierint. Haec scripsi inter saevos cruciatus, quos *λιθίασις* faciebat. Idem morbus et *Ioachimo Camerario* incipit molestus esse. In conventu Augustano nondum de decreto pacis convenit inter principes nostros, et Episcopos. Et opinor, *καταστροφήν* talem fore, ut deliberatio prorogetur [2]). Oro autem Filium Dei, custodem Ecclesiae suae, ut nos omnes gubernet, et protegat Ecclesias harum regionum. Bene vale. pridie Laurentii.

Philippus.

---

*) Alia manus adscripsit: 1555.

1) Est Carmen „de dulcissimo Margaridos nomine, die Margarithae", cui subscriptum est nomen Iohannis Langeri Coburgensis, quodque legitur in Scriptis publicis anni 1555. T. II. lit. R. 3.

2) De Comitiis Augustanis a. 1555. vid. narratio Sleidani in Comment. p. 848 sqq.

No. 5824. 11. Aug.

Senatui Amberg.

† Ex autographo Melanthonis mihi descripta ab homine docto, qui nominari noluit.

Den Ehrbaren, weisen und fürnehmen Herrn Bürgermeister und Rath der löblichen Stadt Amberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Ehrbare, Weise, fürnehme, günstige Herrn.

Ew. Ehrbarkeit sende ich auf Ew. Ehrbarkeit Schrift mein und anderer Bedenken, nicht Zank zu erregen, sondern so viel ich verstehe, zu Frieden dienlich. Denn mir ist der großesten Betrübniß eine die ich habe, daß muthwillig Gezänk angezündet wird, und müssen andere hochnöthige Sachen verdruckt werden. Der Herr Christus wolle gnädiglich zu seiner Ehre und zu vieler Seelen Seligkeit helfen, Amen.

Für die gesandte Verehrung, und viel mehr von wegen des freundlichen Willens gegen mir, dank ich Ew. Ehrbarkeit, und erkenne mich schuldig den Euern zu dienen, und bin dazu willig.

Daß der Brief allhie vierzehn Tag aufgehalten ist, bitt ich Ew. Ehrb. wolle Geduld haben, denn mir eben zu dieser Zeit viel Sachen zugleich fürgefallen.

Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen in menschlichen Geschlecht sammelt durchs Evangelium, und nicht anders, wolle gnädiglich Eure Kirchen, Euch und die Euern bewahren und regirn alle Zeit. Dat. den XI. Augusti 1555.

Ew. Ehrbarkeit

williger

Philippus Melanthon.

No. 5825. 11. Aug.

(*Iudicium.*)

† Ex autographo Melanthonis mihi descripta ab homine docto, qui nomen suum nominari noluit.

(*Senatui Ambergensi.*)

Von den Ceremonien in der churfürstlichen löblichen und christlichen Stadt Amberg.

Nachdem nun durch Gottes Gnade in der Kirchen zu Amberg das heilige Evangelium gepredigt wird, und rechte Erkenntniß und Anrufung Gottes leuchtet, und die Lehre vom Unterschied rechten Gottesdienstes und der menschlichen Ceremonien bekannt ist, hoffe ich, die Prädicanten und das Volk wissen sich selbst zu erinnern, daß sie keine Ceremonien oder Lehr, oder Meinung von Ceremonien behalten wollen, die wider Gottes Gebot sind, dagegen auch daß Gottes Wille sey, daß öffentliche, ehrliche Versammlungen gehalten werden zur Predigt und zum Brauch der Sacrament. Denn Gott will, daß sein Sohn, und das Evangelium und die Kirch öffentlich erkannt sind.

Nun gehört zur öffentlichen Versammlung bequeme Ordnung der Zeit, Lection und Reichung der Sacrament, wie St. Paulus spricht: es soll alles in der Kirchen ordentlich und zierlich (?) geschehen. Solche Ordnung soll in rechtem Verstand gehalten werden, sine opinione necessitatis et cultus, das ist, daß man wisse, daß diese Ordnung von Menschen gemacht nicht ein nöthig Ding sey, also, daß Sünde sey, so man nicht diese Zeit oder Lection nach dieser Ordnung hielte, daß auch Gottes Dienst ein ander Ding im Herzen, das Gott geboten hat und wirket ꝛc.

Und dieweil keine Ordnung also schön bedacht werden kann, die allen zugleich gefällig sey, soll man freundlich mit einander Geduld haben, Pastor, Prädicanten, Diaconi, Oberkeit und die Verständigen im Volk.

Nachdem ich nun eure Ordnung der täglichen Lection und Gesäng etc. gelesen habe, wiewohl ich damit zufrieden bin, so bedenk ich doch, daß jetzund viel sind, deren etliche keine Ordnung leiden wollen, etliche zanken von der Kleidung, etliche von der Lection ꝛc., habe derwegen diese Erinnerung hiebei verzeichnet und will hiemit niemand Maaß gesetzt haben.

Erstlich laß ich mir wohl gefallen, daß die Ordnung von Sonntag und Festen also bleibe, laut Euer Verzeichniß.

Item, das Gesang de tempore, doch daß es nicht zu lang werde.

Die Non ascensionis und Pentecoste ist auszulassen, dieweil sie von der kindischen Gewohnheit herkommen, die hölzern Bilder auf und nieder zu ziehen etc.

Die *Elevatio* soll ganz abgethan seyn.

Vom *Confiteor* wird spöttlich geredt, dieweil vor dieser Zeit die Heiligen darin genannt sind. Dieselbige Gewohnheit ist ohn Zweifel bei euch corrigirt. Nun wollen etliche das Confiteor ganz nicht haben. Wir

streiten auch nicht davon. Aber es solle ein gemein Confiteor, recht gemacht, gesprochen werden, wie ich achte, daß auch bei euch vor der Communio geschiehet. Denn dieses ist ja wahr, daß in gemeiner Versammlung und in heimlichen ernstlichen Gebeth diese fünf Stück sollen gedacht und gemeldt werden,

1. Bekenntniß unsrer Sünden vor Gott,
2. Bitte um Vergebung,
3. Bekenntniß des Glaubens, daß wir bekennen, Gott gebe wahrhaftiglich Vergebung und nehme dich an um des Herrn Christi willen,
4. Danksagung,
5. und hernach Bitt von allerlei Nothdurft, und ist ein Form in der Mekelburgischen Kirchenordnung von solcher Bekenntniß, Gebeth und Danksagung.

Diese Worte: *Deus in adiutorium*, vor der Vesper sind in einen fremden Verstand gezogen, mögen ausgelassen werden, damit nicht Ursach geben werde denen, die Lust haben, spottlich davon zu reden.

Von der Kleidung, Chorrock und Meßgewand werden etliche heftiger und häßiger, denn von andern Sachen, streiten. In unsern Kirchen ist kein Streit davon, und sind andre Sachen, davon ernstlicher zu reden nöthiger wäre, denn vom Chorrock. Dieweil aber an vielen Orten dieser Streit von der Kleidung erregt wird, und Unruge daraus folget, ist mein Bedenken, daß vernünftige Regenten solch Geschrey zu dämpfen, Chorrock und Meßgewand fallen lassen.

Bei euch mag auch dieser Weg davon zu Einigkeit vorgeschlagen werden, daß man die Prädicanten frage, ob sie willigen wollen in die Form, wie es zu Weimar gehalten wird mit der Kleidung. Dieses acht ich soll ihnen unbeschwerlich seyn. Es ist aber zu beklagen, daß man von solchen geringen Sachen so grausam Geschrey macht, und giebet Ursach zu großer Verbitterung, und verhindert andre hohe Sachen.

Weiter weiß ich nicht davon zu schreiben. Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammelt, wolle Eure Kirchen und uns alle gnädiglich regirn. Datum die Laurentii, anno 1555.

Philippus Melanthon
propria manu.
Iohannes Forsterus. D.
Sebastianus Froschelius.

No. 5826. (fere med. Aug.)

(*De Serveto.*)

Consil. lat. P. II. p. 204 sqq. — De eadem re sed brevius publice disputatum est in Academia d. 1. Aug. Vid. Eberi Quaestion. p. 138.

Explicatio quaestionum scripta a Philippo Melanthone. De officio politici Magistratus.

Rectene fecerunt Constantinus et Theodosius, quod idolorum sacrificia prohibuerunt? Rectenè fecit Senatus Genevensis, quod Servetum ultimo supplicio affecit, qui veterem Samosateni impietatem renovavit, et negavit, λόγον esse ὑφιστάμενον, et filium Dei omnipotentem esse? Et contra universam scripturam Propheticam et Apostolicam negavit filium Dei invocandum esse?

De his quaestionibus plane, et sine ulla dubitatione respondeo, Magistratum politicum non esse armentarium, et tantum pacem, et corporis bona tueri debere, sicut multi insulse loquuntur. Sed esse ministrum Dei, et disciplinae custodem, iuxta utramque Decalogi tabulam. Sicut autem in qualibet arte primam oportet curam esse artificis, ut artem, quam exercet, intelligat, sic prima sit cura Magistratus, ut legem sciat, et sciat esse sapientiam Dei, ad hoc ipsum patefactam generi humano, ut sit testimonium de Deo. Sciat et hoc, sese vocem Dei esse in lege proponenda, et disciplinam propter gloriam Dei tuendam esse. Altera cura sit, ut corpora defendat. Ideo severissime praecipit lex divina de puniendis blasphemis et periuris.

Neque illa barbarica excusatio audienda est, leges illas pertinere ad politiam Mosaicam, non ad nostras. Ut Decalogus ipse ad omnes pertinet, ita iudex ubique omnia Decalogi officia in externa disciplina tueatur. Sunt autem blasphemiae manifestae, invocatio idolorum, professio dogmatum, quae affirmant, aliquid esse Deum, quod non est Deus, aut quae detrahunt autoritatem illi personae, quae est natura Deus, ut sunt Epicuraei, aut Pyrrhonii furores, aut Samosateni, aut Manichaei deliramenta. Ut igitur lex iubet talibus irasci, ita Magistratus sit viva lex, vere doleat propter gloriam Dei, ac ardenti Nemesi accendatur ad tollenda illa catharmata, quae Deum manifestis con-

tumeliis afficiunt. Minus moventur hoc argumento Reges et Principes, quia pauca talium poenarum exempla vident. Sed non spectandum est, quid fiat, sed quid fieri debeat.

Etsi autem huius nostrae sententiae veritas manifesta est, tamen multi, qui sibi licentiam concedi volunt ludendi opinionibus de Deo, ut libet, opponunt varias cavillationes. Primum dicunt, Magistratum non posse punire cogitationes mentis, praesertim cum nec dare assensionem possit. Cui argumento vere sic respondendum est.

Magistratus externa delicta punit, ut adulteria, non interiora incendia. Sic et dicta blasphema, non tacitas animi cogitationes.

At nemo potest iudicare ea, quae non intelligit, ut vere dicitur:

Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσεις.

Et hoc ipso tempore dicunt armati et acui saevitiam tyrannorum, qui sunt hostes Evangelii, si audiant, armis tuendam esse doctrinam.

Nos vero metas suas nosse, et custodire Magistratum volumus. Ut in caeteris caussis nemo sine legitima cognitione puniendus est, ita praecipue curet Magistratus, in re tanta constitui legitima Ecclesiae iudicia. Convocentur Synodi, non qualis est illa Cleonis apud Aristophanem, ubi considet ovium concio, et Balaena praesidet grunnitum edens porci, et tenens trutinam, ac praeconem adhibens, qui caput habet *κόρακος*, seu, ut Alcibiades dicebat, *τραυλίζων κόλακος.*

Haec conveniunt ad Tridentinam Synodum omnia, quam Pontifex Balaena regebat, grunnitum porci edens, et praecones erant *κόρακες*, et *κόλακες*, Monachi, et assentatores. Non sint iudices indocti, fascinati falsis opinionibus Regum aut vulgi *κόλακες*, non cudantur decreta in centauricis conviviis, aut in gynaeceis, sed regulae Regis Iosaphat obtemperetur. Sit in iudicibus timor Dei, scientia, et diligentia in cognitione. Sit etiam ipse Magistratus membrum Ecclesiae, intelligat doctrinam, amet veritatem, intersit cognitioni, ut adfuerunt Constantinus, Theodosius, Martianus, sciat, se praesidere non ut Balaenam, sed ut Dei ministrum, et gloriam Dei omnibus rebus anteferat, audiat eruditos, cedat vera dicentibus, ac regulam sequatur: *Omnia probate, quod bonum est, tenete.*

Cum igitur ante poenam institui veram et piam cognitionem, et admonitionem velimus, non damus arma iniustis Magistratibus, sed eos de ordine iudiciorum et poenarum commonefacimus.

At scriptum est de zizaniis: *Sinite utraque crescere.* Si quis hoc dictum eo detorquet, ut et Doctores, et Magistratus concedant omnibus licentiam fingendi, et spargendi quascunque opiniones, huius amentia perspicue refutatur multis praeceptis. *Si quis aliud Evangelium docuerit, anathema sit.* Item, *Refutate eos ἀποτόμως, ut discant in fide sani esse.* Et ad Corinthios expresse praecipitur de excommunicatione. Faciant igitur Doctores ea, quae sunt sui officii, quibus etiamsi opem ferent Magistratus suo loco, tamen late vagantur errores. Et tamen rarissimi Magistratus sunt, qui afficiantur cura veritatis, gloriae Dei, et suae salutis. Consolationem igitur tradit filius Dei: Cum ait: *Sinite utraque crescere*, id est, non deserite Ecclesiam, non abiicite munus recte docendi, etiamsi diabolus semina errorum sparget, quae non poterunt humana diligentia tolli omnia. Erit aliqua vera Ecclesia Dei, etiamsi magnae confusiones semper fuerunt, sunt, et erunt generis humani. Inter hos fluctus tamen cymbam suam filius Dei servabit.

Hac consolatione certe nunc quoque nobis opus est. Nam pii intuentes tantam impiorum multitudinem, et inter hos, qui nomen Ecclesiae habent, tam varias dilacerationes, magno cum dolore quaerunt, ubi sit Ecclesia Dei, quam Psalmus inquit formosissimam esse, cum ait, *Concupiscet Rex pulcritudinem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum.* Quid est autem deformius dilaceratione Ecclesiae huius temporis? Sed referamus mentes atque oculos ad Symbolum, in quo dicimus, *Credo esse Ecclesiam catholicam*, et ad dicta divina: *Erit sicut in diebus Noae*, etc. Et cum certum sit, hanc esse veram Dei Ecclesiam, in qua vox Evangelii sonat incorrupta, huic nos adiungamus, et maneamus in ea constantes et firmi cives, et coniunctionem tueamur.

Haec monet illa Christi concio de zizaniis, quae prohibet Doctores aliena a suo officio facere: Vetat etiam deseri Ecclesiam propter illa tristia spectacula dissensionum, odiorum, et calumniarum. Interea faciat pius et vigilans Magistratus ea, quae sunt sui officii, quia profecto in magno et horribili errore sunt, qui aeternam legem Dei sic putant extinctam esse, ut lex Spartana de nummo ferreo mortua est. Vult Deus blasphemias et

periuria severissime puniri, et punit ipse Alastoras illos, impiorum dogmatum autores, cum Magistratus officium suum negligunt: Ac tunc quidem simul et Magistratus, et imperia delet, qui vult in poenis manifestis conspici testimonia iustitiae suae.

Haec breviter de iudiciis Ecclesiae, et de puniendis impiis dogmatistis dixi: quae saepe multumque cogitare utile est, ut ad duas res maxime nos exsuscitemus, ad discendi curam, et ad precationem. Utraque res necessaria est. Recte discamus doctrinam divinam, ut Paulus inquit, *Habitet in vobis sermo Christi opulente in omni sapientia*: Et adiungamus veros gemitus, et vota; ac petamus, ut filius Dei faciat nos vasa misericordiae. Quod ut clementer faciat, toto eum pectore oro.

No. 5827. 20. Aug.

H. Bullingero.

Edita in epistolis Ioanni Calvini, p. 400. Contuli apographon in cod. Paris. D. L. 54[3].

Henrico Bullingero.

Reverende vir et charissime frater. Cum allata essent exempla tui scripti περὶ δικαιοσύνης statim emi et legi, ac laetatus sum consensu vestrarum ac [1]) nostrarum Ecclesiarum. Postea tuas literas et librum a te missum accepi. Tibi igitur et pro benevolentia erga me tua et pro munere gratias ago. Legi etiam quae de *Serveti* blasphemiis respondistis, et pietatem ac iudicia vestra probo. Iudico etiam Senatum *Genevensem* recte fecisse, quod hominem pertinacem et non omissurum blasphemias sustulit [2]). Ac miratus sum, esse [3]), qui severitatem illam improbent. Mitto de ea quaestione breves pagellas, sed tamen sententiae nostrae testes [4]). Quidam veteres amici mei minitantur mihi, se ὑπὲρ ἀρτολατρείας contra me scripturos esse. Si quid edent nominatim contra me, decrevi, Deo iuvante respondere, etiamsi hoc certamen omitti malim. Pios et doctos de re tanta placide colloqui utilius esset. Oro autem filium Dei, ut nos omnes gubernet, et sanet Ecclesiae vulnera. Bene et feliciter vale, charissime frater. Die 20. Augusti [5]).

Salutem opto †*Lelio* et" [6]) vobis omnibus.

1) *ac*] cod. Par. *et*.

2) Supplicium de Michaële Serveto, Hispano, sumptum est exeunte Octbr. 1553., postquam Senatus Genevensis sententias Tigurinorum et aliorum audiverat.

3) Cod. Par. *esse aliquos*.

4) Quaestio: an potestas politica debeat haereticos — e medio tollere, aut capitali supplicio adficere? Vid. Mel. quaestiones acad. editae ab Ebero p. 138. Excerpsit eam Pezelius et inseruit Consiliis Melanth. P. II. p. 225. Dabimus eam in quaestionibus Acad.

5) Cod. Par.: Die 26. Augusti anno 1554.

6) *Lelio et*] addit cod. Par.

No. 5828. 21. Aug.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 36.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Cum esset magna dissimilitudo opinionum ante annos fere triginta inspectio Ecclesiarum praebuit mihi occasionem edendi summam doctrinae ita recitatam, ut multae controversiae diiudicarentur, et monstraretur forma orationis propria in multis. Eam rem profuisse ad coniunctionem qualemcunque Ecclesiarum existimo. Illi autem vulneri, quod adhuc praecipue lacerat Ecclesias, mederi non potui. Et, ut in aegro corpore, non omnia movenda esse cogitabam. Utinam autem multi studerent et fovere teneras Ecclesias, et utcunque tueri *) coniunctionem. Sed videmus quosdam captare undique occasiones faciendi maiores dilacerationes. Si nominatim contra me scribant, vel ut Stoica deliramenta propugnent, vel ut ἀρτολατρείαν confirment, decrevi, Deo iuvante de his maximis rebus explicate respondere, si vivam. Et libenter senex exilia suscipiam, ut liberatus ex hoc ergastulo, ad precationem et ad studia plus habeam temporis. Post Francofordiensem mercatum plura ad te scribam, quo cum iam proficisceretur meus gener, ut meum fratrem germanum, et alios quosdam viros doctos alloquatur, dedi ei literas ad *Lascium*, qui tranquillum hospitium Fran-

*) Pez. edidit *teneri*, pro quo *tueri* rescribere nullus haesitavi.

cofordiae habet *). Scripsi ad eum, eodem argumento, quo iam ad te scribo. Mitto pagellas meo more. Bene vale 21. Aug.

Philippus Melanthon.

No. 5829. 22. Aug.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 288. (ed. Lond. lib. II. ep. 291.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende D. Doctor et charissime frater, Senatus *Noribergensis* de *Mauricio* [1]) nondum respondit, ac morae potest esse duplex causa. Non multo ante vestrum ad nos iter literae nostrae istuc missae sunt. Et interea certamen ibi crevit. *Culmano* mandatum est, ne concionetur. Miror eius viri *αὐθάδειαν,* quod tot Ecclesiarum iudiciis non cedit, ac doleo inter nostros dissidia inflammari [2]). Haec contentio fortassis etiam deliberationi Senatus moram attulit. *Salomonem* abduci *Argeliana* Ecclesia fortassis aegre feret. *Fridericus* quem hic audivistis, valet ingenio et vir honestus est ac exul, et nunc prorsus amisit spem reditus in *Bohemiae* fines, ubi antea fuit: Quam primum Senatus responderit, significabo quid scripserint, si vestra deliberatio aliquantisper differtur. Meus gener *Francofordiam ad Moenum* proficiscitur [3]). Hodie eum in *Turingico* luto vehi arbitror. Bene et feliciter vale. Mitto pagellas. Die 22. Augusti.

No. 5830. 26. Aug.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 189 sq.

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Electoris.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Scio, molem negociorum in aula magnam esse, et oro, ut Deus vos et nos gubernet, et profecto venientem annum metuo. Sed tamen nunc a vobis tantum literas peto. Doctor *Vitus Winshemius* mittit narrationem de pensione Francica istuc, et orat, ut literis Illustrissimi Ducis Saxoniae, Electoris, commendetur ea caussa Francicis foederatis *). Oro, ut non desitis ei, quia Mater vidua ex ea pensione alitur. De publicis negociis vos certiora habere scio, sed nos quoque audimus, quosdam multa moliri. Deus protegat has regiones. Bene et feliciter valete. Die 26. Augusti.

Philippus.

No. 5831. 28. Aug.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 590 sq. — Est haec ultima epistola Melanthonis ad Meienburgium.

Michaëli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Obsecro vos propter Deum, ut saepe cogitetis, hanc veram et efficacem consolationem, quod Filius adsumpsit humanam naturam, ut nos ipsos quoque velut de eius humeris et collo pendentes gestet. Certe ideo vivimus, et vivemus, quia massam nostrae naturae Filius Dei sibi univit. Nisi enim hoc decretum factum fuisset, totum genus humanum funditus periisset. Vivificamur autem hac consolatione, credentes, quod propter Filium recipiamur, et ab eo gestemur, sicut inquit ipse: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Hac sententia et similibus erigite vos, et cogitate, vos non ad hanc aerumnosam vitam tantum conditos, sed ad aeternam, et velle Deum, ut spe aeternae societatis cum Ecclesia plena sapientiae et laetitiae praesentes dolores leniamus. Dominus noster Iesus Christus gubernet vos, et confirmet vires corporis et animae vestrae, Amen. Die 28. Augusti **).

Philippus.

---

*) Anno 1555. Lascius et exules Angli Francofordiae ad Moenum sedem fixerunt, admissi a Senatu. Vid. Saligii hist. Aug. Conf. II. p. 1110. — De itinere Peuceri hoc tempore vid. etiam epist. d. 22. Aug. ad Wellerum.

1) Mauritio Helingo.

2) Cf. ep. ad Mordisium d. 2. Sept. 1555.

3) Vid. epist. ad Hardenberg. d. 21. Aug.

*) Vid. ea de re epist. ad Baumgartnerum d. 4. Febr. 1555.

**) Ultima est haec ad Mich. Meienb. epistola Philippi. De morbo Meienburgii vid. epist. d. 7. Iun. h. a.

No. 5832. 2. Sept.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 153 sqq.

Clarissimo viro, eruditione, sapientia et virtute praestanti, D. Ulrico Mordisin, Doct. Iuris, inclyti Ducis Saxoniae, Electoris etc. Consiliario, Patrono suo colendo.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Expertus didici, rebus iudicatis, in controversiis Theologicis, et odia et certamina maiora accendi. Quare malueram non implicari contentioni *Noribergensi* [1]). Et hoc tempore non libenter ab Academia absum. Sed non defugio pericula Confessionis, itaque cum et petat Senatus Noribergensis, ut ex his vicinis Academiis aliqui mittantur, et Illustrissimus Princeps Elector velit, ut proficiscar, Deo iuvante, obtemperabo. Sed adiungi Collegam ex Academia Lipsica velim, in his disputationibus versatum.

De N. N. [2]) prorsus mutandum esse consilium sentio. Etsi enim ei optime volo, tamen et iudicia hominum considerari velim, et controversiae Labyrinthos. Si qui erunt congressus, profecto de magnis rebus, de discrimine personarum divinarum, quid sit Filius λόγος, quid Spiritus Sanctus, quid sit Filii missio ad genus humanum, inde usque ab initio generis humani, quid missio Spiritus Sancti, disserendum erit. De his quaestionibus plura cogitavit N. N. [3]), quam alii. Quare potius oro, mihi adiungi illum [4]), eaque de re, ut iam respondeatis, oro. Cogito enim iter ingredi proxima septimana, ac die octavo Septembris promisimus nos venturos esse *Dessam*, ad dirimendas dissensiones docentium in Ecclesiis *Cervestensibus* [5]). Inde mox, Deo iuvante, Lipsiam iturus sum. Bene et feliciter valete. Die secundo Septembris 1555.

Philippus.

---

1) Cf. ep. ad Wellerum d. 22. Aug. 1555.

2) *Paceo* A. D.

3) *Alesius* A. D.

4) *Alesium* A. D.

5) Vid. infra d. 9. Septbr.

No. 5833. 5. Sept.

Rudolfo et Hencelio.

Edita ex vetusto apographo in Schelhorn's literar. Ergötzlichkeiten, Vol. II. p. 71. (Descripta a *Foerstemanno.*)

Den Erbarn, Weysen und Fornemen Herrn, Antonio Rudolff [1]) und Johann Baptista Henochio [2]), Burgern zu Augspurg, meinen günstigen Herrn samtlich und insonderheit.

Gottes Gnade durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhafftigen Helfer zuvor. Erbare, Weyse, Fürnehme, Günstige Herren. Die Agenda Eurer Christlichen Kirchen [3]) hab ich gelesen, und befinde nicht, daß etwas darinn sträflich sey: allein die Wort: Raumlicher Gegenwärtigkeit möchten von argwöhnigen Leuten übel gedeutet werden, darum auch die Praefatio eine Erklärung thuet. Nun bedenk ich daß dieselbige lange Erklärung bey argwöhnigen Leuten mehr beschwerlicher Reden bringen werde, habe derowegen ein andere Praefation gemacht mit weniger und gemeiner Worten. So nun E. Erbarkeit meine Form der Praefatio besser gefallen würde, mag sie Ew. Erbarkeit gebrauchen. Dieweil auch dieselbigen weitläuffigen Wort Zank bringen, mögen E. Erbarkeit bedencken, ob sie ganz auszulassen sind. Ich brauch diese Wort: Daß kein Ding Sacrament sein könne, ausser seinem Brauch, und ist offentliche Abgötterey, daß die Päbstlichen dichten, der Leib Christi sey im Brod eingeschlossen und soll da angebetet werden, auch ausser der Niessung. Dagegen aber in rechten Brauch in der Niessung bezeuget der Sohn Gottes, daß er uns

---

1) Ant. Rudolf.] Ich habe ihn irgendwo als Weinmeister zu Weimar gefunden. *F.*

2) Henochio] ist wohl nur ein Schreibfehler der Handschr. statt Hencelio (Hainzel). *F.*

3) Schelhorn theilt a. a. O. S. 63. das Schreiben der Augsb. Kirchenpfleger an Melanchthon ohne Datum und diese Antwort, nebst Vorerinnerungen über die Augsb. Kirchen-Agende aus einer alten Handschrift mit. (Vergl. über dieselbe den 1. Theil der Ergötzlichkk. S. 313.) Die Kirchen-Agende erschien noch im J. 1555. unter d. Titel: Forma, wie v. Heil. Tauff und d. heil. Sacrament d. Leibs und Bluts Christi — zu reden sey, wiederumb von neuen gedruckt. Augsp. 1555. 8vo. Die Vorrede der Augsb. Prediger ist am 17. Septbr. geschrieben. Vgl. Stetten's Geschichte d. Stadt Augsb. 1. Th. S. 877. Nach Schelhorn's Vermuthung wurde Melanchthon's Vorrede angenommen. [*Foerstem.*] — Vid. de illa forma Sacrorum epist. Melanth. d. 24. Febr et d. 4. Martii anno 1551. scriptae. Quomodo autem *ille liber* iam anno 1555. typis exscriptus dici potuerit a Schelhornio non video. Nam ex epistolis d. 5. Mart. 1556. ad Hausmannum et Hencelium intelligitur, consilium libri edendi demum ineunte anno 1556. captum esse.

mach seine Gliedmassen, und ist im Trost wahrhafftiglich, und wesentlich gegenwärtig und kräfftig, und mögen Euer Erbarkeiten die Wort der Confession, die ich mit sende, erwägen.

Ich hab Euer Agenda den andern allhie nicht fürgetragen, denn obwohl etlich mit meinen Bedenken zufrieden seyn würden, so hätten doch andere argwönige mehr Disputationes erregt. Der Allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewislich eine ewige Kirchen durchs Evangelium, und nicht anders sammlet, und ist allezeit bey seiner Kirchen, erhöht, und erhält uud trägt uns, wolle gnädiglich den armen Kirchen rechten Verstand und Einigkeit geben, und wölle euer Löbl. Statt, Ew. Christliche Kirchen, Euch und die Euern bewahren und regieren. Datum 5. Sept. 1555.

Ew. Erbarkeiten
williger Diener
Philip. Melanthon.

No. 5834. 5. Sept.

B. Hencelio.

Peuceri tractat. histor. p. 92. Epist. lib. II. p. 315. (edit. Lond. II. ep. 321.). — Repetita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. II. p. 257. ubi refertur ad ann. 1557.

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et amice colende, Saepe cum *Albim* tumefactum et spumantem inspicio, gemens cogito, non, si tantum lachrymarum fundere possem, quantum hic fluvius volvit undarum, exhauriri posse meum dolorem, quem iam annos triginta [1]) circumfero propter dissidium περὶ ἀρτολατρείας, ac saepe optavi et adhuc opto, ut de re tanta fiat aliquando placida piorum et eruditorum collocutio. Non potest tolli dissidium generalibus verbis: et utile esset explicari doctrinam περὶ λόγου de Filii Dei praesentia in Ecclesia, et de naturarum proprietatibus. De his tantis rebus fortassis aliquando copiosius dicam. Sugillat me *Thersites Ratisponensis* [2]), qui si traxerit me ad hoc certamen, dicam Deo iuvante pia et perspicua. Quid vetus Ecclesia senserit manifestum est. Legi vestrae Ecclesiae ritus, nec offendor reprehensione localis inclusionis in pane: sed quia longa declaratio in praefatione apud suspicaces plus sermonum praebebit, scripsi aliam formam praefationis, quae si magis placet, uti ea potestis. Non ostendi aliis vestrum scriptum, quia partim probaturi erant meum iudicium, partim suspiciosius interpretaturi erant vestra verba. Ego quo utar modo loquendi, ostendit confessio scripta propter *Tridentinam* synodum et approbata a multis. Eius confessionis exemplum tibi mitto, quod inspicere potestis [3]). Respondi vobis brevius, quia eodem tempore cum adesset nuncius vester, allatae sunt controversiae plures ex *Pomerania*, quarum flagitatur diiudicatio. Bene et feliciter vale. Die 5. Septembris.

1) Initium controversiae fecit Zwinglius in epistola ad Matthaeum Alberum edita 1524.

2) Gallus, qui edidit: Melanth. sententiae veterum aliquot scriptorum de coena domini, cum praefat. Nic. Galli. Ratisb. 1554. 8.

3) Finitur bic epist. in Peuc. tract. et adscribitur annus 1556., omisso die.

No. 5835. 8. Sept.

Sabinus ad Melanth.

Edita in Sabini poëmatibus p. 525.

Clarissimo viro, Domino Philippo Melanchthoni, socero ac praeceptori suo observandissimo S. D.

Regia visurum longinqua moenia Vilnae,
Sic eo, retrogratus cancer ut ire solet.

Nam differtur ex die in diem profectio, quae mihi suscipienda est. Quo autem consilio id fiat, nescio. De meo igitur abitu nihil adhuc certi significare possum. Ea vero mora mihi permolesta est, non solum propter hyemem, in quam incidet profectio, sed etiam propter pecuniam, quae mihi in Prussia debetur, nisi enim persuasum habuissem me primo quoque tempore istuc venturum, iam dudum literis debitores denuo appellassem. Sed devoranda est haec molestia. Adventus tuus hic in expectatione est: aiunt enim te affuturum eo tempore, quo *Thomae Ribii* nuptiae celebrabuntur. Quod si huc venire volueris, oro ut *Catharinam* filiam meam tecum adducas, non ut hic maneat (nolo enim eam retinere), sed ut fruatur conspectu sororum, et urbem, in qua est nata, videat. *Anna* filia mea his diebus ae-

grotavit satis periculose, sed Dei beneficio convaluit. Bene vale. Datae 8. Septb. anno M. D. LV. Francofordiae.

Tuus G. Sabinus.

No. 5836. 9. Sept. (Dessaviae.)

(*Iudicium.*)

Editum in Melanth. christlichen Berathschlagungen und Bedenken p. 441. et pars quaedam in Becmanni Historie des Fürstenthums Anhalt, Tom. VI. p. 96. et 441 sqq. Apographon in cod. Zittav. — Habet Becmannus l. l. hac de re haec: „Als auch bei Fürstl. Herrschaft die Frage vorgefallen von der ungetauften Kinder Seligkeit, so ist deßhalb A. 1555. den 13. Septbr. eine Zusammenkunft zu Dessau gehalten worden, wozu neben andren Theologis und Predigern — vornämlich berufen worden Joh. Bugenhagen, Phil. Mel., Jacobus Rungius, Superint. zu Greifswalde, Maur. Helingius, Superint. zu Nürnberg, und Doct. Theodorus Fabricius, damals Sup. zu Zerbst, welche einhelliglich auf obgemeldte Frage geschlossen und geantwortet, wie folgt." Reliqua de descensu ad inferos etc. Becmann. non habet.

Unterredung der Pastoren und Prädicanten zu Zerbst, geschehen zu Dessau, anno 1555. d. 9. Septbr. [1]), Montags post nativitatem Mariae. Schriftlich gefasset von Philippo Melanthone. (Inscriptio apud Pezel.)

Von den ungetauften Kindern bekennen wir, und lehren wir alle, daß Unterscheid soll gehalten werden zwischen den Kindern außerhalb der christlichen Kirche geboren, über welche der Name des Herrn Christi nicht angerufen wird, sondern gelästert, als bei Heiden, Türken, gottlosen Juden [2]), und sonst [3]), und zwischen diesen Kindern, die in der christlichen Kirche geboren werden, über welche der Name des Herrn Christi angerufen wird, und die christliche Aeltern gern wollten zur Taufe bringen. Nun ist die Regel wahrhaftig, daß die ungetauften Kinder, außer der christlichen Kirche geboren, in Sünden und Verdammniß bleiben, wie die Regel spricht: außer der Kirche ist keine Seligkeit; und ist der Herr Christus nicht in der Lästerer Versammlung, sondern wie er spricht: wo zween oder drei in meinem Namen zusammenkommen, bin ich mitten unter ihnen [4]). Und ist der Wiedertäufer Irrthum zu strafen, die da sagen: es sey keine Erbsünde, und alle Kinder in der ganzen Welt würden selig, so sie vor wirklichen Sünden sterben, etc. Und von solchen Kindern mag Augustinus geredet haben. Wo aber der Name des Herrn Christi über die Kinder angerufen wird, da sie auch die christlichen [5]) Aeltern gerne zur Taufe bringen wollten, so gehören dieselbigen Kinder in diese Regel: lasset die Kinder zu mir kommen, und wehret es nicht, denn solcher ist das Himmelreich [6]). Und hat solche Kindlein der Herr Christus selbst dieselbige Zeit gesegnet mit Handauflegen. Es sollen aber [7]) die Aeltern die Kinder förderlich, so sie nicht bald sterben, zur Taufe bringen, † oder, so sie in der Eile in den Häusern getauft sind, gleichwohl in die Kirche bringen, wie solches in unsrer Kirche gehalten wird. Auch sollen die Wehmütter und andere Frauen unterrichtet werden, daß sie die Kinder, so nicht ganz geboren sind, mit dem Gebeth Gott befehlen, und nicht ein Gliedmaaß taufen, so das Kind noch nicht ganz geboren ist" [8]). Auch soll man die Kinder, die durch das Gebeth dem Herrn Christo befohlen, und vor der Taufe gestorben sind, bei andern christlichen Menschen in gemeiner christlicher Begräbniß mit gewöhnlichen Ceremonien begraben wie andere Christen, und nicht geringer, damit die Aeltern und andere Christen sie nicht für verdammt halten, sondern den Spruch betrachten: solcher ist das Himmelreich.

Vom Artikel: *descendit ad inferos*

bekennen und lehren wir alle, daß dieser Artikel im Symbolo treulich soll gehalten [9]) werden, und in diesem Verstande, daß Christus als Victor sich über des Teufels Macht und Tyrannei schrecklich erzeigt habe. Wie aber solches geschehen ist, dieweil keine Schrift davon ausdrücklich zeuget [10]), soll man davon weiter nicht predigen, denn wie sonst von des Herrn Christi Sieg wider Sünde, Todt, Teufel und die Hölle in unsern Kirchen christlich geprediget wird, und wie der Text erkläret [11]) Hebr. 2.: *ut destrueret et eum, qui mortis habebat imperium.*

---

1) Cod. Zittav. 1555 d. 9. Sptb. Sed Pezelius edidit: anno 1559. im Monat Septbr. Mylius in chronolog. scriptor. Mel. retulit hoc iudicium ad 9. Septb. anni 1555. et recte.

2) Pezel. Gottlose, Juden.

3) und sonst] edidi, cum cod. Zitt. habeat: und uns, quod mendosum habeo. Becm. habet: *etc.* Pezel. haec verba non habet.

4) Pezel. Namen ꝛc.

5) christlichen] non habet Becm.

6) Pezel. kommen ꝛc.

7) aber] cod. Zittav. recte pro auch, quod Pez. edidit.

8) Verba: oder so sie — geboren ist, non leguntur in Pezel., et Becmannus totum locum: „Es sollen aber die Aeltern die Kinder — — ganz geboren ist" non habet.

9) Mst. erhalten.

10) Mst. redet.

11) Pez. verkläret.

Von der Privat-Absolution bekennen †und lehren"[12]) wir alle, daß die Privat-Absolution aus großwichtigen Ursachen in der Kirche soll erhalten werden; auch darum, daß sie ein Zeugniß sey, daß das Evangelium verkündige remissionem peccatorum[13]), und daß auch lapsi post baptismum wieder mögen bekehrt werden und Vergebung der Sünden gewißlich erlangen; wie auch *Petrus Alexandrinus* die Privat-Absolution † darzu"[14]) als ein klar Zeugniß contra Catharos und Meletium angezogen hat. Und soll die Absolution mit Demuth gesucht werden, und ist die Erzählung der Sünden nicht nöthig, sie seyen wissentlich oder unwissentlich. Man soll auch die Leute nicht zwingen, die Sünde zu erzählen, die sie wissen, und davon sie geängstigt[15]) werden, so sie dieselben nicht selbst willig erzählen; sondern solche Anzeigung soll einem jeden frei gelassen werden, und wird sich ein jeder verständiger Pastor oder Prädicant, bei welchem die Absolution gesucht wird, selbst wissen zu erinnern, was er fragen soll, die Personen zu unterrichten und zu erinnern, daß die Bekehrung ein Ernst, und nicht eine Heuchelei und Spiegelfechten sey. Und soll solche Erinnerung gebührlicher Weise[16]) geschehen, und sitzet der Pastor oder Prädicant in dieser Verhör (was nicht belanget solche öffentliche Sünde, die notoria sind, und davon viel Leute wissen) nicht als Richter, sondern als ein Diener des Evangelii, der Befehl hat, die Absolution zu verkündigen solchen, die die Absolution zusagen, und die Bekehrung begehren. So aber jemand in öffentlichen Sünden verharret, und nach Vermahnung nicht Besserung zusaget, da[17]) ist der Pastor oder Prädicant als Richter, und soll dieselbige Person nicht absolviren, und soll solches alles gehalten werden laut der christlichen[18]) Confession und Kirchenordnung, die in unsern Kirchen angenommen.

Von Glauben und Liebe[19]) und in Summa von allen Artikeln christlicher Lehre[20]) wollen wir durch Gottes Gnade einträchtiglich lehren laut der Confession der Kirchen in[21]) Sachsen, und soll nahmhaftig von Vergebung der Sünden und Gerechtigkeit und von Verachtung des äußerlichen göttlichen Wortes verworfen seyn päpstische, Osiandrische, und Stenckfeldische[22]) Lehre, und soll das Wort Glaube also verstanden und erklärt werden, wie es in gemeldter Confession erklärt wird, so man spricht: allein durch den Glauben sind wir gerecht; nämlich daß[23]) Glaube sey: alles Gotteswort, und gegeben, als wahrhaftig annehmen, und also auch die Verheißung der Gnade um des Herrn Christi willen, und sey ein herzliches Vertrauen auf den Herrn Christum, daß uns unsre Sünden gewißlich vergeben seyen, und daß uns Gerechtigkeit um des Herrn Christi willen zugerechnet sey, und daß wir also Gott gefällig seyen um des Herrn Christi willen, nicht von wegen unsrer Werke oder Tugend, sondern aus Gnaden und Barmherzigkeit, ohne unser Verdienst. Und durch diesen Glauben hat das Herz wahrhaftig Zuflucht zu Gott und Trost, und dieser Glaube ist nicht ein Gedanken von menschlichen Kräften erdichtet; sondern dazu hat Gott aus seiner großen Barmherzigkeit seinen einigen Sohn gesandt, der die gnädige Verheißung geoffenbaret, und will durch seinen Sohn mit dem äußerlichen Wort den heil. Geist geben, und kräftiglich in Gläubigen[24]) wirken, und folget nach diesem Trost im Herzen rechte Anrufung zu Gott, Liebe und neuer Gehorsam, wie solches in unsrer Confession treulich erklärt wird. Und sollen zweifelhaftige Reden nicht gebraucht werden, als diese: der Glaube begreift die Liebe; wiewohl das wahr ist, daß wahrhaftigem, lebendigen Glauben und Vertrauen zu Gott, um Christi willen, in wahrhaftigem[25]) Trost folget [der] Anfang herzlicher Liebe zu Gott. Auch ist diese Rede unrecht und nicht zu gebrauchen: der Glaube kommt aus der Liebe; und wollen wir in summa durch die Gnade Gottes einträchtiglich in dieser Lehre bleiben, wie dieser Artikel in der Confession der Kirchen in[26]) Sachsen, und in der Predigt des christlichen Fürsten, löblicher[27]) und seliger Gedächtniß, Fürsten Georgen zu Anhalt, erkläret ist, welche Predigt ausgangen ist im Druck[28]) vom Evangelio: *cavete a Pseudoprophetis.*

Von den *Synodis* ist unser unterthäniges Bedenken, daß die Synodi forthin ganz unterlassen und

12) und lehren] non habet Pez.
13) Pezel. Vergebung der Sünde.
14) darzu] add. mst.
15) Mst. gerechtfertiget.
16) Mst. Fleiß.
17) Mst. so.
18) Mst. christl. Schrift.
19) Sic rectius mst. pro: Also im Glauben und Leben, ut Pez. edidit.
20) Pez. christlichen Lehrartikeln.
21) Pez. zu.

22) Pez. Schwenckfeldische.
23) Pez. der.
24) Pez. mendose: Glauben.
25) Mst. ein wahrhaftiger.
26) Pez. zu.
27) Pez. hochlöblicher.
28) Verba: im Druck, non leguntur in msto.

abgethan werden, und dagegen jährlich eine Visitation in † etlichen" [29]) Aemtern gehalten werde, dazu durch die Herrschaft ein oder zwo von den Räthen und der Superintendens, und ein anderer Pastor, der Gelegenheit weiß der Ort, verordnet werden. Doch stellen wir solches zu der Herrschaft weiter Bedenken.

Endlich bitten wir alle, Gott zu Ehren, und in Betrachtung der großen Liebe und Geduld des Herrn Christi † zu" [30]) uns, und der Kirche zu gut, die Pastoren und Prädicanten alle wollten Einträchtigkeit helfen erhalten, und mit einander Geduld haben, und nicht unnöthig Gezänk machen, und so was vorfället davon einer bedenket, daß Aenderung oder Erklärung nöthig sey, wollte er dasselbe ohne Mittel an die Herrschaft gelangen lassen. Die wird weiter davon Rath geben.

† Dominus noster Iesus Christus, filius Dei, faciat, ut omnes unum simus in ipso" [31]).

D. Ioh. Bugenhagen.	Ioh. Erdmannus.
Phil. Melanthon.	Ioh. Reussner.
Iacob. Rungius.	Henricus Dresser.
Mauritius Helling.	Paulus Neander.
D. Theod. Fabricius.	Georgius Amps.
Ioh. Mumetius.	Pancratius Veldpock.

Andreas Zigenau, pastor Lindaviensis.

No. 5837. 10. Sept. (Dessaviae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 690. (ed. Lond. lib. IV. ep. 832.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Comperimus heri in congressu nostro ἐν λειμῶνι *), vere dictum esse: ἀκεσταὶ καὶ φρένες ἐσθλῶν. placide enim diremptae sunt controversiae, unus affuit audax, clamosus, arrogans, Thraso, quales haec nova seculi barbaries gignit, qui non disputando, sed atrocitate verborum nobis molestus fuit. Inter has rixas accepi tuas et aulicas litteras; utinam omen sit bonum, sed filium Dei precor, ut totum iter nostrum gubernet. Princeps *Ioachimus* hodie pastorem nostrum retinet, non contra legem Homericam, οὐ γὰρ κατερύκει ἐσσύμενον, me pastor retinet, et cum eo domum redibo propter Pomeranicum legatum *Iacobum* *) virum doctum, qui et suarum Ecclesiarum controversias ad nos attulit, et nobiscum *Noribergam* proficiscetur. Ad vos igitur veniam die Saturni proximo. Salutem vobis omnibus optant Pastor noster, et *Mauricius* et *Milichius*, et *Iacobus Pomeranus*. Bene vale. Nuncio dedi mercedem, die Martis ἐν λειμῶνι.

Philippus.

No. 5838. d. aequin.

G. Fabricio.

† Ex apogr. in cod. Zittaviensi ep. 45. nunc primum edita.

Georgio Fabricio, gubern. schol. Misnens.

S. D. Carissime frater. Gratum mihi fecit noster *Iopas*, quod hic aliquot dies meum reditum expectavit. Nam cum huc venit, nos abfuimus apud *Ascanium*, ubi certamina quorundam pastorum diremimus [1]). Cumque rediissemus, congressus *Iopae* aliquam levationem mihi dolorum attulit, quos circumfero propter dissidia, quae passim furiae indoctorum accendunt. Eodem tempore nobis iam et *Pomeranicae* controversiae iudicandae sunt, et Noribergenses. Φοιτᾷ γὰρ βροτολοιγός ἔρις κενεὸν λελακυῖα, ut scripsit Empedocles [2]). Sed veris gemitibus et votis petamus, ut filius Dei nos gubernet, et omnes Ecclesiae cives sint unum, doceant unum, fateantur et unum. Bene et feliciter vale. Die aequinoctii autumnalis.

Philippus.

No. 5839. d. aequin.

Senatui Marienberg.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

---

29) addidi ex msto.
30) addit mst.
31) addit. cod. Zittav., ubi vero nomina subscripta non leguntur.
*) i. e. Dessaviae.

*) Iacob. Rungium.
1) Vid. d. 9. Sept. h. a.
2) Apud Empedoclem hi versus non leguntur.

Den Erbaren, weisen und fürnehmen Herrn Richtern und Rath uff dem Marienberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Erbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Nachdem Ew. Erbarkeit auf Anzeigung des gestrengen und hochgelahrten Herrn Georgen Kommerstad, Churfürstlichen Raths etc. den wirdigen und wohlgelahrten Herrn Magistrum *Ambrosium*, Diaconum der Kirchen zu Dresden, in eure Kirchen zum Pfarrher erfordert, wiewohl er Ew. Erbarkeit ohn Zweifel bekannt ist, hat er mich gleichwohl gebeten, an E. E. zu schreiben, damit E. E. von seinem Studio und Wesen deß mehr Berichts haben. Derhalben bitt ich, E. E. wollen diese meine Schrift günstiglich annehmen, und berichte E. E. mit Wahrheit, daß gedachter Magister Ambrosius in dieser Universität in die acht Jahr gewesen, und hat sich allzeit züchtiglich und ehrlich gehalten, und fleißig in löblichen Künsten und christlicher Lehr studirt. Und nachdem er bei dem wohlgelahrten Herrn Magistro *Paulo Ebero* gewohnt, haben wir beide oft und vielmal mit ihm von christlicher Lehr geredet. In denselbigen Reden hab ich gemerkt, daß er einen guten, christlichen, richtigen, reinen Verstand hat in christlicher Lehr; derhalben hoffe ich, er werde seliglich zu Gottes Lobe und vieler Seelen Heil dienen. Ich bitt auch unsern Heiland, den Sohn Gottes, der ihm gewißlich ein ewige Kirche im menschlichen Geschlecht sammlet, er wolle Eure Kirche gnädiglich bewahren und regiren, und diesem Magistro Ambrosio seine Genade verleihen, Amen. Dat. Wittenberg die aequinoctii autumnalis anno 1555.

Ew. Erbarkeit

williger

Philippus Melanthon.

No. 5840. 14. Sept.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 31.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Quoties audio, profecturum esse hinc ad vos seu Scholasticum, seu nuncium, literas ad te mitto. Fabellam igitur de meo silentio contemni a te velim. Sed profecto scriberem ad te prolixius, si non metuerem intercipi literas. Vides quam sint in me intenti βλακικοί [1]), quanta sit odii iniusti crudelitas, quod unde sit ortum, et ad quem finem referatur ab eis, prorsus ignoro. Tibi etiam inimicos esse legi in scriptis τοῦ βλακίου. Qui fuerint amplius triginta annis mei labores, quae in tolerandis quorundam ineptiis animi moderatio, multi sapientes norunt. Me igitur et Dei bonitate et voluntatis meae conscientia, et iudiciis honestorum virorum adversus Sycophantias consolor. Quod vis a me formam verborum scribi, Paulina est commodissima, et minimum habet periculi: Panis es κοινωνία σώματος. Non ait, ut *Osiander* dicebat: panis est Deus, sed est illud quo fit societas cum corpore Christi. Vides quibus verbis in Examine [2]) usus sim. Vellem autem in communi deliberatione eruditorum explicari rem

---

1) Est in cod. Goth. no. 124. fol. autographon epistolae datae Siegen am ersten Tag Junii, Anno 1561, scriptae a Iohanne et Adolpho, Comitibus a Nassau ad Paulum Eberum et Casp. Peucerum, in qua haec leguntur: „Wir wollen euch günstiglich nit bergen, daß unser Unterthan, der Wohlgelahrte M. Joannes Andreä von Schönenbach, welchen wir jetzo zu Predigern und Lehrern des heiligen und allein seligmachenden Gottes Worts in der Kirchen unsrer Grafschaft zu Haiger verordnet haben, und bei uns von Andern dermaßen angegeben worden ist, als daß derselbig, die Zeit weiland des Hochgelehrten theuern Mannes unsers geliebten Freunds Herrn Philippi Melanchtonis seliger milder Gedächtniß Diener und Discipul gewesen, bemeldts Herrn Philippi Secreta und Brief abgeschrieben, dem Illirico zugeschickt und geoffenbaret, Geld damit zuweg gebracht, für dasselbig, nämlich vier Thaler, ein gülden Kragen kauft, den Herrn Philippum also verrathen, und sich hierzu dermaßen fast ungebührlich erzeigt haben soll" etc. Rogant Comites Eberum et Peucerum, ut quid ea de re iudicent, rescribant. — Responsum, quod Peucerus concepit, eius manu scriptum est in cod. Goth. 115. fol. p. 9., datum d. 13. Iunii 1561., ubi Peucerus et Eberus haec rescribunt: „Servivit Dom. Philippo Melanthoni biennium M. Iohannes „curandis et expediendis iis, de quibus mandata habuit, et „domesticis officiis praestandis, quae munus ministerii „complectitur. Vixit cum Philippo tum in iisdem aedibus „ut gener ego, Casparus Peucerus, sed quod sciam nunquam in eo fidem aut diligentiam Philippus desideravit, „intelligentiae aliquanto plus et iudicii ac cautionis et circumspectionis interdum desideravit. Unde igitur haec sit „nata de eo suspitio, quod clam surreptas amicorum epistolas precio inimicis vendiderit, aut enuntiarit arcana, „coniicere non possum, nisi quod ipsum, cum ex vera „phrenitide gravissime decumberet, cum summa mentis non „perturbatione tantum sed alienatione, adstantes aliqui inter celeras delyras voces et vere inconsentaneas, hanc „etiam emisisse affirmabant, quod epistolas aliquas Philippi „ad amicos adornatas descripserit. Sed ex his verbis mentis extra se motae prorsus et errantis accusatio tanta institui non potest. — Fecerunt idem multi alii vel potius „plerique, quos in contubernio eodem secum ut domesticos habuit. — Sed neque socerum meum neque me aut „suspicatum esse de eo aut expertum quidquam dubiae fidei „vere affirmo. Neque de his vulgi rumoribus hactenus nobis auditum aliquid cognitumve fuit." —

2) Est liber: Examen ordinandorum.

tantam. Ac nunc ex Francofordia amicorum literas expecto [3]). Ac tibi quam primum significabo, quid illi scripserint. Bene vale, carissime frater. Die 14. Septemb.

Philippus.

No. 5841. (h. m. ut videtur.)

M. Meienburgio, filio.

Epist. lib. VI. p. 730 sq.

Michaëli Meienburgio iuniori.

Non solum vitae longiora spatia Patri vestro, excellenti prudentia et virtute, sed etiam senectam tranquilliorem optavi. Postquam vero Deus eum ex hac vita evocavit: colligite ea, quae ad moerorem leniendum accommodata sunt. Norat consolationes a Filio Dei traditas, et his se confirmabat, ut ipse audivi. Et senectus iam tanta fuit, ut non multi anni accessuri fuerint. Et creverunt solicitudines, et excruciebatur a maledicis hominibus. His tantis onerib. iam liberatus est. Dolorem vero honestissimae Matris vestra pietate erga ipsam lenire studeatis: id et Deo et vestro Patri gratum erit: et honestis exemplis familiam ornate memores et Patris et Avi materni, viri optimi et laudatissimi, et honestissimae Matris vestrae. Bene valete.

Philippus.

No. 5842. 16. Sept.

H. Buscoducensi.

Edita in d. Dänischen Bibliothek, P. IV. p. 167. (Danz.).

Ad Henricum Buscoducensem.

Reverende vir et charissime frater. Cum non haberem historica multa, tibi brevem pagellam mitto, exhibendam inclyto Regi: etsi non dubito, quin ad Regem ex aula nostra de exercitu, quem in Pannonia ducit *Ferdinandus* Archi-Dux, copiosius scriptum sit. Magnum bellum in Pannonia geritur, in quo ut Deus reprimat *Turcas* orandus est: sed profecto non solum vaticinia, sed multo magis peccata nostra metuo. Commendo tibi virum excellentem eruditione, virtute et iudicii rectitudine M. *Andream Laurentium*, qui has tibi litteras exhibebit, et ut inclyto Regi commendes et hunc M. *Laur. Andream* et *Christianum Hegelon* te valde oro. Bene vale. Die 16. Sept. 1555.

Phil. Melanthon.

3) Videlicet a Peucero adferendas, qui Francofordiam profectus erat. Vid. ep. d. d. 21. et 22. Aug. 1555.

(*Melanthon cum Camerario, Alesio et Rungio proficiscitur Norimbergam.*)

No. 5843. 24. Sept. (Norimb.)

Io. Brentio.

Epist. lib. III. p. 201. (ed. Lond. lib. III. ep. 118.). — Apographon in cod. Galli lib. II. p. 313 b.

Iohanni Brentio

S. D. Reverende vir, et charissime frater: Scio te magno in dolore esse, tum propter alias Ecclesiae aerumnas: tum vero praecipue propter domestica dissidia nostrarum Ecclesiarum, ac assiduis gemitibus orare Filium Dei, qui se pingit in *Samaritani* Medici exemplo, ut vulnera nostra sanet. Plus autem proficerent et tuae et aliorum piorum preces, si in pluribus esset studium tuendae coniunctionis, et parcendi aegro corpori: Sed haec ultima et languida Ecclesiae senectus habet maiora deliria, quam olim habuit aetas felicior.

Osiandricae contentiones non leviter et Ecclesiam et Civitatem *Norinbergensem* concutiunt. Quare ex duabus Academiis, *Lipsica* et nostra vocari sunt *Alesius, Iacobus Pomeranus*, et *Mauritius Helling* ad diiudicationem controversiarum, et adiuncti sumus *Ioachimus*, et Ego. Etsi non recuso dicere quod sentio: tamen quia talibus congressibus raro tolluntur dissidia; non proficisci huc malueram. Sed spes mihi ostendebatur, te quoque et alios ex vestra Academia adfuturos esse. Sequutus sum igitur caeteros huc proficiscentes, ubi cum cognovissem disputationes moveri plures, et intricatiores, quam antea motas esse audieram: te valde desiderare coepimus, ac

de multis magnis rebus tuum praecipue iudicium flagitamus *). Nam, ut alia multa omittam, qualis confusio est; si tantum dicatur, Homines fieri iustos inhabitatione Patris, Filii, et Spiritus Sancti? Nec discernantur Pater, Filius, et Spiritus Sanctus? nec Mediatoris obedientia et intercessio discernantur ab effectione? nec reconciliatio distinguatur a sequenti sanctificatione? nec explicetur vetus dictum, Nunquam dari Spiritum Sanctum sine Filio?

De his tantis rebus pie et placide colloqui amicos oportebat. *Osiander* se non evolvit, et *μῆλον ἔριδος* obiecit. Quare te oro, ut ad nos expatieris, si potes: aut consilio nos iuves. Nam maxime optarim nostras sententias congruere, ut speramus nos in tota aeternitate verum Deum una voce celebraturos esse. Bene vale. *Norimbergae.* Die 24. Septemb. 1555. Salutem tibi reverenter optant *Alesius* et caeteri amici multi, qui huc nobiscum profecti sunt.

No. 5844. 29. Sept. (Norimb.)

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 194 sq.*

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone charissime. Scriptum est apud Esaiam: Posui in ore tuo verbum meum, et dextra mea protegam te, ut plantes coelos. Certissimum est, et esse Ecclesiam Dei, quanquam parvum agmen, discens Evangelii vocem, et dextra Dei mirabiliter eam inter Imperiorum tumultus protegi, ut his triginta annis vidimus clementer protectas esse regiones, in quibus vox doctrinae sonat, et mitigatas esse poenas. Haec beneficia Filii Dei agnoscamus, et grati celebremus, et nos ei commendemus. Iudico, et hoc esse Dei beneficium, quod nunc placidus fuit exitus *Augustani Conventus* [1]). Precemur etiam Filium Dei, ut deinceps nos gubernet.

Quae hic [2]) scripsimus de controversia Baltica, mittam, ubi rediero, Deo iuvante. Nunc mitto historiam lectione dignam de Tragoedia Turcica. Oro etiam Filium Dei, ut nos protegat et gubernet. Bene vale. Die S. Hieronymi.

Philippus.

*) De Brentii responso vid. Strobelii vermischte Beiträge p. 123.

1) Decretum eius factum est VII. Cal. Oct. 1555.

2) Norinbergae.

No. 5845. 29. Sept.

Ioachimo Pr. Anhalt.

Praefatio in librum: Georgen, Fürsten zu Anhalt Predigten und andere Schriften. Wittemb. gedruckt durch Hans Kraft 1555. fol. (Lunz.) — De scripto ipso conferatur ep. ad Milichium d. 30. Spt. h. a.

Dem Durchleuchten Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Joachim, Fürsten zu Anhalt, Grafen zu Ascanien und Bernburg etc. meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor, Durchleuchter, Hochgeborner G. F. und Herr, E. F. G. wissen aus hohem Christlichem Verstand und Glauben, daß göttliche Weisheit selb beides verkündigt hat, nämlich, daß in diesem letzten schwachen Alter der Welt grössere Zerrüttungen und Spaltungen sein werden, denn zuvor gewesen sind, daß aber gleichwol der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus ihm ein ewige Kirchen durch Evangelium, und nicht anders, für und für bis zu Auferweckung aller Menschen aus dem Tod, gewißlich sammlen wolle, und werde dazu etliche Regiment erhalten, daß das arme Häuflin Herberg und Hüttlin hab, darin offentliche ehrliche Versammlungen, Predig, Reichung der Sacrament, und Unterweisung der Jugend in der Lehr, sein mögen, Wolle auch, daß alle Menschen, ein jeder nach seinem Stand, zu Pflanzung Christlicher Lehr treulich dienen bey dieser Arbeit, damit sie nicht vergeblich sey, will auch der Sohn Gottes, der das Haupt seiner Kirchen ist, und erhält, schützet, und trägt sie, kräftiglich mit wirken, wie er spricht, Ich bin bey euch allezeit bis zu Vollendung dieser Welt. Item, Ich bin der Weinstock, ihr seid die Reben. Dieser Trost ist in dieser grausamen Zeit, da die Welt in so viel Secten zerrissen ist, täglich zu betrachten, daß wir uns trösten und stärken, und fest in diesem Verstand und Glauben bleiben, ob wol viel und mancherley Secten sind, Mahometisten, Jüden, Babstthumb voll Abgötterey, Heidnische Verächter Gottes, und Epicurey, Mönch, Rottengeister, die täglich neue Irrthum erdichten, so bleibt dennoch gewißlich des Herrn Christi Schifflein in so viel Sturmwinden und

Wellen, und läßt es der Herr Christus nicht versinken, nämlich dieses Häuflin, darin reine Lehr des Evangelii gepredigt wird. Dieses ist die Kirche Gottes, darin gewißlich allezeit viel Gliedmaß sind, die ewiger Seligkeit Erben sind. Dieses ist der allerhöhest Trost in allem Elend, und aller Trübsal dieses jamerlichen Lebens, wie der Psalm spricht: Beati qui plantati sunt in domo Domini, et in atriis domus Dei nostri. Selig sind diese, die in das Haus des Herrn gepflanzet sind, etc. Dieses Leben ist ein kurzer Augenblick, und ist doch ein langer Kerker und voll grosser Betrübniß. Nu gedenk, wer nicht weiß von ewiger Seligkeit, und vom rechten Weg dazu, wie ein finsterer harter Kerker eim *) solchen dieses Leben sein muß, dagegen wird alle Trübsal linder, und alle Arbeit leichter, wenn wir gewißlich das Ende unsers Jammers für uns sehen, nämlich, ewige Freude bey Gott, und sind im rechtem Wege dazu, nämlich, in der rechten Kirchen Gottes, da wir reine Lehr mit gläubigem Herzen hören und annehmen, davon der Herr Christus spricht, Oves meae vocem meam audiunt. Und wissen auch von diesem itzigen schwachen Leben, daß Gott gewißlich bey uns ist, und lindert alle Angst, wie er spricht, Ich trag euch, und will euch tragen und helfen auch im schwachen Alter. Dieses alles sollen wir täglich bedenken, so wir im Symbolo sprechen, Credo Ecclesiam Catholicam. Ich gläube gewißlich, daß ein warhaftige Kirche Gottes ist, darin allein Erben der ewigen Seligkeit sind, obgleich viel grosser abgöttischer Secten daneben sind, und die Teufel grausamlich wüten und viel Menschen in Irrthum führen, und darin gefangen halten. Ich weiß auch, daß dieselbige warhaftige Gottes Kirche allein dieses Häuflin ist, darin reine Lehr des Evangelii ist, und dieser einigen warhaftigen Kirchen Gliedmaß will ich auch sein, und mit Gottes Hülf ewiglich bleiben, und will darin ewiger Seligkeit gewarten, den warhaftigen Gott anrufen, ihm gehorsam sein, und in aller Noth Hülf bey ihm suchen, und also gemeine Arbeit und Elend desto leichter tragen. So wir uns nu mit diesem Trost stärken, sollen wir hernach auch diese Kirchen Gott zu Ehren und wie er geboten hat, helfen erbauen, zieren und handhaben, Und dieweil alle gute Regierung erstlich dahin gericht sein soll, daß Gott recht erkannt und recht geehret wird, sollen fürnemlich alle Regenten mit höchstem Ernst zu Pflanzung und Erhaltung rechter Lehr Hülfe thun, welches durch Gottes Gnad, insonderheit zu dieser Zeit, durch alle Fürsten zu Anhalt treulich geschehen ist.

*) i. e. einem.

Fürnemlich aber hat der Hochwirdig, Durchleucht, Hochgeborn Fürst und Herr, Herr Georg Fürst zu Anhalt, Grave zu Ascanien und Bernburg etc. Thumprobst zu Magdeburg und Meissen, E. F. G. Bruder seliglich gearbeit, Denn er nicht allein neben den Durchleuchten Hochgebornen Fürsten zu Anhalt etc. Fürst Johans und E. F. G. seinen Brüdern, die Kirchen mit rechter Lehr, christlicher Ordnung, und ziemlicher Unterhaltung, wie den weltlichen Regenten befohlen ist, hat bestellen helfen, sondern auch selb mit Christlichen Predigen und Schriften, die Kirchen unterwiesen, und also Fürstlich und Lehrampt mit Gottes Gnaden seliglich geführt. Dieweil nu viel großwichtige Ursachen sind, darum nützlich ist, daß seiner F. G. Schriften den Nachkommen bekannt und in Gedächtniß bleiben, haben E. F. G. der Christlichen Kirchen hiemit wol gedienet, daß sie diese Schriften haben zusammenbringen, und ausgehen lassen. Denn erstlich dienet dieses zur rechter Gottesehre, und zu Erkenntniß des Herrn Christi, daß zu allen Zeiten viel Christlicher Herzen rechte Bekenntniß von Gott, und vom Herrn Christo lassen an Tag kommen, wie der Herr Christus spricht: Euer Licht soll leuchten, daß euer himmlischer Vater gepreiset werde. So sind wir ja dazu zum allerfürnemsten erschaffen, und hernach durch den Sohn Gottes erlöset, und widergeborn, daß wir in Ewigkeit Gott und den Herrn Christum ehren und preisen.

Zum andern, ist mit solchen Büchern der Kirchen gedienet, zu Unterweisung und zu Zeugniß, wie der Herr Christus geboten hat, Und du, so du bekehret bist, soltu deine Brüder stärken. Wer zum Lehrampt berufen ist, oder seine Bekenntniß thun muß, so er andere recht, ordentlich und verständlich unterweisen kann, thut er damit Gott ein wolgefälligen Dienst, daß er mit Reden und Schreiben vielen andern den rechten Weg weiset. Denn ob gleich viel Oratores und Scribenten zu allen Zeiten sind, so ist doch offentlich, daß viel aus dem Weg fahren. Origenes, Chrysostomus, und hernach Thomas und viel andere sind von der rechten Straßen wegkommen, darum daß sie den Grund Christlicher Lehr nicht eigentlich verstanden haben, und haben Gesetz und Evangelium nicht klar unterschieden. Ambrosius und Augustinus haben den Grund besser verstanden, haben aber ihren Verstand nicht deutlich aussprechen können, Wie denn nicht ein geringe Geschicklichkeit und Arbeit ist, wenn einer gleich etwas wohl verstehet, dasselbig deutlich ausreden, und in rechter Straßen bleiben. Nu hat Hochgedachter Fürst Georg durch Gottes Gnaden, Christ-

licher Lehre ein rechten gründlichen Verstand in allen Artikeln gehabt, und hat dazu diese Göttliche Gabe gehabt, daß er seinen Verstand recht klar und ordentlich hat reden und schreiben können, und ist dazu ein grosser Fleiß in ihm gewesen in allen Sachen, vornemlich aber Christlicher Lehr Grund und alle großwichtige Streit, die in Christlicher Kirchen zu allen Zeiten fürgefallen sind, und der rechten Lehrer Urtheil zu wissen, und reine Lehr deutlich zu erklären. Dieses alles dienet nicht allein zu Unterweisung der Nachkommen, sondern auch zum Zeugniß, denn es werden täglich neue Opinion und Streit erreget, davon die Gottfürchtige gern Zeugniß der vorigen Lehrer haben wollen, als uns zu dieser Zeit sehr nützlich ist, daß wir in Symbolis, in Historien, in Irenäo, Athanasio und andern alten Zeugniß finden von den dreien Personen der Gottheit, und von andern Sachen. Also werden die Nachkommen durch die itzige Schriften solcher Männer, der Lehr und Leben in den Christlichen Kirchen unsträflich gewesen ist, gestärkt werden, laut des vorgemelten Spruchs, Und du, so du bekehret bist, sollt du deine Brüder stärken. Nu ist offentlich, daß Hochgedachten Fürst Georgen ganzes Leben unsträflich gewesen ist, und mit solchen Tugenden gezieret, die Gottes Gegenwertigkeit in ihm Zeugniß gewesen sind. So hat der Ehrnwirdig Herr D. Martinus Lutherus, dergleichen alle Gottfürchtige verständige in unsern Kirchen von der Lehr Zeugniß geben, daß sie Christlich und rein sey, und wär zu wünschen, daß uns die vorigen Zeit nach den Aposteln solche reine Bücher gelassen hätten.

Darum haben E. F. G. der Christlichen Kirchen damit löblich gedienet, daß diese Bücher zusammen bracht, und in Druck geben sind, und werden Gottfürchtige Leut zu dieser Zeit und bey den Nachkommen bekennen, daß sie Dankbarkeit schuldig sind beiden, Hochgedachten Fürst Georgen, und E. F. G. Der allmächtig Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, der ihm gewißlich ein ewige Kirch im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium sammlet, wolle E. F. G. allezeit an Leib und Seel stärken und regieren, vielen Christen zu Trost, und wolle das Hochlöbliche Fürstlich Haus zu Anhalt schützen und darin selige Regiment geben. Amen. Datum [Witteberg] am Fest der heiligen Engel *), Anno 1555.

E. F. G.

unterthеniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 5846. 30. Sept. (Norimb.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 458. (ed. Lond. lib. II. ep. 484.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Clarissime vir et charissime frater, Spero prius ad te perventuram esse praefationem *), quam hanc Epistolam. Heri enim homini officioso et celeriter *Lipsiam* proficiscenti dedimus praefationem. Et scripsit *Ioachimus* coniugi, ut mox ad te mittat per proprium nuncium. Utinam adhuc tempestive adferatur. Libenter gratificor *Ascaniis* Principibus, et virtus Principis *Georgii* digna est memoria. Sed quo me fato dicam natum esse, quod implicat me et variis et insuavibus negotiis? Statim ut veni *Noribergam*, magna volumina Sophismatum legere coactus sum, et mox scripta sunt iudicia, et subinde res easdem longioribus scriptionibus explicare oportuit. Ita primos dies tribuere praefationi non potui. Postea scripsi subito. Et existimo accommodatam ad leniendos dolores ipsius Principis *Ioachimi*, Quae enim potest esse consolatio alia efficacior quam cogitatio de Ecclesiae perpetuitate, et quod hac nostra militia non sit irritus labor? Bene vale vir optime. Salutem vobis omnibus opto. Prid. Calend. Octobris.

No. 5847. (30. Sept.)

(*Tria scripta.*)

Controversia, quam de Iustificatione hominis Regiomonti moverat Andreas Osiander non solum ibi, sed etiam extincto Osiandro in Pomerania et Norimbergae acta est, ubi inprimis Leonhardus *Culmannus*, concionator ad aed. divi Sebaldi, et Ioannes *Vetterus*, Diaconus ad aed. divi Laurentii, Osiandri sententiam propugnarunt. Senatus Norimbergensis ut valde turbatam inter urbis concionatores pacem restitueret, accersivit Philippum Melanthonem. Hic igitur cum Iacobo *Rungio*, Theologo Pomerano, tum Witebergam misso propter lites in Pomerania agitatas, Alexandro *Alesio*, Theologo Lipsiensi, Ioachimo *Camerario* et Mauritio *Helingo* Norimbergam profectus est, et ibi d. 26. 27. et 30. Septemb. 1555. de pace facienda egit. Io. *Brentius* quoque invitatus erat, qui autem non venit. De qua controversia vid. omnino *Saligius* in historia Aug. Confess. T. II. p. 1048 sqq. G. G. *Zeltnerus* in Paralipomeno Osiandrino s. Leonh.

*) Vid. supra ep. ad Camerar. d. 13. Iul. et epist. ad Milich. d. 30. Septb. — Non igitur *Vitebergae* sed *Norinbergae* est scripta, quare *Witteberg* uncis inclusimus, fortasse additum a typographo.

*) In Conciones Georgii Anhaltini.

Culmanni vita et fatis. Altdorf. 1710. 4. *Strobelius* in den Beiträgen zur Litteratur besonders des 16. Jahrhunderts, P. II. p. 109 sqq. *Planckius* in der Geschichte des Protest. Lehrbegriffs; P. IV. p. 444 sqq. Quibuscum conferenda sunt ea, quae Melanthon infra med. Novembr. ad Camerarium et Baumgartnerum ea de re scripsit. Etiam Camerarius in vita Melanthonis ad ann. 1555. rem paucis attigit. Melanthon autem Norimbergae scripsit: A) *Adhortationem* ad concionatores ut pacis sint studiosi, latino sermone; B) *Expositionem germanicam*, doctrinae de Iustificatione, quae concionatoribus Norinbergensibus et doctoribus scholarum proposita est ad ei subscribendum, cui omnes etiam subscripserunt, exceptis Culmanno et Vettero; denique C) *Concionem*, quam in templo habuit Iacobus *Rungius*. Haec tria scripta mox, mense Novembri edita sunt Witebergae 1555. apud Petri Seitzii haeredes, et Norimbergae apud Johann vom Berg und Ulrich Neuber. 4. sic inscripta: „Daß der Mensch in der Bekehrung zu Gott, in diesem Leben gerecht werde vor Gott von wegen des Gehorsams des Mittlers, durch Glauben, nicht von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit, geschrieben zu Nürnberg a. 1555. und unterschrieben von den Personen, welcher Name zu Ende verzeichnet sind. Ein Predigt Jacobi Rungii Pomerani von der Gerechtigkeit zu Nürnberg gepredigt." — Adhortationem latinam Pezelius inseruit Melanthonis consiliis latinis P. II. p. 208—216., eademque etiam legitur in Mel. Declamatt. T. III. p. 674. — Scriptum germanicum et concionem a Rungio recitatam Pezelius inseruit Melanthons christlichen Bedenken und Berathschlagungen, p. 388—428. Habes igitur A) adhortationem latinam; B) scriptum germanicum de iustificatione; C) Rungii concionem.

A)

Adhortatio ad eos, qui docent in Ecclesia Norinbergensi, habita a Philippo Melanthone Norimbergae.

Utinam ea temporum felicitas esset, ut interdum ad deliberationes de doctrina convenire multi senes Doctores possent, qui adferrent non odia, non exulceratas voluntates, non inscitiam, non arrogantiam, non sophisticam, non contentionis, non victoriae iniustam cupiditatem, sed timorem Dei, eruditionem, veritatis amorem, studium iuvandae verae invocationis Dei, modestiam, candorem animi, benevolentiam erga alios Doctores, voluntatem τὰ μὲν πείθειν, τὰ καὶ πείθεσθαι, ut olim dicebatur. In tali coetu, cum regeret corda singulorum filius Dei, λόγος aeterni patris, et norma esset consiliorum vox tradita divinitus: Ecclesiis et in praesentia, et ad posteritatem feliciter consuli posset. Ac nos quidem, cum hoc tempore ad diiudicationem vocaremur, optavimus plures accersi, sed multae tristes caussae impediunt horum congressuum frequentiam, de quibus non sine magno dolore cogitare possumus.

Etsi autem nobis imbecillitas nostra non prorsus ignota est, et malueramus cum pluribus viris doctis et piis deliberare, et meminimus hanc Pauli vocem: *Non sumus idonei ad cogitandum aliquid, tanquam ex nobis*, tamen postquam necesse fuit ostendere confessionem nostram, de his materiis, de quibus hic aliqui a consensu nostrarum Ecclesiarum discesserant, lectis illorum scriptis, cum eos amanter monuissemus, quid displiceret, postea cogitavimus ad communem concordiam hoc profuturum esse, si nostra sententia primum planissime, et sine ulla acerbitate verborum recitaretur, et consideranda proponeretur omnibus.

Id ita fecimus, ut voluerimus liberrima esse iudicia, nec nobis quidquam autoritatis, aut potentiae sumimus. Absit ab Ecclesia illa arrogantia, quam in Tragoedia filius in patre tyranno reprehendit.

Βούλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν.

Ac vidistis, nos non intexuisse subtiles, et peregrinas disputationes, cum tamen Osiander multas quaestiones moverit, seu quia natura erat ἀντιλογική, seu ut sese involveret, et indoctorum oculis ac mentibus praestigias offunderet, sed sine ullo studio contentionis perspicue nudam sententiam de ea materia diximus, quae est arx huius controversiae, de qua ne obscuretur beneficium filii Dei, et ne extinguatur consolatio piis necessaria, et vera invocatio: necesse est extare, retineri, et semper in conspectu esse veram doctrinam simplicissime explicatam, sine corruptelis, et sine umbris, et involucris ambiguorum verborum.

Quanta sit magnitudo huius rei, de qua dicimus, non considerant homines profani. Sed piae mentes norunt in hac quaestione non de laude subtilitatis certandum esse, sed nudam veritatem, propter gloriam filii Dei, et propter salutem hominum retinendam esse.

Postquam autem legistis nostrum scriptum, et quidem legistis ut censores, ac libera suffragatione vestra comprobastis, nunc et consensum nostrum, et animorum coniunctionem, huic Ecclesiae et aliis ostendamus. Scitis in omni societate honesta, quantum bonum, quam necessaria sit concordia. Sed nos non solum utilitates consideremus, sed primum omnia vota et gemitus filii Dei intueamur, qui in illo mirando agone suo orat aeternum patrem, ut faciat, ut unum in ipso simus.

Nec ulla vox ardentior unquam in coelo, et in terra hac precatione audita est. Neque vero

haec petitio illo tantum tempore dicta est, sed inde usque ab initio, donec Ecclesia in hac hominum infirmitate colligitur, in illo arcano consilio divinitatis assidue repetitur, ac nunc quoque pro nobis aeterno patri proponitur.

Nec sunt irrita haec vota, et copulat Deus piorum animos: sed vult in nobis etiam studium esse tuendae coniunctionis, et concordiae. Non copulat illorum pectora, qui volentes aut frenos laxant privatis affectibus, ambitioni, et odiis, aut levitate, ac petulantia ingeniorum, et curiositate, ac perversitate naturae, delectantur ludis opinionum, sophistica, et rixis.

In Saule, in Ioab ardet ambitio. Hi cum doleant sibi alios anteferri, et quasi gloriae suae circumfundi tenebras, tollere illos e medio conantur.

In Achitophel, in Semeia, etiamsi ipsi regnum nec sperant, nec appetunt, tamen aliis de caussis iniusta odia accensa sunt, quibus incitantur, ut ruentem, quantum possunt, impellant. Utriusque generis exempla non rara sunt omnibus temporibus.

Qui igitur horum affectuum ambitionis, et odii flammas non student restinguere, hi vota et gemitus filii Dei horribili furore aspernantur, ac procedunt. Deinde ad has tribunitias artes, quaerunt caussas plausibiles, ut olim erant Agrariae leges, et novae tabulae, fingunt calumnias, serunt suspiciones, muniunt se factionibus, et variis acuunt rumoribus iras, astute et ipsas caussas armant, et sophistica, et Pericleis fulminibus verborum.

Extat liber editus ante quinquennium diversis in locis, de Magistratu politico, sine nomine autoris, quanquam arrogantia autorem ostendit. Huius libri Exordium est hoc: *Quotquot hactenus scripserunt de Magistratibus, omnes aut nihil intellexisse, aut turpiter assentatos esse Principibus.* Tale Exordium ad populum non tantum classicum est, sed plane caput Gorgonis, quo conspecto vertuntur multi in scopulos. Reliqui operis summa est stulta, falsa, ac seditiosa. Ac possem multa exempla commemorare.

Cum igitur maximarum dilacerationum in Ecclesia, et in imperiis caussae sint, hi caeci affectus, ambitio, et odium, ac vindictae cupiditas, opponit eis filius Dei hanc gravissimam concionem: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.* Huic voci filii Dei obtemperemus, nec irae, odiis, et cupiditati vindictae indulgeamus, nec ambitione de nostra gloria dimicemus, nec obtrectatione, nec suggillationibus odia incendamus, sed sit in iudicando candor: Quaedam etiam communi infirmitati condonemus, aut si necessaria videtur admonitio, placide admoneantur illi, quibus inspectio Ecclesiae commendata est. Denique discernamus etiam hostes, et cives, praeliemur cum hostibus; cives infirmos, hoc est, collegas in eadem vera Ecclesia, aut placide sanemus, aut sapienter toleremus.

Pericles reprehensus est, quod omissis civitatis hostibus, incurreret in amicos, praestantissimos cives: Nam Cimonem ex urbe expulit, Ephialtem etiam dolo necasse scribitur. Contra laudati sunt Themistocles, Aristides, Camillus, Fabius, Scipio, quod sociorum ambitioni cesserunt, et iniurias a civibus acceptas placide tulerunt. Et universae civitatis Atticae moderatio profuit toti Graeciae, quod primum ad Artemisium cessit summam imperii Lacedaemoniis: Deinde ad Plateas, cum Arcades locum priorem sibi tribui peterent, responderunt Athenienses. Non hoc tempore de loco seditiones movendas esse, sed ubicunque collocarentur, se annixuros esse, ut viri boni essent, *πάντῃ τεταγμένοι πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί.* Et nota est vetus admonitio de Syncretismo.

Multos autem vidimus his viginti annis in Ecclesiis nostris, qui omissis communibus hostibus, privato affectu in collegas, et quidem amicos, magna acerbitate animorum impetum fecerunt. Ita velut Cadmaei fratres inter nos infeliciter dimicamus. Qua in re primum praecepta divina de concordia consideranda erant: Deinde et misericordia Ecclesiae moveri nos omnes oportuit, quae est saucium et aegrum corpus, cuius vulnera magis, vel privato odio, vel ingenii ostentatione lacerare, magna crudelitas est.

Pingitur Ecclesia in viatore saucio. Hunc Samaritanus molliter vehit in diversorium, non in carnificinam, aut in latomias, et curari eum iubet. Ac filius Dei ipse inquit, se gestare Ecclesiam, ut pastor in gremio tenellos agnos recens editos gestat.

Hoc exemplo et nos, quantum possumus, coetus nostros, quorum profecto magna est infirmitas, foveamus, et consociemus, et coniunctionem nostram omnibus piis officiis tueamur. Et simus memores dulcissimae concionis, quae in

Iohanne scripta est: *Deus dilectio est, et qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus in eo.* Hanc amplissimam promissionem conferamus ad illud dictum Salomonis: *Abominatio est coram Deo, qui inter fratres dissidium excitat.*

Manebis in Deo, et Deus erit in pectore tuo, gubernabit, custodiet, et servabit te, si piis officiis communem coniunctionem tueberis. Deseret autem te, et horribiliter puniet, si sine necessariis caussis eam dilacerabis, sicut et Paulus inquit: *Qui conturbat vos, iudicium portabit quisquis est.*

Dixi de his, qui ambitione, aut odiis incitati tumultuantur. Tertium genus est minus sanabile, illi videlicet, qui non de regno dimicare videntur, aut dolore aliquo incensi sunt, sed tamen petulantia ingeniorum, aut naturae perversitate certamina movent.

Tales fuisse recens Servetum, Sebastianum Francum, scriptorem Paradoxorum, Lauterwaldum existimo. Et talem adhuc esse Thammerum Moguntiae iudico, qui Evangelii doctrinam de filio Dei in Ethnicas allegorias transformat, perinde ac si Hesiodum interpretaretur. Adversus tales furores, qui manifeste sunt diabolici, muniamus nos, et lectione divinorum librorum, et ardenti precatione, et sciamus humanae rationi anteferendam esse vocem divinam, sicut iubet aeternus pater: *Hic est filius meus dilectus, hunc audite.* Et Paulus vult mentes Evangelio captivas fieri, sic ut obediant Christo. Non igitur ludant ingenia fingendis opinionibus, et pii gubernatores adversus illam Gigantaeam audaciam severitate utantur.

De his maximis rebus multo plura dici possent, sed haec quotidie pii omnes cogitant, quales vos omnes esse, qui huc convenistis, existimo. Ideo sumus contenti hac brevi admonitione, et filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς, custodem Ecclesiae suae, oramus ut nos omnes doceat ac gubernet, et omnium pectora Spiritu suo sancto ad veram Dei invocationem, et ad retinendam publicam concordiam flectat.

Quanquam autem speramus vobis placere hoc nostrum consilium, quod propositiones illas, quas taxavimus, non volumus in concionibus defendi, aut fucosis interpretationibus excusari, sed omitti: tamen quia audimus, quibusdam hoc nostrum consilium videri durius, qui dicunt, ambigua non damnanda esse, sed candidius esse, flagitare explicationem, pauca respondebimus. Nec iam prolixe repetemus iustissimam querelam de negligentia omnium temporum in loquendo.

Etsi plures caussae sunt errorum et dolorum in Ecclesia, tamen haec non postrema est, quod plurimi Doctores et scriptores in quibusdam materiis sermonem divinum non intellexerunt, et de his postea improprie locuti sunt. Cum igitur a fontibus discessissent, et Doctores, et auditores, partim ex ratione humana, partim ex caeca superstitione, falsae opiniones natae sunt, et recepta ac stabilita horribilia idola.

Quantae tenebrae fuerunt de distinctione legis et Evangelii, politici imperii, et Ecclesiae, promissionis gratiae, et promissionum corporalium? Mutilata significatio nominis peccati, corrupta gratiae, fidei, iustificationis, sacrificii, poenitentiae, valde obscurata τοῦ λόγου. Sed vobis exempla non sunt ignota.

Instituit autem ipse λόγος filius Dei ministerium docendi, non ut Doctores nova dogmata gignant, sed ut sint discipuli Dei, et custodes divini sermonis, et eum perferant ad populum ceu legati, quibus mandata dantur praescriptis verbis, ut Paulus inquit, ὑπὲρ χριστοῦ πρεσβεύομεν. Hi cum populo verba sermonis divini enarrant, et ordine membra, ut fit in docendo, distribuunt, videant ut congruat oratio cum divina doctrina, nec aliud pes, aliud cythara sonet, ut olim dicebatur. Quid indignius est, quam stare docentem in sede filii Dei, et contraria mandatis dicere, aut velut Mimum in scena ludere verborum deliciis, ac plausus multitudinis captare? Sit igitur oratio docentis congruens divinae voci, propria, perspicua, sine ambiguitate, verecunda, plena veris doloribus.

Sed obiiciunt illi, nos ferre leges impossibiles, quia nemo sit tam disertus, ut non aliquando ambigue loquatur. Tyrannidem; inquiunt, in Grammatica exercetis, si vultis omnes vestris verbis et syllabis uti. Ad haec respondemus, eius diligentiae modum quendam esse. Primum, aperte falsa, ubi constat, non de verbis, sed de rebus dissensionem esse, vitare necesse est, ut in his controversiis falsa et monstrosa oratio est, cum dicitur: *Christum per accidens iustificare.* Quam insulsum est, quod definitionem quidam tradidit: Iustitia significat Frombkeit, ut dicimus, vir iustus, est vir bonus, aequus, et

humanus. Quid haec ad Pauli dictum: *Credenti fides imputatur ad iustitiam?* Funckius non minus inepte mutuatur definitionem a Iurisconsultis, ut Malvenda. Error autem in definitione fons est deinde multorum errorum. Ubi autem locus sit forensibus definitionibus, cum videlicet de doctrina operum dicitur, id in Ecclesiis nostris perspicue explicatur.

Deinde quid mens perterrefacta iudicat, rerumne an verborum dissensionem esse, cum dicit vox Evangelii: *Per misericordiam propter filii obedientiam iusti sumus coram Deo?* Osiander inquit, iusti sumus propter iustitiam essentialem patris, filii, et Spiritus sancti. Item: Cum interpretatur, iustificati sanguine, id est, divinitate. Notum est etiam, quosdam terra et *δύσφημα* dixisse de sanguine Christi, quos puniri oportuit, et propter gloriam Christi, et exempli caussa.

Sed de ambiguis dicamus. Etiamsi in communi sermone ambigua multa excidunt omnibus, tamen necessaria cura est in dogmatibus vitare ambigua, insidiosa, et paritura dissimiles opiniones, et discordias. Non est enim docere homines, spargere dicta flexiloqua, sed serere dissidia, et tanquam *μῆλον ἔριδος* auditoribus obiicere.

In Syrmiensi Synodo existimarunt quidam, distractas Ecclesias rursus coniungi posse hoc consilio, si ex Symbolo eximeretur vox *ὁμοούσιον,* et generale verbum *ὅμοιον* insereretur. Ita si Symbolum ab utraque parte receptum esset, coituras esse Ecclesias, nec referre, etiamsi alii aliud in dictione *ὅμοιον* intelligerent, quia idem utrique sonarent. Hic cothurnus magis auxit discordias.

Regula igitur Pauli talibus consiliis anteferatur, qui iubet formam retinere sanorum verborum, id est, certos loquendi modos, ut docendi ratio postulat. Et ad Ephes. praecipit, vitari *κυβείαν* et *πανουργίαν.*

Quid est autem tam simile ludis, et praestigiis, quam in populum ambigue dicta spargere? Quod ne fieret, Symbola condita sunt, et formae loquendi praescriptae, quae olim Canones nominabantur, pleni eruditionis, pro quibus posterior aetas longe alios Canones Ecclesiae obtrusit, de tyrannide Pontificia, de aucupiis pecuniae instituendis per falsa sacrificia.

Denique scimus omnes, antiquum praeceptum esse, ut in legibus et sententiis forensibus ambiguitas vitetur, sicut Demosthenes inquit, *De una re unicam et perspicuam legem esse oportere.* Et Plato dulcissime inquit in quarto de legibus: *οὐ δύο περὶ ἑνός, ἀλλὰ ἕνα περὶ ἑνός, ἀεὶ δεῖ λόγον ἀποφαίνεσθαι.* Et notissima sit omnibus admonitio Syracidae, qui ait, Deo et hominibus ingratam esse sophisticam: *ἐστὶν σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός, οὐκ ἐδόθη αὐτῷ παρὰ κυρίου χάρις.*

Haec de ambiguis dixisse satis sit, ac propter gloriam Dei, et propter salutem animarum, et publicam Ecclesiae concordiam, discamus recte intelligere sermonem divinum, et eum, ut decet legatos, bona fide, perspicuo genere orationis, sine corruptelis, sine imposturis, et sine praestigiis Ecclesiae proponamus. Et ad hunc difficilem laborem adiungamus assiduam et ardentem Dei invocationem, et petamus, ut non solum in discendo, et in docendo filius Dei *λόγος* aeterni patris nos gubernet, sed etiam ut adsit in ministerio Evangelii, sit efficax, et colligat ipse aeternam Ecclesiam voce nostra. Quod haud dubie facit, sed ita, cum doctrinam, quam tradidit, sonamus, non corruptelas.

Ut autem quisque eruditissimus est, ita maxime considerat magnitudinem sui muneris, et agnoscit, in hac communi infirmitate omnibus multa inconcinne dicta excidere, et maiorem curam in dicendo adhibet. Contra indocti sunt *φίλαυτοι* et audaces, ut dicitur, *ἀμαθία θράσος ἀπεργάζεται.* Sed in his illi, qui sanabiles sunt, a gubernatoribus admoneantur, ut cogitent, quantum onus sustineant, et sint diligentiores in cognoscendis doctrinae fontibus, nec existiment, se satisfacere officio divinitus mandato, si garrulitatem, et futilitatem ad Ecclesiam adferant. De aliis, qui sunt insanabiles, arrogantes, impudentes, turbulenti, faces discordiarum, et seditionum, iudicia Ecclesiae consulantur.

Hanc nostram Orationem, ut boni consulatis, vos amanter oramus. Scitis enim divinum praeceptum esse, ut in Ecclesia tales fiant admonitiones, per quas Deus in aliquibus maiorem curam recte faciendi exuscitat.

Oramus autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis, et resuscitatum, *λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρός,* qui certo sibi colligit aeternam Ecclesiam, voce Evangelii, et non aliter, ut in hac languida mundi senecta, servet in Germania Ecclesiae reliquias, et gubernet nos omnes, protegat etiam hanc

urbem, et faciat, ut semper in ea luceat vera Dei notitia: et vera invocatione, et veris officiis pietatis, Deus in ea celebretur, et semper in ea Ecclesiam colligat, cui Deus sese, suam sapientiam, iustitiam, et laetitiam in tota aeternitate communicet, Amen.

B)

Scriptum de Iustificatione.

Daß der Mensch in der Bekehrung zu Gott in diesem Leben gerecht werde für Gott von wegen des Gehorsams des Mittlers durch Glauben, nicht von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit. Geschrieben zu Nürnberg, Anno 1555.

Der Hauptstreit in dieser Sachen ist aus diesem Exempel zu verstehen. Joseph ist keusch und seinem Herrn treu, und hat viele Tugenden, die wahrhaftiglichen Gottes Werk in ihme sind. Und ist wahr, daß Gott in ihme wohnet, ihn erleuchtet, regieret und stärket. Hie ist nun die Frag, ob Joseph von wegen dieser Inwohnung oder Tugenden für Gott gerecht sey, das ist, ob er darum Vergebung der Sünden hab? Und ob seine Person Gott gefällig und angenehm sey von wegen derselbigen Inwohnung, oder ob er für Gott gerecht sey von wegen des verheisenen Mittlers aus Barmherzigkeit, durch den Glauben? Hie ist nicht recht, also zu antworten: Joseph ist gerecht für Gott von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit Gottes des Vaters, Sohns und heiligen Geistes, oder: von wegen der Inwohnung Gottes, welche Inwohnung eigentlich solche Gegenwärtigkeit ist, darin Gott dieselbigen Tugenden wirket; sondern also ist zu antworten: Joseph ist gerecht für Gott, das ist, er hat Vergebung der Sünden und ist Gott gefällig und angenehm aus Barmherzigkeit, von wegen des verheisenen Mittlers durch den Glauben, nemlich von wegen des Gehorsams, dadurch der Mittler Gott versühnet hat und Fürbitter ist. Denn diese beiden Predigten müssen bleiben, nemlich die Verkündigung des Zorns wider aller Menschen Sünde, und die Verkündigung der Gnade durch den Mittler. Und vom Zorn spricht David: vor dir ist kein Lebendiger gerecht. Und Paulus spricht: totus mundus sit reus Deo. Und ist diese Rede oft in der Schrift erholet. Dagegen tröstet das Evangelium und spricht: also ist der Mensch gerecht für Gott, das ist, er hat Vergebung der Sünden und ist Gott gefällig und angenehm, von wegen des Gehorsams Christi, aus Barmherzigkeit, ohne unser Verdienst, durch Glauben.

Dieser Grund muß bleiben, und ist gewißlich wahr und ganz klar, daß diese Lehr also in göttlicher Schrift für und für durch den Herrn Christum, durch die Propheten und Apostel geprediget ist. Und ist öffentlich, daß man ohne den Mittler nicht in Gottes Gericht bestehen kann. Und der Mittler ist nicht der Vater, oder des Vaters wesentliche Gerechtigkeit, sondern diese gesandte Person, Gott und Mensch, Jesus Christus; wie Paulus spricht: der einige Mittler ist der Mensch Jesus Christus. Item, Röm. 5.: durch eines Menschen, Christi, Gehorsam werden viele gerecht. Item, wir sind gerecht gemacht durch das Blut Christi. Item, 1 Joh. 1.: das Blut Christi reiniget uns von allen Sünden. Item, Eph. 1.: dilecti in dilecto, wir sind geliebet in dem Geliebten, das ist, um des geliebten Sohnes willen, durch welchen wir haben Erlösung durch sein Blut, Vergebung der Sünden. Item, Esai. 53.: die Erkenntniß meines gerechten Knechts wird viele gerecht machen. Und ist ein einiger Verstand, so man spricht: durch den Gehorsam Christi, und durch das Blut oder Leiden Christi etc.

Dabei aber ist wahr, daß Gott, der Vater, durch seinen Sohn und heiligen Geist diesen gnädigen Trost in den Herzen wirket, und Leben giebt, und sind wahrhaftiglich gegenwärtig Vater, Sohn und heiliger Geist, wohnen und wirken im Herzen. Der Sohn zeiget den Vater durchs Wort, der heil. Geist wirket Freude und andre Tugenden etc. Gleichwohl muß dieser Grund bleiben, daß der Glaube und das Vertrauen auf den Herrn Christum gebauet sey, und den Gehorsam Christi anschaue, als die Ursach, darum dich Gott gerecht spricht, und nicht auf die folgende Wirkung. Es ist auch die Inwohnung im Herzen nicht, wo nicht dieser Trost ist. Darum muß dieser Glaube fürher leuchten, der auf des Mittlers Gehorsam gegründet ist. Item, Unterscheid der Personen wird verdunkelt, so man also ohne Unterscheid spricht: der Mensch ist gerecht von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit des Vaters, Sohnes und heiligen Geistes; oder: der Mensch ist gerecht von wegen der Inwohnung des Vaters, Sohnes und heiligen Geistes. Nun sind die Personen nicht vergebentlich geoffenbaret, sondern es sollen Unterscheid gehalten werden. Haben doch die Heiden auch also gesprochen: es ist keine hohe Tugend ohne Gott. Dieses aber ist in der christlichen Kirchen nicht genug geredet, darinnen Unterscheid der göttlichen Personen geoffenbaret ist; item, Unterscheid der Gerechtigkeit für Gott durch den Mittler, und der folgenden Wirkungen. Der ewige Vater will erkannt seyn durch den Sohn, der die wunderbarliche

Verheisung der Gnaden aus dem heimlichen göttlichen Rathe, bald nach Adams Fall, offenbaret hat. Der Sohn ist zum Prediger und Versühner gesandt, und ist das Haupt der Kirchen, durch welchen ohne Mittel das Predigtampt erstlich angerichtet, und für und für erhalten wird, und der selbst im Predigtampt kräftig ist, und sammlet eine ewige Kirchen, und zeiget den Vater, und wird durch ihn der heilige Geist in die Herzen mit der Predigt gesandt, etc. und also ewiges Leben gegeben, wie diese Sprüche sagen: Niemand kennet den Vater denn der Sohn, und welchem es der Sohn offenbaret; Item: ich gebe ihnen das ewige Leben; Item, Ephes. 1.: er ist das Haupt der Kirchen, die sein Leib ist, und die ganze Versammlung, darinnen er alles in allen vollendet.

Diese Rede: Christus ist unsre Gerechtigkeit, soll erstlich also erkläret werden von seinem Gehorsam, daß wir für Gott gerecht sind, das ist, daß wir Vergebung der Sünden haben, und Gott gefällig und angenehm sind von wegen seines Gehorsams und seiner Fürbitt. Darbei ist auch wahr, daß durch ihn in uns neues Licht in den Gläubigen angezündet wird, und wird der heilige Geist durch ihn in die Herzen gegeben, welche Verneuerung im ewigen Leben vollkommliche Gerechtigkeit seyn wird. Wie Paulus spricht Galat. 5.: durch den Geist aus Glauben warten wir, und hoffen auf die Gerechtigkeit. Aber in diesem Leben bleibet dieser Grund, daß die Person für Gott gerecht ist von wegen des Gehorsams und der Fürbitt Christi. Diesen Trost muß man nicht aus den Augen thun, und nicht gedenken, wir sind gerecht für Gott darum, daß in uns Gott solche Tugenden gewirket hat, sondern der Gehorsam Christi soll unermeßlich höher gehalten werden denn die Wirkung in uns. Sumus dilecti in dilecto. Und was wär uns damit geholfen, wenn wir gleich aller Engel Tugenden hätten, und wüßten nicht, ob und wie wir Gott gefällig sind? Und ist darum der Sohn Gottes nicht allein als Versühner gesandt, sondern ist auch darzu bald nach Adams Fall geoffenbaret, daß er uns diesen gnädigen Willen des ewigen Vaters verkündiget, wie er spricht: niemand kennet den Vater denn der Sohn, und welchem es der Sohn offenbaret. Diese wunderbarliche und gnädige Offenbarung soll man nicht in Wind schlagen, und den Glauben und Vertrauen auf den Herrn Christum auslöschen mit diesem Gedanken: darum bist du gerecht, daß Gott viel schöner Tugenden in dir wirket. Da der Prophet Esaias spricht: die Erkenntniß meines gerechten Knechtes wird viele gerecht machen, hat er zuvor gesagt, wie man ihn erkennen, und auf ihn vertrauen soll, nemlich: durch seine Wunden sind wir geheilet. Mit diesem Erkenntniß und Glauben sollen wir uns in seine Wunden legen; also werden wir Gott gefällig. Also sollen auch die Sprüche im Esaia und Jeremia erkläret werden: in domino iustificatur omne semen Israel; item: Iehova iustitia nostra. In diesem Leben sind wir gerecht in Christo für Gott von wegen seines Gehorsams und Fürbitt, und wird durch ihn in den Gläubigen die Verneuerung angefangen, die hernach im ewigen Leben vollkommene Gerechtigkeit wird, wie S. Paulus spricht: durch ihn haben wir Gnad und Gabe, darum daß dieser Mensch Christus geliebet ist. Und solten die Sprüche Esaiä und Jeremiä nicht von der einigen Natur und allein auf die Inwohnung gezogen werden, sondern sie reden vom ganzen Herrn Christo und von der ganzen Wohlthat, et de consummato beneficio, in diesem und ewigen Leben.

Etliche sprechen also: man soll das Werk nicht höher achten denn den Meister. Darum soll man nicht sprechen, der Gehorsam Christi wird uns zur Gerechtigkeit zugerechnet, sondern man soll die Person nennen: diese Person, Christus, sey unsre Gerechtigkeit. Dieses wird von denselbigen darum fürgegeben, daß sie den Gehorsam verdunkeln und weisen die Leut zur Wirkung, daß sie gedenken sollen, darum sind sie gerecht, daß Gott in ihnen wohnet und viel Tugenden in ihnen wirket. Und daß dieselbigen, und nicht wir, die Person verstoßen, ist daraus klar, daß sie ohne Unterscheid sprechen: wir sind gerecht von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit des Vaters, Sohnes und heiligen Geistes. Wir aber halten Unterscheid der Personen, wie in der christlichen Kirchen hoch nöthig ist, und sprechen, daß der Sohn als Mittler gesandt ist; und so wir von seinen Aemptern reden, reißen wir nicht die Personam und Ampt von einander, sondern es kann die Person ohne die Aempter nicht erkannt werden, und sind die Aempter kräftig von wegen der Person. Darum ist der Gehorsam Christi unsre Versühnung, dieweil es dieser Person Werk ist, welche Gottes Sohn ist, und vom ewigen Vater unermeßlich geliebet wird; und dieweil diese Person für uns bittet, wird die Fürbitt erhöret. Und soll nicht gering vom Gehorsam und Ampt gedacht werden, es sey ein äußerliches Leiden gewesen, das bald sein Ende gehabt habe; sondern in Christo sollen wir diesen allerheiligsten Willen anschauen, und diese tiefe Demuth, damit er den ewigen Vater also hoch ehret, daß es allen Engeln unbegreiflich ist etc. Dieser Will in Christo kann von der Person nicht getrennt werden.

Darauf reden wir weiter von den andern Aemptern, wie er das Haupt der Kirchen ist, und darinnen selbst kräftiglich wirket, wie er spricht: ego sum vitis, vos palmites, und ist wahrlichen zu beklagen, daß man die Leut dahin führet, daß sie vom Gehorsam Christi so faule Gedanken dichten.

Es spielen auch etliche mit den Wörtlein per et propter, sprechen, es stehet: durch eines Gehorsam werden viel gerecht. Nun bedeute das Wörtlein durch einen Eingang, als, so man durch eine Thür eingehet; wollen also, daß des Herrn Christi Gehorsam sey als eine praeparatio, oder wie die Papisten sagen, ein Verdienst, der uns nur diesen Eingang erworben habe, und wir hernach durch unsre Tugenden für Gott gerecht werden mögen; als, so einer eine Brücken über das Wasser gemacht hätte, und darnach davon zöge. Nun ists verdrießlich, daß man die einfältige klare Wahrheit mit solchen Subtilitäten, per et propter, anfechten und verdunkeln will. Betrachtet diese Exempel: Joseph, Moyses, David stehen für Gott, und sind in großen Schrecken. Hie lehret sich die Sache selbst, wie sie die Rede verstehen sollen; ob sie gerecht, das ist, Gott gefällig sind von wegen der Inwohnung, oder von wegen der Barmherzigkeit, die um des Mittlers willen zugesagt ist, und bekennen also, daß sie allein aus Barmherzigkeit Gott gefällig werden, und diese Barmherzigkeit ist allein um des Mittlers willen und seinem Gehorsam zugesagt, und wissen, daß sie diese Zusag mit dem Glauben annehmen sollen.

Diese Exempel erweisen klar, daß dieses, darum sie Gott gefällig sind, ohne Mittel ist der Gehorsam Christi, so man mit Glauben die Verheisung annimmt. Item, S. Paulus spricht: uns werde Gerechtigkeit zugerechnet ohne Verdienst um Christi willen durch Glauben. Wird nun die Gerechtigkeit zugerechnet um Christi willen, so ist allein der Gehorsam Christi dieses, darum wir Gott gefällig sind, und nicht andre folgende Gaben. Also braucht Daniel das Wort propter, und hat erstlich diese Tugend in sich ausgeschlossen, nicht von wegen unsrer Gerechtigkeit, sondern aus deiner großen Barmherzigkeit, um des Herrn willen, erhöre uns. David braucht auch das Wort propter, Psalm 6.: errette mich um deiner Barmherzigkeit willen.

Also bringt die Sach selbst, wie Paulus zu verstehen sey, so er spricht: iustificati in sanguine. Item, Ephes. 1.: in quo habemus redemtionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Hie ist ja klar der Verstand, daß kein ander Ding sey, darum wir Vergebung haben, denn das Blut Christi. Denn mit diesem Wort verstehet er den ganzen Gehorsam Christi. Also braucht S. Paulus *in* et *per*, und hat deutlich geredt, so man nicht sophistice einen fremden Verstand hinanflicken will, damit sie nichts anders suchen, denn daß der Glaub und das Vertrauen abgewendet werde von Christo, und daß die erschrocknen Gewissen in Zweifel getrieben werden, dadurch rechte Anrufung versinket, und folget Grimm und Flucht von Gott und Verzweiflung, und folgen eitel Irrthum wider des Herrn Christi Ehre, und der Menschen Seelen schädlich.

Daß aus Daniele angezogen wird, die ewige Gerechtigkeit wird gebracht, und wird dieser herrliche Spruch mit schändlicher Sophisterei verkehret, nämlich der Gehorsam Christi sey nicht ewig; Item, Vergebung der Sünden sey nicht ewig, darum sey der Gehorsam Christi, item die Vergebung, nicht ewige Gerechtigkeit: darauf ist klar zu antworten: Daniel setzet dabei, die Missethat werde versühnet und die Sünde versiegelt, und nennet ausdrücklich den Herrn Christum und verkündiget seinen Tod. Dieses soll man nicht auslassen, sondern zugleich fassen. Und sind diese Wort: ewige Gerechtigket, also einfältig zu verstehen de consummato beneficio, von der Vergebung und ewigem Leben, wie die Propheten oft mit kurzen Worten die Summa aller Güter Messiae fassen, und dabei anzeigen, daß es ewige und nicht vergängliche Güter seyn werden, wie Esaias in gleichem Verstande spricht Kap. 9.: der Friede wird kein Ende haben; und Kap. 45.: Israel wird errettet durch den Herrn mit ewiger Erlösung, das ist, der Sohn Gottes ist gesandt, daß er Sünde und Tod wegnehme, und seinen Gläubigen wiederum Leben, Gerechtigkeit, Fried und Freude forthin in Ewigkeit gebe, darin, wie S. Paulus spricht, Gott alles in allen seyn wird, das ist, Gott wird allein in den Seinen leuchten und regieren, und wird Sünde und Tod nicht mehr mit ihnen zu thun haben.

So nennet auch die Epistel ad Hebraeos redemtionem aeternam. Auf diese Sophisterei ist sehr leicht zu antworten: misericordia iustificat; misericordia est Essentia Dei: Ergo essentia Dei iustificat. Darauf ist zu antworten: misericordia, quae est essentia, iustificat, ut causa efficiens; wie Paulus spricht: Gott ist, der gerecht macht. Darnach ist weiter die Frage de modo: wie, und gegen welchen erzeiget Gott seine Barmherzigkeit? Davon wird hie geredt, nemlich also, daß er allein um des Mittlers willen diesen Sünde vergiebt und Gerechtigkeit zurechnet, die mit rechtem Glauben auf den Mittler ver-

trauen, daß sie solches empfangen von wegen seines Gehorsams.

Etliche erklären das Wort iustitia also: iustitia ist dieses, das uns machet recht thun; dieweil denn allein die Gottheit machet recht thun, machen sie die Folge, daß allein die Gottheit Gerechtigkeit sey. Darauf ist diese kurze Antwort, daß dieselbige Erklärung iustitiae allein eine Gesetz Lehre ist, die sich ganz nicht reimet zu diesen Sprüchen Pauli: dem Gott Gerechtigkeit zurechnet ohne Werk. Item: der Gerechte lebet seines Glaubens. Item: Iustificati fide pacem habemus. Denn hie heißt iustus: Gott gefällig, und iustitia: Vergebung der Sünden haben und Gott gefällig seyn um Christi willen, nicht von unsers recht thun, und ist hie noth, Unterscheid des Gesetzes und Evangelii zu erhalten.

Nachdem wir kurz erklärt haben, was unser Lehr ist in diesem Artikel, welche gewißlich ist die ewige Lehre, in der Propheten und Apostel Schriften also klar ausgedrückt, daß bei Gottfürchtigen kein Zweifel davon ist, und ist in der Confession der Kirchen reiner Lehr treulich recitirt: bezeugen wir, daß wir bei dieser Lehre und in gemeiner Einträchtigkeit unsrer christlichen Kirchen durch Gottes Gnade bleiben wollen, und verdammen alles, was dieser Lehre widerwärtig ist.

Derhalben sollen diese Reden im predigen und lehren, auch sonst nicht gebraucht werden:

1) Der Mensch wird gerecht von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit.

2) Der Mensch wird gerecht von wegen der wesentlichen Gerechtigkeit Gottes, des Vaters, Sohnes und heiligen Geistes.

3) Der Mensch wird gerecht für Gott von wegen der Einwohnung Gottes.

4) Gerechtigkeit ist die Einwohnung Christi, darum uns Gott Gerechtigkeit zurechnet. In diesen Worten ist Irrthum, daß sie sprechen, die Gerechtigkeit werde uns zugerechnet von wegen der Einwohnung, so sie uns doch von wegen des Gehorsams Christi zugerechnet wird, und der Glaube vertrauen soll auf den Gehorsam Christi, und nicht auf die Inwohnung.

5) Man soll auch nicht also reden: es sind zween oder mehr Theil iustificationis, fides, inhabitatio, bona opera etc. Denn iustificatio coram Deo ist: Vergebung der Sünden empfahen und Gott gefällig werden um Christi willen. Dieses soll unterschieden werden von [den] folgenden Wirkungen Gottes und guten Werken, damit nicht dieser Verstand folge, wir sind gerecht von wegen des folgenden angefangenen neuen Gehorsams. Wie auch derselbige folgende angefangene neue Gehorsam Gott gefällig sey, und wie er Gerechtigkeit genennet wird, das ist in unsern Kirchen durch Gottes Gnade oft erkläret.

6) Diese propositio ist auch nicht recht: der Wiedergeborne nach Adams Fall ist gerecht gleicher Weise wie Adam für dem Fall war, scilicet non imputatione sed inhabitatione vel originali iustitia.

7) Diese definitio: iustitia ist dieses, das uns macht recht thun, soll allein als eine Gesetz Lehre verstanden werden, und soll Unterscheid zwischen dem Gesetz und Evangelio, und zwischen der Gerechtigkeit der Person für Gott und der gerechten Werk treulich erkläret und erhalten werden.

8) Dieses ist auch nicht recht, so etliche sprechen: fide sumus iusti, scilicet praeparative, ut postea simus iusti iustitia essentiali. Dieses ist im Grund Päpstisch, und Vertilgung des Glaubens, und ist allein dieser Unterscheid zwischen Päpstlichen Reden und dieser Rede, daß die Päpstlichen effectum nennen, wir sind gerecht, von wegen der neuen Tugenden und Werk, so nennen diese causam, wir sind gerecht darum, daß Gott solches wirket. Und wird also der Mensch von dem Mittler abgeführt.

9) Diese Reden sind ganz zu verwerfen: obedientia Christi wird genennet iustitia tropice; Christus iustificat per accidens.

Es sollen auch die Leut verwarnet werden, sich für Schwenkfelds Schriften zu hüten, der in vielen Artikeln Irrthum fürgiebt, und lästert unsre Kirchen unbillig, und brauchet eine Listigkeit, die jetzund gewöhnlich ist, läßt kein ganz corpus christlicher Lehre ausgehen, daß man einen Grund von ihme fassen könnte, wie ein treuer Lehrer zu thun schuldig ist, sondern kreucht in seine Winkel und zwacket aus unsrer Kirchen Lehre etliche Stücklein, die er anficht Spaltungen anzurichten. Für solchen Nachtraben soll man sich hüten. Durch Gottes Gnade ist die Summa unsrer Lehre ein Licht von allen nöthigen Artikeln, und können alle Gottförchtige davon Zeugniß aus göttlicher Schrift haben. Fürnehmlich aber treibt Schwenkfeld auf Verachtung des geschriebenen göttlichen Worts, und spricht: Gott wirket nicht durch das äußerliche Wort. Dieses ist offentlich wider die klaren Sprüche Pauli: fides ex auditu est; Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti; item: ut spem habeamus per patientiam et consolationem scripturarum etc. Und ist des Stenkfelds Fantasey dahin gerichtet, daß man die Leute von Betrachtung göttlicher Schrift auf eigne Fantasey führe. Er streitet auch wider diesen wahrhaftigen nöthigen Trost,

durch Glauben werden wir gerecht, und saget von Vergötterung, etc., welches im Grund allein dieses ist: der Mensch sey gerecht nicht um des Herrn Christi willen, aus Barmherzigkeit, sondern von wegen der neuen Wirkungen oder Tugenden in ihme; davon Erinnerung geschehen in dem vorigen Artikel dieser Schrift. Hie ist allein in Kürz diese nöthige Vermahnung angehänget, daß sich Gottsförchtige Leute nicht lassen irre machen, auch nicht Spaltungen in diesen Kirchen erregen durch des Stenkfelds Irrthum und Lästerung.

Und nachdem alle Obrigkeit schuldig sind, Gott zu Ehren und der Menschen Seligkeit zu dienen, reine christliche Lehre zu pflanzen, und Irrthum, Abgötterei und Gotteslästerung abzuschaffen, bitten wir aus treuer christlicher Pflicht, sie wollen ihr Ampt hierin ordentlich brauchen, Gott zu Ehren und ihnen und andern Christen und den Nachkommen zu Gute, und wollen christliche Einigkeit in ihren Kirchen, darinnen rechte Lehre geprediget wird, nicht lassen zerrütten. Der allmächtige Gottes Sohn, Jesus Christus, der mit dem tiefsten Seufzen gebeten hat, daß sein ewiger Vater dieses in der Kirchen wirken wolle, daß wir eins sind in ihm, wolle solches auch in uns allen gnädiglich wirken, Amen.

Alexander Alesius*), D. et Prof. Lips. Phil. Melanthon. Jacob Rungius. Mauritius Heling. Joachim Camerarius.

Hieronymus Pesolt. Michael Roting. Michael Besler. Johann Fabricius. Wolfgang Waldner. Conrad Klingenbeck. Conrad Krieg, Eccl. Sebald. Minister. Adam Burckamer. Johann Kropf. Georg Pfeyffer. Michael Faber. Vitus Ennius. Johann Bernhard, Past. apud divum Leonhard. Johann Holfelder. Sebald Heiden. Georg Sella, Ludimoderator apud D. Laurent. Joachim Heller von Weißenfels, Mathematicus et Ludimagister ac Typographus. Josias Menius. Michael Schaufel, aedis Sebaldi Procurator. Christoph Zeindel, Sebald. Eccles. Minister. Georg Sigel. Georg Erber. Leonhard Pfaler, Sebald. Eccl. Diac. David Putner, Sebald. Eccl. Diac. Sixtus Huber, Eccl. Sebald. Min. Ulrich Zeileisen. Christian Heiden. Johann Mittelberger. Ambrosius Bilphlingseder. Paul Pfann. Simon Spatz, Eccl. Laur. Oeconomus. Philipp Fischer, Eccles. Laur. Diac. Georg Lerchenfelder, Eccl. Laur. Diac. Franciscus Gundlich, Eccl. Laur. Diac. Johann Coriarius, Eccl. Laur. Diac. Adam Sengeisen, Eccl. Laur. Minister. Nicolaus Silberhorn, Eccles. Laur. Min. Johann Sagittarius, Laur. Eccl. Cantor. Paul Prätorius Vallensis, Schol. Laur. Supremus. Andreas Schwarz, Schol. Laur. Collaborat. Johann Lonerus, Schol. Laur. Collaborat. Sixtus Hamon. Oswald Reitter. Georg Schurstab. Johann Lotther. Johann Rupp. Jacob Hetzmann. Johann Wüllenweber. Wolfgang Vogel. Gregorius Forwerk, Aegidianus Catechista. Wolfgang König. Caspar Neutvichius. Christoph Roßhirt. Erasmus Rottenbucher.

*) Haec nomina haud dubie ex editione Norimbergensi, dedit Saligius in hist. Aug. conf. T. II. p. 1050., unde ea hic descripsimus.

C)

(*Concio a Iac. Rungio habita.*)

Erklärung des Texts Pauli Rom. 3. von der Gerechtigkeit des Glaubens, in Form einer Predigt vom Herrn Philippo Melanthone fürgeschrieben einem Doctori Theologiae, den er mit sich gen Nürnberg gebracht, als er von einem ehrbaren Rath dahin zur Hinlegung des Streits Osiandri ist erfordert worden. Und ist diese Predigt ex praescripto Domini Philippi Melanthonis gehalten zu Nürnberg für der ganzen Gemein und Kirchen, Anno 1555.

Wie der Mensch in der Bekehrung vor Gott gerecht werde.

Aus der Epistel an die Römer am dritten Kapitel.

Lieben Brüder, wir wissen, alles was das Gesetz saget, das saget es denen, die unter dem Gesetz sind, auf daß aller Munde verstopft werde und alle Welt vor Gott schuldig sey, darum daß kein Fleisch durch des Gesetzes Werk für ihm gerecht seyn mag. Denn durch das Gesetz kommt nur Erkenntniß der Sünde. Nun aber ist ohne Zuthun des Gesetzes die Gerechtigkeit, die für Gott gilt, offenbaret, welche doch ist bezeuget durch die Propheten. Ich sage aber von solcher Gerechtigkeit für Gott, die da kömmt durch den Glauben an Jesum Christum zu allen und auf alle, die da glauben. Denn es ist hie kein Unterscheid. Alle Menschen sind Sünder und mangeln des Ruhms, den sie an Gott haben sollten, und werden gerecht ohne Verdienst aus Gottes Gnade, durch die Erlösung, so durch Christo Jesu geschehen ist, welchen Gott hat fürgestellet zu einem Gna-

denstuhl durch den Glauben in seinem Blut, damit er die Gerechtigkeit, die für ihm gilt, darbiete, indem er Sünde vergiebt. Auf daß er allein gerecht sey, und gerecht mache den, der da ist des Glaubens an Jesu. So halten wir es nun, daß der Mensch gerecht werde ohne des Gesetzes Werk, allein durch den Glauben, etc.

Diese Wort sind das Hauptstück in der Epistel an die Römer, und begreifen die Lehre vom Gesetze und von der Gerechtigkeit des Glaubens, wie ein armer elender Sünder in rechter Bekehrung für Gott gerecht und selig wird, nicht durch das Gesetze, um seiner eignen Werke, Gaben oder Wirdigkeit willen, sondern nach Verheisung des Evangelii ohne alle seine Verdienst, lauter aus Gnaden Gottes um Christi des Mittlers Tod und Genugthuung willen, allein durch den Glauben.

Nun ist offenbar, daß dieß der fürnehmste Artikel unsrer christlichen Lehre, und der höheste Trost ist, welcher der ganzen Natur verborgen ist. Gott aber hat ihn durch seinen eingebornen Sohn seiner armen Kirchen gnädiglich geoffenbart, und erhält bis an der Welt Ende beide Lehren in der Kirchen, daß mit der Gesetzpredigt die Sünde gestraft, und mit der Gnadenpredigt des Evangelii die erschrockenen Gewissen in der Bekehrung getröstet werden. Damit sammlet ihm der Sohn Gottes ein Häuflein in menschlichem Geschlechte, und hat solch Licht angezündet, und uns zum Erbtheil des ewigen Lebens berufen. Dafür sollen wir ihm von Herzen danken, und mit Ernst dazu trachten, daß wir nicht in Sicherheit dahin leben, sondern uns bekehren, solche Gnadenpredigt lernen, und uns in täglicher Anrufung damit tröstén, auf daß wir vom Gewalt des Teufels erlöset in fröhlichem Gewissen für Gott leben und seinen Namen preisen.

Wir wollen aber jetzt diese Wort Pauli, und die Lehre von der Justification in diese drei Stücke fassen.

1) Erstlich lehret Paulus von der Gerechtigkeit des Gesetzes, daß kein Mensch nach dem Fall durch das Gesetz kann selig werden, und daß dennoch Gottes ernstlicher Wille ist, daß die zehen Gebote in rechtem Verstand in der Kirchen allezeit geprediget werden.

2) Zum Andern von wegen der Gerechtigkeit des Evangelii, daß der Sünder gerecht wird ohne eigen Verdienst aus Gnaden, um Christi willen, durch den Glauben.

3) Zum Dritten wollen wir auch hören von der Verneuerung und Gabe des heiligen Geistes, wie Gott in den Gläubigen wohnet, und rechte Früchte des Geistes und gute Werk in ihnen wirket.

Dieser Stücke Erklärung ist zu dieser Zeit nöthig in der Kirchen, auf daß der höheste Trost des Evangelii wider alle Verfälschung in der Christenheit rein erhalten, und die Herzen von der Einwohnung Gottes und folgenden Verneuerung unterrichtet werden.

Das erste Theil.

Zum Ersten, wenn Paulus spricht: was das Gesetz sey, was das Gesetz saget, saget es denen, die unter dem Gesetz sind; Item: durchs Gesetz wird kein Mensch gerecht; Item: durchs Gesetz kommt nur Erkenntniß der Sünde: da wissen alle Christen, daß das Gesetze heißet die zehen Gebote Gottes, welche sind eine göttliche ewige Lehre, die Gott in der Schöpfung in aller Menschen Herzen, als in sein Bild, gepflanzet hat, und auf dem Berg Sinay mit Erdbeben und großem Schrecken offenbaret, darin Gott zeuget, wie er selbst ist, gerecht, weise, gut, der die Sünde hasset und das Gute liebet. Und damit unterscheidet Gott Tugend und Untugend, gute Werk und Sünde, und lehret, wie der Mensch für Gott seyn sollte. Gott fordert auch im Gesetze einen ganzen, vollkommenen Gehorsam, ein Englisch rein Herze und heilig Leben, und verheiset das ewige Leben allen, die seine Gebote vollkommen erfüllen; wie Christus spricht: thue das, so wirst du leben. Wiederum zürnet auch Gott heftig im Gesetze über die Sünde, und verdampt zum ewigen Tode alle, die solchen vollkommenen Gehorsam nicht haben; wie Gott in Moyse spricht: Verflucht sey ein jeglicher, der nicht alles hält und mit dem Werk erfüllet, das im Gesetz geschrieben ist.

Aus diesen ist nun offenbar, was die Gerechtigkeit des Gesetzes sey, nemlich iustitia legis ist vollkommener Gehorsam und Erfüllung aller Gebote Gottes, daß der Mensch innerlich und äußerlich, wie die Engel, mit Gott gleichförmig, ganz vollkommen, und ohne alle Sünde seyn sollte, gleich als Gott selbst ist und als die guten Engel sind, und als Adam für dem Fall gewesen ist. Der also ist und also lebet, der ist nach dem Gesetze gerecht und selig, wie Paulus spricht: non auditores sed factores legis sunt iusti. Item: Qui fecerit haec, vivet in eis.

Hie ist nun zu allen Zeiten, auch bei den Heiden, diese die höheste Frag gewest, welche Paulus allhie handelt: wie und womit der Mensch alsdann gerecht sey, und wodurch er selig werde. Da antwortet die Vernunft, und spricht: daß der Mensch alsdann gerecht sey, wenn er vollkommen fromm ist, und genug guter Werke und Tugend hat; welches eben im Grund der Mönchen Lehre ist. Und die Vernunft kann ohne Got-

tes Wort und ohne das Licht des Evangelii nicht anders richten. Die Kirche Christi aber richtet viel anders. Denn sie richtet nicht nach dem Licht der Vernunft, sondern allein aus Gottes Wort, darin Gott seinen heimlichen wunderbaren Rath und Willen offenbaret hat. Also spricht allhie Paulus das Urtheil, da er sagt: es ist unmöglich, daß ein Mensch, wie er jetzt ist, nach dem Fall, aus den Werken des Gesetzes sollt gerecht werden. Damit stößet Paulus alle philosophische Tugend, Möncherereien, Werkheiligen, eigen Verdienst, Gaben, Vermögen und alles in Haufen, und spricht dürr und klar, daß der Mensch durch keines derselben für Gott gerecht und selig seyn kann.

Man soll aber fleißig merken, wo Paulus das Gesetz nennet, daß er damit begreift nicht allein gute Werk und Tugend, sondern auch allerlei eingegossene, eingeschaffene und neue Wirkung und Gaben. Also ist eine Gesetz Lehre, wenn die Mönche sprechen: der Mensch sey gerecht per infusam gratiam, durch eingeschaffene Tugend und Frömmigkeit. Also ist dieß auch allein eine Gesetz Lehre, wenn man spricht: der Mensch wird gerecht per inhabitantem essentialem Dei iustitiam, durch die wesentliche Gerechtigkeit Gottes, wenn die in ihm wohnet und wirket. Item: Gerechtigkeit heißet, das uns macht recht thun, iustitia est, quae efficit nos iusta facere. Eben also reden die Philosophi: iustitia est habitus inclinans ad recte agendum, Gerechtigkeit ist das, das uns beweget und treibet, recht zu thun. Die solches lehren, die zeigen nicht die Gerechtigkeit des Evangelii, sondern allein Gesetz Lehren. Denn im Gesetz ist Gott und Gottes wesentliche Gerechtigkeit abgemalet, und offenbaret wie Gott ist gerecht, weise, gut; welches auch den Heiden bekannt ist. Denn Gott hat das Gesetze in aller Herzen gepflanzet, welches von Gott und seinem Willen zeuget. Vielmehr ist offenbar, daß die Wirkung und Tugend, die durch die einwohnende Gottheit in uns angerichtet wird, ins Gesetze gehöret, und ist kein Unterscheid zwischen dieser Opinion und der Mönche Lehre; denn die Papisten reden von den Wirkungen und Tugenden im Menschen, de effectionibus, und nennen es infusam gratiam et inhaerentem iustitiam. Diese neue Opinion redet de causa efficiente istarum effectionum, von der göttlichen wesentlichen Natur, die in uns wohnet und solche Tugend wirket.

Deßgleichen ist dieß eine Gesetz Lehre, wenn etliche diesen Irrthum schmücken: der Mensch ist gerecht iustitia originali, dergestalt als Adam für dem Fall gewesen ist; nämlich wenn Gottes Geist in ihm wohnet und Gottes Bild, und die Vollkommenheit aller Kräfte durch Christum in ihm angerichtet wird. Dieß ist im Grund der vorige Irrthum und allein eine Gesetz Lehre; denn originalis iustitia est ipsa legis iustitia. Wenn nun Paulus spricht: ex lege nemo iustificatur, aus dem Gesetze wird kein Mensch gerecht, da verdampt er zugleich alle Möncherereien von guten Werken und de iustitia inhaerente, auch diesen Irrthum, der neulich erdichtet ist de essentiali et originali iustitia; und die solches lehren oder mit Sophisterei schmücken, die predigen nicht die Gerechtigkeit des Evangelii, sondern bringen herfür ein ander Evangelium zu Verblendung der Barmherzigkeit.

Es zeiget aber auch Paulus Ursachen an, warum der Mensch durch das Gesetz nicht gerecht und selig wird. Denn Gottes Gesetz ist weit unterschieden von menschlichen Mandaten, die allein äußerlichen Gehorsam fordern, sondern Gottes Gesetz siehet ins Herze, und fordert einen ganzen vollkommenen Gehorsam, daß der ganze Mensch rein und heilig sey; wie Paulus spricht Röm. 7.: lex est spiritualis. Und Christus spricht aus Moyse: liebe Gott und deinen Nächsten von ganzer Seelen, von allen Kräften und Grund deines Herzens, Matth. 22. Dagegen müssen wir bekennen, daß der Mensch jetzt, nach dem Fall, nicht mehr rein und Engelisch, sondern fleischlich ist, wie ihn auch Paulus fleischlich nennet. Denn die arme, elende, menschliche Natur ist nicht mehr vollkommen, sondern ganz verkehret, verderbet, mit Sünden vergiftet, und strebet wider Gott, wie Röm. 8. stehet. Aller Sinn und Gedanken des Fleisches in dieser verderbten Natur ist Gott fremd, von Gott ganz und gar abgewendet, und vermag Gottes Gesetze nicht zu halten. Item, des Menschen Herz ist von Art verkehret und heillos, Jerem. 17. Item, ich befinde ein ander Gesetz in meinen Gliedern, welches widerstrebet Gottes Gesetze, Röm. 7. Und der Herr Christus spricht: was aus dem Fleisch geboren ist, das ist Fleisch. Darum so kann diese arme, schwache Natur nicht gerecht seyn durchs Gesetze; denn sie kann es nicht erfüllen und halten. Und irren die Mönche gröblich, daß sie dichten, das Gesetz fordere allein äußerliche Zucht, wie Menschen Gebot. Dagegen verkleinern sie die Erbsünde und sprechen, der Mensch könne dem Gesetz genug thun. Diese irrige heidnische Lehre muß gestraft werden, auf daß des Herrn Christi Erlösung desto herrlicher gepreiset werde.

Gleich also ist auch offenbar, warum der Mensch nicht kann gerecht seyn originali et essentiali iustitia; denn, wie gesagt ist, dieß sind Gesetz Lehren, und ist

unwidersprechlich, daß wir iustitiam originalem verloren haben. Denn obgleich Gottes Bilde durch den heiligen Geist in den Gläubigen verneuert wird, dennoch ist es unvollkommen, noch weit und ferne von ganzer Erfüllung des Gesetzes, und ist in keinem Wege die Gerechtigkeit für Gott.

Die wesentliche Gerechtigkeit Gottes kann auch nicht unsre Gerechtigkeit seyn. Denn diese arme, sündliche Natur kann sie nicht erdulden; sie ist ihr ein verzehrend Feuer, und kann für ihr nicht bleiben, Deut. 4. und Psalm 130. Und was die Barmherzigkeit Gottes anlanget, wie er barmherzig und gütig ist über die Frommen, die seine Gebote halten, dieselbe haben wir verloren, und liegen nun alle unter dem Zorn und unter der Sünde verschlossen.

Alle gute Herzen, wenn sie diese Ursachen betrachten, und sich selbst prüfen, die befinden und sehen wohl, daß sie nicht vermögen durch das Gesetze, durch eigene Werke und Tugend, oder durch die wesentliche Gerechtigkeit Gottes gerecht seyn, sondern sitzen und schreien in Angst und Demuth, wie Daniel: Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Item, sie sprechen wie der Zöllner: ach Herr, biß *) mir Sünder gnädig. Item, wie der Hauptmann: ach Herr, ich bin nicht würdig, daß du unter mein Dach gehest. Und endlich, wie David sagt: Tibi tantum sum peccatum **). Diese alle rühmen nicht ihre Wirdigkeit oder einwohnende Gottheit, sondern klagen mit großem Jammer, daß sie voll Sünd, und nicht heilig sind.

Ob nun wohl keiner durch das Gesetz kann gerecht seyn, so ist doch Gottes unwandelbarer Wille, daß das Gesetz in der Kirche bleibe. Denn Christus spricht, er sey nicht darzu kommen, daß er das Gesetz austilge, sondern daß er das erfülle und bestätige. Also saget auch Paulus, er hebe mit der Gnadenpredigt nicht auf das Gesetze, verbiete auch nicht gute Werk, wie alle Welt das Evangelium lästert, oder mißbrauchet zu fleischlicher Freiheit und Muthwillen, sondern er spricht dagegen, daß er das Gesetz bestätige, denn es ist Gottes ewiges Urtheil wider die Sünde, und die ewige Regel, darnach das menschliche Geschlecht soll regiert werden und leben. Derhalben spricht er allhie, daß das Gesetz in der Kirchen nöthig und nutz sey, nicht zur Gerechtigkeit für Gott, sondern zur Erkenntniß der Sünden, auf daß aller Mund verstopfet werde, und die ganze Welt für Gott sich schuldig erkenne. Also demüthiget das Gesetze die Herzen und bereitet sie dem Herrn Christo; denn ein geängstet Herz ist Gott ein wohlgefällig Opfer. Also spricht auch Moyses zum Volke Israel Exod. 20., daß das Gesetze darum mit so schrecklicher Weise offenbaret sey, daß Gott uns damit prüfe, uns damit das Herz rühre, und die Sünde offenbare, daß wir Gott förchten und nicht mehr sündigen. Darum ists offenbar, daß niemand durchs Gesetze und alles, was es in sich begreifet, kann gerecht seyn. Und sollen die Christen alle verführische Lehre der Papisten, und auch die unchristliche Neuerung von der einwohnenden, wesentlichen Gerechtigkeit Gottes fliehen, und Gottes Gesetz zu Erkenntniß ihrer Sünd brauchen, für Gottes Zorn erschrecken, nicht sicher dahin leben, sondern mit demüthigem Geist und seufzendem Herzen für Gott treten, und Gnad suchen.

Das andre Theil.

Auf diese Lehre vom Gesetz soll in der Christenheit auch der rechte wahrhaftige Trost des Evangelii gelehrt werden, daß die armen erschrocknen Gewissen lernen, wodurch sie sollen Trost erlangen, und bei Gott Gnad und Gerechtigkeit finden. Darum spricht St. Paulus weiter: nunc sine lege patefacta est iustitia Dei in Evangelio. Nun der Mensch durchs Gesetz nicht kann gerecht werden, so wird im Evangelio von Jesu Christo eine andre Gerechtigkeit und ein andrer Weg zur Seligkeit, ohne Zuthun des Gesetzes geoffenbaret. Der nun will selig seyn, der soll die Gerechtigkeit nicht aus dem Gesetz suchen, sondern er glaube dem Evangelio; alsdann ist er gerecht aus Gnaden um Christi willen durch den Glauben. Das Evangelium aber ist eine solche Lehre, die der Vernunft, auch den Engeln, ganz verborgen gewesen, sondern der eingeborne Sohn Gottes hat sie aus dem Schooß des Vaters herfürgebracht und verkündigt, darin Gott verheiset, daß er aus Gnaden, umsonst, allein um Jesu Christi seines lieben Sohns unsers Mittlers willen, will uns alle unsre Sünde vergeben, und uns gnädiglich annehmen, und Gerechtigkeit zurechnen, und dazu uns durch seinen Sohn Trost und Leben geben und aus der Hölle reißen, und heiligen Geist und ewiges Leben schenken allen, die sich bekehren, und solche tröstliche Verheisung und Gnade Gottes in Christo mit Glauben annehmen.

Dies ist keine Moyses Predigt vom Zorn Gottes über die Sünder, sondern ist eine Gnadenpredigt von Gottes Barmherzigkeit über alle Sünder, die sich bekehren. Denn darin wird das ewige Leben verheisen nicht

---

*) biß] in lingua vulgari pro: sey.

**) Pro *peccatum* scribendum esse videtur *peccator*. Est, ut puto, locus Ps. 51, 6.: *tibi soli peccavi*.

denen, die vollkommen und deß würdig sind, sondern den unwürdigen Sündern; und solches alles aus Gnaden und ohne eigen Verdienst, allein um Christi des Mittlers willen, wenn man an ihn gläubet. Und ist diese Lehre nicht in die Natur gepflanzet, wie das Gesetze, sondern aller Natur unbekannt; denn es ist Gottes heimlicher Rath, den Gott Vater, Sohn und heiliger Geist, in dem Schooß des Vaters beschlossen haben, darüber sich die Engel und alle Creaturen verwundern. Gott aber hat sie den Vätern und seiner Kirchen geoffenbaret, und vom Anfang durch viel Wunderthaten und durch die Opfer im Gesetz bezeuget, daß er alle, die an den Sohn, welcher ein Schuldopfer vor die Sünde geworden ist, gläuben, zu Gnaden annimmt. Für solche gnädige Offenbarung sollen wir ihm von Herzen danken, und bitten, er wolle dieses Licht und Wahrheit bei uns erhalten und in uns kräftig machen.

Hieraus ist nun auch leicht zu sehen, was Gerechtigkeit des Evangelii ist, welche nicht stehet auf Werken, auch nicht ist originalis iustitia oder essentialis iustitia. Denn Paulus spricht: sine lege patefacta est iustitia. Er saget, es sei eine Gerechtigkeit gar und ganz ohne alle Zuthun des Gesetzes. Und soll dieß Wörtlein: sine lege, wohl gemerkt werden. Denn damit verwirft Paulus alle Möncherecien und alle Sophisterei von der wesentlichen Gerechtigkeit; sondern iustitia Evangelii heißet eigentlich: Vergebung der Sünden, Zurechnung des Verdienstes Christi und Annehmung zum ewigen Leben, lauter aus Gnaden und Barmherzigkeit Gottes, ohne alle unsre Verdienst, allein um Christi willen, der mit seinem Gehorsam uns solche Gnade erworben hat, allen die es glauben; damit allweg durch den Sohn der heilige Geist in die Herzen, als ein Pfand unsers Erbes, geschenket wird, und folget neu Licht und rechte Früchte des Geistes. Da sehe nun ein jeglicher in sich selbst an, wenn du dastehest für Gottes Angesicht wie David, wie der Zöllner, wie der Schächer am Kreuz, ein elender Sünder, so bist du gerecht nicht darum, daß du heilig bist, und daß die Gottheit in dir wohnet und wirket. Da mußt du nicht aufgaffen, denn du wirst derer keins bei dir befinden, und wirst darob verzweifeln, sondern sehe mit dem Herzen das ewige Lamm Gottes, Jesum Christum, an, der da hänget am Kreuz, ein Opfer für die Sünde, und schreiet durchs Evangelium: kommt zu mir alle arme Sünder, und glaube, daß dich Gott um deß Opfers willen als gerecht annimmt, und schenket dir um Christi Tod und Genugthuung willen Vergebung der Sünden, den heiligen Geist und ewiges Leben, und alsdann, wenn dir die Sünde vergeben sind, um Christi Opfers willen, dann und damit bist du für Gott gerecht und angenehm, und ihm gewißlich lieb, wie ihm sein eingeborner Sohn gewißlich lieb ist. Denn alles, was Christus verdienet und gethan hat, das ist nun dein eig'n; mit dem allen bist du bekleidet und geschmücket. Dieser allerhöchste Trost kann durch die ganze Schrift gewaltiglich bezeugt werden.

Diese Gerechtigkeit wird iustitia Evangelii genennet darum, daß sie nicht im Gesetz sondern im Evangelio verkündiget und aus Gnaden geschenkt wird. Sie wird auch genennet iustitia Dei, nicht, daß sie Gottes Wesen oder göttliche Natur sey, sondern daß sie für Gott gilt, und von Gott offenbaret, und der Welt unbekannt ist. Und Paulus machet damit Unterscheid zwischen der Gerechtigkeit guter Werke, die für der Welt gilt, und zwischen Gerechtigkeit des Glaubens, der nicht für der Welt, sondern für Gott gilt. Als: der Schächer am Kreuz ist für der Welt nicht gerecht, sondern ein Mißthäter, aber für Gott ist er gerecht, das ist, angenehm und selig um Christi willen. Also wird diese Gerechtigkeit auch iustitia *fidei* genennet, darum, daß sie allein mit dem Glauben ergriffen wird. Daniel nennet sie ewig, iustitiam aeternam, nicht daß sie die wesentliche Gottheit ist, sondern darum, daß sie von Ewigkeit in Gottes heimlichen Rath beschlossen ist, und Christi Tod in Ewigkeit kräftig. Und denen die Sünd vergeben sind, die haben gewißlich das ewige Leben, welches der Sohn Gottes selbst wirket, so er das Herz im rechten Trost aus der Höllen reisset durchs Evangelium, und giebt alsdann den heiligen Geist, dadurch die Verneuerung angefangen wird, darin Gott alles in allem seyn wird.

Weiter zeiget Paulus auch die Ursachen an, woher solche Gerechtigkeit kommt, und wie sie erlanget wird. Als erstlich spricht er: iustificamur gratis per gratiam Dei, der Sünder wird gerecht aus Gottes Gnaden, ohne Verdienst, umsonst. Da begreifet er veram et principalem causam efficientem, nämlich daß Gerechtigkeit allein herkömmt aus Gottes Gnade. Und dies ist der Trost des Evangelii, damit die Herzen aufgerichtet werden. Denn das Herz erschricket für Gott, und kann sich keiner Gnade, sondern allein Zorns und der Strafe verhoffen, wie Johannes 9. stehet: peccatores non exaudit. Also denket ein jeglicher, er habe Gott erzürnet. Ja, wir fühlen auch das böse Gewissen um der Sünde willen. Dagegen spricht das Evangelium diesen Trost: Gott wolle uns nicht verwerfen, sondern aus Gnaden, ob wir schon unwürdig sind,

selig machen. Und heißet hier Gnade nicht eine geschaffene Tugend oder innerliche Gaben in uns, darum uns Gott gnädig sey, sondern Gnade heißet Gottes Barmherzigkeit und Liebe gegen uns unwürdige Sünder; wie die Sprüche Ephes. 2., 1 Joh. 4. und Röm. 5., auch Christus Joh. 3. klar zeuget. Sonderlich aber soll das Wörtlein *gratis* gemerkt werden. Denn damit stößet Paulus zurück all unser Verdienst und Gaben. Und obwohl Bekehrung, Glaub und folgende Tugenden in den Christen seyn müssen: dennoch sind sie nicht causae iustitiae, sondern bleibet der Trost gewiß, daß wir lauter aus Gnaden Gottes, gratis, gerecht und angenehm sind. Auch heißet das Wort *iustificari* nicht, innerlich fromm und verwandelt werden, oder innerlich vergöttet werden, und also gerecht seyn, wie die Mönche und Osiander dichten und schreien, sondern heißet in*) Paulo: ex reo non reum fieri, das ist, für Gott angenehm seyn, als gerecht geachtet und angenommen werden. Zum Röm. am 5. spricht Paulus: constitui, seu reputari iustum coram Deo; durch eines Gehorsam werden wir für Gott als gerecht gestellet, und für recht gehalten. Dieses alles zeuget, daß wir nicht um unsrer Tugend und Gaben willen gerecht werden, und hält uns diesen allerhöchsten Trost für, daß wir allein aus Gnaden und Barmherzigkeit von Gott angenommen werden. Darnach stellet uns Paulus für Christum, den Mittler und Gnadenstuhl, mit seinem Tod, Bezahlung und Genugthuung als causam impulsivam iustitiae. Denn wenn das betrübte Herz höret, daß Gott wolle gnädig seyn, da fraget es, woher solche Gnade komme? Denn der Mensch weiß, daß Gott über die Sünde zürnet, und seinen Zorn nicht fallen läßt, ihm sey denn zuvor dafür genug geschehen, welches uns Menschen zu thun unmöglich ist. In solcher Anfechtung zeiget uns das Evangelion den Mittler Jesum Christum, Gottes eingebornen Sohn, der Mensch geworden ist, und zeuget, daß der Mittler Christus habe die Bezahlung und Genugthuung für alle unsre Sünde erfüllet, und uns solche Gnade erworben. Denn dieser ist, wie der Täufer Johannes spricht, das Lamm Gottes, welches für der ganzen Welt Sünde geopfert ist. Und Paulus saget 2 Cor. 5.: Gott hat seinen Sohn, der von keiner Sünde wußte, zum Opfer für die Sünde gemacht, auf daß wir in ihm für Gott gerecht würden. Und Esaias saget, Gott hat auf seinen Sohn alle unsre Sünde geworfen, die Straf liegt auf ihm, daß wir Friede hätten. Derhalben nennet ihn Paulus unsern Gnadenstuhl, daß er uns solche Gnade erworben hat, und daß Gott allein in dem Sohn Gnade erzeigen will, wie solches auch in Moyse Exod. 25. durch den Gnadenstuhl bedeutet ist. Und darum sprechen auch die Apostel im Concilio Act. 15.: wir glauben durch die Gnade Jesu Christi, die er uns verdienet hat, selig zu werden.

*) in] Pez. ihn, mendose.

Also machet uns Christus gerecht damit, daß er unsre Sünde trägt, und also werden wir Gott aus Gnaden lieb in seinem geliebten Sohn. Dies ist doch ein beständiger lebendiger Trost, darauf ein betrübt Herz mit Freuden bestehen kann und sprechen: Gott in Ewigkeit sey Lob und Dank! Nun weiß ich, daß ich einen gnädigen Gott habe und ein Erbe des ewigen Lebens bin. Denn solches hat mir mein Herr Jesus Christus bei seinem Vater erworben, der um meinetwillen sich herniedergelassen, und in tiefer Demuth für Gott des Vaters Angesicht liegt, und bittet, er wolle mir gnädig seyn, und mich nicht verstoßen, wie die Teufel. Und dieweil ich armer Wurm nicht vermag meine Sünde zu bezahlen, nimmt er sie alle von mir auf sich, und leidet den Tod für mich, wird also mein Erlöser und Mittler, Heiland und Gnadenstuhl, um welches willen, und durch welchen ich habe bei Gott Gnad, Verzeihung der Sünden, den heiligen Geist und das ewige Leben. Demselbigen eingebornen Sohn Gott sey Lob und Preis in Ewigkeit!

Solchen großen Trost sollen wir uns vom Teufel nicht nehmen oder verdunkeln lassen damit, daß etliche nun sprechen: Christi Tod sey nicht unsre Gerechtigkeit selbst, denn er sey nicht ewig; sondern die göttliche Natur in Christo ist die wesentliche Gerechtigkeit selbst. Item, durch den Tod Christi werden wir gerecht praeparative, als daß damit verdienet sey, daß uns die göttliche Natur und wesentliche Gerechtigkeit wird eingegossen und mitgetheilet. Dies speiet der Teufel in die Welt, daß er den Herrn Jesum Christum lästere, und die armen Christen irre mache. Dagegen ist zu wissen, daß uns Paulus fürstellet den ganzen Christum, Gott und Menschen. Er bindet auch nicht die Gerechtigkeit in die einige Natur in Christo, sondern er weiset uns zu dem Gehorsam und zu der Erlösung und Genugthuung, die diese Person, welche Gott und Mensch ist, für uns gethan hat, und spricht, daß wir durch dieses Jesu Christi Gehorsam und Tod gerecht sind. Denn Christi Tod und Gehorsam ist darzu geschehen und darzu von Gott verordnet, daß er unsre Gerechtigkeit für Gott seyn soll imputative, wie Christus selbst spricht: haec est iustitia vestra, quod ego ad patrem vado. Bei diesem Trost sollen die Christen bleiben, und sich mit solchen enthusiastischen unchristlichen Gedanken und Schreien nicht lassen in Irrthum führen.

Zum letzten meldet Paulus auch all Wege mit dem Glauben; denn fides est causa instrumentalis: der Glaub ist das einige Mittel, damit wir Gottes Gnad annehmen, und Christum den Mittler ergreifen, und sein Verdienst und Genugthuung uns appliciren und zu eigen machen. Als: daß du kannst im Herzen sprechen wider Teufel und Tod: ich weiß daß mir, mir meine Sünde um Christi willen vergeben sind. Denn der Glaub ist nicht allein ein bloß wissen der Historien von Christo, welches die Teufel auch wissen, sondern es ist ein herzliches, festes Vertrauen auf die Verheisung des Evangelii, und stehet auf Christo dem Mittler, auf seinem Tod, Blut, und Auferstehung, wie Paulus spricht: iustificamur per fidem in sanguine eius. Item, die Gerechtigkeit, die für Gott gilt, kömmt allein durch den Glauben an Jesum Christum. Mit solchem Glauben wirket in uns der Sohn Gottes Fried, Freude durch den heiligen Geist, und ein gut Gewissen, wie der Spruch zeuget: iustificati fide, pacem habemus.

Auch sollen die Christen für die heidnische Lehre der Mönche von der Dubitation unterrichtet werden, daß sie nicht zweifeln von Gottes Gnade. Denn der das Evangelium höret und nicht glaubet, der Lügen strafet Gott, welches eine gräuliche Gotteslästerung ist. Es ist auch dieser große Trost mit angehänget, daß bei Gott kein Ansehen der Person ist; sondern, wie um der Sünde willen alle Ungläubigen verdammt werden, also werden alle, die an Christum glauben, aus Gnaden angenommen, ohne alle Unterscheid der Person. Welches Paulus hie sehr deutlich saget: iustitia Dei per fidem in omnes et super omnes qui credunt. Nulla est distinctio. Dieser Trost dienet wider die gefährlichen Anfechtungen von der Auserwählung, damit viel gute Herzen geängstet werden. Christen aber sollen wissen, daß solche Gedanken Stricke des Teufels sind, und dagegen den Trost fassen, daß bei Gott kein Unterscheid der Person ist. Item, daß Gott wahrhaftig ist, und daß Christus ohne Unterscheid für alle gestorben ist, und daß ohne Unterscheid alle, die an ihn glauben, selig werden.

Dieß ist die rechte wahrhaftige Lehre von der Justification, daß wir armen Sünder gerecht werden ohne Verdienst, aus Gottes Gnaden, um Christi willen, durch den Glauben. Und dann sind wir gerecht, wenn uns um Christi willen die Sünden vergeben sind; wie Paulus endlich beschleußt: decernimus, hominem iustificari fide, sine operibus. Und damit sollen wir Gott danken, daß er uns diesen heimlichen Rath des Evangelii hat offenbaret, und ihn von Herzen bitten, er wolle uns durch diese neue Opinion von der wesentlichen Gerechtigkeit Gottes nicht wiederum in Blindheit und Irrthum verführen lassen.

Das dritte Theil.

Dabei muß auch in der Kirchen getrieben werden die Lehre, wie Gott in den Gläubigen und Versühnten wohnet, und in ihnen wirket. Denn es muß Verneuerung folgen, wie Paulus spricht: milita bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam. Und ist offentlich, daß alle, die in Sünden wider das Gewissen leben, keinen Glauben, auch nicht den heiligen Geist haben. Darum wollen wir einfältig und kurz Bericht thun, was die Verneuerung sey, und wie sie von der Gerechtigkeit für Gott muß unterschieden werden, und wie die Einwohnung geschieht, und warum solche Verneuerung in den Gläubigen wird angerichtet.

Erstlich aber wissen alle Christen, daß die Einwohnung und Verneuerung heißet, daß der heilige Geist, welchen der Sohn Gottes den Gläubigen giebt, in ihnen anrichtet neues Licht, neuen Gehorsam, rechte Anrufung, Geduld, Liebe und andere Tugend, welche Verneuerung, ob sie gleich in diesem Leben schwach und unvollkommen ist, dennoch ist sie Gott gefällig. Denn die Person gläubet an Jesum Christum, und ist mit Christi Verdienst bekleidet, und Gott gefällig, wie Esaias spricht 61.: ich freue mich in dem Herrn, denn er hat mich mit dem Rock der Gerechtigkeit, das ist, mit dem Gehorsam und Blut Jesu Christi bekleidet, gleichwie Gott Adam und Evam im Paradies mit Fellen bekleidet. Und Petrus spricht, daß wir Christen also Gott opfern geistliche Opfer, die ihm gefallen in Jesu Christo. Und Paulus saget Coloss. 1., daß wir in dieser Schwachheit gleichwohl für Gott in Christo vollkommen sind, also, daß wir ihm gewißlich gefällig sind. Es soll aber diese folgende Wirkung und Verneuerung fleißig unterschieden werden von der Gerechtigkeit des Evangelii, die für Gott gilt; gleichwie Paulus unterscheidet gratiam et donum Röm. 5. Gnad heißet, daß Gott den Sünder durch Barmherzigkeit annimmt, und hält ihn für gerecht um Christi Genugthuung willen. Und dieß ist eigentlich die imputata iustitia, damit wir für Gott bestehen. Die Gabe heißet die Gabe des heiligen Geistes, welchen der Sohn Gottes giebt in der Gläubigen Herzen, daß er sie tröstet und verneuert; wie denn solches auch in diesem Spruch Johannis des Täufers begriffen ist: das Gesetz ist durch Moysen geben, Gnad und Wahrheit ist durch Christum worden, Joh. 1. Item, Christus fasset sie auch zu-

sammen Joh. 14.: wer mich liebet, der hält auch meine Rede, und mein Vater wird ihn lieben, das ist, Gott vergiebt die Sünde aus Gnaden allen, die an mich gläuben. Damit wollen wir auch zu ihm kommen, und eine Wohnung bei ihm machen. Da redet er von der Gabe, Versiegelung und Verneuerung des heiligen Geistes, durch welchen wir Gottes Tempel sind, wie der Herr spricht: bleibet in mir, so bleib ich in euch, Joh. 15. Und: dabei erkennen wir, daß Gott in uns bleibet und wir in ihme, denn er giebt uns von seinem Geiste. Also wird durch den heiligen Geist wiederum in uns angerichtet der Gehorsam gegen Gottes Gebot, wie Paulus spricht: lex stabilitur per fidem, das Gesetze wird durch den Glauben angerichtet und bestätiget. Und das ists, das Jeremias sagt: ich will mein Gesetz in ihr Herze geben, und in ihren Sinn schreiben. Darum ist am Tage, daß die Gabe des heiligen Geistes und folgende Wirkung Gottes in uns nicht sind dieses, darum wir Vergebung der Sünden haben, und gerecht, das ist, Gott gefällig sind, sondern sind Folge der Gnaden, daß wir nicht aus der geschenkten Erbschaft des ewigen Lebens ausfallen.

Die Einwohnung Gottes aber in uns geschieht also, und soll diese Ordnung fleißig betracht werden. Erstlich wird gesandt der eingeborne Sohn Gottes, welcher ist das Wort des Vaters; der prediget und verkündiget uns in dem mündlichen äußerlichen Wort des Evangelii Gottes, seines Vaters, Willen und Gnad gegen uns, gleichwie er von Anfang in der Kirchen durch die Propheten geredt hat, und noch durchs Predigtampt redet, wie er spricht: der euch höret, höret mich. Darnach zeiget uns auch der Sohn Gottes den Vater, und offenbaret ihn in unsern Herzen, und saget allda Zeugniß von Gottes Willen und Gnade gegen uns, wie geschrieben stehet: niemand kennet den Vater denn allein der Sohn, und dem es der Sohn offenbaret, Matth. 11. Mit solcher Offenbarung wird durch den Sohn Gottes in unsre Herzen gegeben der heilige Geist, der Sinn und Herz versiegelt, fröhlich und lebendig machet, wie Zacharias sagt: ich will über das Haus David ausgießen den Geist der Gnaden und des Gebeths. Also geschiehet die Einwohnung, daß Gott zu uns kömmt, in uns wohnet und wirket, da der Spruch von lautet: veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus. Dieses ist hell und klar und sehr tröstlich, daß man siehet, wie man durchs Wort und Glauben Gottes Tempel werde, und wie der Sohn Gottes uns erleuchtet, und darnach unsre Herzen mit dem heiligen Geist, den er uns bei dem Vater erworben hat, versichert. Zum letzten, diese Wirkung und Verneuerung des heiligen Geistes geschieht nicht darum, daß wir damit Gottes Gnade und das ewige Leben sollen verdienen; denn solche Ehre gehöret allein dem Herrn Jesu Christo zu, um welches Gehersam und Genugthuung willen wir bei Gott angenehm und gerecht sind; und Paulus saget klar, daß das ewige Leben eine Gabe ist, die uns um Christi willen aus Gnaden geschenkt wird, Röm. 6.: sondern der heilige Geist, in uns wohnende, ist ein Pfand der Gnaden, der unserm Geist Zeugniß giebt, daß wir Gottes Kinder sind, und verneuert in uns rechte Erkenntniß, Gebeth, Geduld, und alle Tugend und gute Werke, darin wir Christen nach der Bekehrung und nach der Versühnung müssen leben, daß wir Gott, unserm Schöpfer und Vater, Gehorsam leisten, und den Glauben, heiligen Geist und gut Gewissen behalten, daß in uns auch der neue Mensch und Gottes Reich zunehme und wachse, und wir täglich mehr und mehr der Sünden absterben, und mit fröhlichem Herzen erwarten aller Verheisung, die Gott gethan hat. Wie denn Paulus saget: die Gottseligkeit hat Verheisung in diesem und in ewigem Leben.

Dies hab ich, meine Freunde in Christo, auf Begehr frommer Christen und gutherziger Leute, und auf Befehl meiner Väter und Aeltesten bei eurer Liebe durch Gottes Gnade von dem Artikel der Rechtfertigung sagen wollen, keiner andern Ursachen halben, denn daß ich, wie ein jeder Christ schuldig ist, meinen Glauben bei euch bekennete und Zeugniß gäbe, wie alle Kirchen im ganzen Teutschland von dieser allerhöchsten Lehre predigen und gläuben. Und gleichwohl ist kein Zweifel, daß dieß die einige, ewige Wahrheit des Evangelii ist, die der Sohn Gottes aus der Schooß seines Vaters herfürgebracht, und darnach von Anfang der Welt durch die Patriarchen, Propheten und alle christliche Lehrer hat verkündiget, die auch in den christlichen Symbolis begriffen, und zu diesen letzten Tagen durch D. Martinum Lutherum wieder offenbaret ist. Und sind alle Heiligen und Christen, die solches gegläubet haben, selig; wie denn die Apostel in dem Concilio sprechen: wir gläuben durch die Gnade Jesu Christi selig zu werden, gleichwie unsre Väter.

Der ewige, allmächtige, barmherzige Gott, Vater unsers Heilandes und Erlösers Jesu Christi, wolle solch Licht der Wahrheit bei uns rein erhalten, und in vieler Herzen kräftig machen um seines Namens Ehre willen, daß viel tausend Seelen in Jesu Christo seinem Sohne bekehret, und des Teufels Reich zerstöret werde. Dem wahrhaftigen ewigen Gott, Vater, Sohn und heiligen Geist, sey Dank, Lob, Ehr und Preis in Ewigkeit. Amen.

No. 5848. (eod. fere temp.)

(*Iudicium de Osiandro.*)

Editum in den unschuldigen Nachrichten, Jahrg. 1715. p. 194 sq. Legitur etiam apographon vetustum in cod. Goth. 19. p. 153., ubi inscribitur sic: κατάκριμα τῶν βιβλίων καὶ τῆς ὁμολογίας τῆς τοῦ Κουλμάννου καὶ τοῦ Βετέρου. In hoc codice vero non diserte dicitur Melanthonis esse hoc scriptum. Certe non suo solum nomine, sed et sociorum qui Norinbergae cum illo aderant, composuit. Dubitari vero potest, sitne hoc scriptum statim post adventum Melanthonis compositum, an paulo ante discessum.

Condemnatio scriptorum Culmanni et Vetteri, scripta lectis ipsorum confessionibus Noribergae, etc. Anno MDLV. mense VIIbri.

Definitio iustitiae apud Osiandrum haec est: iustitia est, quae efficit, ut iusta faciamus. Haec definitio tantum [1]) legalis est, et aliena ab his dictis Pauli: *cui Deus imputat iustitiam sine operibus* † *legis*" [2]). Item: *Iustificati* † *fide pacem habemus erga Deum.* Item: *iustificati*" [3]) *sanguine eius.* At [4]) ex definitione Osiandri clare hoc sequitur: iustitia est, quae efficit, ut iusta faciamus. Ergo iusta [5]) faciendo homo est iustus. Semper autem in vera Ecclesia inde usque ab initio Patres, Prophetae et Apostoli et omnes Sancti in iudicio Dei vere expavescunt agnitione peccatorum, sicut Ezechias inquit: *sicut Leo contrivit omnia ossa mea.* Hic fatentur, se reos esse, sicut Moses inquit: *innocens coram te non est innocens*, et David inquit: *non erit iustus coram te omnis vivens*, et Paulus inquit, *ut totus mundus reus sit Deo.* Intuentur autem promissionem misericordiae et credunt, se accipere remissionem peccatorum et reconciliationem propter promissum mediatorem, sicut expresse Daniel inquit: *non propter iustitias nostras, sed per misericordiam tuam propter Dominum exaudi nos.* Et David: *convertere Domine, et eripe animam meam, salvum me fac propter misericordiam tuam.* Hac sola fide sciunt Sancti, se gratis propter mediatorem accipere remissionem peccatorum, et Deo reconciliari et illi placere. Hanc reconciliationem gratuitam, quae fit propter mediatorem, nominat Paulus iustitiam, et de hac iustitia inquit, *iustificati fide pacem habemus.* Item: *iustus sua fide vivet*; et Esaias inquit: *notitia servi mei* [6]) *iustificabit multos.* Haec antithesis ostendit, definitionem Osiandricam non congruere ad Paulum. Deinde ut aliquid etiam dicat Osiander de remissione peccatorum, divellit remissionem peccatorum a iustitia. Expresse ait: omnibus hominibus esse remissa peccata, sed Neronem damnari, quia non habeat essentialem iustitiam; et hanc, ait, esse ipsum Deum Patrem, Filium et Spiritum Sanctum; et [7]) de Spiritu Sancto inquit: si libet, adde Spiritum Sanctum. Hic primum [8]) manifesta, et horribilis impietas est dicere, omnibus hominibus, etiam non credentibus, remissa esse peccata, cum expresse scriptum sit: *qui non credit in Filium, manet ira Dei super eum.* Item Actor. X.: *huic omnes Prophetae testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum per nomen eius omnes, qui credunt in eum.* Quare tum [9]) primum remittuntur hominibus peccata, cum fide statuunt, sibi remitti illa propter mediatorem.

Deinde confusio est personarum: homo est iustus iustitia Patris, Filii et Spiritus S. Hic non discernitur mediator a ceteris personis, cum necesse sit, retineri hanc doctrinam: nos propter solum [10]) mediatorem, et quidem propter obedientiam eius iustos † id est reconciliatos ac Deo" [11]) acceptos esse. Sicut 1 Timoth. 2. dicitur: *Unus Deus, et unus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus*; et Rom. 5.: *propter obedientiam unius iusti constituuntur multi.*

Deinde cur revelata sunt discrimina personarum, si haec confusio facienda? [12]). Prorsus idem dixerunt sapientes ethnici, nullam esse excellentem virtutem sine Deo. Nec aliud re ipsa dicit Osiander, et occultat astute suam sententiam de discrimine personarum, nec discernit copulationem τοῦ λόγου et humanae naturae in Christo et in hominibus renatis. Nos de his et aliis articulis recte et distincte docuimus Ecclesiam nostram, iuxta scripta Prophetica et Apostolica, et iuxta Symbola. Cumque exstent confessiones nostrarum

1) Cod. Goth. 19. *prorsus.*
2) Addit cod. Goth. 19.
3) Addit cod. Goth. 19.
4) Cod. Goth. 19. *et.*
5) Cod. Goth. 19. *iuste.*

6) Pro *servi mei* cod Goth. 19. *sui.*
7) Cod. Goth. 19. *etsi.*
8) Cod. Goth. 19. *primo.*
9) *tum*] cod Goth. 19. pro *hinc*, ut editum est.
10) Cod. Goth. 19. *filium* pro *solum.*
11) Addit cod. Goth. 19.
12) Cod. Goth. 19. *facienda est.*

Ecclesiarum, nos his breviores sumus, et ex illis cognosci sententiam nostram volumus.

Sed ut de controversia praesenti loquamur, quaedam inde repetenda sunt. Semper hoc sensimus et docuimus, sicut Paulus inquit Rom. 5.: *Gratia Dei* et *donum per gratiam*, *quam recipimus* [13]) *propter unum hominem Iesum Christum, in multos exuberavit.* Nominat autem Paulus gratiam, gratuitam remissionem peccatorum et reconciliationem seu iustificationem. Deinde cum *donum* nominat, complectitur omnia beneficia, quae sunt coniuncta cum reconciliatione, de quibus dicitur: *veniemus ad eum*, *et mansionem apud eum faciemus*, videlicet, praesentiam et efficaciam aeterni Patris per Filium et Sp. S. in credentibus in hac vita, et post resurrectionem, vitam sempiternam [14]), iustitiam et salutem [15]) aeternam, in qua erit Deus omnia in omnibus. Primum igitur, cum sit conversio ad Deum in agnitione peccatorum et veris doloribus, necesse est, nos agnoscere Filium [16]) mediatorem, et credere nobis remitti peccata, nos reconciliari, et nobis imputari iustitiam, nos vivificari et liberari ab aeterna morte, et placere Deo propter solam mediatoris obedientiam gratis per fidem, non propter iustitiam essentialem Dei, Actor X.: *huic omnes Prophetae † testimonium perhibent*, *remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum*" [17]). It. *iustificati eius sanguine salvabimur*, et 1 Ioh. I.: *Sanguis Iesu Christi*, *Filii Dei*, *mundat nos ab omni peccato.* Et prorsus idem significant his formis [18]) loquendi, *propter obedientiam mediatoris*, *et propter mortem*, seu *propter sanguinem Christi nos iustificari.* Nec fides illa, qua accipimus [19]) consolationem, est [20]) cogitatio picta humanis viribus sine actione divina; sed verum est, in illa consolatione, cum corda fide eriguntur, Filium Dei λόγον efficacem esse cum externo verbo, sicut dicitur: *Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.* Item: *Ego vitam aeternam do eis.* It. *Venite ad me omnes*, *qui laboratis et onerati estis*, *ego reficiam vos.* It. *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* It. *Ego sum vitis*, *vos palmites.* Hic Filius primus ex sinu aeterni Patris protulit Evangelium, et † semper servat ministerium evangelii, et" [21]) in eo est efficax. Ostendit voluntatem Patris in mentibus credentium, sicut inquit: *Nemo novit Patrem nisi Filius*, *et cui vult* [22]) *Filius revelare.* Et per eum vivificatur credens dato Spiritu S., qui accendit laetitiam et invocationem Dei, et ceteros motus tales, qualis ipse est, iuxta dictum: *Effundam super domum David Spiritum gratiae et precum.* Ita homo fit templum Dei, et recte dicitur habitare Deus in corde hominis renati, idque fit hoc ordine: Pater misit Filium, ut proferret promissionem ex aeterno [23]) consilio divinitatis, et Filius in ministerio immediate est efficax, et ostendit [24]) voluntatem Patris in cogitatione non hypocritica, et per eum datur Spiritus S., ut in corde laetitiam [25]) et alios pios motus accendat, sicut inquit Ioannes: *in hoc cognoscimus*, *quod in eo maneamus et ipse in nobis*, *quia de Spiritu suo dedit nobis.* Et Ephes. I.: *et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiae*, *quae est corpus eius implens* [26]) *omnia in omnibus.* Et Ephes. II.: *aedificamini*, *ut sitis domicilium Dei per Spiritum.* Haec [27]) de praesentia Dei seu inhabitatione in renatis clare affirmamus, nec dicimus, Deum sic in eis adesse sicut solis potentia agit in venis terrae; sed re ipsa praesentes Pater et Filius spirant Spiritum S. in cor credentis. Et haec praesentia et habitatio est hoc, quod dicitur novitas spiritualis. Nec est unio personalis, qualis in Christo est, sed est habitatio ut in domicilio, in hac vita separabilis.

Tertio addimus hoc: quanquam necesse est, hanc habitationem, seu effectionem, seu novitatem in renatis esse, tamen non manet, nisi praelucente hac fide, quod persona sit iusta coram Deo, id est, habeat [28]) remissionem peccatorum,

13) Cod. Goth. 19. *qua recipimus.*
14) *sempiternam*] cum cod. Goth. 19. edidi pro *sapientiam*, quod mendum est.
15) Cod. Goth. 19. *laetitiam.*
16) *filium Dei*] cod. Goth. 19.
17) Addit cod. Goth. 19.
18) Cod. Goth. 19. *hae formae.*
19) Cod. Goth. 19. *accipiens* pro *qua accip.*
20) *est*] recte cod. Goth. 19. pro *et.*
21) Haec addit cod. Goth. 19.
22) Cod. Goth. 19. *voluerit.*
23) Cod. Goth. 19. *arcano.*
24) Cod. Goth. 19. *ut ostendat.*
25) Cod. Goth. 19. *laetitiam* pro *notitiam*, quod mendum habeo.
26) Cod. Goth. 19. *plenitudo implentis.*
27) *Haec*] cod. Goth. 19. recte pro *Hinc.*
28) Sic cod. Goth. 19. pro *Deo*, *habens.*

sit reconciliata et accepta Deo, ad vitam aeternam propter mediatoris obedientiam, fide, iuxta dictum Danielis et similia: *non propter iustitias nostras, sed per misericordiam propter dominum exaudi nos.* Etsi habitat Deus in Mose, Elia, Davide, Esaia, Daniele, Petro, Paulo, tamen hi omnes fatentur, se iustos esse coram Deo, non propter inhabitationem[29]) illam, seu effectiones illas seu novitatem, sed propter mediatoris obedientiam et intercessionem per misericordiam, quia in hac vita sunt in eis reliquiae peccati. Quanquam igitur illa novitas placet Deo, ut postea dicetur, tamen sciunt, in infinitum anteferendam esse suae novitati obedientiam et intercessionem mediatoris, sicut inquit Paulus: *sumus electi*[30]) *in dilecto.* Et Ephes. 3.: *per quem habemus accessum*[31]) *in fiducia per fidem ipsius.*

De hoc articulo praecipue dimicat Osiander, et contendit, hominem iustum esse propter inhabitationem Dei, ut ipse loquitur, seu propter Deum inhabitantem, non propter mediatoris obedientiam, non imputata iustitia mediatoris per misericordiam. Et propositionem: *fide iustificamur*, sic corrumpit: fide praeparamur[32]), ut alia re, scilicet inhabitante Deo iusti simus. Ita re ipsa dicit, quod Papistae dicunt, sumus iusti novitate, nisi quod nominat causam, ubi nominant Papistae effectum. Sumus iusti Deo nos renovante. Detrahit igitur honorem debitum mediatori, et obscurat magnitudinem peccati, et delet consolationem praecipuam piorum et adducit eos[33]) in perpetuam dubitationem. Non enim potest esse fides, nisi intueatur promissionem misericordiae de mediatore. Nec est inhabitatio, nisi hac fide accepta sit consolatio. Ac praepostera via docendi est: prius credere inhabitationem, postea remissionem peccatorum. Cum igitur et falsum sit hoc Osiandri dogma, et conscientiis perniciosum, fugiendum et damnandum est.

Quomodo autem novitas in renatis sit iustitia, copiose in nostris Ecclesiis declaratur. Aliud est, quo persona Ioseph iusta est coram Deo, id est reconciliata et Deo accepta seu placens; aliud est castitas Ioseph. Placet enim persona Iosephi per misericordiam propter promissum Christum, fide, gratis. Postea etiam castitas in eo est virtus accensa a Deo inhabitante in ipso, et obedientia eius inchoata[34]) nominatur iustitia, quia est inchoatio legis, in eo, qui[35]) placet propter mediatorem, ut 1 Petr. II. dicitur: *offerte hostias spirituales bene placentes Deo per Iesum Christum.* Nec tamen castitas, aut reliqua obedientia in Ioseph, erat iustitia, propter quam persona erat iusta, aut quae possit opponi iudicio Dei.

Hanc antithesin dogmatis Osiandrici et sententiam nostrarum Ecclesiarum recitavimus, ut magis conspici praecipua membra controversiae possint, et ut intelligatur, cur dogma Osiandricum improbemus: simul etiam hinc iudicari potest[36]), hoc certamen non esse *λογομαχίαν*, sed controversiam de rebus magnis, de proprio honore et officio mediatoris, de vera consolatione piorum, de discrimine personarum divinarum, de discrimine Legis et Evangelii, de intellectu propositionis: *fide iustificamur.* Ne ipse quidem Osiander videri voluit, has suas rabiosas contentiones esse tantum *λογομαχίαν*, quanquam taxanda et fugienda erat eius forma loquendi, etiamsi esset tantum *λογομαχία.* Cur enim[37]) rebus recte explicatis offudit[38]) caliginem novis verbis? Certe obscuratur mediatoris officium, cum dicit: homo est iustus essentiali iustitia; et discrimina personarum divinarum confunduntur, et verborum obscuritas et illa *θαύματα ῥημάτων* gignant in populo diversas opiniones, unde oriuntur discordiae publicae, factiones, odia, contemtus ministrorum recte et simpliciter docentium, et alia multa, quae discordias publicas comitantur. Quare fideli animo suademus omnibus gubernatoribus ubique, qui sciunt, in Ecclesiis suis hactenus doctrinam Evangelii recte traditam esse, ne admittant defensionem Osiandrici dogmatis, etiamsi quis [tantum][39]) hac excusatione uti velit, quod tantum verborum dissensio sit, et quaerat concinnas interpretationes. Certe qui definitione dissidet, de tota re dissentit. Scimus ambigue dicta non pro-

29) Sic cod. Goth. 19, pro *habitationem.*
30) *electi*] cod. Goth. 19. pro *dilecti.*
31) Cod. Goth. 19. *habemus accessum* pro *audemus accedere.*
32) *fide praeparamur*] non leguntur in cod. Goth. 19.
33) Cod. Goth. 19. *eos* pro *nos.*
34) Cod. Goth. 19. *renovata.*
35) Text. impress. *inchoata legis in re, quae.*
36) Text. impr. *possit.*
37) Text. impr. *vero.*
38) Cod. Goth. 19. *offundit.*
39) Cod. Goth. 19. praetermittit, recte ut videtur.

desse ad concordiam; ideo nos instituere conciliationes et commixtiones diversarum opinionum nequaquam volumus, ac sine ambiguitate simpliciter recitamus, quid probemus, quid non probemus.

Nunc igitur de scriptis, quae Senatus nobis exhibuit, perspicue et diserte pronuntiabimus. Nos sententiam et formam doctrinae, receptam in nostris Ecclesiis, quae refutarunt Osiandrum, sentimus esse veram, et [40]) cum hac congruere iudicamus scriptum *Besoldi* [41]) et ipsi coniunctorum. Quare id scriptum approbamus et pium esse censemus, et iudicamus, utile esse concordiae eam formam loquendi retinere. Deinde in scripto *Culmanni* invenimus definitionem iustitiae tantum legalem et Osiandricam, et aliquanto magis inconcinnam [42]). Iustitia proprie vocatur probitas, quam germanice *Frömmigkeit* [43]) dicimus, vocatur singularis animi quaedam probitas et bonitas, unde iustus vocatur vir bonus, aequus, probus, humanus, *ein frommer Mann.* Haec nihil ad dictum pertinent: *iustus fide sua vivet*, et quam aliena sint ab hac quaestione, vident omnes docti. Cum enim quaerimus: quis sit iustus coram Deo? hoc quaerimus, quis sit reconciliatus Deo, placens et acceptus Deo? Alicubi facit quinque partes iustificationis [44]): poenitentiam, remissionem peccatorum, praesentiam Christi in corde, bona opera et confessionem oris. In hac partitione manifesta confusio est. Etsi autem saepe vera miscet, tamen summa doctrinae Culmanni est, hominem esse iustum propter inhabitationem Dei, nec dicit, propter obedientiam seu passionem Christi. Et expresse dicit: iustitia est Christus in corde habitans, propter quem nos Deus reputat iustos. Hic etiam de imputatione errat, quia Deus nos reputat iustos, propter obedientiam mediatoris, et fides statuat, nos recipi et placere propter obedientiam mediatoris. Praeterea multa confuse dicit, ut in prima confessione: quid aliud est praedestinatio, quam Evangelium creditum, cum credo et scio [45]), me esse destinatum. Item: excipi a nobis hospitio Deum Patrem et Filium per dilectionem seu fidem in Christum. Et alibi: nemo recipitur aut exauditur et salvatur, nisi vestitus iustitia originali, quae est Christus, qui factus est nobis a Deo iustitia. Talia multa confuse dicta, etsi leniri interpretando possunt, tamen significant studium dissentiendi a recepta forma doctrinae.

Pugnat astutius *Vetterus* [46]), cum citasset dictum Pauli: *per unius iustitiam multi iustificantur*; ubi Paulus mox addit, *per unius obedientiam.* Vetterus hac parte dissimulata, deinde iustitiam interpretatur Deum ipsum, et tandem addit conclusionem, homines iustos esse iustitia essentiali Patris, Filii et Spiritus S. Ita non discernitur † mediator a caeteris personis, nec " [47]) reconciliatio seu acceptio propter mediatoris obedientiam a sequente inhabitatione seu effectione.

Cum igitur insint manifestae confusiones Culmanni et Vetteri scriptis, sive fateantur, se tueri Osiandrum, sive dissimulent, improbamus eorum scripta, quae nobis exhibita sunt, et censemus, adhortandos esse, ut aperte dicant, an improbent doctrinam Ecclesiarum nostrarum, an vero approbent. Quod si dicent, se approbare: promittent etiam se retenturos esse formam eius doctrinae, nec falsa aut ambigua mixturos esse, nec defensuros Osiandri praestigias in populo. Quod si dicent, se improbare doctrinam Ecclesiarum nostrarum, nec velint illa sua confuse dicta, quae re ipsa sunt Osiandrica, omittere: removeantur ab officio docendi, ne improprie dicta pariant errores et dissidia. Sunt autem illa confuse dicta: Homo est iustus essentiali iustitia Patris, Filii et Spiritus S. Item: homo est iustus propter inhabitationem Dei, non propter obedientiam mediatoris. Item: Iustificationis partes sunt quinque. Eodem modo: homo est iustus post lapsum in hac vita, sicut erat iustus originali iustitia: iustitia tantum est, quae efficit nos iusta facere; item: cum Daniel nominet aeternam iustitiam, non potest obedientia Christi dici iustitia. Talia sophismata non toleranda sunt in Ecclesia.

Haec pio studio interrogati respondimus, nec privato affectu ullo movemur, sed pium consensum Ecclesiae in hac urbe et tranquillitatem retineri optamus. Hortamur etiam ipsos concionatores in utraque parte, ne odia augeantur [48]) ira-

40) *et*] addit cod. Goth. 19.
41) In textu impresso tantum legitur *B.*
42) Cod. Goth. 19. *ieiunam.*
43) Cod. Goth. 19. *Fromheit.*
44) *iustitiae*] cod. Goth. 19. pro *iustificationis.*
45) Cod. Goth. 19. *cum credo, scio.*
46) Cod. Goth. 19. ubique *Veterus.*
47) Praetermissa haec sunt ab editore in den Unsch. Nachr.
48) Cod. Goth. 19. *augeant.*

cundia et acerbitate convitiorum, sugillationum, obtrectationum, sed candorem in iudicando adhibeant. Oramus autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui vere est custos Ecclesiae, ut et vos et [49]) Ecclesiam et hanc totam civitatem protegat et gubernet, Amen.

Phil. Mel. [50]).

No. 5849. 1. Oct. (Norimb.)

Io. Neudorfer.

† Ex autographo, quod possidet nobil. a *Munstaler*, Reg. Würteb. a Consiliis, Esslingensis, mihi descripta a Clariss. *Pfaffio*, Conrect. Essling.

Honestissimo viro prudentia et virtute praestanti, Dom. Iohanni Newdorfer, animo suo cariss.

S. D. Honestissime vir et amice carissime. Quoties de hac urbe *), et de viris sapientia et virtute praestantibus hic cogito, obversatur oculis et menti meae vestra integritas et utilissima ac Deo grata in docenda iuventute diligentia, ac Deum oro, ut et urbem protegat et vos servet incolumes. Pro munere quod filiolo meo mittitis ago gratias, ac filium opto non solum imitatorem fore manus vestrae sed etiam virtutis vestrae. Bene et feliciter vale. Cal. Octobris anno 1555.

Philippus Melanthon.

No. 5850. (his dieb.)

I. Rungio.

Epist. lib. VI. p. 511 sq. — Rungius cum Melanthone erat Norimbergae.

Venerando Viro D. Iacobo Rungio.

S. D. Venerande Vir et charissime frater. Etiam Aristoteles scribit, a Pythagora dici desponsationem ad aras fieri, ut cogitemus Deo esse curae coniugia. Nec dubium est, eum morem a Sanctis patribus acceptum esse, quem retinere constanter debemus. Et tibi a Deo petenda est conservatio Ecclesiae, coniugii, castitatis et politiarum. Cum igitur cras in templo futura sit desponsatio concionatoris *Nicolai* *), te oramus, ut tu concioneris de coniugio, et horteris populum ad precationem. Habes honestissimam et dulcissimam materiam, laudationem castitatis, qua Deus vult discerni a Diabolis et immundis naturis, et vult castis mentibus invocari, et saepe dico, *Casta Deus mens est, casta vult mente vocari.* Habes etiam vituperationem Diabolicae legis Pontificum, quae prohibet coniugia et causa est horribilium scelerum, propter quae totae gentes puniuntur. Simus hortatores omnibus ad castitatem, et nostra voce Diabolos et Pontifices accusemus, qui confirmant libidinum confusiones. Ideo te oro etiam propter honestissimam coniugem tuam, ut cras concioneris, et gloriae Dei et honoris coniugii hunc laborem tribuas, sicut scriptum est, *τίμιος ὁ γάμος.* Etiam Ethnicis adeo laudata est castitas, ut versus Bachilidis recitantur, qui fuit Pindari coaetaneus.

Ut cum de statua facies formosa remota est,
  Non decus in reliquo corpore truncus erit;
Sic reliqui mores spreti sine honore iacebunt,
  Ni sint ornati laudis amicitia.

Bene vale et responde.

No. 5851. 4. Oct. (Norimb.)

Io. Brentio.

Edita in J. Barth. Riederers nüzlichen und angenehmen Abhandlungen (Altorf 1768. 8.) p. 428 sq. (Danz.)

Ad Io. Brentium.

S. D. Reverende Vir et carissime frater. Etsi ubicunque sumus, non solum voluntatum coniunctio perpetua erit, sed etiam de doctrina congruere sententias nostras, nosque una **) esse in Deo, et invocare unum verum Deum mediatoris fiducia statuo, tamen adfuisse te etiam huic diiudicationi propter multas causas optarim. Sperabam enim nos et de aliis nullis et magnis rebus collocuturos esse. Cum autem non adfueris, mittimus ad te sententiam nostram, quam ideo

---

49) Cod. Goth. 19. pro *et vos et* habet: *et huius urbis ecclesiam.*
50) Haec subscriptio non legitur in codice.
*) Norinberga.

*) Videtur idem Nicolaus esse, quem in ep. d. d. 7. Oct. commendat.
**) unum?

scripsi, quia duo *Culmannus* et *Vetterus* exhibuerunt Senatui scripta, in quibus inspersa erant non levia errata, quae taxari necesse fuit, de quibus cum initio admonerentur, nec ipsi ea διαῤῥήδην obiicerent, summam nostrae sententiae complexus sum, et sine subtilibus disputationibus et sine ulla verborum acerbitate; ac censui vitandas esse ambiguas propositiones. Dixissem de distinctione personarum plura, si adfuisses. Assenserunt nobis caeteri omnes, praeter duos illos, *Culmannum* et *Vetterum*, qui suo consilio petiverunt a Senatu dimitti; nec Senatus invitos retinet, praesertim cum dissimilis forma doctrinae, si manerent, fuerit magis inflammatura discordias. Nunc te oro, ut nostram diiudicationem legas ut censor, et nobis significes tuum iudicium. Nihil enim vult Senatus edi, priusquam responderis; maxime autem apto, probari tibi nostram sententiam. Nam consensum nostrum profuturum esse multis Ecclesiis arbitrarer, sed tuo arbitrio liberrime statuas. Vides in hac delira mundi senecta paulatim maiores fieri distractiones: et plerumque initia distractionum sunt ambigua dicta. Propterea libenter retineo usitatam in Ecclesiis nostris loquendi formam, et sum hortator omnibus ad amandam proprietatem. Certe definitio iustitiae apud *Osiandrum* tantum est νομικὴ, iustitia est, quae efficit, ut iusta *) faciamus. Haec quomodo congruant ad dictum: *iustificati fide pacem habemus*, seu ad dictum: *imputatur iustitia sine operibus.* Sed omitto nunc disputationem, existimo autem, congruere nostram diiudicationem cum tua declaratione, quam ego edidi. Bene et feliciter vale. Norimbergae 4. die Octobris.

No. 5852. 5. Oct. (Norimb.)

Casp. Peucero.

Epist. lib. II. p. 410. (ed. Lond. lib. II. ep. 427.).

D. Casparo Peucero

S. D. Charissime fili, Cum propter venditionem currus properare *Werneri* filius cogatur, prius ad vos accedunt, quam ego hinc discedere potui. Scripsi patri, futuros hos in mensa nostra. Excipies igitur eos. Scis qualis sit paterna στοργή, Et hanc induamus erga eorum filios, qui nobis suos commendant, et tam procul a patria mittunt. Habitationem eis quaerito, et si fieri posset, optarim eos in collegio habitare. Bene vale. Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, crucifixus pro nobis et resuscitatus, protegat et regat vos, et nos omnes. Die 5. Octobris.

No. 5853. 7. Oct. (Norimb.)

(*N. N.*)

Epist. lib. VI. p. 427 sq.

(Amico cuidam.)

S. D. Reverende Domine, valde delectatus sum et congressu et sermone viri docti et integri *Nicolai* vestri. Nam et ipsum propter eruditionem et virtutem diligo, et, cum mihi et aliis pietatem vestram in emendatione Ecclesiae et constitutione Scholae praedicaret, Ecclesiae causa laetati sumus. Quid est enim melius, quam in collegiis vestris restitui et doctrinae studia, et veram invocationem Dei et adolescentiae institutionem? Etsi autem alii indocti et fascinati superstitione vobis propter haec pia officia minantur, tamen non dubito, vos ita confirmatos esse, et voce divina et Spiritu Filii Dei, ut semper recta consilia sequenda esse statuatis, nec periculorum metu deserenda esse. Et tamen Deo curae erit defensio illius parvi coetus, quem doceri curatis, de quo filius Dei inquit, *Non est voluntas Patris*, *ut pereat unus de parvulis istis.* Item, *Angeli eorum semper vident faciem patris.* Quantum interest inter vestrum collegium et alia! In vestro sonat vox divina et vera invocatio Dei, et adsunt Angeli casti, custodes vestri et adolescentiae. In aliis, ubi dominantur hostes Evangelii, non fit vera Dei invocatio, nec adsunt custodes Angeli, itaque aliquando post vel Turcicis armis vastabuntur, vel a Centauris occupabuntur. Sed oro filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum custodem Ecclesiae suae, ut vos gubernet, confirmet et protegat, et ubique sibi aeternam Ecclesiam colligat. *Nicolaum* vero vobis reverenter commendo, et cum rediero domum, Deo iuvante aliquid libellorum ex Academia mittam. Bene et feliciter valete. Anno 1555. Nonis Octobris.

---

*) *iustos*] dedit Ried. ex mendo.

(Redit Melanthon cum itineris sociis Wittembergam.)

No. 5854. 26. Oct.

Sigismundo, Archiep.

Epist. lib. V. p. 269 sqq.

Illustrissimo et Reverendissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo Archiepiscopo Meideburgensi etc. Marchioni Brandeburg. Duci Pomeraniae, et Burggrav. Norib. etc. Dn. suo clementiss. Philip. Melanthon

S. D. Illustriss. et Reverendissime Princeps et Domine clementissime. Multae gravissimae caussae sunt, propter quas in Ecclesia praesertim retineri literas et linguarum cognitionem, et alias doctrinas, quae vitae prosunt, necesse est. Eaque res semper curae fuit sapientibus Principibus. Quare cum horum exemplo Celsitudo Vestra viros doctos complectitur, et curat, ut ad posteros doctrina propagetur, voluntas Celsitud. Vestrae magna laude digna est. Et Deum, custodem Ecclesiae suae, oro, ut Celsitudinem Vestram servet incolumem, et gubernet. Profecto sive Turci procedent, sive vulgi tumultus imperia turbabunt, magna barbaries metuenda est. Ne igitur prorsus extinguantur doctrinae necessariae, nunc lumen aliquod literarum ad posteros transmittendum est, ac praesertim illa studia iuvanda sunt, quae illustrant libros sacros, et assuefaciunt ingenia ad moderationem, quo in genere multos annos utiliter laborat *Christophorus Pannonius*, qui, cum sit et vir bonus et scriptor bonus, adolescentes ad diligentiam recte loquendi et recte scribendi assuefacit. Haec diligentia frenum est et Magistra moderationis in omnibus consiliis et deliberationibus. Quare reverenter oro, ut hunc *Christophorum* Celsitudo Vestra clementer ornare pergat. Vidi eius opus, quod linguam latinam discentibus valde utile erit: Quare optandum est, ut perficiatur, et sit in manibus discentium. Celsitudini Vestrae mitto parvum libellum, et me reverenter Celsitudini vestrae commendo. Bene et felic. valeat Celsitudo Vestra. Die 26. Octobris Anno 1555.

No. 5855. 26. Oct.

Philippo, Duci Pom.

Edita in der Leipzig. Literaturzeit. ann. 1830. no. 143. p. 1141.

(An Herzog Philipp von Pommern.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, und ein neues friedlichs frohes Jahr zuvor. Durchleuchter, hochgeborner gnädigster Fürst und Herr. Erstlich bitt ich Ew. F. G. in Unterthänigkeit gnädiglich mit dem würdigen *Iacobo Rungio* und mit mir Geduld zu haben, daß Jacobus so lang bei uns aufgehalten ist. Es ist aber den Sachen Noriberg nützlich gewesen, daß er dabei gewesen ist, und was zu Noriberg von Osiandri Sach gestellt ist, wird Jacobus E. F. G. überantworten, hoffen auch es soll zu Einikeit in den Kirchen zu Noriberg und an mehr Orten mit Gottes Hülf dienen.

Von *Frederi* und *Artopaei* *) Sachen haben wir auch, so viel die Lehre belanget, Antwort gestellt, die E. F. G. dem Synodo mögen lassen vortragen, hoffen, unsre Antwort werde bei allen christlichen verständigen Männern als recht erkannt und gebilligt werden. Und so Frederus dem Synodo folget, bitten wir alle in Unterthänigkeit, E. F. G. wolle ihm Gnad erzeigen, und ihn im Amt gnädiglich bleiben lassen. Denn so er mit so viel Kinden im Land umziehen sollt, würde ihm das Elend viel zu schwer. Doch ist billig daß er fürohin Friede halt.

Was die andern zween Artikel belanget, nämlich so auf den Fall ein successor in des Frederi Amt anzuzeigen, wird Jacobus mein und andrer Bedenken E. F. G. berichten. Von der Straf Frederi laß ichs in Unterthänigkeit bei der Vorbitt bleiben, so Frederus dem Synodo folget.

Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht sammelt, und nämlich durchs Evangelium, und nicht anders, wolle E. F. G. und E. F. G. Gemahl und

---

*) *Frederus* impositionem manuum in inauguratione ministrorum verbi divini minime necessariam esse contenderat. — *Artopaeus* (proprie Petrus Becker) docens Evangelium in urbe Stettin, Osiandrismum propugnabat. — Cf. etiam epist. Mel. ad Frederum d. d. 1. Nov. 1555. et ad Fischerum eod. die. — Quid Melanthonis iudicio effectum sit, commemoratur in epist. ad Camerar. d. 2. Ian. et d. 25. Mart. 1556.

junge Fürsten und Fürstin gnädiglich allezeit bewahren und regiren, Amen. Datum 26. Octobris 1555.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

Wiewohl ich auch nicht zweifel, E. F. G. als ein hochlöblicher weiser und tugendliebender Fürst, kennet und ehret selb Tugend in den Ihren, so bitt ich doch in Unterthänikeit, E. F. G. wolle ihr gnädiglich den würdigen, wohlgelahrten und verständigen *Iacobum Rungium* lassen befohlen seyn. Ich hoffe, er werde zu Gottes Ehre und zu christlicher Einikeit mit Gottes Hülf allezeit seliglich dienen, dazu ihm Gott seine Gnad allezeit verleihen wolle.

No. 5856. (27 Oct.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 692 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 834.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Valde petivit *Iacobus Pomeranus*, ut tibi et dicerem et scriberem, sibi perpetuo gratam fore tuae benevolentiae erga se, et omnium beneficiorum memoriam, seque tibi et Ecclesiae tuae domesticae omnia fausta optare. Id et ipsius et meo nomine nunc scribo, et coram exponam. Iter ingressus est *Iacobus*, rediturus in patriam septimo Cal. Novemb. ante cuius abitum non potui ad vos proficisci. Nam de aliquot controversiis respondi. Nunc cogito ad vos quam primum proficisci, nisi significabis iam illa a vobis constituta esse, ad quae volebant me adhiberi *), cum sine me agi illa possint. Et scias mihi satis negocii hic esse. Nunc quoque Danico nuncio respondendum est. Bene et feliciter vale. Deus servet tuam Ecclesiam domesticam et publicam.

Philippus.

*) Vid. epp. d. 10. Nov. h. a.

No. 5857. 31. Oct.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 400 sq.

Georgio Buchholzero, praeposito Berolinensi.

S. D. Reverende vir et charissime frater. *Norinbergae* duo concionatores, N. et N. *) sparserunt nescio quae deliria. Et hic quidem audacior et indoctior, dixerat Christum per accidens iustificare. Hi remoti sunt ab officio docendi: ac spero nunc nullam esse dissensionem in voce docentium Norinbergae. Scripsi quaedam, quae omnium aliorum subscriptione comprobata sunt: quae mittam vobis, et edentur.

Quod vocabulum flagitatis de his qui contendunt divinitatem mortuam esse **), cogitavi elegantem compositionem, sed non scribam: quia nolo accendi odia, et potius silentio obrui illam controversiam volo, praesertim cum veritas sanis omnibus nota sit. Epicedion honestae et sanctae matronae coniugi N. *Islebii*, scriptum est a quodam nostro auditore, mediocre: sed curabo et aliorum scribi. Nec obliviscar huius officii, cum virtutis eius matronae non obliviscar. De N. N. scribam alias copiose. Miror cur Paradoxa contraria Augustino spargat, titulo Augustini, sed haec alias. Mitto libellum, quem legas ut censor. Bene vale. Pridie Calend. Novembris: quo die primum *Lutherus*, anno 1517., proposuit propositiones, quibus imposturae indulgentiarum taxantur, et doctrina de poenitentia renovata est. In hoc spacio 38 annorum, quae spectacula et exempla irae et misericordiae vidimus? quae utinam sic intueremur, ut accenderetur in nobis cura conservandae verae doctrinae, et veris officiis Deum celebrandi.

Philippus Melanthon.

*) Culmannus et Velterus.

**) Musculum significari notavit Buchholzer.

No. 5858. 31. Oct.

P. Ebero.

† Ex autogr. in bibl. Norinb. descripta a Cl. *Rannero*.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Paulo Ebero, fratri suo carissimo

S. D. Apud Senecam scriptum est de quodam, qui interrogatus, quo modo tam diu durasset in aula, cum fuisset Tiberii, Caii et Claudii comes, respondit: iniurias accipiendo, et insuper agendo gratias. De eo exemplo et ego saepe cogitavi, et vobis quoque cogitandum censeo. Aula mittit vobis epistolam quam legetis. Heri eam accepi, et quia nuntius ad vos pergere nolebat, quia viam nesciebat, et ἐφόδιον non habebat, legi eam, ac nunc per hominem certum mitto *). Vos placide respondebitis. Iam magis reprehendo te, quod mecum *Noribergam* proficisci noluisti. Habuisses enim nunc luculentam ἀπολογίαν. Bene vale. Die, quo *Lutherus* primum edidit propositiones quibus taxantur imposturae indulgentiarum, et repurgata est doctrina περὶ μετανοίας καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν ἢ καταλλαγῆς. Utinam Deus semper Ecclesiam in nostris familiis et in his regionibus colligat. Bene valete et rescribite.

Philippus.

No. 5859. 1. Nov.

Io. Fredero.

Select epist. p. 389. Epist. lib. I. p. 291. (ed. Lond. lib. I. ep. 100.).

Iohanni Fredero, Ecclesiarum Rugiae Gubernatori, S. D.

Reverende vir et amice colende, Nulla unquam vox in coelo et in terra ardentior audita est precatione Filii Dei, quam in agone recitavit. In qua orat aeternum Patrem, ut faciat, ut in ipso unum simus. Idem nos adiuncti summo Sacerdoti nostro semper veris gemitibus petamus, ut cum manifestum sit, discordias exitiales esse, ipse huius aegri corporis languida membra et foveat et coniungat. Quod cum petimus, sit in nobis etiam studium concordiae, et offensiones quasdam nostra aequitate sanemus. Legimus autem certamen istic motum de ritu ordinationis, in quo cum nulla sit de doctrina dissensio, valde dolemus te tam acerbe de ritu pugnare, ut nomines laqueum conscientiae, morem, qui servatur in vestris et multis piis Ecclesiis bono consilio, et sine doctrinae corruptela. Nec iam disputationem instituimus, et veniam damus tuae iracundiae: Sed te propter Ecclesiae et Patriae tranquillitatem amanter oramus, ut omisso illo tot annorum [1]) non necessario bello, te ad consensum vestrae Synodi adiungas. Scimus eruditionem, pietatem, moderationem in iis, qui in Synodo convenerunt, tantam esse, ut assentiri his honeste et pie possis. Et cum non sit de doctrina dissensio, recte hoc *Thucydidaeum* usurpamus, οὐκ αἰσχρὸν οἰκείους οἰκείων ἡσσᾶσθαι. Impeditur Invocatio Dei in te et in multis aliis, cum studia dissensionum incenduntur sine necessariis causis, dum vides quam necessarium sit nobis tueri concordiam Ecclesiarum nostrarum contra varios hostes. Quare te propter Deum, et propter Ecclesiam, et propter patriam tuam oramus, ne Synodo vestrarum Ecclesiarum adverseris, quae nihil iniustum decernet. Amanter et honorifice de te apud nos locutus est *Iacobus* [2]), qui nihil pronunciat ἰδιοβουλεύων, sed totam rem Synodo permittit, idque facturum reverendum senem virum honestum et bene meritum *Knipstrophium* affirmat. Cogita igitur, quod iudicaturi sint multi boni viri alibi, si unus tot doctorum et piorum sententiae adverseris. Si existimas maius decus esse certare subtilitate et acerbitate disputationum, nimium indulges iracundiae. Et si alii provocati respondebunt, nova fient Ecclesiae vulnera, et ut vincas, erit *Cadmea* victoria [3]). Propter hanc causam et nos aliquando lacessiti tacere maluimus, quam dissidia inflammare. Fortassis reprehendes nos, si dicimus te etiam illustrissimo Principi *Philippo* in hac causa gratificari debere, sed tamen cum eximia sit eius sapientia et pietas, et magnas curas Ecclesiae et Reipublicae causa sustineat, decet nos ipsius voluntatem intueri. Huic gratissimum erit, si viderit, te Synodo assentiri, et concordiam esse omnium eruditorum in patria. Haec ad te pio studio scripsimus, et ubi prodesse tibi poterimus, perficiemus ut intelligas te vere a nobis diligi. Bene vale. Calend. Novemb. Anno 1555.

---

*) Abfuisse Eberum manifestum est, sed ubi commoratus fuerit vix dici potest.

1) Vid. ep. ad Camerar. V. Non. Mart. ann. 1551.

2) *Iac. Rungius.*

3) De illa controversia vid. ep. d. d. 26. Oct. 1555. et ep. ad Fischerum d. 1. Nov.

No. 5860. (1. Nov.)

Cph. Fischero.

E Schlüsselburgii epistolar. theologor. etc. volumine p. 6.

Responsio ad quaestiones Rever. Dn. Christophori Fischeri.

In Pomerania de publico ritu ordinationis, sicut apud nos servatur, magna contentio orta est. M. *Ioannes Frederus* *) Superintendens Ecclesiae Stralsundensis, scripsit: impositionem manuum in sacerdotio Levitico necessariam fuisse; nunc vero esse ἀδιάφορον et emittendam, ne confirmarentur Adiaphoristae. Alii sentiunt, vocationem, examen, publicationem approbationis, et precationem, res necessarias et non omittendas esse. Illud verum esse, quod hic ipse gestus impositionis manuum sit res non necessaria, sicut olim in eo ritu hic gestus fuit, librum Evangelii imponere capiti eius, qui ordinabatur; sed astutia non est probanda, quod hoc praetextu totus mos examinis et approbationis et precationis tollitur, quia hic gestus non sit necessarius. Ut si quis tolleret totum ministerium Evangelii, quia non sit necessaria observatio certi diei.

Discernenda sunt ea, quae sunt necessaria et iuris divini et retinenda sunt, ut vocatio et examen, publicatio approbationis, precatio. Et sit candor in talibus disputationibus iudicandis. Edentur acta Synodi Pomeraniae. Nunc de tua quaestione respondeo, cum illi, qui nunc sunt in ministerio, sint vocati, et iudicio vocantium approbati, etiamsi non accessit publicus ritus ordinationis. Si sunt idonei, i. e. si recte docent, valet eorum ministerium, et non sunt cogendi ad recipiendum publicum ritum ordinationis, ne adducantur Ecclesiae in dubitationem, de eorum ministerio. Tu modo consideres, qui sint idonei, qui recte doceant, et non vivant in manifesta turpitudine. Illos vero, qui non recte docent, et quorum mores sunt turpes, necesse est, removeri a ministerio propter hanc ipsam causam, quia non recte docent et turpiter vivunt.

Sed cum Ecclesiae vestrae iam habeant inspectionem, deinceps nullus admittatur sine examine et publica approbatione. Et hanc fieri decet usitato ritu, qui etiam fuit usitatus Apostolis, et deinceps veteri Ecclesiae. Imo, credo usitatum fuisse inde usque a primis Patribus, et hic ritus sine superstitione servari potest.

De alia quaestione, nihil dubito asseverare; nihil habere rationem Sacramenti extra usum institutum. Nec *Eccius* Ratisbonae contradicere potuit. Ideo vinum, quod superest, posset tradi aedituo ad domesticum usum. Sicut olim existimo panem et vinum copiose ad aram adposita esse. Sed quia non multum vini post communionem in Ecclesiis superesse solet, minus offensionis est, si detur iis, qui iam in communione fuerunt, sicut apud nos fit. Ubi non satis fuit in calice, an sint iteranda verba consecrationis? Si stetit cantharus cum vino in altari, non necesse est, repeti verba consecrationis, quia intentio directa est ad totum usum. Si autem aliunde adferretur vinum, vellem repeti totam narrationem Christi de institutione coenae Dominicae, et repetitio ista non est prioris consecrationis improbatio. Nam certe cum assidue haec verba sumentibus cogitanda sunt: ideo mihi non displiceret tota repetitio, etiamsi vinum in cantharo appositum fuit. Iudicentur haec pie et sine cupiditate contendendi et cavillandi. Dabantur Vitembergae anno 1555.

Philippus Melanthon
m. p. subscr.
Georgius Maior, D.
subscripsit.

*) Vid. epp. d. 1. Nov. ad Frederum, et d. 26. Oct. ad Ducem Pomer.

No. 5861. 2. Nov.

Chytraeus ad Melanth.

Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 130.

D. Philippo Melanthoni

S. D. Clarissime D. praeceptor. Gaudeo, te restituta Ecclesia Noribergensi pia tranquillitate incolumem ad tuos rediisse, et Deum oro, ut vestram Academiam, verae doctrinae μητρόπολιν et te, murum et aurigam Ecclesiae, diutissime servet florentem. In his regionibus ἄτη vagata et quasi sedem certam figens, inter principes fratres subinde nova dissidiorum incendia inflammat,

quibus Ecclesiae et scholarum pia et salutaris constitutio interpolatur.

Scripsi ad te antea de editione locorum theologicorum, quos in Dialecten Saxonicam[1]) conversos typographus noster excudere instituit; quare reverenter peto, ut tuam voluntatem nobis significes, idque inprimis an aliquam eius operis partem denuo retexere cupias[2]). Bene et feliciter vale. Rostochii 2. Novembr. 1555.

David Chytraeus.

No. 5862. 3. Nov.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libyo, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Cum hic *Fridericus Ileanus* in Academiam Pomeranicam mittatur, velim te literas ei ad *Iacobum Rungium* dare. Non enim dubito, te quasi colloquio Iacobi delectari. Mitto autem tibi pagellas disputationis, cui te hodie adesse optarim *). Profecto enim de magnis rebus instituta est explicatio. O rem miseram, quod doctorum et piorum colloquia impediuntur sycophantarum rabie. Cum istic venero, de his rebus loquemur. Tu interea curato, ut mustum habeamus, minus crudum, quam erat anno superiore. Bene vale. 3. Novembr. qui est mensis כסלו, id est ὠριωνεῖος **).

Philippus.

No. 5863. 5. Nov.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 76. (ed. Lond. lib. II. ep. 61.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende et charissime frater. Cum *Noribergam* proficisceremur, decreveram ad te accedere, non solum ut domi tuae colloqueremur, sed etiam ut te nobiscum ducerem ad diiudicationem controversiae *Osiandricae*, in qua et consilio et autoritate tua prodesse eius urbis Ecclesiae poteras. Et fuisset hoc officium tuum gratum Senatui, ut postea affirmarunt praecipui senatores. Sed comitibus nostris mora in itinere videbatur longior, aliqui etiam fama luis in vicinia vestra deterrebantur, ne ad ea loca accederent. Duxi autem nobiscum virum doctum et prudentem *Iacobum Rungium Pomeranum*, pastorem et lectorem *Gripswaldensem*, qui ad nos a Duce *Pomeraniae* propter easdem controversias in *Pomerania* motas, missus erat. Is maxime congressum tuum optabat. Doluimus igitur nos alia via duci, sed hoc incommodum literis sarciamus. Scripsi quaedam de summa controversiae, quae iam hic edentur, quae sunt omnium quae *Noribergae* docent suffragatione comprobata, praeter duos qui ministerium Evangelii ultro abdicarunt, quorum alterius tanta est inscitia et impudentia, ut diceret Christum per Accidens iustificare. Hic cum Philosophiam nunquam didicisset, inde phrasin, quam non intelligit, sumpsit. Spero autem nunc unam et eandem piam doctrinae vocem esse, omnium qui *Noribergae* docent. Scripta nostra tibi mittam. Fortassis hic eadem de re et *Pomeranicae* Synodi acta edentur. Vagatur opinor *Osiandri* spectrum, quod in tot locis turbat Ecclesias. Sed precemur Filium Dei ut nos gubernet. *Hieronymum* exulem *) iterum tibi commendo, quem tamen non dubito tibi curae esse. Mitto tibi exemplum absolutionis nuper hic factae, nam nunc alios libros mittere non potui. *Casparo*, et Consuli, et vobis omnibus salutem opto. Filius Dei Dominus noster Iesus Christus servet et protegat te, et tuam Ecclesiam domesticam et publicam. Die 5. Novembris, quo scribitur interfectum esse *Zachariam* patrem *Iohannis Baptistae*. Horum exemplorum cogitatione nos commonefaciamus de voluntate Dei in aerumnis Ecclesiae, et de veris consolationibus. Bene vale, Mense Novembri seu כסלו quod simpliciter

---

1) i. e. Saxoniae inferioris, in das Platt=deutsche.
2) Responsum Melanth. vid. infra d. 14. Nov. 1555.
*) Disputationis Conradi Beckers, Brunsvicensis, renunciatus Doctor Theologiae d. 5. Nov. 1556. Vid. Scripta publ. T. II. p. 24.
**) ὠρίωνος?

*) Hieronymum *Steiger*, antea Pastorem in Schlackenwerth. Vid. epist. ad Senat. Torgav. d. 9. Nov. 1555.

significat ὡριώνειον. Meus Gener salutem tibi et caeteris optat.

No. 5864. 9. Nov. (Lipsiae.)

Senatui Torgav.

„Ex autographo, quod asservat Iuris peritus *Linckius*, unde iam olim typis excudendam curavi hanc epistolam in „Intelligenzblatt zur Neuen Leipz. Lit. Zeitung an. 1808. „Col. 692." (Haec *Lunzius*.)

Den Erbaren, weisen und frommen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Torga, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor, Erbare, weise, fornehme günstige Herrn, Ich bitt E. Erbarkeit wollen an diesem meinen Schreiben kein ungünstig Mißfallen haben, Zeiger dieser Schrifft Hieronymus Steiger von Geyr[1]) ist Pástor gewesen der Kirchen zu Heiden bey Slakenwerd, und ist sampt vielen andern gottfürchtigen christlichen Pastorn in Behem vertrieben, ist also im Elend mit seiner tugendsamen Hausfrau, mit zween kleinen Kindlin, und suchet andre Dienst. Nu haben wir neulich Einem derselbigen verjagten, der in großer Armuth war, zu Dienst geholfen, Dieweil denn in Ewr Kirchen ein Diaconus anzunehmen, bitt ich um Gottes willen, Ewr Erbarkeit wolle betrachten, daß mit solchen Verjagten christlich Mitleiden zu haben. Darum zeigt er sich demüthiglich an, und bitt E. Erbarkeit, wolle ihn zum Diaconat um Gottes willen annehmen. Diese seine demüthige Bitt wolle Ew. Erbarkeit nicht unfreundlich vernehmen, und Ihr ihn günstiglich lassen bevohlen sein. Gott bewahr Ew. Erbark., und die Euren allezeit gnädiglich, Dat. Leipßik Nona Novbr. 1555.

E. Erbarkeit

williger philippus Melanthon.

1) Vid. de eo ep. ad Senatum oppidi Hain, exeunte anno 1556. et epist. ad Matthesium d. 5. Nov. h. a.

No. 5865. 9. Nov. (Lipsiae.)

Hier. Baumgartnero.

Ex autographo edita in *Strobelii* Beyträgen zur Literat. Vol. II. p. 142. et in Vita Mel. a Camerario scripta, edita a *Strobelio* p. 465.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae, patrono suo colendo et cariss.

S. D. Noster amicus *Brentius* non meminit Platonicae sententiae, quae iubet, una de re unicam oportere legem esse, ac minime ambiguam. *Osiander* non voluit videri tantum verbis dissentire. Sed etiamsi λογομαχία tantum esset, ambiguitas in concionibus dissidia parit. Itaque tranquillitati Ecclesiae non est utile consilium nostri amici, cuius literas, postquam legi, tradidi scriptum nostrum typographis, et addo *Iacobi* [*Rungii*] concionem, et nostram adhortationem, quam flagitasti. Haec minore periculo a nobis eduntur, quam a vobis. Et spero aliis Ecclesiis hanc nostram diiudicationem profuturam esse. Id et *Iacobus Pomeranus* sperabat, qui et iis, qui Pomeranicas Ecclesias turbarunt eadem quaestione, opponendum esse hoc nostrum scriptum censuit, nec voluit aliam formam responsionis mitti suis Principibus, qui synodum propter hanc controversiam convocabunt, ac suos collegas existimant tantum hoc nostrum προβούλευμα secuturos esse. Nec moveor argumento illo, quod exemplum dicitur esse tyrannicum; plus valeat Pauli dictum, qui iubet retinere ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων.

Iter nostrum Dei beneficio mediocre fuit. Utinam quae acta sunt, tranquillitatem vestrae Ecclesiae et aliis adferant. Eximia ubique comitas fuit erga nos eorum, qui nos exceperunt. *Iacobus Pomeranus* a nobis discedens, mandavit, ut, cum ad te scriberem, reverenter et Senatui vestro et tibi agerem gratias, quod ad hanc diiudicationem adhibitus sit, et munificentia vestra ornatus, ac adfirmavit, se gratitudinem animi piis precibus, et si quibus aliis officiis posset, declaraturum esse. Expecto iam eius litteras, in quibus si quid significabit ἀξιόλογον, vobis etiam legendas mittam. Oro autem filium Dei Dominum nostrum I. C. custodem Ecclesiae suae, ut te et Ecclesiam tuam domesticam et publicam ser-

vet et gubernet et protegat urbem vestram. Bene vale. Lipsiae die natali Lutheri. (10. Nov. 1555.)

No. 5866. 10. Nov.

Augusto, Electori.

Edita in d. Unsch. Nachr. ann. 1753. p. 738.

(*Augusto, Duci Electori Saxoniae*)

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Durchlauchtigster, Hochgeborner, gnädigster Churfürst und Herr. Ew. Churf. Gnad. danke ich in Unterthänigkeit von wegen gemeiner christl. Kirchen dieser Lande, daß E. C. G. zu Pflanzung und Erhaltung christlicher Lehre mit Kirchen und Schulen, dabei auch mit den jetzigen Stipendien fürstlich und christlich helfen. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, wolle E. F. G. und E. F. G. Gemahl und junge Herrschaft gnädiglich stärken, und diesen Landen selige Regierung geben. Und auf E. C. G. Befehl bin ich gen Leipzig kommen, und [habe] da von dem Hrn. Rector und andern Herren Doctoren, die dazu erfordert gewesen, Bericht empfangen, was sie bedacht haben. Und wiewohl die Jungen, die ich in diesem Jahre in Meißen zweimal verhört habe, nicht gleich sind, so sind doch der große Theil durch Gottes Gnade in latina und graeca lingua, und christlicher Lehre also gelahrt, daß sie auch in Kirchen und Schulen nützlich andere unterweisen können. Die andern, die geringer und jünger sind, sind dennoch also gelahrt, und guter Sitten, daß bedacht ist, daß sie bei den Stipendien zu lassen seyen, wie die Verzeichniß E. C. G. hiemit zugesandt ist. Weiter haben wir alle bedacht, daß sehr nöthiglich sey, daß diese Stipendiaten einen besondern Aufseher und praeceptor haben, der sie zusammen halte, auf ihre Sitten und Studia ein Aufsehen habe, und könne zu jeder Zeit von ihrem Wesen dem Rector Anzeigung thun. Und dieweil der jetzige M. Laurentius Rulich von Laterbogk[1]) bis anher bei ihnen zu Meißen gewesen, haben wir für bequem bedacht, daß ihm diese Aufsehung solle befohlen werden, haben ihm auch angezeigt, daß er alle Wochen drei lectiones und eine Generalrepetition mit ihnen halten solle, eine lectio in dialectica, eine in ebraea lingua, und eine in examine doctrinae christianae. Sollte auch sonst jedem ordnen, welche publicas jeder hören solle, und sollte ihre Schriften ordentlich besehen, und sie zu den öffentlichen Disputation anhalten, daß in denselben etliche ordentlich arguirten etc. Wie solches alles ihm insonderheit wird in der Verordnung schriftlich gestellt werden, daß er auch sonst im Collegio und zu Tisch ein Aufsehen haben solle. Zu diesem allen hat sich gedachter Laurentius demüthiglich erboten, doch also, daß ihm über die Wohnung und Tisch im collegio hundert und funfzig Gulden verordnet würden. Und ist wahr, er würde mit ziemlicher Arbeit beladen. Und wiewohl er den Tisch haben wird, so mag sich doch zutragen, daß er ander Getränk brauchen muß, denn da gebräuchlich ist.

Dieß alles berichte ich in Unterthänigkeit, und sendet hiermit der Rector neben der Stipendiaten Namen, andern mehr Bericht, belangend andere Stipendia, und die Stipendia aus dem Kloster Porta[2]), und bitten in Unterthänigkeit, E. C. G. wollen solches alles anhören, und darauf befehlen thun, damit dieses christliche Werk mit Gottes Hülfe vollzogen, und in gute Ordnung gebracht werde, das zu Erhaltung rechter Lehre, zu Gottes Ehre, und guter Zucht dienen wird.

Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der gewißlich eine ewige Kirche im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammelt, wolle E. C. G. und E. C. G. Gemahl und die junge Herrschaft gnädiglich bewahren, und in diesen Landen allezeit eine ewige Kirche sammeln. Datum Leipzig den 10. Tag Novembr. anno 1555.

Phil. Mel.

No. 5867. 10. Nov. (Lipsiae.)

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 384 b.

Georgio Buchholzero, praeposito Berolin.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Excellens virtus est gratitudo, composita ex duabus

1) Laterbock habet textus, quod esse potest Lauterbach; verosimilius legendum est Juterbogk.

2) Literae de ea re Augusto principi Electori scripta ab Academia Lips. edita leguntur in d. Unsch. Nachr. ann. 1754. p. 299.

summis virtutibus, veritate et iusticia. Veritas fatetur unde profectum sit beneficium: iusticia obligat mutua officia. Vultque Deus intelligi gratitudinem, ut ipsum agnoscamus autorem esse omnium bonarum rerum, et vicissim praestemus ei obedientiam. Quare grati homines laude digni sunt. Cum igitur hic magister *Ioannes Potticher* grata commemoratione tua erga se beneficia praedicet, rursus eum tibi commendo, et ut gratum hominem, et ut servientem utiliter studiis iuventutis. Scriptum *Norinbergense*, ut scit magister *Ioannes*, est in officina typographica: mittam quamprimum fuerit editum. Bene vale. Die decimo Novembris, quo die 1483. *Martinus Lutherus* natus est, cuius voce lucem Evangelii filius Dei Ecclesiae restituit: pro eo beneficio immenso grati Deum et Dominum Iesum Christum celebremus.

Philippus Melanthon.

No. 5868. 13. Nov.

Cph. Libio.

Ex autographo in cod. Seid. Dresd. edita in *Wegscheideri* Progr. I. ep. 8.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti D. Christophoro Libyo, Pastori ecclesiae Dei in inclyta Brenni arce, fratri suo carissimo.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Scriptum de controversia *Noribergae* docentibus proposuimus, cui subscripserunt omnes, praeter duos, qui abdicarunt munus docendi *). Alterius tanta est inscitia et audacia, ut solet ἀμαθίας θράσος ἀπεργάζεσθαι, ut diceret Christum per accidens iustificare. Nunc vero his remotis a ministerio una est dei beneficio viva et consentiens vox omnium docentium in ecclesia Noribergensi. Exempla scripti nostri mittam. Nunc enim duae paginae in officina typographica absolutae sunt. Spero etiam ceteris Ecclesiis hanc explicationem profuturam esse. Diaconus, quem vocastis, mihi notus est, spero modestum fore et tuis monitis obtemperaturum esse, quod ut faciat, hortatus sum discedentem. Optarim eius pronunciationem concionibus aptiorem esse. Sed fortassis diligentia moderari eam poterit *). Hac de re mihi scribes. Bene vale. Die 13. Novembris. (a. 1555.) Plura nunc scribere non potui.

Philippus.

*) Hi fuerunt Leonh. Culmannus et Ioh. Vetterus.

*) Quod Melanthon h. l. monuit, et nostris temporibus studiose commendandum est futuris religionis doctoribus, ut Demosthenis exemplum sequentes cogitata et praeclare eloqui et bene pronunciare in concionibus consuescant. Et Melanthoni puero, teste Camerario (Ep. 8.), pronunciatio erat nonnihil balbutiens; quod vitium tamen procedente aetate attentione et cura sic emendavit, ut vix tenuissima illius vestigia, verba praesertim eo accurate faciente, apparerent atque deprehenderentur. [Nota *Wegsch.*]

No. 5869. 13. Nov.

Io. Aurifabro.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

Ioanni Aurifabro (in Acad. Regiomontana).

S. D. Reverende vir et carissime frater. Iterum mittuntur literae ducum Saxoniae ad Illustrissimum ducem Prussiae de beneficio, quod *Erasmo Reinholdo* propter doctrinae mathematum propagationem clementer promisit. Scio te et doctrinae genus amare, et libenter benefacere amici veteris orphanis. Quare te oro, ut annitaris, ut aliquid impetretur. Obsecro te, ut perficias, ut nostrae amicitiae etiam hac in re aliquid tribuisse te intelligam. Non enim existimo extinctam esse benevolentiam erga me tuam. Ego certe semper ἀνυποκριτῶς te dilexi et adhuc diligo. Bene et feliciter vale. Die 13. Novembris 1555.

Phil. Melanth.

No. 5870. 13. Nov.

Cph. Ionae.

Edita ex autographo a *Fabro* in epistolis p. 237 sq. Ep. 3.

Clarissimo viro eruditione, sapientia et virtute praestanti D. Christophoro Ionae doctori Iuris, Consiliario inclyti Ducis Prussiae, etc. fratri suo cariss.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Iterum literae Ducum Saxoniae ad Illustriss. Ducem Prussiae mittuntur, de beneficio quod Illustriss. Princeps Dux Prussiae propter propagationem Doctrinae Mathematum clementer promisit *Erasmo Rheinholdo.* Et profecto postremum eius opus duraturum est, et studiis proderit. Quare te oro, siquid potes, et apud Illust. Principem, et apud alios, quorum valet autoritas, ut annitaris, ut aliquid impetrent filius, et filiae. Tribue hoc officium orphanis, et memoriae veteris amici, et ipsi generi doctrinae. Bene et foeliciter vale cariss. frater. die 13. Novembris 1555.*)

Philippus Melanthon.

No. 5871. 14. Nov.

D. Chytraeo.

(Ex Dav. Chytraei epistolis p. 1243.)

Dav. Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Scriberem ad te prolixe et de multis rebus, si non properaret tabellarius. De editione Germanici scripti[1]), in quo utcunque summam doctrinae Ecclesiasticae complexus sum, totam rem tuo iudicio permitto. Si existimas illam nostram lucubrationem profuturam esse Ecclesiis, nequaquam prohibeo edi, seu dialecto vestrae viciniae, seu nostra. Et iudico recentem Germanicam editionem meliorem esse libro Latine scripto, cui titulus est, *Loci Theologici.*

Iam editur scriptum de *Osiandri* controversia *Noribergae* propositum iis, qui ea de re certamen moverant. Id mittam cum fuerit editum. Fuit ibi nobiscum *Iacobus Rungius*, cuius concio hic editur de illa controversia. Consuetudo ipsius et mihi et multis aliis, qui nobiscum fuerunt, suavissima fuit, et in deliberationibus iudicium ipsius intelleximus esse rectum et sine sophistica. Vellem te quoque in hac diiudicatione adfuisse, de qua cum ad te exemplum mittam, significabis quid tibi videatur. Scripseramus *Brentio* ut ad nos accederet. Sed respondit, absente principe se non proficisci tam procul. Mitto tibi et D. *Iacobo* libellos dulcissimos Procli, quos velim vobis voluptati esse. Bene vale et rescribe. Die 14. Novemb. qui est כִּסְלֵו hoc est ὡριώνειος. (1555.)

Philippus.

*) Diesen Brief überreichte Chr. Jonas dem Herzoge und unterstützte die Fürbitte für E. Reinholds Kinder. Die nie ermüdende Freigebigkeit des Herzogs bestimmte ihnen 800 Gulden, welche sie mit 100 Gulden jährlich erhalten sollten. (*Faber.*)

1) i. e. versionis german. locorum theologicorum, inscriptae: die Hauptartikel christl. Lehre etc. Scripserat ea de re Chytr. ad Melanthonem, cuius epist. habet supra d. 2. Nov. 1555.

No. 5872. (fere med. Nov.)

Hier. Baumgartnero.

Ex autographo editum in *Strobelii* Beyträgen zur Literat. II. p. 146. — Haec fere medio Novembri ad Baumgartnerum missa esse, intelligitur ex epist. ad eundem d. d. 29. Nov.

(*De libro Osiandri Philippus Melanth. Clarissimo ac sapientia et virtute ornatissimo viro D. Hieronymo Bomgartnero, patrono suo colendo.*)

S. Paulus spricht Röm. 5.: wir haben durch den Herrn Jesum Christum die Gnade Gottes und die Gabe, welche gegeben wird von wegen der Gnade des Menschen Jesu Christi.

Hier sagt S. Paulus zwei Dinge. Die Gnade, das ist gnädige Vergebung der Sünden und Annehmung unserer Personen bei Gott, und zugleich wird mitgegeben die Gnade, das ist die göttliche Gegenwart in uns, dadurch wir verneuet werden, und fühlen Trost und Anfang eines ewigen Lebens.

Und diese beiden haben wir durch das Verdienst Jesu Christi, wie dieser Text öffentlich sagt, daß wir solches haben von wegen der Liebe, die der ewige Vater zu diesem Sohn hat, welches S. Paulus hier nennet den Menschen Jesum Christum.

Und wird solches nicht durch unsere Worte verdienet, sondern allein durch Glauben an den Herrn Jesum

Christum erlangt, welcher Glaube durch rechte Bekehrung in uns angezündet wird, so wir das Evangelium hören, damit der Herr Christus selbst wirket; denn Gott wird durch sein ewiges Wort und h. Geist geoffenbaret.

Und dieser Glaube muß für und für beides annehmen, gratiam et donum, um des Mittlers willen, auch wenn gleich die Wiedergeburt angefangen ist.

Gleich also redet Johannes auch: die Gnade und die Wahrheit ist geworden durch den Herrn Jesum Christum. Gnade heißt gewißlich gnädige Vergebung der Sünden und gnädige Annehmung; aber Wahrheit heißt hernach die göttliche Gegenwärtigkeit, ewige Weisheit, Gerechtigkeit und Leben in uns, als wollte er sprechen: das Evangelium bringt nicht Schaden und sterbliche Gerechtigkeit, sondern wahrhaftige und unvergängliche Güter.

Und dieses muß mit Glauben angenommen werden, wie zuvor gesagt ist, und vertrauet dieser Glaube für und für auf den ganzen Herrn Christum, Gott und Menschen; wie auch derselbige Herr Christus, Gott und Mensch, Mittler ist nach beiden Naturen.

Denn obgleich allein die menschliche Natur Wunden und Leiden gefühlt hat, so ist doch der ganze Christus Mittler, denn dieses Leiden wäre nicht die Bezahlung gewesen, wenn der Erlöser nicht zugleich auch Gott wäre.

Also bekennen wir ganz klar, und haben dieses allezeit gelehret, wie alle Kirchen zeugen müssen, daß wahr ist, daß in uns Veränderung geschehen muß, und daß gewißlich Gott Vater und Sohn und h. Geist den Trost und Leben in der Bekehrung in uns wirken, und also in uns sind und wohnen, so das ewige Wort mit Glauben angenommen wird, dadurch sich der ewige Vater offenbart und giebt zugleich uns der Herr Christus seinen h. Geist, wie 1. Johan. 4. Daran erkennen wir, daß wir in ihm bleiben, und er in uns, daß er uns seinen Geist giebt.

Von dieser Gegenwärtigkeit sagt Herr Osiander, davon kein Streit zwischen uns ist, und beschweret unsere Kirchen, gleich als sagen sie nichts von der Gegenwärtigkeit Gottes in uns, worin er uns Unrecht thut.

Wiewohl nun wahr ist, daß Gott in den Bekehrten wohnet, und das ewige Leben, welches der Herr Christus wirket, wie er spricht: ich gebe ihnen das ewige Leben, in diesem jetzigen Leben anfangen muß, so ist dennoch ein Unterschied zwischen den Heiligen in diesem jetzigen Leben, und den Heiligen nach der Auferstehung, wovon S. Paulus redet Galat. 5. durch den Geist aus Glauben warten wir auf die Hoffnung der Gerechtigkeit.

Die Gerechtigkeit, die wir noch hoffen und darauf wir warten, ist nicht Vergebung der Sünden, sondern ist, daß Gott alles in allem seyn wird, und wie 1. Joh. 3. geschrieben ist, wir werden ihm gleichförmig seyn.

Aber in diesem jetzigen Leben, obgleich Gott in den Heiligen wohnet, so ist dennoch unser aller Natur noch voll großer Unreinigkeit und sündlicher Gebrechen und Neigungen, wie der Psalm spricht: vor dir ist kein Lebendiger gerecht.

Hier müssen nun auch die Heiligen Trost haben und wissen, wie sie Vergebung der Sünden und Gnade haben, das ist, wie sie Gott gefällig sind.

Diesen ist dieser Trost vorgestellt, daß sie auch nach der Wiedergeburt für und für Vergebung der Sünden und Gnade empfangen, um des Mittlers Jesu Christi willen, durch Verdienst seines Gehorsams, darin er ein Opfer für uns worden ist, von welchem Gehorsam diese Worte im 40. Psalm also sprechen: im Buche ist geschrieben von mir, deinen Willen, mein Gott, thue ich gern.

Und es gehet dieser Hauptspruch Röm. 3. auf alle Menschen, in der Bekehrung und hernach: wir werden gerecht ohne unser Verdienst, um seiner Gnade willen, durch die Erlösung, die da ist durch Jesum Christum, welchen Gott zum Versöhner gestellt hat, durch den Glauben in seinem Blute.

Nun ist offentlich, daß der Text hier redet vom Gehorsam und Verdienst Christi in menschlicher Natur, wie auch das Wort Bezahlung, ἀπολύτρωσις, hier steht, das oft erholet wird, und kann im Wort, wir werden gerecht, nicht allein dieser Verstand seyn, wir werden gerecht durch die wesentliche Gerechtigkeit des Vaters, Sohnes und des h. Geistes, sondern wir müssen Vergebung der Sünde und Gnade mit fassen.

Und die Ehre Christi zu verstehen, müssen wir beides wissen, daß er der Seligmacher ist durch sein Verdienst und durch seine Gegenwärtigkeit und Wirkung in uns.

Vom Verdienst reden diese Sprüche öffentlich: Röm. 3. Wir sind gerecht worden durch sein Blut; item, durch Eines Gehorsam werden viele gerecht; item, 1 Joh. 1. das Blut J. Ch. reinigt uns von allen Sünden; Hebr. 10.

wir sind geheiligt durch das Opfer des Leibes J. C. auf einmal.

Welches alles muß also verstanden werden, daß wir Vergebung der Sünden haben und angenommen sind vor Gott durch den Verdienst Christi, und gleichwohl wahr, daß alsdann Gott in uns wohnet, so wir diesen Trost mit Glauben annehmen.

Es bleiben aber in diesem Leben allezeit Sünden in uns, die man nicht gering achten muß, darum wir für und für Vergebung der Sünden bitten und empfangen sollen, und sollen wissen, daß wir aus Barmherzigkeit, um dieses Mittlers Christi willen und nämlich wegen seines Gehorsams oder Verdienstes Gott gefällig seyn.

Diesen Trost muß man nicht in den Wind schlagen, sondern wissen, daß wir den gerechten und großen Zorn Gottes nicht ertragen können, und daß uns der Herr Christus als der Versöhner und umbraculum vorgestellt ist, darunter wir Gnade finden, darum auch die Propheten für und für zur Barmherzigkeit Zuflucht haben, und nämlich um des Mittlers willen, wie Daniel spricht: erhöre uns nicht von unserer Gerechtigkeit wegen, sondern durch deine große Barmherzigkeit, um des Herrn willen; item, selig sind die, welcher Sünden gedeckt sind.

Nun spricht Herr Osiander oft also: ich heiße Gerechtigkeit dieses, daß uns macht recht thun; hier sagen wir also, wir heißen Gerechtigkeit den Herrn J. C. dadurch wir Vergebung der Sünden und einen gnädigen Gott haben, und dazu in uns göttliche Gegenwärtigkeit und Seligkeit, welches alles S. Paulus fasset in seinem Hauptspruch Röm. 3. Und Esaias am 53. [spricht]: und mein Knecht, der gerecht, wird durch sein Erkenntniß viele gerecht machen. Hier fasset er ohne Zweifel beides, gratiam et donum, in dem einzigen Worte iustificabit.

Und betrachte ein jeder die hohe Angst selbst, so jemand im Tode ist, und Gottes Zorn fühlet. Dieser ist zum Herrn Christo zu weisen, wie er selber spricht: kommt zu mir alle, die ihr in Aengsten seyd; item, also hat Gott die Welt geliebt, daß er seinen u. s. w.; item, Röm. 3. wir werden gerecht durch Glauben an J. C., der zum Versöhner gesetzt ist; item, Act. 10. alle Propheten geben dem Herrn Christo Zeugniß, daß alle die an ihn glauben, Vergebung der Sünden, durch seinen Namen, in ihm empfangen; item, in symbolo: ich glaube Vergebung der Sünden; denn dieser Artikel muß uns in aller Angst vor Augen seyn.

Also ist der Mensch in rechter Angst zum Herrn Christo zu weisen, und so er diesen Trost durch Glauben annimmt, alsdann wohnet Gott in ihm, und geschieht dieses, darum der Herr spricht: ich gebe ihnen das ewige Leben; item, niemand wird sie aus meinen Händen reißen.

Aus diesem allen schließe ich, daß ich das Verdienst Christi und Vergebung der Sünden nicht ausschließe von der Gerechtigkeit, sondern will für und für mir selbst und andern diesen wahrhaftigen Trost vorhalten, daß wir Vergebung der Sünden für und für um des Herrn Christi willen gewißlich empfangen durch den Glauben, und daß wir uns mit dem Glauben gleich als in die Wunden des Herrn Christi legen sollen, wie Augustinus spricht: *turbabor, sed non desperabo, quia vulnerum domini recordor: totius fiduciae certitudo est in pretioso sanguine Christi*, als ich den Herrn Christum täglich anrufe und bitte, er wolle mich gnädiglich in seiner Wahrheit erhalten, wie er befohlen hat: *petite et accipietis.*

Und dieses habe ich nicht darum gestellt, größer Gezänk anzurichten, denn ich viele disputationes angerührt, wovon andere vielleicht reden werden, sondern habe zum Bekenntniß meines Glaubens und zur Erinnerung der andern diesen kurzen Bericht, mit gutem Gewissen, ohne alle Sophisterei gefaßt.

Es ist auch gewißlich in ganzer göttlicher Schrift dieser Trost klar ausgedrückt, daß wir gewißlich glauben sollen, auch nach der Wiedergeburt, daß wir Vergebung der Sünden und einen gnädigen Gott, um Christi willen haben, der ist und bleibt Versöhner und Vorbitter und Hoherpriester für und für, und bittet für uns, und ist unsere Gerechtigkeit, Heiligung und Erlösung, nämlich mit seinem Verdienst und mit seiner Gegenwärtigkeit und kräftiger Wirkung in uns.

No. 5873. (eod. t.)

Ioach. Camerario.

Ex autographo edita in *Strobelii* Beyträgen zur Literatur II. p. 140. et in Epistt. ad Camerar. p. 695. (edit. Lond. lib. IV. ep. 837.).

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioachimo Camerario, fratri suo cariss.

Agnosco et deploro mea vitia multa et magna. Ideo minus acerbe in alios inquiro, et optarim μὴ τὰ χείρω φιλονεικῆσαι, ut illi apud Thucydidem dicunt. Vidisti autem, qualis sit in *Culmanno* animi confusio, et in exponendo dogmate et in consiliis. Huic tantae infirmitati vellem parci. Sed si improbat aliorum doctrinam, foedera nulla fieri possunt. Meam responsionem legito, et de ea tuo iudicio statuas. Mihi quanquam tota hac nocte cogitanti alia in mentem non venerunt. Alterum senem [1]), qui dicebat, Christum iustificare per accidens, audio Noriberga discessisse. Utinam tales impudentes dogmatistae omnes eant vel ἐς κόρακας, vel ad illam ultimam oram Baltici littoris, ubi exaudiri inter sonitus undarum non possint. Sed existimo τὸν σπινϑῆρα [2]) contra nos editurum esse aliquid de Noribergensi negotio. Bene et feliciter vale. Deus servet te et totam Ecclesiam tuam domesticam.

Philippus.

No. 5874. (eod. t.)

Eidem.

Ex autographo editum in *Strobelii* Beyträgen zur Literat. II. p. 154. — conf. epist. infra d. 29. Nov. h. a.

(*Consilium Mel. de Culmanno*)

Dem Herrn Joachimo Camerario zu eigenen Handen.

Der erste Weg.

Wenn sich Culmannus nicht vernehmen läßt öffentlich, also daß man ihn überzeugen kann, daß er eure Lehre für unrecht halte, und will ein Glied seyn eurer Kirche; so wollte ich, daß Ihr mit ihm, als mit einem bedrückten und verwirrten Mann Geduld hättet, und ließet die Sache ungerügt.

Und ob er gleich bei etlichen seinen Gesellen etwas rühmet und vorgiebt, Er könne diese Sache viel subtiler behandeln, denn Ihr, und er sey keines Irrthums überwiesen: dieses Rühmen ist auch Thorheit und Blödigkeit in ihm. So sind seine zwei confessiones, bei einem Ehrbaren Rath, bei der Hand, darin zu sehen, daß er diese Sache nicht versteht.

Und ist unter uns selbst vonnöthen, daß wir uns nicht aller thörichten Reden annehmen.

Ich gedenke aber, daß etliche Prediger heftig sind, und wollen, er soll nicht zur communio zugelassen werden, item, er soll einen öffentlichen Widerruf thun u. s. w. Wo nun die Prädicanten nicht mit ihm, wie gesagt ist, als mit einem infirmo Geduld haben wollen, welches ich doch lieber wollte, so kann man nicht Frieden haben, denn durch diesen andern Weg.

Der andere Weg.

Dieweil gleichwohl Culmannus sich selbst ungedrungen von der andern Prädicanten Einigkeit abgesondert hat, und darauf ungedrungen das Predigtamt verlassen, und damit angezeigt, daß er ein Mißfallen habe an den andern Personen und Lehre, und noch umher gehet und rühmet, er sey keines Irrthums überwiesen u. s. w.: so ist er vorzufordern durch des Ehrbaren Rathes Verordnete in Kirchensachen, und sollen dazu gezogen werden vier Personen von den Prädicanten, und ist ihm dieses vorzuhalten: Dieweil er sich selbst ungedrungen zuvor von der andern Prädicanten Einigkeit abgesondert hätte, und noch recht haben wolle, so habe man Verwunderung daran, warum er zu Ihrer communion gehe, und begehre von Ihm zu wissen, ob er ihre Lehre für recht oder unrecht halte, laut des unterschriebenen Büchleins u. s. w.

So er nun antwortet, daß er diese unterschriebene confession nicht annehmen wolle, oder spricht, er halte sie für unrecht; so ist ihm klar zu sagen, er solle hinfüro nicht zu ihrer communion zugehen.

Nun achte ich, er werde sich offeriren, wiederum eine confession zu überantworten. Das ist ihm nicht zuzulassen, aus dieser Ursache: Er hat zuvor zwei confessiones überantwortet, die unter sich und mit den andern widerwärtig sind. Und so er gleich eine neue überantwortet, so setzt er ambigua, die er hernach wider die andern deute, und rühme, er habe sie von ihrer Meinung abgedrungen. So bleibt alsdann die Uneinigkeit wie vor.

So er nicht categorice antwortet, daß er der unterschriebenen confession Lehre für recht halte: so ist ihm abermals also zu sagen, daß er von der Communion bleiben solle.

---

1) *Vetterum*, Diac. ad aed. Laurentii Norimbergae.

2) *Funccium*, Regiomontanum theologum.

So er aber categorice spricht, er halte die Lehre der unterschriebenen confession für recht, so ist er zur communion zuzulassen, und ist nicht nöthig, ihm darüber einen neuen öffentlichen Widerruf aufzulegen; denn dieses sein Bekenntniß vor diesen Richtern ist öffentlich. Auch ist er nun nicht im öffentlichen Predigtamte. So ist auch christlich, mit ihm, als mit einem Betrübten, Geduld zu haben, und Maaß zu halten. Arundinem quassatam non confringet.

Diese beiden Wege zeige ich aus guter Meinung an, und bitte Gott, er wolle Gnade und Friede geben.

Philippus manu propria.

No. 5875. 23. Nov.

Luc. Molnero.

† Ex autogr. Melanth. in cod. Hamb. inscripto: Literae theologor. sec. XVI. [*O.*]

Clarissimo viro prudentia et virtute praestanti D. Lucae Molnero, Secretario inclyti Principis, ducis Friderici etc. amico carissimo. In Hildesia.

S. D. Clarissime vir et amice carissime. Die 23. Novembris accepi tuas litteras, in quibus scribis de indicando viro idoneo ad docendum Evangelium in aula illustrissimi et reverendissimi principis ducis *Friderici.* Maxime opto, ut in Principum aulis doceant viri docti, recte iudicantes, moderati, et Deum timentes. Et iam cogitavi de uno atque altero, sed subito non potui eos alloqui. Decrevi igitur ex mercatu Lipsico alicui litteras ad vos dare. Sed tamen velim te ad id tempus mihi scribere, an tantum coelibem mitti velitis. Et tuas litteras curabis exhiberi Lipsiae, familiae *Ioachimi Camerarii* in Collegio Paulino, ut nominatur. Recens redii *Norimberga*, ubi de *Osiandri* controversia dissensio orta erat, sed spero iam unam et eandem vocem ibi esse omnium docentium in Ecclesiis, et eos recte docere. Acta sunt in officinis typographicis, quae mittam, quam primum potero, et spero pro futura aliis Ecclesiis. Nihil dubium est Turcas in Pannonia processuros esse. Nuper cum multi homines abducerentur in Pannonia mater duos filios liberavit et reduxit, sed dimicanti pro filiis dextra procisa est. Redierunt tamen et mater et filii in patriam. Haec pugna videtur significare Pannoniam amissuram esse regnum, sed aliquas reliquias salvas fore. Utinam ibi potius nostri homines bella gererent, quam in patria. Bene et feliciter vale. Die 23. Novemb.

Philippus Melanthon.

No. 5876. 26. Nov.

Til. Heshusio.

† E collectione *Ballenstaedtii* Vol. I. p. 44b., qui eam ex autographo descripsit.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Tilemanno Hesshusio, doctori theologiae, gubernanti Ecclesiam Dei in inclyta urbe Goslaria.

Hanc epistolam scripsi die XXV. Novbr., qui fuit mensis כסלו Cislev, id est ὡριώνειος, nam haec vera etymologia est, quo die celebrata sunt ἐγκαίνια. Utinam autem, ut tunc Ecclesia feliciter instaurata est, ita nunc quoque et lux doctrinae retineatur, et Deus vera invocatione in omnibus his regionibus colatur et Ecclesiarum pia sit et perpetua coniunctio.

Mitto vobis exempla scripti *Noribergensis*, quod volo te legere tanquam censorem, et mihi significare iudicium tuum. Utinam colloqui multi pii et docti possent. De regum negotiis non libet scribere, sed non dubitant *Pannonii*, *Turcas* proximo anno processuros esse. Bene vale. Salutem opto Doctori Medico et D. *Glandorpio.*

No. 5877. 25. Nov.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1242.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et carissime frater. Cum hunc nostrum civem mitterem ad *Iacobum Rungium*, ut ei exempla diiudicationis controversiae Noribergensis adferat, iussi, ut prius ad vos accederet. Ac exempla vobis mitto, et te, et D. *Iacobum* oro, ut legatis tanquam Censores, et mihi iudicium vestrum significetis. Est omnino periculosum in Ecclesia ἰδιοβουλεύειν et optavi, nunc

quoque plures adhiberi viro doctos et pios, ut scripsi in oratione quae in fine his paginis addita est, quas mitto. Senex princeps *Palatinus*, Vir integerrimus, et Dux *Wurtebergensis* ante mensem in conventu *Nassaviensi*, gravissima oratione petiverunt a Legatis *Ducum Saxoniae*, ut cum in conventu *Ratisponensi*, de doctrina futurae sint deliberationes, prius curent praecipuos pastores convocari, ut de multis Ecclesiarum nostrarum vulneribus colloquantur. Suaderem idem, si tali congressus sperari possit, qualem flagito in oratione, quamm addidi in fine libelli, quem mitto. Quaeso, ut Illustrissimo Principi mittas exempla ipsi inscripta, et simul me ei commendes. Tueri eius benevolentiam cupio, et Deum oro, ut eum servet et gubernet. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. Literas tuas et flagito et exspecto. Die 15. Novembr. qui fuit dies Enzeniorum mense כִּסְלֵו id est ὠριωνεῖον. Haec enim vera etymologia est. Scriberem *) pluribus et plura si possem.

Philippus.

No. 5878. 25. Nov.

C. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 392. (ed. Lond. lib. II. ep. 404.).

D. Conrado Heresbacchio

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Hanc Epistolam scripsi die 25. Novembris, qui fuit *Ebraeis* mensis *Kisleu*; ὠριώνειος. Haec enim vera etymologia est, et ab occasu *Orionis* erudite mensis appellatio sumpta est. Eo die ante annos 1717. instituta sunt Encaenia *Ierosolymae* recuperato templo, et purgato. Utinam nunc quoque feliciter restitueretur lux doctrinae, et Deus vera invocatione coleretur. Nunc tibi mitto acta *Norinbergensia*. Nam recens propter *Osiandri* controversiam *Noribergam* vocatus sum. Bene vale et rescribe.

---

*) Chytraeus edidit *scribe*, quod mendosum est, ut antea בעלן.

No. 5879. 28. Nov

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 227.

Hieron. Besoldo (concionatori Norinb.)

S. D. Reverende vir, et chariss. frater, semper nobis et in vita privata et in gubernatione sit in conspectu precatio Filio Dei in agone dicta, qua petit servari Ecclesiam et pectora omnium copulari, ut unum in ipso simus. Ad huius summi sacerdotis nostri vota adiungamus et nostros gemitus, et petamus tanquam *δεύτερα λέγοντες ἐξάρχοντος τοῦ ἀρχιερέως*. Sit etiam in nobis studium concordiae. Collegam *) igitur tibi commendo, cuius iam aetas talis est, ut moderationis decus et intelligat et amet. De editione nostri libelli scribes mihi, et tuum iudicium et vestrorum sermones. Bene vale. 28. Novemb.

Philippus Melanthon.

No. 5880. 28. Nov.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 210 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 199., cuius fronti Baumgartnerus adscripsit: „1555. 9. Decb. per Mauricium" (Helingum).

Hieron. Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noriberg.

S. D. *Misericordiae Domini, quod non consumpti sumus*, inquit Propheta Ieremias. Agnoscamus et nos Ecclesiae reliquias mirabiliter servari a Deo, etiamsi et poenae per genus humanum vagantur, et Diaboli horribilibus furoribus, odio filii Dei, *ἄσπονδον πόλεμον* gerunt cum Ecclesia. Vidit urbs vestra et poenarum et mitigationis exempla, ac Filium Dei custodem Ecclesiae suae oro, ut deinceps quoque et tuam domesticam Ecclesiam et publicam et urbem gubernet et servet. Regat etiam pectus et vocem *Mauricii*[1]), et faciat eum *σκεῦος ἐλέους* et organum salutare suae animae et aliis. Petivit ut ego hoc ad te scriberem, ut ipsi novo hospiti sis monitor, ubi-

---

*) Maurit. Helingum.

1) *Mauritii Helingi*, in locum *Culmanni* succedentis.

cunque iudicabis opus esse. *Εὐλοιδόρητον ἐστὶ σχῆμα τοῦ ξένου.* Quare eum monebis et consilio reges. Quaeso etiam ut initio oeconomiae eius opem feratis.

Nostra adhortatio, quam edi voluisti addita est libello, quae si tibi placebit, minus me poenitet editionis. Certe haec voluntas mea est de publica concordia. Senex *Palatinus* et Dux *Wirtenbergensis* in conventu *Nassaviensi* petiverunt apud legatos omnium Saxoniae Ducum, ut curarent convocari praecipuos Doctores Ecclesiarum in hac Germaniae ora, se curaturos ut venirent et illi in altera Germaniae ora, ut de multis rebus deliberaretur, ante Ratisponensem conventum. Suaderem idem si tales convenirent, quales in illa nostra oratione convenire opto. Bene vale et rescribe. 28. Novemb.[2])

Philippus.

No. 5881. 29. Nov.

Eidem.

Ex autographo edita in *Strobelii* Beyträgen zur Literat. II. p. 144.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norinberg.

S. D. Quod faustum et felix sit. Heri, id est, die 28. Novembris, ingressus est *Mauritius.* Postea literae allatae sunt, ex quibus intellexi, illum *φλύαρον* *), qui dicebat, Christum iustificare per accidens, ex urbe vestra discessisse. Utinam tales impudentes et ineruditi doctores omnes procul eant *ἐς κόρακας.* Misit mihi *Camerarius* de *Culmanno* *ζήτημα,* de quo responsionem ipsi germanice scriptam misi**), ut et quaestio germanice scripta erat. Vides, qualis sit in *Culmanno* confusio animi, in expositione doctrinae et in consiliis. Huic eius tantae infirmitati prorsus parci vellem, si non improbat aperte doctrinam aliorum, qui nunc docent. Nec ideo velim in eum aliquid durius statui, quod sese admiratur, et alicubi de se gloriosius loquitur, et aliis obtrectat. Ferre haec *ἀναγκαῖα κακὰ πολιτείων,* ut Demosthenes nominat, tu quoque didicisti. Sed si doctrinam aliorum improbat, censeo vocandum esse ad hos, qui praesunt, et dicendum ei, ut a communione *τοῦ σώματος καὶ αἵματος* in ea Ecclesia abstineat, cuius doctrinam non probat. Nam communio testimonium est consensus. Opinor autem pagellas meas *Ioachimum* tibi missurum esse, de quibus vos, quibus negotium melius notum est, iudicabitis.

Bene et feliciter vale. Die 29. Novembris (1555).

Philippus.

No. 5882. 30. Nov.

V. Heckero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

*Valentino Hecker, Pastori Ecclesiae in Schwibosen**).

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Versus est dulcissimus Sophoclis, qui constantiam tum in caeteris virtutibus, tum vero etiam in amicitia laudat, quam volo et tibi et omnibus notissimum esse: *ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.* Quare cum ostendas multis officiis, te memorem esse veterum amicorum, honestissime facis, et tibi gratiam habeo. Mitto pagellas, et pro tuis muneribus gratias ago. Studia Academiae et huius viciniae ex ipsis pagellis, quae mitto, cognoscere poteris, quae sunt adhuc Dei beneficio grata ac probata piis. Germaniam optarim serio de defensione contra Turcas cogitare: et aliquorum principum optima est voluntas de communi defensione; sed necessariae res quorum impediantur seu ignavia seu perversitate tandem ostendet exitus. Nos teneamus hanc consolationem, filium Dei nostras Ecclesias protecturum esse, quod ut faciat toto cum pectore oro. Bene vale. Pridie Calend. Decemb. 1556.

Ph.

---

[2]) Alia manus adscripsit ann. 1555.

*) Intelligit *Ioannem Vetterum.*

**) Vid. supra med. Novembr.

*) Schwibus.

No. 5883. 1. Decb.

Stigelius ad Melanth.

Edita a Danzio in epistol. Mel. ad Stigelium, in append. no. 4.

Epistola Ioh. Stigelii ad Phil. Melanthonem.

Etsi praeter meam consuetudinem fecerim, si admisceam me controversiis theologicis horum temporum, quarum vel esse modum aliquem, vel rationem tolerabiliorem saepe precatus sum: tamen rapior nunc quadam cogitatione, mihi sane peracerba, ut quae suspicio sit multorum de te in doctrina de Sacramentis, pro mea erga te observantia et fiducia celare te nequaquam possim. Ex insolentia *Calvini*, qui et privatim per epistolas, et publicis scriptis in Ecclesias harum regionum invehitur, suumque illud dogma subtile de significatione in Sacramentis, praeter convicia, tantum non armis etiam defendit: praebetur occasio multis, ut suspicentur, te eius opinionem prorsus sequi et amplecti. Exaggerant hanc censuram, tum vituperationes *Lutheri*, quae sparguntur a *Calvino*, tum comminationes athleticae, quibus Saxonicis Ecclesiis magnas plagas ex sese denunciat. Cum itaque sermones tui ostendant, te ab opinione *Calvini* alienum esse: oro te propter gloriam Christi, ut paucis pagellis sententiam tuam de doctrina sacramentaria publice significes, ut multorum conscientiae releventur onere ac dolore, sinistre quidpiam de te cogitandi: et suppeditetur προφυλακτικόν illis, quos haec suspicio nondum invasit. Ne existimes, me nunc ultra crepidas musarum sapere, sed adduci sincero affectu erga doctrinam veritatis et salutem eorum, qui cives verae Ecclesiae esse cupiunt. Proinde quaeso ignoscas importunitati meae: et tu aliquid respondeas, quo consolationem accipiant conscientiae in hac causa, te obtestor atque obsecro. Plura scribam propediem. Nam haec angusto temporis spatio vix recte effudi. Et ut de aliis rebus scriberem, non admisit dolor. Optime et diutissime vale. Ienae. Cal. Decembr. 1555.

I. Stigelius.

Saluta Doctiss. virum D. *Peucerum* amanter.

No. 5884. (h. t.)

(*Iudicium.*)

Post comitia Augustana a. 1555. habita, nova comitia Ratisponae ad Cal. Mart. 1556. habenda (vid. *Sleidan.* p. 853.) erant, quae vero demum mense Iulio (vid. *Sleid.* p. 871.) inchoata sunt. Eo tempore Dux Würtemberg., et Dux Palatinus Elector, id agebant, ut conventus omnium doctorum Evangelicorum ante comitia Ratispon. haberetur. Vid. epp. d. 15. Nov. et d. 28. Nov. 1555. Ea de re sententiam suam scripsit Melanthon Augusto, Duci Sax. Electori, et, ut intelligitur ex epistola ad Camerar., quae sequitur, mense Decbr. 1555. Vid. etiam quae d. 22. Ian. 1556. ea de re Melanthon ad Ducem Megelburg. scripsit. — Editum est hoc iudicium a Pezelio in Melanthonis christlichen Bedenken, p. 432.

Bedenken Philippi Melanthonis von einer Zusammenkunft vor dem Reichstag zu Regensburg.

Ob zu rathen sey, daß die Chur und Fürsten der christlichen Confession für dem Regensburgischen künftigen Reichstag einen besondern Synodum ihren Prädicanten ausschreiben und halten sollen, darinnen die Chur und Fürsten selbst persönlich alle, oder etliche gegenwärtig sind, und da sampt den vornehmsten Prädicanten eine Unterrede halten von allerlei Sachen, die uns für streitig möchten fürgetragen werden: darauf ist mein unterthänig und einfältig Bedenken, wie folget, das ich doch andern Verständigen will unterworfen haben.

Und erstlich, so ein Spaltung unter uns würde, wäre solches für sich selbst ein neu groß Feuer und ein großer Riß und grausamer Schade, und würde auf dem künftigen Reichstage Verhinderniß bringen auch in weltlichen Sachen, den Türken-Krieg und andere Unruhe belangende. Daß aber unter uns Spaltung zu besorgen sey, ist aus Weitläuftigkeit solches Synodi abzunehmen. Denn als bald in Landen und Städten diese Reden auskommen würden, daß ein ganzer Synodus werden sollte aller dieser Stände, so würden viel ungebethene Gäste kommen, denn es sind viel unruhige Köpfe in vielen Landen und Städten.

Darüber sind in etlichen Jahren durch Osiandrum und Schwenkfeld neue Gezänke erregt, und haben beide, Osiander und Schwenkfeld, ihren Anhang. So höre ich auch, daß Schwenkfeld ein Buch habe lassen ausgehen, nämlich wider unser aller Kirchen Confession, welches ich aber noch nicht gesehen habe *).

*) Plures libros Schwenckfeldius a. 1555. edidit, vid. Saligii hist. Aug. Conf. III p. 1063 sq., definire autem non audeo, quem illorum Melanthon hic intelligat.

Und obgleich Schwenkfeld nicht groß Gewirr kann machen, so wird doch Osiandri Anhang Ursach geben, daß man von großwichtigen Sachen reden müßte, als nämlich 1) von den Personen der Gottheit, was die Personen sind, und wie sie sollen unterschieden werden; 2) wie die Personen unterschiedlichen in den Heiligen wohnen; 3) was die Einwohnung sey; 4) wie diese Rede zu verstehen sey: Christus est ubique; 5) ob diese Rede: vor Gott gerecht seyn, einen andern Verstand habe denn: Gott angenehm seyn.

Weiter ist offentlich: daß in etlichen Städten viel gelehrter Leute sind, aus Anglia und Gallia, diese werden ansuchen, und haben für dieser Zeit mit großem Fleiß dieses gesucht, daß man sie von dem Sacrament des Leibs und Bluts Christi hören wolle. Wiewohl nun etliche sprechen werden, man soll sie nicht hören, so achte ich dennoch, daß man sie hören soll, denn es ist in Städten davon Streit erregt worden. Item, es ist unter uns selbst zu bedenken, daß eine gleiche einträchtige Form, davon zu reden, gehalten werde.

Ueberdies sind unter uns, die groß Pochen fürgeben von der Stoica necessitate, daß alles, was geschieht, gutes und böses, müsse also geschehen, und der Mensch werde gezwungen zu guten und bösen Werken. Wer einen Todtschlag thut, oder die Ehe bricht, müsse solches thun; wie noch vor zween Monat einer solche Kockley hat in den Druck gehen lassen. Und werden ohne Zweifel viel weitläuftige und mehr Fragen erregt werden, darauf ich jetzt nicht gedenken kann. Wiewohl nun etliche Sachen sind, darvon der Christenheit und der Nachkommen Nothdurft wegen gründlich zu reden, so ist doch die Bitterkeit in etlichen also tief eingewurzelt, daß nicht Einigkeit zu hoffen ist. Sollte auch nicht etwas gründlichs von den hohen Sachen geschlossen werden, so ists besser, daß man sie also hangen lasse bis daß Gott etwa Gnad giebt, gründlich davon zu reden.

Ich habe auch diese Sorge, etliche Fürsten würden zu diesem Synodo nicht kommen und nicht senden wollen. Item, so eine gemeine Einigkeit werden sollte, so wäre nützlich, dem König von Dennemark auch davon Anzeigung zu thun, und zu bitten, zu diesem Synodo auch die Seinen zu senden.

Aus diesen Ursachen kann ich nicht rathen, daß man einen besondern Synodum für dem künftigen Reichstag versammle. Ueber das alles wissen die Chur und Fürsten selbst, wie ein gefährlich Ding ist der Chur und Fürsten persönliche Zusammenkunft. Dies gebühret nicht, zu rathen; denn es möchte leichtlich zwischen ihren Personen Uneinigkeit in Händeln oder sonst in Reden fürfallen, daraus große Beschwerung erfolgen möchte.

Die andere Frage.

Dieweil aber die Nothdurft fordert, so die Regensburgische Unterredung mit den Bischoffen sollte fürgenommen werden, daß wir alle für einen Mann stünden, und entlichen entschlossen wären, was wir thun wollten; so ist die Frage, wo wir selbst zuvor uns unterreden sollten. Davon habe ich vor dieser Zeit dem Durchleuchtigsten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn **Wolfgang** zu Anhalt, dies mein unterthänig Bedenken angezeigt, daß ich für nützlich achte, so ein Reichstag würde, darinnen man von der Religion reden sollte, daß alsdann im Reichstage die Chur und Fürsten und Grafen und Städte ihre Räthe und Prädicanten erstlich ließen sich von Einigkeit unter uns selbst unterreden, und also, daß die Confessio fürgenommen würde, anzuhören wer daran Mangel hätte oder nicht, und daß die Chur und Fürsten und die Städte selbst ein Einsehen hätten, daß man nicht fremde oder gefährliche disputationes einführet, und daß solche Unterrede nicht zur Weitläuftigkeit würde. Da nun alsdann zu verhoffen, daß Einträchtigkeit seyn würde, so wären auf unserm Theil vier oder sechs Personen von Prädicanten zu wählen, die mit dem Gegentheil, den Papisten, colloquirten.

No. 5885. 4. Decb.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 155 sq.

Ulrico Mordisin, Cancellario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone charissime. Ut, veniente anno, tranquillitatem his regionibus tribuat Filius Dei, custos Ecclesiae suae, et ut vos et vestram domesticam Ecclesiam servet, toto eum pectore oro. Exempla diiudicationis controversiae *Noribergensis* vobis mitto, et oro, ut alterum exemplum Illustriss. Principi, *Duci Saxoniae,* Electori, exhibeatis. Volo autem a vobis, et ab omnibus piis et doctis ita legi, ut indicari mihi valde optem, si quid existimabitur, secus esse dictum aut actum. Certe maxime cupio et consensum et concordiam in nostris Ecclesiis tueri, et oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut nos omnes gubernet, sicut nomi-

natur Emanuël, id est, *Deus nobiscum*, et certo colligit Ecclesiam voce Evangelii. Bene valete. Die 4. Decemb. 1555.

Philippus.

No. 5886. 7. Decb. (Brandenburgae.)

G. Sabino.

Manlii farrag. p. 281.

Clarissimo viro, D. Georgio Sabino, in inclyta Academia Francofordiana, genero suo charissimo,

S. D. Non solum editio scripti de Norinbergensi controversia, iter meum ad vos impedivit: sed etiam aulicae compedes mihi iniectae sunt. Postea rogatus a tua matre, filias tuas huc in tuam patriam adduxi: cras, Deo volente, reducturus sum eas ad meam familiam. Mitto tibi epistolas, quae mihi ex Augusta Rhetica allatae sunt: addidi et exemplum mei libelli, quem recens edidi: in quo in postremis pagellis adhortatio addita est de concordia, quam optarim tam efficacem esse, quam fuerunt Terpandri carmina ad lyram decantata, quibus seditio civium sedata est. Bene et feliciter vale. Die septimo Decembris, 1555.

No. 5887. 7. Decb.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 207 sq.

Georgio Buchholzero, praeposito Berolin.

Reverende vir, et charissime frater: Scio te hominum officiosum libenter amicis gratificari. Ideo ad te mitto literas *Sabino* inscriptas, et libellum: et te oro, ut ad *Sabinum* per nuncium fidelem forte oblatum, sine tuo sumptu mittas. Haec scripsi in urbe *Brandeburga*, quo filias *Sabini* ad visendam aviam adduxi. Spero autem vos accepisse exempla nostri libelli: in quo si caetera non placuerunt, spero tamen placuisse Latinam adhortationem de concordia. Quanquam et de caeteris iudicia vestra cognoscere cupio. Et admonitiones vestras libenter audio. Utinam in Ecclesia amanter alii alios monerent, sicut scriptum est: Docete et emendate vos mutuo. Bene vale. Die septimo Decembris, in arce Brenni.

No. 5888. 8. Decb.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Iacobo Bordingo doctori artis medic. in inclyta Academia Rostochiana.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Et Ecclesiae tuae domesticae et tibi et nobis omnibus reditum tuum gratulor. Etsi enim regionem illam, quae te nascentem excepit, et illam parentum tuorum et tuae infantiae nidulum non potes non amare, tamen haec nunc patria est, ubi tua domestica Ecclesia vivit, et tua vox studiis doctrinae prodest *). Nec dubito, te in Belgico magno cum dolore adspexisse τῶν ἀρχόντων βεβηλότητα καὶ βδελυρίας. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut te et tuos servet. De typis chorographicis tibi gratiam habeo, quibus non minus delector quam apud Apollonium in Argonautico unus ex doctoribus narrat, se delectatum esse tabulis conspectis in Aegypto, ex quibus didicerat, qua via fugere Colchicum regem possent. Plura adiicere autem non potui. Bene vale. 8. Decemb.

No. 5889. die brumae.

A. Hardenbergio.

Ex autographo Melanth. in tabulario Eccles. Evangel. Argentorat. mihi descripta a Clar. *Strobelio*. Iam edita in epist. ad Hardenb. ep. 4.

---

*) Quo anno Bordingus hoc iter fecerit, definire non possum. At ex epistola ad eundem data d. 8. Mart. 1556. colligere licet, hanc ep. anno 1555. scriptam esse.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Alberto Hardebergio, Doctori Theologiae, fideliter Evangelium docenti in Ecclesia Dei Bremae, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Vetus dictum est, nullam esse harmoniam magis musicam, quam haec est animi moderatio, quae in recte factis patienter fert sycophantias. Ad hanc musicam nos adsuefaciamus, et necessaria faciamus.

Mitto tibi libellum de iudicatione controversiae Noricae, quem volo te legere ut censorem, et mihi significare iudicium tuum. Plura nunc scribere non potui. Bene vale. Die Brumae.

Philippus.

No. 5890. d. brumae.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 697 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 839.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Quod faustum et felix sit, *Laurentius* maxime tuis litteris confirmatus, et fretus spe tuae consuetudinis, promittit vobis operam suam, et intra triduum aut circiter ingredietur iter. Non deterretur aulico responso, in quo nulla est temporis praefinitio, et stipendium minuitur, tantum metuit obtrectationes, sed sperat se tuis consiliis usurum esse, et in vitandis occasionibus, et in ferendis his molestiis, quas scis, Demosthenem nominare *ἀναγκαῖα κακὰ πολιτειῶν*. In aula deliberationes sunt, *εἰ σύνοδος πάντων διδασκάλων ἐν σαξονικαῖς καὶ ἄλλαις ἐκκλησίαις συγκροτητέα.* Idque petunt Dux *Charitinorum*[1]) et Palatini[2]), et arbitror *τὸν λάσκιον* autorem esse huius consilii. Ego Laconicum illud *οὔ* respondi. Te quoque hac de re cogitare velim. Ex Pomerania expecto iam reditum mei tabellarii, qui hinc profectus est ante dies octodecim, significabo si quid afferet *ἀξιόλογον*. Bene et feliciter vale. Filius Dei te et Ecclesiam tuam et domesticam servet incolumem die Brumae.

Philippus.

1) Wurtembergic. C. W.
2) Vid. epist. ad Io. Albert. d. 22. Ian. 1556.

No. 5891. 20. Decb.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 288 sq.

Georgio Buchholzero, Praeposito Berolin.

S. D. Reverende vir, et charissime frater: ut veniens annus sit faustus et felix Ecclesiis nostris, et eorum hospitiis, et piis Principibus, et tibi et Ecclesiae tuae domesticae, faciat Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui et ordinem in natura instituit, et metas annorum distinxit, ut testimonia de se illustria ostendat. Profecto metuo hoc anno tribus horrendis bellis arsuram esse Germaniam, Turcico in Pannonia, Gallico in Belgis, vicinali ad Moenum. Nam astrorum positus, eclipses, prodigia, et hominum furores minitantur bella et rabiem docentium. Oro autem filium Dei, ut nos gubernet et servet. Quod filius tuus in Silesiam ad docendam iuventutem vocatus est, gratulor ei hanc militiam: et sum hortatus, ut in hoc labore utili et grato serviat Deo: teque, ut hoc consilium comprobes, adhortor. Utinam ego, etsi tantum fuissem humilis paedagogus: tamen in tali paedagogia aetatis imbecillioris mansissem, de qua dicit filius Dei: Non est voluntas Patris, ut pereat unus de parvulis istis. Quantum solatii est pro paedagogo, sedere in hoc coetu iuniorum, qui Deo placent: et docere tenera ingenia, ut recte invocent Deum, et deinde fiant organa utilia Ecclesiae. Tales coetus aliquos protegat filius Dei inter imperiorum ruinas. Bene vale, Die 20. Decembris, 1555.

No. 5892. 25. Decb.

Lectori.

Praefatio in librum: „Causae cur scholae philos. praefecti in Academia Rostoch. in disciplina resarcienda elaborarint etc. scripta oratio ab Arnoldo Burenio, cum praef. Phil. Mel. Viteb. 1556. 4. 4 pl." — Etiam in Declamatt. IV. p. 176., unde hic est hausta.

Philippus Melanthon piis Lectoribus
S. D.

Nonnulla est parentum, docentium et Principum culpa, quod honesta disciplina nimium laxatur,

sed multo maior est culpa ipsius iuventutis, quae et parentum gemitus et docentium admonitiones et Principum edicta contemnit, et subinde novis et deformioribus exemplis nervos disciplinae petulanter incidit. Loquor autem nunc non de legibus imperiorum, quae capitalia iudicia regunt, sed de hac parte paedagogiae, quae externa exercitia continet, pertinentia ad primam tabulam decalogi, in discendis initiis doctrinae de Deo, in lectione et recitatione precum, in ritibus piis ministerii Evangelici servandis. Deinde et alia pertinentia ad secundam tabulam, in quibusdam iusticiae officiis, et intuenda temperantia et modestia. Sunt enim haec iusticiae propria, reverentia erga parentes et doctores, non turbare civium et aegrotorum quietem rixis, barbaricis vociferationibus et tumultibus, debita tempora studiis doctrinae tribuere. Temperantiae sunt, servare modum in cibo et potu convenientem valetudini, et recte distinguere laborum, cibi et somni tempora. Modestiae sunt, in sermone vitare obscenitatem, scurrilitatem, arrogantiam thrasonicam, convicia, virulentiam, atrocitatem et minas, torvitatem in gestu, formam vestibus non convenientem personae. In his rebus discedere a legibus et iudiciis parentum et aliorum honestorum hominum, initium est contumaciae et furorum in rebus maximis, ut manifesta experientia ostendit. Ideo magno dolore omnes honesti homines adficiuntur, cum vident haec exempla negligentiae aut petulantiae. Et nostrum dolorem quotidie ostendimus nos, qui ad docendi militiam delecti sumus. Hortamur omnes, ut mandata Dei, iudicia parentum suorum et ordinem actionum, quem probant homines honesti, ament. Hoc argumento senex, eruditione, virtute et eloquentia excellens, *Arnoldus Burenius* hanc orationem scriptam edidit.

Ut autem Astrea pulsa ex urbibus tamen in rure aliquos dicitur invenisse coetus, qui eam audiunt et ei obediunt, ita et nostrae adhortationes, etsi a multis deridentur, tamen non prorsus irritae erunt, quia scriptum est: non erit labor vester inanis in domino. Sed vociferantur quidam: cur frenos nobis iniicitis, cum doceatis hanc diligentiam regendi externos gestus, non esse iusticiam propter quam Deus recipit homines? Huic obiectioni saepe in nostris scriptis et sermonibus respondemus: mandato Dei obtemperare omnes necesse est, Et haec ipsa quamvis exigua tyrocinia fiunt in piis cultus Deo placentes et sacrificia. Deinde fateri necesse est, cognitionem doctrinae necessariam esse, et ante mutationem animorum et deinceps semper. Non enim aliter filius Dei λόγος cuiusquam menti vitam et lucem tribuit, nisi voce doctrinae. Quod cum ita sit, negligere studia doctrinae hanc ob causam, quia non sint iusticia, horribilis furor et impietas est.

Audivi autem multos, et quidem scholasticos, quorum aetas non procul a vicesimo anno aberat, qui Symbolum Apostolorum recitare non poterant. Tales aut raro aut nunquam excitant mentes ad cogitationem de Deo et ad invocationem. Postea impelluntur prophana pectora a Diabolis in varia scelera. Sumamus igitur singuli tempora aliqua ad recitationem, ut excitetur invocatio et alii pii motus. Ac nominatim de Symbolo dicam: multae gravissimae causae sunt, cur adsuefacere nos ad recitationem debeamus. Primum si mens est pia, in hac ipsa pronunciatione, ut simplicissime loquar, cogitet, fieri adplicationem beneficiorum filii Dei. Credo in Iesum Christum, credo remissionem peccatorum, scilicet, mihi quoque tribui. Memini quendam qui ante multos annos dicebat hac se consolatione praecipue confirmatam esse in magnis doloribus. Deinde commonefactio est de omnibus Dei operibus, de creatione, de redemptione et de perpetua Ecclesiae collectione. Cum dicis, credo esse Ecclesiam catholicam, mens cogitet, ubi et quae sit Ecclesia, et se ei adiungat. Nihil in summis periculis ad consolationem efficacius est totius Symboli consideratione, ut vir doctus et sapiens *Hieronymus Schurfius*, Iuris Doctor, cum sentiret naturam morbo vinci, seque iam totum ad cogitationem de Deo et domino nostro Iesu Christo composuisset, toto morbi tempore fere singulis horis repetebat Symbolum tanta animi alacritate, ut praecipue illa confessione erigi et confirmari cerneretur. Ad illum agonem quotidie nos praeparemus, ut verba Symboli et certarum sententiarum nobis familiarissima sint, ne in illo articulo desint arma necessaria. Est et quotidie ostendenda contra diabolos confessio. Praeterea quantus stupor est, non adfici vel communibus aerumnis, vel propriis vulneribus aut periculis, quorum conspectus nos commonefacere de precatione debebat. Et in recitatione Symboli cum adspicimus nostram imbecillitatem et dubitationes, crebra repetitone adsuefacimus nos ad cogitanda

doctrinae testimonia, patefactiones divinas et miracula omnium temporum, ut fides confirmetur. Propter has tantas utilitates verba Symboli et certarum sententiarum ediscenda et quotidie repetenda sunt. Hanc disciplinae partem qui negligunt, postea caeci ruunt in alia vicia.

Quantum vero noceant helluationes manifestum est. Barbaries in gestu et vestitu, etiamsi per sese quoque viciosa est quia natura hominum ad ordinem condita est, tamen eo magis fugienda erat, quia significat in animis contemptum legum, feritatem et multos furores, ut Nazianzenus inquit, se, cum Athenis Iulianum vidisset, ex incessu eius et gestibus raciocinatum esse, fore eum orbis terrarum pestem. Eam descriptionem quia omnibus adolescentibus notissimam esse prodest, et propter commonefactionem de gestuum gubernatione, et propter genus verborum, hic repetam. Nazianzeni verba haec sunt.

Fecit me vatem gestuum ipsius inaequalitas. Non enim videbantur mihi signa bonae mentis esse colli crebrae inflexiones, vibrantes humeri et quasi appensis ponderibus alternis subsultantes. Oculi vagabundi, qui in omnes partes circumferebantur minaces et truculenti, pedes instabiles et alternis geniculantes, Nasus corrugatus spirans insolentiam et contemptum, figurae vultus ridiculae, cachinni effusi et magno sonitu editi. Nutus et renutus taciti, sermones abrupti, interrogationes variae alienae a proposito et stultae. Responsiones nihilo magis concinnae nec inter se congruentes, neque ordine editae. Quid singula dicam. Talem vidi antequam nactus imperii possessionem ostendere saeviciam cepit, qualem esse postea in factis ipsis comperimus. Ac multi norunt, me ista considerantem velut attonitum ac magno cum gemitu edidisse hanc vocem: quantum malum nutrit Respublica Romana.

Sic cum ex gestibus verissime vaticinatus sit Nazianzenus, cogitet iuventus, quanti sint dolores et gemitus nostri, cum exempla deformia audivimus et cernimus. Sed cum nos adhortamur omnes ad exercitia pietatis et ad disciplinae studium, et dicimus Deum praecipere pia et honesta exercitia, et docemus quomodo et fieri possint et Deo placeant, reclamant multi prodeuntes ex Zenonis porticu, seu ex Manichaeorum orgiis, qui vociferantur, nullum disciplinae locum esse, omnia necessario fieri, non effundi Spiritum sanctum admissis sceleribus contra conscientiam. Haec classica, non enim libet plura commemorare, magis laxant disciplinam, de quibus cum cogito, interdum pene extinguor dolore. Sed oro filium Dei, qui certo sibi colligit Ecclesiam in genere humano, ut nos gubernet et medeatur ipse multis et magnis vulneribus Ecclesiae, nec sinat in Germania barbaricam vastitatem fieri, sed semper in ea colligat Ecclesiam Deum vere celebrantem et invocantem, Amen. Anno 1556. die festo, in quo celebratur recordatio mirandae nativitatis ex virgine, Domini nostri et salvatoris Iesu Christi, qui est Deus iusticia nostra.

No. 5893. 25 Decb.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 159 sq.

U l r i c o M o r d i s i n, Consil. Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende, Ut veniens annus sit faustus et felix, Ecclesiis nostris et earum hospitiis, et Principibus et tibi et Ecclesiae tuae domesticae, faciat Deus, conditor generis humani, qui annorum metas ideo distinxit, ut ordo in natura de ipso testimonia ostendat. Hic civis oppidi nostri, *Valentinus*, petit literas ad Duces Saxon. Iuniores, quia petit haereditatem a fratre, cive Coburgensi, relictam, ut ex eius supplicatione intelligetis. Capitaneus Coburgensis ipse scripsit, caussam iustam esse, sed litteras ab Electore petendas esse ad agnatos. Quaeso ut in caussa iusta eum iuvetis. Est enim vir honestus, et non contendet contra iuris normam. Bene et feliciter valete. Die Festo, quo celebratur recordatio admirandae Nativitatis Filii Dei ex virgine. Anno 1556. [i. e. 1555.]

Philippus.

No. 5894. (25. Dec.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 698. (ed. Lond. lib. IV. ep. 840.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Ut veniens annus faustus et felix sit Ecclesiis nostris, et earum hospitiis, et tibi, et Ecclesiae tuae domesticae, faciat filius Dei, cuius sapientia certo consilio metae annorum constitutae sunt. Ego et magnós principum motus, et docentium rabiem maiorem metuo, nec solum positu astrorum moveor, sed etiam ipsis *παρασκευαῖς*. Meus frater scribit *τοὺς γείτονας* [1]) *πολλὰ μεγαληγορεῖν περὶ πανολεθρίας τῆς ἀρχιερατικῆς δυνάμεως.* Etsi horum *ἀλαζονείαν* novi, tamen fata *Epigonorum* etiam metuo. Sed commendemus nos filio Dei, qui inter tantos fluctus suam cymbam, tuam familiam et similes servabit. Quotidie cum aspicio meas filias, gemens de his confusionibus cogito, et oro, ut nos filius Dei gubernet et protegat.

Stenkefeldius edidit scriptum contra confessionem nostrarum Ecclesiarum, ut audio, atrox, nondum enim vidi, sed scis quae sit eius familiaritas cum *Charitinis* [2]), et profecto *τὸν νεοπρεσβευτήν*, et similes existimo cogitare *περὶ μεταβολῆς πολιτειῶν.* Sed haec coram. *Laurentium* tibi commendo, teque oro, ut consiliis regas. Hac spe eum istuc mitto, alioqui etiam iniectis compedibus cum retenturus eram. Bene vale.

Philippus.

1) Palatinum C. W.

2) Wurtemb. C. W.

No. 5895. 27. Dec.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 711 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 853.). — Non anno 1556. sed a. 1555. scripta est; conf. ep. anteced.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Expecto reditum doctoris *Laurentii*, qui nostram deliberationem *περὶ συνόδου* in aulam afferet *). Ideo nondum potui de itinere ad vos meo statuere. Quoquomodo procedent illi congressus, erunt de meo capite comitia, ut hodie ex litteris Bavaricis intellexi, sed commendo me filio Dei. Nunc ad te mitto epistolas, meam et *Lasani*, scriptas ad *Ioachimum Konig*, filium mercatoris Noribergensis, qui vocat *Bartolomaeum Lasanum* Viennam, ut cum *Crameri* civis Viennensis filio in Italiam proficiscatur. Existimamus te posse per homines notos Noribergam litteras nostras mittere, quod si potes, ut facias, et meo et *Lasani* nomine oro. Multum illius refert fideliter eas *Ioachimo* exhiberi. De caeteris rebus coram. Deus servet te et totam Ecclesiam tuam domesticam. V. Cal. Ianuarii.

Phil. Melanth.

*) Dedimus illud d. 1. Ian. 1557.

No. 5896. (hoc anno.)

(*N. N.*)

† Ex apographo in cod. Monac. no. VII. p. 296 b.

N. N.

Clarissime et doctissime vir. Tuam quidem epistolam elegantissime scriptam magna cum voluptate legi, gratulatus et mihi talis viri amicitiam, et reipublicae ingenii praestantiam et iudicii rectitudinem. Sed dicam quod res est; pagellas, quas addidisti non sine gemitu legi, cogitans quam multi nunc doctrinarum corruptelas ament, et quam pauci tueri simplicem et rectam et, ut ita dicam, nativam artium formam studeant. Semper autem artium corruptelas alii furores et plura mala in hominum vita sequuntur; qua de re querelas extare apud Galenum crebras meministi, et exlamans Isocrates, inquiens: *ἀγανακτῶ ὁρῶν τὴν συκοφαντίαν ἄμεινον τῆς φιλοσοφίας ......* [1]). Quod vero mones, ut in elementis physicis, quae edituri sumus [2]) aliquid de discrimine doctrinarum dicam, grata mihi est admonitio tua. Quan-

1) Est lacuna in codice. Locus est apud Isocrat. de permutat. p. 343. E. (H. Steph.) sic se habens: *ἀγανακτῶ γὰρ ὁρῶν τὴν συκοφαντίαν ἄμεινον τῆς φιλοσοφίας φερομένην, καὶ τὴν μὲν κατηγοροῦσαν, τὴν δὲ κρινομένην. ὅ τις ἂν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν γενέσθαι προσεδόκησεν, ἄλλως τε καὶ παρ' ἡμῖν τοῖς ἐπὶ σοφίᾳ μείζω τῶν ἄλλων φρονοῦσιν.*

2) Initia doctrinae physicae. Viteb. 1555. 8.

quam autem fortasse ineptus sum saepe eadem inculcans et de hac re tanta, velut ex superiori loco summi gubernatoris multitudinem admonere debebam, tamen quodam simplice studio saepe nostros coetus adhortor, ut metas artium considerent, et sciant, veritatem συμφωνοῦντα κοιναῖς ἐννοίαις, quae sunt regulae congruentes cum mente divina, et harum filum prudenter sequendum esse, et adhibendam curam, ne vel ἀκόλουθα coniungant, nec improprio sermone a rebus aberrent.

No. 5897. hoc anno.

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 454 sq.

Laurentio Mollero, gubernanti Ecclesiam Dei in urbe Hildesheim.

S. D. Clarissime vir, et charissime frater. Non sum rudis huius Philosophiae, quae docet, frenare iram, et omittere inutilia certamina. Sed cum omnia praecepta sapientum colligo, nihil gravius dictum lego, quam vocem Filii Dei: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Duos adfectus vult reprimi, cupiditatem gloriae et vindictae cupiditatem. Vincant igitur inimici nostri, et iaceamus nos abiecti et spreti, Deus aliquando sanabit nostra vulnera. Sic te oro, ne cum iis, qui te laeserunt, ullo modo litiges.

Dura voces praecepta licet mea, dura fatemur
Esse, sed, ut valeas, multa dolenda feres.

Mitto tibi consilia Hippolyti de criminalibus iudiciis donata, alium librum huius autoris non inveni. Mitto et historiam de Henrici IV. praelio. Bene vale, et saepe ad nos scribito. 1555.

Philippus.

No. 5898. h. a.

Senatui opp. Hain.

Ex autographo Melanthonis (olim in bibliotheca *Barscheri*, Theologi Lips., nunc in Bibliotheca Nobilis *a Meusebach*, Berolini) edita a *Lunzio* in dem Intelligenzblatt der Neuen Leipz. Lit. Zeitung no. 562. ann. 1808.

Den Erbaren, weisen und frommen Herren Burgermeistern und Rath der Stadt Hain in Meissen, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor, Erbare Weise vornehme günstige Herrn, Ewr Erbarkeiten, als christliche Regenten, wissen, daß göttliche Weisheit selb beides verkündigt hat, nemlich, daß in diesem letzten schwachen Alter der Welt, größere Unruh und Trennungen sein werden, denn zuvor gewesen sind, daß aber dennoch der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus ihm für und für bis zur Auferweckung aller Menschen aus dem Tod, eine ewige Kirchen sammlen will durchs Evangelium, und nicht anders, wird auch dazu etliche ziemliche Regiment gnädiglich erhalten, und will, daß wir alle, ein jeder nach seinem Stand, zu Pflanzung christlicher Lehre dienen, und gibet dazu seine Gnaden, daß diese Arbeit nicht vergeblich sey. Darumb ist Gott Ewer Dienst in Bestellung der Kirchen und Schulen wohlgefällig, und nachdem Ewr Erbarkeit begehrt ein tüchtigen Mann zum Diaconat anzuzeigen, hab ich mit *Hieronymo* Steiger von Geier*) geredt, der neulich pastor bey Slakenwerd gewesen ist, und durch die Tyranney in Behem, neben andern christlichen Pastorn vertrieben, daß er alsbald mit dem Bothen reisen wollt, und so ihn Ewr Erbarkeit gehört haben, mögen sie mit ihm weiter reden, denn ich ihm nichts zugesagt.

So aber Ewr Erbarkeit ein andrer anzuzeigen, bericht ich, daß in Leipzik ein gottförchtiger gelarter Mann ist, Magister *Georgius Mylius*, dem Erewirdigen Herrn pastori dorten *Iohanni Pfeffinger* wohl bekant, denselbigen *Georgium Mylium* achte ich auch für tüchtig.

Auf dem Annenberg ist auch Einer, der auch aus Behem vertrieben, *Christophorus Iacobus*, welcher auch tüchtig ist, dieser Einen mögen Ewr Erbarkeit erfordern und hören, und mag ich mit Wahrheit, als von bekannten berichten, daß sie gottförchtig, wohlgelart, ... Männer sind

(Caetera, partucula plagulae abrupta, periere, et manus vetusta adscripsit: Philippus Melanthon 1555.) [*Lunz.*]

*) Vid. epist. d. 9. Nov. scripta.

No. 5899. h. a.

C. Aquilae.

† Ex autographo Mel. in cod. Rehd. Vratisl. Vol. V.

D. Casparo Aquilae, Episcopo Ecclesiarum ad Salam, fratri suo carissimo.

S. D. Carissime frater. Simplicissime hoc adfirmo, quod verum esse Deus ὁ καρδιογνώστης testabitur, nos velle, ut Ecclesiae harum regionum vere unum sint in ipso, ac benevolentia nostra erga vos omnes sincera est. Et optarim, non praeberi occasionem novis certaminibus ab ulla parte. Nec alia vox est doctrinae apud nos, quam in vestris Ecclesiis, ut testari auditores poterunt. Nec pugnat noster collega [1]) de illa propositione de qua scribis. Mitto pagellas, et, ut detur exemplum *Iacobo* [2]), peto. Et vobis omnibus salutem opto. Heri multa cum *Erasmo* [3]) locutus sum, et mihi curae erit. Salutem seni [4]) et vobis omnibus opto. Bene vale [5]).

Philippus.

Salutem vobis optat senex Pastor Pomeranus.

No. —— —

Ad. Cureo.

Quae Pezel. in Mel. Consil. lat. P. II. p. 221. ad hunc annum retulit, ea lege ad Buchholzerum scripta d. 25. Septb. 1556.

No. 5900. h. a.

Benedicto et Giganti.

Mel. Consil. lat. P. II. p. 227 sq.

---

1) Georgius Maior.

2) Iacobo Cureo, Salveldensi. Vid. ep. d. 11. Maii et d. 14. Maii 1556.

3) Erasmus iunior, filius Erasmus Reinholdi, Professoris Witeb.

4) i. e. Reinholdo, avo Erasmi iunioris.

5) Serior manus adscripsit annum 1555.

Responsio Philip. Melanthonis ad quaestionem Erasmi Benedicti, et Iohannis Gigantis. De omnipraesentia, et distinctis gradibus praesentiae Dei. Anno 55.

Sicut aeternitas, omnipotentia, omniscientia sunt proprietates divinae essentiae, patris, filii, et Spiritus sancti: sic adesse ubique, est proprietas divinae essentiae supra et extra intellectum creaturarum: Et vetus est dictum, *Enter, praesenter, Deus hic et ubique potenter.* Postea vero modi praesentiae Dei discernendi sunt iuxta effectiones, et alias circumstantias.

Primus modus praesentiae est, praesentia universalis, qua Deus adest ubique, quo ad conservationem substantiarum, donec sunt. Sic adest coelo, terrae, angelis, plantis, hominibus bonis et malis, sustentat Pharaonis substantiam, donec vult, et ostendit in illius poena iudicium, et iram suam. De hac universali praesentia inquit, *Coelum et terram ego impleo*, Ierem. 23. Ac separabilem esse hanc praesentiam, manifestum est, quia Deus potest res destruere. Nec est Deus ἐνδελέχεια infusa rebus, et alligata, sicut Stoici somniabant: Sed est essentia alia a creaturis.

Secundus modus praesentiae est, quo adest beatis Angelis, et aliis beatis visibiliter: de quo modo dicit Paulus: *Deus erit omnia in omnibus.* Hoc modo conservat, non tantum substantias, sed etiam ostendit se Deus beatis, et est in eis efficax communicatione lucis suae, ut agnoscant immediate patrem, filium, et Spiritum sanctum, et sint in beatis similes motus, qualis Deus in eis praesens, et haec praesentia in beatis perpetua est. Sed tamen reipsa est separabilis, nec fit, beatus et Deus una persona, seu unum ὑφιστάμενον.

Tertius modus praesentiae est, quo tantum secunda persona, scilicet λόγος assumit humanam naturam unione hypostatica, seu personali, ut nominamus. Haec praesentia simpliciter est inseparabilis. Post assumtam massam, postea est impossibilis separatio, et ita gestatur assumta massa, ut sit unum ὑφιστάμενον. Etsi autem exemplum prorsus simile nullum est, tamen vetustas monstravit hominem, sicut anima et corpus sunt unum ὑφιστάμενον: sic λόγος et assumta massa sunt unum ὑφιστάμενον.

Quartus praesentiae Dei modus est, praesentia sanctificationis, qualis est in renatis in hac vita. Est autem praesentia non tantum quo ad conservationem substantiarum, sed quo ad sanctificationem. Pater et filius spirant Spiritum sanctum in cor credentis, quo excitantur laetitia in corde, et alii boni motus. Quando David arguitur voce Nathan, simul verbo et Spiritu sancto feritur cor Davidis, et audita consolatione ὁ λόγος dicit consolationem in corde, et effundit Spiritum sanctum. Et recte dicitur, *Spiritus sanctus est in corde Davidis essentialiter.* Non quod fiat una essentia vel persona cum Davide, sed est ibi, sicut gubernator in navi separabiliter. Et tamen adest et ipse praesens sua essentia, et est ibi singulari modo efficax ad consolationem.

Sic non adest Deus impiis. Et aliud est Deum esse ubique, aliud habitare eum in sanctis. Habitatio dicitur, cum non solum adest praesentia universali, sed sanctificatione, ut in secundo et quarto modo hic recitavi. Et sic dicimur templa Dei, et huc pertinent dicta: *Veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus.* Item, Rom. 8. et alibi saepe *πνεῦμα θεοῦ ἐν ὑμῖν.*

De heroicis motibus impiorum, ut de fortitudine Achillis verum est, esse eos dona creata in talibus viris. Sicut robur corporis est donum creatum a Deo in Hercule, vel acies oculorum in Lynceo, sed propter haec dona non dicuntur habere Spiritum sanctum. Nec est facienda confusio Ethnicorum et Ecclesiae. Habens Spiritum sanctum, intelligitur habere sic moventem, ut simul agnoscatur et diligatur Deus. Hi proprii motus attribuuntur immediate Spiritui sancto.

No. 5901. h. a.

(*De iudiciis Ecclesiae.*)

Mel. Consil. lat. P. II. p. 199 sqq.

De iudiciis in Ecclesia necessariis. Phil. Melanth. Anno 1555.

Non loquimur de Ecclesia, ut de Idea Platonica, sed coetum visibilem monstramus, qui certis signis discernitur ab aliis hominibus, in quo cum in hac vita dissimiles sint cives, sani, aegroti, dociles, vitiosi, sanabiles, et insanabiles. In tali coetu gubernatoribus, iudiciis et poenis opus esse, nihil dubium est, et vox divina constituit iudicia. Quare de hoc nervo legitimae congregationis, necesse est, recte erudiri homines. Primum autem discerni oportet iudices politicos ab Evangelicis. Vult Deus legem suam rectricem esse generis humani, vult in poenis conspici testimonia providentiae et iustitiae suae, vult et societatem hominum conservari. Ut igitur lex non sit inanis sonitus, addit custodem et executorem, scilicet *Magistratum, seu iudicem, Regem, seu praetorem, qui habet legitimam potestatem vocandi cives, cognoscendi controversias, et diiudicandi iuxta leges divinas, et has, quae probabili ratione regia autoritate additae sunt, et vel corrigendi humanas leges probabili ratione, vel dubiis addendi interpretationes, quae valent propter ordinis autoritatem: Habet item potestatem vi corporali cogendi, coërcendi, et interficiendi sontes.* Haec definitio est iudicis politici in genere, seu Regis seu praetoris.

Ut autem Titanes coelo bellum intulerunt, ita multi feri homines ruunt, qua caecae cupiditates impellunt, et fingunt, nihil esse Deum, legem non esse sapientiam Dei, et ordinem divinum, iudicem non divinitus additum esse legibus, sed haec omnia terriculamenta esse calliditate paucorum excogitata, ut multitudinis potentia his qualibuscunque vinculis reprimatur. Sed contra tales Titanum et Cyclopum opiniones monstranda est veritas de Deo et de lege, quae est sapientia Dei aeterna et immota, et defendenda est gloria Dei. Sumsimus igitur definitionem iudicis ex veris fontibus, quae quidem longa oratione illustrari et confirmari posset, sed cernuntur fontes ab his, qui non sunt hostes Dei, nec demonstrationes et manifesta Dei testimonia aspernantur.

Est autem suus locus iudici politico et proprium munus, magnum illud quidem et difficile, et plenum ingentium certaminum, in quibus veritas et sapientia contra mendacia et sophisticam, iustitia contra iniustitiam, sapienter, iuste, et fortiter propugnanda est.

Quanquam autem aliqua similitudo est iudicis Evangelici, tamen discrimen intelligi necesse est, qua in re saepe falluntur homines.

Semper enim fuerunt, sunt, et erunt indocti et mali, qui in Ecclesia aut licentiam infinitam, et ἀναρχίαν esse volunt, aut tyrannidem constituunt, quanquam et ἀναρχία tyrannis infinita est. Ideo enim iudicia abolent, ne refutari possint errores, quos amant ipsi, et factionibus stabiliunt.

Protulit autem ex sinu aeterni patris Evangelium ipse filius Dei λόγος aeterni patris, et hanc suam vocem vult integram sine corruptelis, sine additione, et sine mutilatione proponi.

Hac voce ipse est efficax, servat, et iudicat homines, sed tamen, ut in coetu visibili, vult etiam externorum delictorum iudicem visibilem esse, scilicet Ecclesiam, sicut ipse inquit, *Dic Ecclesiae.* Nequaquam enim vult ἀναρχίαν esse, quare Paulus inquit, *Deus non est autor* ἀκαταστασίας. Sed Ecclesiam iudicem alligat ad normam certam, scilicet ad Evangelium, quod patefecit. Hic tyranni Pontifices omnibus temporibus κακοζηλία iudicum politicorum, ausi sunt addere dogmata, et numina, et cum dicerent, se habere potestatem ambigua interpretandi, finxerunt falsas interpretationes, quas dicunt valere propter ordinis autoritatem. Ex hoc errore falsa dogmata, et falsa numina in Ecclesia stabilita sunt.

Differt igitur vera Synodus duabus rebus a iudicio politico. Iudex politicus etsi ipse quoque vox Dei est, et primum sonare Decalogum debet, nec contrarium statuere potest, tamen et de circumstantiis probabili ratione addere leges potest, et ambigua interpretari, et valet interpretatio propter autoritatem regiam, seu praetoriam, et vi corporali sententiam tuetur. At Synodus sic alligata est Evangelio, ut non possit addere nova dogmata, nec valeat interpretatio propter ordinis autoritatem, nec vi corporali sententiam tuetur.

Sed hic Pontifices clamitant, incidi nervum iudiciorum, et autoritatem deleri, si non valeat interpretatio, tanquam regia vel praetoria autoritate. Quid igitur est, inquiunt, sententia in Synodo?

Quanquam tyrannicis ingeniis haec ingrata sunt: tamen necesse est pios hac de re doceri. Cum incidisset controversia ῥητοῦ καὶ διανοίας, quam movit Samosatenus de filio Dei, an λόγος sit ὑφιστάμενος, convenerunt Episcopi ex multis gentibus.

Hi pronunciant, λόγον esse ὑφιστάμενον, et refutant ac improbant astute cogitatam interpretationem Samosateni. Haec Synodus, non ut politicus iudex, definit ambiguitatem regia seu praetoria autoritate, sed singuli suae fidei confessionem ostendunt, et ex scriptis Propheticis et Apostolicis testimonia ostendunt suae fidei. Ita sententia Synodi ac decretum, est tantum confessio singulorum, qua pii commonefiunt et confirmantur. Sed credunt de re tanta non propter Synodi decretum, sed propter testimonia Prophetica et Apostolica. Quotidie in invocatione filii Dei cogitans, quid invocent, etsi profuerunt Synodi, Antiochena, et Nicaena, ad commonefactionem, tamen de re tanta credo non propter Synodorum decreta, sed propter certa testimonia divina, quae extant in Prophetis et Apostolis. Nititur fides, non Synodorum congressibus, (nam aliae Synodi, ut Ariminensis, et Syrmiensis diversum tradiderunt,) sed voce divina.

Nec Synodi Deum alium Ecclesiae fabricare possunt, ut Graeci Herculem, aut Quirites Romulum inter Deos retulerunt. *Nisi arassetis vitula mea*, inquit Samson, *non invenissetis.* Audiamus igitur docentem Ecclesiam, et commonefieri nos a piis Synodis velimus, sed fides intueatur verbum Dei, quod affirmat, filium Dei missum esse ad Ecclesiam inde usque ab initio, et esse omnipotentem, ac vere cernere et exaudire gemitus nostros. Persicos Reges in pompis splendidioribus antecedebat equus gestans aram seu focum, in quo erat ignis sacer, ut ipsi nominabant Orimasda, qui Deus esse dicebatur. Num id credendum fuit, quia Persica collegia sic decreverant? Procul a nobis talis furor absit. Quid autem similius est illi Persicae pompae, quam adoratio in circumgestatione panis, Synodi decreto confirmata? Non igitur Synodi autoritas, sed vox divina rectrix sit fidei.

At inquiunt, multae incidunt controversiae τοῦ ῥητοῦ καὶ διανοίας. Oportet ergo esse interpretes. Et nisi valeat interpretatio autoritate regia, non est finis dissidiorum. Haec oratio plausibilis est, et sumta a politicis iudiciis, sed dissidia in Ecclesiis alio modo tolluntur, Apostolorum consensum de legis abrogatione sequuntur pii caeteri. Hic coetus est Ecclesia, alii vero multi dis-

sentiebant, et nolebant illam pulcerrimam politiam destrui.

Hos tandem refutat Deus excidio Ierosolymae, et aliarum urbium, et totius gentis interitu. Ita cineres et rudera urbium testantur, decretum Apostolorum verum esse, et dissidium tandem tollitur. Sic cum edita est Synodi confessio, et impii dogmatistae ex Ecclesia piorum eiecti sunt, Ecclesiasticus iudex non aliis modis tollere dissidia potest, nec est lictor, sed Deus ipse defensor est veritatis, et tandem delet impias sectas, sicut Aegyptios delevit, et saepe oppressit Iudaeos instauraturos suam politiam, et sicut sustulit Manichaeum, quem interfecit Rex Persicus, cum esset impostor titulo Medici, et sicut Arium extinxit, cui velut Iudae subito cruciatu effusa sunt exta. Ac subinde vel iidem errores repullulant, vel alii oriuntur, ut nimis vere dictum est in Timonis versu:

Φοιτᾷ ἡ βροτόλοιγος ἔρις κενεὸν λελακυῖα.

Marcionis virus ortum est tempore Marci Antonini. Id semen fuit delirii Manichaeorum, quod natum in Perside, contagia sparsit in Africam, quae ibi adhuc Augustini tempore vagabantur. Sunt autem a Marco Antonino ad Augustini mortem anni fere trecenti. Tandem vero extincta sunt, ut tandem evanescit mendacium, etsi alia subinde nascuntur. Servat autem filius Dei aliquas verae Ecclesiae reliquias, et gestat in sua dextra, ut inquit, *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* Iubet etiam singulos interea repugnare erroribus, et recte facere officium, etiamsi humanis consiliis, et laboribus, neque mendacia, neque dissidia omnia in hac mundi confusione tolli possunt. Nec tamen prorsus erunt inutilia piorum certamina.

No. 5902. h. a.

(*De mutuationibus.*)

Mel. Consil. lat. P. II. p. 229 sqq.

De mutuationibus.

Triplex est mutuatio. Una est officiosa, cum revera egenti quispiam dat mutuo mediocrem summam, qua sine detrimento aliquantisper carere potest, cum spectat hunc finem, ut praestet pium officium. De hac officiosa, seu oeconomica, et pia mutuatione haud dubie loquitur lex Dei, quae prohibet usuras a fratre petere: Et Christus, cum ait: *Date mutuum, nihil inde sperantes.* Et haec mutuatio est officium virtutis, non est negotiatio: Et ut hoc officio pii iuvent calamitosos egentes, praesertim pios, docendi et hortandi sunt. Et esse debet gratuitum officium, et gratuita mutuatio.

Secunda species usitata mutuationis est, quando ad profusiones petunt Principes pecuniam mutuo, et plaerumque petunt magnas summas. Hic duplex est peccatum. Petens mutuum, petit ad inhonestas profusiones. Dans mutuum captat lucrum, et postulat usuras. Haec mutuatio non est officium, sed quaedam turpis negotiatio, dissimilis verae mutuationi, et ab ordine contractuum recedens. Quia usurae sunt contra naturam. Tollunt enim aequalitatem, et exhauriunt unam partem. Peccat autem dans mutuo, sicut caupo lucri iniusti caussa praebens hospitium lenonibus et scortis, et peccat insuper, quod petit usuras, quae sunt reipsa quaedam furta.

Tertia species est, mutuo dare negotianti, et quaestum facienti. Haec mutuatio est usitata inter mercatores. Hic quaeritur, an aliquid liceat petere supra sortem. Doctores dixerunt de eo, quod interest, et habet haec sententia iustam et probabilem rationem, quia nemo debet cum detrimento alterius locupletari. Si mercator negotians dat mutuo 200 aureos alteri mercatori negotianti, cum esset et ipse usurus sua pecunia in sua negotiatione: aequum est et sarciri, et compensari hoc incommodum. Id vocant Interesse lucri cessantis. Potest igitur petere hoc Interesse, sed sit modus, et non sit captatio. Si in tali casu servetur quinque de centum, non vellem damnare talem contractum, et ideo eum concedi puto a Panormitano, Hostiensi, et aliis negotiatoribus, quorum, ut ipsi loquuntur, facultates sunt in pecunia.

Valeat ergo hic regula: *Evangelium sinit nos uti politicis legibus, non pugnantibus cum naturali aequitate.* Cur enim alius lucrum faceret, de eo, quo mihi in mea negotiatione opus erat. Sed sit modus, ut dixi.

In Belgico decreto, quod ante 4 annos statutum est, nimium conceditur foeneratoribus, ubi

permittitur 10 de centum. Confirmatur enim captatio, quae ab hoc contractu abesse debet.

Secundo reipsa haec mutuatio negotiantis, affinis est societati, siquidem dans mutuo paratus esset, partem damni sustinere, si accipiens mutuo, sine culpa sua aliquo damno afficiatur.

Iam quaeritur discrimen inter usuras, et Interesse. Usurae sunt, quando in mutuatione, et petitur, et datur supra sortem amplius quiddam, ei qui principaliter dat mutuo lucrandi caussa, hoc est, captanti lucrum, et potissimum ad tales quaestuosas mutuationes conferenti pecuniam. Tales sunt plaerumque foeneratores.

Sed Interesse est, quod datur negotianti, qui sine damno non caret pecunia, quam dedit mutuo, et non captanti lucrum. Haec bona conscientia mediocriter discerni et diiudicari possunt. Teneatur autem regula Pauli: *Qui furatus est, non furetur amplius. Ei manet fur, qui alienum volens retinet.* Sed datum pro vero Interesse, et non simulato, non est furtum, aut alienum. Ideo etiam hic restitutio non est imponenda. Sed de usuris et Umbschlag dico: veras usuras, et Umbschlag simpliciter damnari debere. Et de restitutione piis hoc modo consulo.

Si creverint mutuationibus et usuris acceptis a prodigis Principibus, aut nobilibus, hic dico, quod talibus non debeant gratis mutuo dare. Quia ea mutuatio non est officium. Petens mutuum, habet animum de alieno lucrandi, et cum damno aliorum. Ideo debet aliquid pro Interesse dantibus mutuo. Sed plaerumque accidit his, qui prodigis Principibus dant mutuo, ut simul cum Principibus redigantur ad inopiam. Ita tales mutuo dantes, magnum periculum de non solvendo sustinent. Denique res pene ludo similis est, et quasi venatio quaedam, in qua incertissima fortuna est, et si quis crevit ex hoc ludo, non iubeo ludenti Principi prodigo restituere, qui voluit, quasi per mutuum auferre alienum, sed dentur alias piae et verae eleëmosynae. Et sic lex concedit Iudaeis ab Ethnicis accipere usuras. Sic in tali casu in magnis summis posse accipi Interesse, praesertim in tanto periculo sortis existimo. Neque hoc dico, ut foeneratorum avaritiae patrociner: sed ut his, qui desinunt se talibus mutuationibus implicare, possit consuli, quomodo postea bona conscientia res suas possidere possint. Sint liberales in veris eleëmosynis, hoc est, in iuvandis Ecclesiis, pauperibus ministris, in iuvandis orphanis, et vere egentibus piis.

De tertia specie, si qui creverunt ex mutuatione tertii generis, hoc est, qui dederunt mutuo negotiantibus, et acceperunt Interesse, ut supra descripsi, tuto tenent hanc compensationem suorum damnorum, et bona conscientia, sed quando disceditur ab aequitate, et accedunt lucra illicita, si viderint eos; qui solverunt supra sortem esse exhaustos et expilatos, et possunt ipsos iuvare, debent ipsis largiri, seu multis, seu paucis, ut est possibile. Sin aut absunt, aut sunt ignoti, ut saepe fit, de consilio docti et prudentis viri, cui conscientia patefacit, talis quispiam largiatur eleëmosynas veras, ut supra dictum est, et deinde in mutuatione videat, ne capiat usuras. Haec collegi, non ut leges faceremus, sed volo deliberari a prudentibus, ut piis, et se emendantibus consuli possit.

No. 5903. h. a.

(*De usuris.*)

Edita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. II. p. 231 sqq., ubi inscribitur: *de usuris, ad amicum Phil. Melan.*, et refertur a Pezelio ann. 1555. — Apographon inveni in cod. Goth. 94. p. 206., ubi multa alia iudicia virorum doctorum de usuris conscripta leguntur. Inscribitur ibi simpliciter: *de mutuationibus.* Quum iudicia ibi collecta diversis annis et ad diversos homines scripta sint, e codice nihil de anno, ad quem haec epistola referenda sit, neque cui scripta fuerit, colligi potest. Scriptum Melanthonis ad Ratisbonenses, quod hic commemoratur, datum est d. 14. Nov. 1554. Pezelius igitur hanc epistolam non male retulit ad ann. 1555.

N. N. *De usuris.*

Dicis te sequi *Lutherum*, et probo. Sed ἐπιείκειαν Lutheri etiam considera, † qui expresse dicit: se non reprehendere, si sit ein Wucherlein"[1]). Haec mea regula placuit multis bonis[2]) viris. Duplex est mutuatio. Alia *officiosa*, ut cum vicinus a vicino, qui potest opitulari, petit tantam summam, qua ad breve tempus ille carere potest, et hic constituto tempore numerat, quantum debet, qua-

1) Haec Pez. praetermisit.

2) *bonis*] cod. Goth. 94. *doctis.*

les sunt mutuationes honestorum hominum[3]) multae, quae[4]) proprie sunt officia; hae mutuationes debent simpliciter esse gratuitae, quia sunt officia, quae nec lucro nec damno ulli esse debent. Et de his loquitur Christus, nec Christi concio interpretanda est contra Moisen.

Alia est mutuatio *damnosa*, in qua sumens mutuo magnam summam, nec certo tempore brevi redditurus est, ut cum Principes sumunt mutuo. In talibus casibus, cum dans mutuo non possit sine damno carere sua pecunia, hic aequalitas poscit, fieri compensationem, quae nominatur Interesse. In his casibus recte dicitur peti posse Interesse, quia mutuatio nec lucrosa nec damnosa esse debet. Sed sit Interesse mediocre, ut quinque de centum. Tales sunt mutuationes multae ex aerariis Ecclesiarum, et apud alios honestos homines[5]), et multi sic dant mutuo Principibus. Et saepe orphanorum pecunia sic collocatur in civitatibus. Item mercatoribus aliquando[6]) sic mutuo dant honesti cives. Sed contractus mercatorum varii sunt, qui prudenter discernendi sunt. Nec reprehendo contractum societatis, si probabiliter servetur aequalitas. Emere usitato pretio cum annona est vilis, et postea vendere maiore pretio cum annona est carior, non est iniustum, sicut nec Ioseph peccavit. Nec peccant Respubl., sic comparcentes annonam, et debetur aliquid pro sumtu et labore comparcentibus; sed sit modus in lucro.

Ex his regulis de quaestionibus tuis posse responderi existimo. Si esset foenerator, cuius notoria esset enormitas, ut sunt[7]), qui de centum accipiunt decem[8]), quindecim aut viginti, si res notoria esset. Pastor recte faceret, si eum, post admonitionem perseverantem in tali rapacitate, arceret a coena Domini. Sed vellemus haec fieri ordine iudicii in Consistoriis. Sic respondi etiam Ratisbonensibus, qui de iisdem[9]) quaestionibus ad nos scripserunt. Haec et tuo et aliorum piorum et eruditorum iudicio subiicio.

† Georgius Maior, m. pr. subscripsit.
Philippus Melanthon.
Paulus Eberus manu sua sspsit"[10]).

3) *hominum*] cod. Goth. 94. non habet.
4) *quae*] cod. Goth. 94. non habet.
5) *et apud — homines*] in cod. Goth. 94. non leguntur.
6) Cod. Goth. 94. *aliqui*.
7) *sunt*] cod. Goth. 94. non habet.
8) *decem*] abest a cod. Goth. 94.
9) Cod. Goth. 94. *istis*.

No. 5904. h. a.

(*De mutuatione.*)

Mel. Consil. lat. P. II. p. 233 sq.

De mutuatione explicatio copiosior.

Discernenda est mutuatio. Altera est *officiosa*, altera est *damnosa*. Mutuatio, quae proprie officium est, est cum honestus homo honesto homini indigenti ad honestas caussas, dat mutuo talem summam, qua sine notabili detrimento suo carere potest, et constituit certum terminum solutionis, et accipiens bona fide, reddit in termino constituto: ut Tobias dat indigenti Gabelo mutuo 10 talenta, et recipit syngrapham, et is tantundem reddit, nec amplius. De hac officiosa mutuatione simpliciter servandum est dictum: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Loquitur enim Christus de officio inter cives, sicut lex Moysi ante praeceperat. Credibile est, multos Iudaeos nec erga cives servasse leges. Retrahit igitur Christus suos ad vocem legis. Et habet lex rationem naturalem.

Officium quod volens ultro praestat sine suo incommodo, nequaquam debet esse captatio lucri.

Dans mutuo volens, sine suo incommodo, ac recipiens ad certum tempus, quantum dederat, vult existimari officiosus.

Ergo non debet amplius petere: Alioqui nomen officii transfertur ad insidias, et ad avaritiae praetextum.

Vult igitur lex Moysi inter cives hoc officium gratuitum esse, quia civis in communicatione rerum, quae communicari possunt, plus obligatus est civi, quam peregrino et hosti, sicut lex Deu-

10) Nomina subscripta Pez. non habet.

teron. 15. vetat anno septimo peti debitum a cive: Sed a peregrino expresse petere concedit. Item praecipit, Ebraeum servum dimitti, natum in alia gente non oportebat dimitti. Ita multa sunt officia, quae Deus vult cives civibus praestare, quae non necesse est hostibus aut peregrinis praestare. Qui igitur utrinque sunt membra Ecclesiae, sint sine captatione lucri, et sine usura: ut si pius homo vere egens petierit ab alio dari mutuo frumentum, aut pecuniam, et non egens illi dederit mutuo volens, et certo tempore receperit, nihil petat amplius, quia Deus sic praecipit de mutuatione, quae est officium inter cives, quod debet esse gratuitum, et sine insidiis.

Alia est damnosa mutuatio, ut cum mercator a tenuiore petit magnam pecuniam sibi mutuo dari, quia ille tenuior carere suo non potest sine incommodo, et aut non constituitur tempus solutionis certum, aut nimis longum. Hic manifestum est, mutuationem alteri damnosam esse. Ut autem mutuatio non debet esse captatio lucri: sic danti mutuo non debet esse damno. Et iniustum est, velle locupletari cum iniuria alterius. In tali casu iuste petitur Interesse, id est, compensatio damni, mediocri aestimatione.

Sunt et mutuationes damnosae, cum Principes petunt magnam pecuniam a subditis, qua sine detrimentis subditi carere non possunt, et nulla constituunt tempora reddendi; cum ad naturam mutuationis pertineat, constitui certum tempus ad reddendum. Tales mutuationes similes sunt illi generi, de quo lex divina loquitur: cum concedit usuras peti a peregrinis. Non est enim ibi officii ratio, quia nec dans mutuo prorsus sponte id facit, nec facit virtute, ut illi egenti opem ferat, et accipiens multo plus petit, quam quantum sine compensatione alter sustinere possit. Talis contractus certe non est officiosa mutuatio, ut quidem disputarunt esse innominatum contractum; do ut des, quia hoc deest, quod ad naturam mutuationis pertinet, ut ad certum tempus sors reddatur. Cum autem petitur compensatio damni, sit aestimatio mediocris, restricta legibus, non petantur centesimae, aut usurae usurarum, etc.

No. 5905.

Annales.

Annales Mel. ad ann. 1555. spectantes, in eiusd. christlichen Berathschlagungen und Bedenken p. 730. (Vid. de his annalibus, quae dicta sunt anno 1552. exeunte.)

Annales Mel. Anno M.D.LV.

Im angehenden 1555. Jahr kommt Ferdinandus, römischer König, Kaiser Carls Bruder, gen Augsburg, daß er daselbst den Reichstag anfing, darauf die Fürsten und Stände deutscher Nation erfordert waren. Und waren sonderlich zween Punkt, davon man handeln sollt: der eine, wie man wiederum möchte einen neuen beständigen Frieden aufrichten in Deutschland, welcher von etlichen Fürsten durch schnelle Aufruhr und Empörung war turbirt worden; der andere, wie den Spaltungen in Religions Sachen möchte abgeholfen werden. Mit diesen Deliberationen ist man fast das ganze Jahr umgangen, wie nachher ferner angezeigt werden soll.

Im selben Jahr 1555. im Martio hielten die Fürsten von Sachsen, die Marggrafen von Brandenburg und Landgrafen zu Hessen einen Tag zur Naumburg, an der Sala gelegen, und kamen dahin von den Fürsten von Sachsen, Herzog Augustus, Churfürst zu Sachsen, Herzog Johann Friedrich, deß Namens der andere, und Herzog Johann Wilhelm, und Herzog Johann Friedrich, deß Namens der dritte; von den Marggrafen von Brandenburg kamen dahin Marggraf Joachim, dieß Namens der andere, Churfürst zu Brandenburg, Marggraf Hans, Churfürst Joachims Bruder, Marggraf Hans George, des Churfürsten Sohn, und Marggraf Georg Friedrich, Marggrafen Georgen Sohn; aus Hessen kamen Landgraf Philippus, und Landgraf Wilhelm, Philippi Sohn. Diese obgemeldte Fürsten kamen zur Naumburg zusammen, und verneuerten das Erbverbündniß, so von ihren löblichen Vorfahren zwischen dem Hause von Sachsen, und dem Haus Brandenburg und den Landgrafen aus Hessen aus wohlbedachtem Rath und wichtigen Ursachen gemacht und aufgerichtet, auf daß in diesen benachbarten Landen gute Ordnung, Friede und Zucht und andere nöthige Gewerbe und Handthierung befestiget, gefördert und erhalten würden, und daß ein jeder schuldig wäre, die Benachbarten wider öffentliche Gewalt zu beschützen, und Rauberei, Aufruhr und anderm Unglück steuern und wehren zu helfen.

Weil aber zu diesen Zeiten hoch vonnöthen, daß sie sich der Religion halben mit einander unterredeten, und verglichen: als haben obgedachte Fürsten auf demselbigen Tage sämptlich und aus wohlbedachtem Rath geschlossen, und sich verbunden, daß sie bei der Lehre bleiben, die in der Augsburgischen Confession gefasset, und Kaiser Carl auf dem Reichstage zu Augsburg Anno 1530. von Herzog Johann Friedrich Churfürsten etc. überantwortet, dieselbe in ihren Landen behalten, und keine Aenderung oder Neuerung, gedachter Confession entgegen, gestatten noch dulden wollten.

Diese Handlung ist alsobald Kaiser Carl und König Ferdinando von hochgedachten Fürsten in einem gemeinen Schreiben angekündigt und vermeldet worden. Weil denn auf diesen Tag zur Naumburg vom Fried und Einigkeit dieser Land und Kirchen gehandelt, und christliche und löbliche Abschied gemacht, so zu Ruhe und Friede dieser Lande und Einigkeit der Lehre hochnöthig und nützlich sind, ists billig, daß man dieses Fürstentags auch bei den Nachkommen gedenke, und denselben rühme, seynd auch schuldig, Gott zu bitten, daß er selbst diese Abschied bestätigen und darüber halten wolle.

Diesen Monat ist der Papst zu Rom Julius, dieß Namens der Dritte, gestorben, welcher an des Pauli Tertii Farnesii Statt kommen. Im Anfang seines Papstthums richtet er in Welschland einen Krieg an, und belägert Parmam. Darnach, da es ihm nach seinem Wunsch nicht wollte hinausgehen, ließ er den Krieg liegen, und wartet seiner Wollust und der guten Tage.

Nach ihm ward gewählet Papst Marcellus, ein gelehrter Mann, so im Anfang des Maii gestorben. Nach dem Marcello ward gewählet Papst Paulus, dieß Namens der vierte, geboren aus einem fürnehmen Geschlecht zu Neapolis.

Im selben Jahr nach Christi Geburt 1555. währet der Reichstag zu Augsburg, der sich mit dem Jahr angefangen, bis in den September, und ist endlich beschlossen worden, daß hinfort von wegen der Lehre, so in unsern Kirchen geführet, kein Fürst oder Graf oder Reichsstadt sollt mit Krieg überzogen werden. Und als die Unsern baten, man wollte die Bischöffe mit einziehen, und denselben Fried zusagen, so etliche unter ihnen zu den Unsern treten, und ihre Kirchen nach der Augsburgischen Confession bestellen wollten, da legt sich der mehrer Theil von den Bischoffen selbst dawider. Derentwegen König Ferdinandus in des Kaisers und in seinem Namen endlich beschlossen, daß, wo einer oder mehr aus den Bischoffen unsrer Lehre anhängig würden, alsbald ihres Ampts und Dignität entsetzt würden. Und ist derhalben allein vom König Ferdinando solches beschlossen, auf daß man nicht die Unsern, wo sie dazu gestimmet, beschuldigen könnte, als hätten sie es selbst verhindert, daß andere unsre Lehre nicht annehmen sollten.

Es ist auch beschlossen, daß den evangelischen Fürsten ihre gewöhnliche Stelle und Ort im Reichskammergericht wiederum eingegeben, und hinfüro der Unterscheid in der Religion keinen in weltlichen Sachen und Aemptern hindern sollte.

Dieser Abschied ist etwas gelinder denn die andern Abschiede auf den Reichstägen, von dem Tag, so zu Wormbs gehalten Anno 1521., da erstlich wider die Lehre des ehrwürdigen Herrn Doctoris Lutheri ein öffentlich Edict von Kaiser Carl ausgangen.

Dies ganze Jahr ist Gott Lob in Deutschland Fried gewesen, ohne daß der König aus Frankreich ins Niederland, nicht weit von der Picardey, im Julio ein groß Kriegsvolk, mit aller Nothdurft wohl versehen, führet gen Quintin. Darum Kaiser Carl auf ein Eil mußt Knecht annehmen in Niederland, die er den Franzosen, damit er sein Land schützte, entgegenschickte, über welche war Graf Günther von Schwarzburg Oberster, mit etlichen Sächsischen Reutern. Und kam Kaiser Carl selbst ins Läger, und zog in der Rüstung für seinem Kriegsvolk her, bis sie nahe an die Franzosen kamen. Und wiewohl er, der Kaiser, nicht willens gewesen, mit dem Feind ein Treffen zu thun, dieweil der Feind stille hielte, und nicht fortzog: jedoch hatte Graf Günther, so im Vorzug war, einen Angriff gethan. Und als die Sächsischen Reuter ihre Büchsen, wie sie dieselben jetzt pflegen zu führen, losdruckten, und viel aus den Fürnehmsten vom Adel in den ersten Gliedern erschossen, erschracken die Franzosen, so dieser Rüstung im Kriege ungewohnt, und gaben die Flucht. Als aber König Heinrich wiederum zurück in sein Reich kehret, zog Kaiser Carl auch wiederum in Brabant, dahin nicht lange darnach auch sein Sohn kam aus Engelland.

Unterdeß richten die Franzosen ein neu Unglück an in der Insel Corsica. Denn die Türken, so von den Franzosen dazu erfordert, die ganze Insel Corsicam plünderten und verheereten, ausgenommen zwo Städte, daran sie sich zum öfternmal, aber doch umsonsten,

versuchten. Und sind die Franzosen mit den Türken also eins worden, daß alles dasjenige, was die Türken raubten von Menschen und andern Dingen, ihnen blieb, allein daß sie die Insel den Franzosen einräumeten.

In der Stadt Calvi, als die Bürger daran verzweifelten, daß sie die Stadt länger auf halten könnten, sind die Weiber, so zum Theil gesehen, wie der Türk so erbärmlich mit den andern, die er weggeführet, umgangen war, zu Hauff kommen, und mit großem Weinen und Heulen gebethen, man wollte die Stadt nicht aufgeben; denn sie wollten zehnmal lieber mit ihren Söhnen und Töchtern Hungers sterben, denn vom Türken gefangen und weggeführet werden. Also haben die Bürger wiederum einen Muth gefasset, und die Stadt erhalten.

Am Ufer des Tyrrhenischen Meeres ist ein gelegener Anfurt, welchen man nennet *Portum Herculis* *), den die Türken lange gern innen gehabt, daß sie ohne Hinderniß in Hetruriam und Welschland einfallen könnten. Aber es war der Ort mit deutschem Kriegsvolk besetzt, derer bei Tausend da lagen. Als nun diese fromme Kriegsleut sahen und merkten, in was Noth und Gefahr ganz Italia kommen würde, so sie den Portum verlieren sollten, werden sie der Sachen eins, und machen ein neu Bündniß unter einander, daß sie sich männlich wehren, und ehe darüber alle sterben, denn sie den Ort dem Feind aufgeben wollten. Als nun die Türken an den Portum bei viertausend Mann stark ankamen, betheten die deutschen Knechte, und rufeten zu Gott, er wolle ihnen beistehen um seines Sohnes, unsers Herrn Jesu Christi, willen, und wehren sich also mannlich, daß in die achthundert Türken blieben, und die andern alle in die Flucht geschlagen sind. Diese Victory ist eine sonderliche Gabe Gottes, so Welschland insonderheit zum Besten kommt.

Diesen Sommer ist der Türkische Kaiser, nachdem er mit den Persen Friede gemacht, wiederum aus Asia gen Constantinopel kommen, darum die Türken, so in Ungern in der Besatzung lagen, zum oftermal in die Grenze eingefallen, und an etlichen Orten viel Menschen mit hinweggeführt haben.

An einem Orte hat sich eine Mutter wider den Türken wehren müssen, die hat dem Türken ihre zween Söhne wiederum abgeschlagen und genommen. Und ob ihr wohl in der Schlacht die rechte Hand abgehauen, so hat sie doch ihre Söhne lebendig wiederum heim zu Hause bracht.

*) Monaco.

Den 27. Maii ist zu Weimar in Beiseyn vieler Fürsten und der vom Adel, nach christlichem Gebrauch, Frau Hagne, geborne Landgräfin aus Hessen, Landgrafen Philipps Tochter, und Herzog Moritzen, löblicher Gedächtniß, weiland ehelich Gemahl, nach ihres geliebten Herrn tödtlichem Abgang, Herzog Johann Friedrichs, dieß Namens dem andern, ehelich vermählet. Und sind dazumal zu Weimar gewesen Herzog Augustus, Churfürst zu Sachsen, Marggraf Hans, Landgraf Philipp, Frauen Hagnes Vater, Landgraf Wilhelm, ihr Bruder, Herzog Wolfgang in Beyern und Pfalzgraf bei Rhein, Herzog Franz Otto von Lüneburg, und Herzog Ernst von Braunschweig. Wie wir aber täglich sonst viel Exempel sehen menschlicher Sterblichkeit und Unbeständigkeit auf Erden, dadurch wir erinnert werden sollen, daß wir unsre eigene Schwachheit erkennen, und in unserm ganzen Leben Gott, den allmächtigen, um seine Hülf und Beistand anrufen: also ist Frau Hagne auch ein Exempel unsers ungewissen und vergänglichen Wesens auf Erden. Denn als sie kurz vor dem Beilager ein Fieber angestoßen, ist sie desselben nachmals nicht los worden, bis sie in demselben Jahr 1555. den 4. Novembris von dieser Welt ihren Abschied genommen. Es ist aber diese Matron mit allen weiblichen Tugenden hoch gezieret gewesen, welche der Apostel Sanct Paulus zusammenfasset, da er spricht: das Weib wird selig werden durch Kinder zeugen, so sie bleibet im Glauben und in der Liebe und in der Heiligung sampt der Zucht. Denn sie fleißig gehöret und auch selbst gelesen hat Gottes Wort, wie dasselbe lauter und rein in unsern Kirchen gelehret wird. So hat sie Gott recht angerufen in wahrer Erkenntniß und Glauben an unsern Heiland Jesum Christum, wie sie dasselbe oftmals in ihrer Krankheit erweiset, und sonderlich im letzten Sterbstündlein, da sie zum ofternmal dem einigen Sohn Gottes sich selbst und die christliche Kirche sampt diesen Landen mit einem ernsten Gebet befohlen hat. So ist sonst ihr Leben und Wandel keusch und züchtig gewesen, und weil sie Lust hatte zur Haus Arzney, pflegte sie vielen andern Weibern, so es bedurften, zu dienen, und hat also ihren Glauben mit wahrer Anrufung Gottes, mit keuschem Leben und andern guten Werken gegen armen Leuten und kranken Weibern erzeiget. Darum wir nicht zweifeln, sie sey auch unter dem Haufen, von welchem geschrieben stehet: selig sind die Todten, die in dem Herrn sterben, da sie in alle Ewigkeit Gottes Antlitz wird anschauen,

und von unserm Herrn Jesu Christo selbst anhören die ewige Weisheit Gottes, und mit allen Auserwählten sich freuen; welche Freude allen Gläubigen im ewigen Leben verheisen wird, so sie sich halten an Gottes Wort, und den wahren Gott recht anrufen in dem Erkenntniß und Zuversicht seines Sohnes, unsers Herrn Jesu Christi.

Was sonst ferner zu der Zeit sich zugetragen, soll hernachmals an seinem Ort angezeigt werden.

Im Jahr nach der Geburt Christi 1555. ists den Winter über in Deutschland ziemlich still gewesen.

Kaiser Carl war im Niederland, und übergab seinem Sohn Philippo die Regierung des Niederlands, Neapolis und Meylands.

---

1 5 5 6.

No. 5906. 1. Ian.

Ge. Agricolae.

Epist. lib. II. p. 559 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 582.).

D. Georgio Agricolae

S. D. Doctissime vir et charissime frater, Ut veniens annus sit faustus et felix Ecclesiis Dei, et earum hospitiis, et patriae nostrae universae, et tibi et tuae domesticae Ecclesiae, faciat Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, custos Ecclesiae suae, qui ideo massam naturae humanae adsumpsit, ut nos tanquam surculos suae massae insertos, gestet et servet, sicut inquit: *Ego sum vitis et vos palmites.* Nam et imperiorum ruinae, et opinionum confusiones impendent: ideo et ardentioribus votis petamus, ut Filius Dei nos gubernet, et nos maiore cura nostram coniunctionem tueamur, qua de re aliquid leges in adhortatione, quam addidi diiudicationi controversiae *Noribergensis*, quam mitto. Bene et feliciter vale. Cal. Ianuarii, Anno 1556.

No. 5907. 1. Ian.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 211. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 201.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Ut veniens annus sit faustus et foelix et Ecclesiis nostris et earum hospitiis et tibi et tuae Ecclesiae domesticae, faciat filius Dei Dominus noster Iesus Christus, qui ideo massam naturae humanae induit, ut nos insertos suae massae gestet et servet. Scis ipse impendere magnas regnorum ruinas. Turcicos duces in Pannonia et vicina regione procedere et nostris eripere multas arces et oppida certum est. Interea ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται, ut dicitur in veteri Epigrammate. Oro filium Dei custodem Ecclesiae suae ut nos gubernet et servet. Commendo tibi *Bartum*, honestum et doctum virum. Bene vale. Cal. Ianuarii. 1556.

Philippus.

No. 5908. 1. Ian.

Testim. de Costenio.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

(Testimonium.)

Extat apud Clementem Alex. vetus definitio iustitiae: δικαιοσύνη ἐστὶ κοινωνία θεοῦ μετὰ ἰσότητος, iustitia est societas, qua se Deus vobis communicat cum aequabilitate. Hic prior pars praecipit agnitionem Dei, qua Deus ipse radios suae lucis in mentes pias spargit, altera pars iubet, inter homines tueri ordinatam aequalitatem tum arithmetrica tum geometrica analogia. Cum igitur hic *Nicolaus Costen*, natus in oppido veteris Marchiae Tangermunda, sciret homines nasci ad iustitiam colendam, postquam linguam latinam et elementa philosophiae didicit, summa cura inquisivit fontes verae doctrinae de Deo in Ecclesia filii Dei, ut recte invocet Deum. Amplectitur ergo incorruptam Evangelii doctrinam, et animi pietatem vera invocatione Dei in agnitione et fiducia mediatoris, domini nostri I. C., et honesta morum gubernatione declarat. Deinde in scripto iure

didicit veram aequalitatem, ut prodesse communi vitae in iudiciis et in gubernatione civilis societatis possit. Cumque et a Deo ornatus sit ingenio et facundia, poterit usui et ornamento esse reipublicae. Quare hunc *Nicolaum* omnibus honestis viris praesertim in patria commendo, et oro, ut eum ad labores honestos publicae gubernationis provehant. Nec dubito, in eo tyrocinio statim ipsius ingenium, eruditionem, fidem et industriam laudaturos esse. Profecto autem necessaria diligentia est in gubernatoribus, eligere bona ingenia; sed ita tantum labores humani felices sunt, cum a Deo adiuvantur. Quare filium Dei, dominum nostrum I. C., solem iustitiae, oro, ut totum vitae cursum huius *Nicolai* gubernet et faciat eum σκεῦος ἐλέους, et organon salutare suae animae et aliis multis. Datae Calend. Ianuarii, anno 1556.

Phil. Mel.
m. ppr.

No. 5909. 2. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 699. (ed. Lond. lib. IV. ep. 841.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. fratri suo carissimo,

S. D. Accessissem ad vos, si currus meus, ut iusseram, refectus fuisset, quanquam et doctoris *Laurentii* expectatio nonnihil me retinuit. *Iacobus* *) Pomeranus epistolam mittit, quam huic nostro auditori tradidi, mihi significat diiudicationem nostram Synodi suffragiis apud suos comprobatam esse, et *Artopeum* cessisse Synodi iudicio, qui videtur mihi non dissimilis *Culmanno*. *Menius* candidissime probavit, nec vero audivi ab ullo taxatum esse. Tu siquid audivisti significes.

Edidit *Staphylus* atrocissimum scriptum contra Ecclesias nostras, tantum declamitans περὶ ἀναρχίας, quo in genere scis nec verba, nec materiam deesse, nec πάθη, etiam infantib. et lentis. Communibus hostib. parcunt οἱ πολυφήμου υἱοὶ, nos lacerare non desinunt. Turcos procedere in Pannonia certum, interea ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται, καὶ φασὶ τὸν βασιλέα γηράσκοντα *), ὥσπερ ὁ σόλων περὶ ἑαυτοῦ γράφει, μᾶλλον ἥδεσθαι οἴνῳ. Sed spero Deum gemitus tuae Ecclesiae domesticae, et similium exauditurum esse, et poenas mitigaturum. Bene et feliciter vale. Servet filius Dei te et tuos. Die natali Ciceronis.

Philippus.

*) Rungius.

*) Ferdinandum.

No. 5910. (in. anno.)

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Georgio Buchholzero.

S. D. Venerande vir et cariss. frater. Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Tota igitur divinitas vere adest, et est efficax in omnibus gradibus ministerii, videlicet sonante voce Evangelii et in usu Sacramentorum. Sed ordo consideretur. Filius profert Evangelium ex sinu aeterni patris et ostendit patrem. Ita simul adest pater et per filium dat spiritum sanctum. Haec piis omnibus certissima sunt. Et utile est, considerare descrimina patris et filii et spiritus sancti, de quibus in Examine aliquid dixi. Nec negari potest, ipsum filium adesse in baptismo, quia expresse dicitur: baptisabo vos in spiritu sancto et igni. Et invocatio patris, filii et spiritus sancti in baptismo testimonium est de praesentia. Sed interrogas: Eodemne modo adest in baptismo et in coena filius? Respondeo: quod ad effectum attinet adest divinitas eodem modo sonante Evangelio et in usu sacramentorum, sed modus utcunque discerni potest. In baptismo adest filius ut ad regenerationem, in coena, ut ad renati confirmationem seu nutricationem, in qua testatur, se assidue in nobis ut in membris suis efficacem esse, et nos facere sibi membra; sicut inquit: ego sum vitis, vos palmites. Ac loquor de praesentia in sumente. Nihil enim habet rationem sacramenti extra usum institutum. Removeo ἀρτολατρείαν. Eruditissime Paulus inquit: panis est κοινωνία σώματος, quo dicto affirmat: extra sumptionem panem non habere rationem sacramenti, sed in ipsa communicatione pignus esse, quo inserimur

corpori Christi. Sed de hac tota re et te et doctos atque pios optarim placide posse colloqui. Et literas tuas expecto, quibus significabis an velis hac de re scribi a me copiosius. Bene vale *).

Philippus.

No. 5911. 6. Ian.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1214.)

Dav. Chytraeo.

Clarissime Vir et Carissime frater. Gaudeo tibi probari diiudicationem controversiae *Noribergensis*, quam edidimus. Maxime enim opto, ut sit aeternus consensus Ecclesiarum, in quibus est studium veritatis. Nunc aula Palatina et Wurtenbergensis hortantur ceteras aulas, ut Synodus indicatur omnium Ecclesiarum, quae puriorem doctrinam profitentur. Quid esset optabilius piorum et doctorum colloquio? Sed scis quid de Synodis scripserit Nazianzenus, et nunc maior est ἀναρχία. Credo apud vos quoque de eo consilio sermones esse; quare si quid audivisti, quaeso ut mihi significes. Ego rem tam periculosam suadere non audeo. Sed si procedet, vestros adesse optarim, et in his te et *Bordingum*. Mitto pagellas meo more. Nunc *Staphylo* respondebo, qui edidit criminationem rabiosissime scriptam contra omnes Ecclesias nostras. Talibus hostibus parcunt quidam nostri veteres amici, et interea virus in nos evomunt, nescio quam ob causam. Sed Deo nos commendo. De multis magnis rebus vobiscum colloqui cupio. Et tandem ex his compedibus me evolvam, ut ad vos accedere possim. Bene vale et rescribe, quoties poteris, die 6. Ianuarii. Vobis omnibus salutem opto. Turci procedunt in Hungaria et subinde plura oppida occupant. Sed haec scitis ex aulicis literis. Rursus etiam praesidia colliguntur ad Moenum. Et die 29. Decemb. multis locis in his regionibus flammae ex aëre in oppida deciderunt. B. V.

Philippus.

*) Ineunte anno epistola est scripta. Vid. ep. d. d. 12. Ianuarii. Caeterum conf. ep. ad Praetorium d. 20. Ian. 1555.

No. 5912. 9. Ian.

Cph. Fischero.

Ex collectione *Ballenst.* Vol. I. p. 25. qui eam descripsit ex msto in bibl. Lesseri antea Dransfeld. Edita est etiam in Noltenii commercio liter. claror. viror. p. 212.

Christophoro Fischero.

Scio, tibi non deesse consilium, sed tamen diligentia laude digna est, quod mavis conferre tuas cogitationes, quam ἰδιοβουλεύειν. Oro autem filium Dei, custodem Ecclesiae suae, ut nos omnes gubernet et copulet pectora sua luce et spiritu S. Ac tibi gratias habeo, quod communem consensum Ecclesiarum nostrarum fideliter tueris.

In *Pomerania* rixae non necessariae de ritu ordinationis motae sunt, ut intelliges, cum acta Synodi Pomeraniae fuerint edita. Mitto tibi diiudicationem controversiae Norimbergensis, quam leges ut censor, et iudicium mihi tuum significabis. Bene vale et rescribe. Die Ianuar. IX. 1556. *).

*) Mst. habet ann. 1550., sed mendose; scripta enim est anno 1556.

No. 5913. 12. Ian.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Georgio Buchholzero.

S. D. Venerande vir et carissime frater. Scripsi ad te nuper de praesentia filii Dei in Evangelii ministerio, qua per eum colligit aeternus pater Ecclesiam in hac vita, sicut dicitur: tradet regnum Deo et patri. De illa nostra responsione scire cupio, an eam acceperis, et quid iudices. Nunc igitur tuas literas flagito, simul autem peto, ut sit ἀμνηστία offensionum inter te et *Cratonem*. Nec de causis disputo. Volo, vos omnes propter filium Dei coniunctos esse. In hoc negotio etiam volo, te propter meam amicitiam ἐπιεικέστερον **) esse. Scribam plura, cum tuas literas accepero. Et iam ad negotia molestissima eundum erat. Bene vale. Die 12. Ianuarii.

Philippus.

**) Apogr. ἐπιεικεστον.

No. 5914. 15. Ian.

Praefatio.

Das güldene Kleinot vom verlornen Schaf, Luc. 15. geprediget und ordentlich gefasset durch M. Christophorum Lasium, von Spandon abgezogen. Mit einer Vorrede des Achtbarn Herrn Philippi Melanthonis. Wittemberg, durch Hans Lufft. 1556. (10½ Bog. 8 min. — Accepi ex biblioth. regia Goetting.) Epistola Lasii nuncupatoria ad Iohannem Ungnad, consiliario Regis Ferdinandi data est: „zu Schmidberg in meinem Exilio, anno 1556. am ersten Tag des Hornung."

Vorrede Philippi Melanthonis.

Alle Menschen sollen den alten Spruch wohl wissen und oft betrachten, der von Elia herkommen seyn soll, und ist vielleicht von den ersten Vätern auf Elia geerbet, nämlich:

Sechs tausend Jahr ist diese Welt, darnach wird sie verbrennen.

Zweitausend Jahr Oed.

Zweitausend Jahr das Gesetz.

Zweitausend Jahr die Tag Messiah.

Und von wegen unser Sünden, die groß und viel sind, werden die Jahr daran mangeln, welche nicht erfüllet werden.

Und wissen die Gelehrten, daß bis auf dieses jetzige Jahr, darinnen wir von der Geburt Christi aus der Jungfrauen zählen 1556, sind von Erschaffung der ersten Menschen fünftausend, fünfhundert und achtzehn Jahr. Daraus folget, daß das Ende nicht fern ist, und ist dabei angezeigt im Spruch, daß die letzten tausend Jahr nicht erfüllet werden.

Nu siehet man, daß Gog und Magog, das ist das letzte Reich, nämlich die Türken, Asien und einen großen Theil in Europa ganz verwüstet haben, und fahren fort, daß sie ihren Lauf auch bald vollenden werden, wie Johannes Hilten vor achtzig Jahren geweissagt hat, daß anno 1600. werden die Türken in Deutschland und in Italia mächtige Herrn sein.

Wiewohl nu gewiß ist, daß die Auferstehung aller Menschen aus dem Tod und das gemeine Gericht des Herrn Christi nicht fern sind, so dichten ihnen doch etliche, diese Welt könne nicht brechen, und hoffen noch große schöne Monarchien und aurea secula, so sie doch vor Augen die Zerstörungen so vieler Reich und ander groß Elend, als Spaltungen in der Religion, Verfolgung der Wahrheit ꝛc. sehen. Wer nu ein christlich Gemüth hat, der betracht Ursach des gemeinen Elends im ganzen menschlichen Geschlecht, und rüste sich zu leiden, und bedenke, daß das Ende nahe ist. Hie sprichst du nu: haben wir denn nicht auch ein beständigen Trost, daß etliche ziemliche Regiment bis zu Ende bleiben werden? Darauf ist diese gewisse Antwort: im Evangelio ist klar ausgedruckt, daß eine wahrhaftige Kirche Gottes seyn und bleiben wird bis zur Auferstehung, doch klein, wie der Herr Christus spricht Matth. 14. [24.]: es werde seyn wie zur Zeit Noha; item, von wegen der Auserwählten wird diese Zeit verkürzt werden. Item: zween werden im Feld seyn, der ein wird angenommen, der ander gelassen ꝛc. Item: ich will bei euch bleiben alle Tage bis die Welt vollendet wird. Und Daniel im zwölften Kapitel sagt zugleich von der großen Verfolgung und Zerrüttung der letzten Zeit und vom Trost: zur selbigen Zeit wird der große Fürst Micael sich aufmachen, welcher stehet für sein Volk, und wird eine Zeit seyn der Trübsal, wie sie nicht gewesen ist vom Anfang der Menschen; zur selbigen Zeit wird dein Volk errettet werden alle, die im Buch geschrieben sind. Dieser ganze Spruch Daniels sollt oft mit großem Ernst betracht werden, denn er redet wahrlich von sehr großen Sachen, von der grausamsten Betrübniß und Zerstreuung des ganzen menschlichen Geschlechts, dergleichen zuvor nicht gewesen ist, und von dem allerstärksten Schutzherrn, vom Sohn Gottes. Dieser wird stehen als der Hauptmann vor seinem Volk, und wird ihm Schutz halten. Mit diesen und dergleichen tröstlichen gnädigen Verheißungen, darin die göttliche Majestät dieses verkündigt, daß für und für bis zur Auferstehung eine christliche Kirche bleiben wird, und wird eben dieses Häuflein seyn, darin christliche Lehre rein geprediget wird, sollen wir uns trösten, und ist dieser Trost täglich zu betrachten, so wir im Symbolo sprechen: credo esse Ecclesiam catholicam, ich gläube, daß ein christliche Kirche sey, die einig ist in der ganzen Lehre, die in der Propheten und Aposteln Schriften gefasset ist. Hie sollt du dich nicht selbst Lügen strafen, sollst nicht gedenken: es sind alle Völker gleich ꝛc.; wer stärker ist, der steckt den andern in Sack etc., sondern sollst gewißlich schließen, daß ein besonder Gottes Volk und Kirche auf Erden sey, und gnädig durch den ewigen Sohn für und für versammlet und erhalten werde; nämlich dieses Häuflein, in welchem reine Lehre des Evangelii geprediget wird, und nicht Abgötterei tröstlich gestärkt wird. Und sollst dich umsehen, wo dieselbige wahrhaftige Kirche Gottes ist, und sollst Gott zu Ehren, und um deiner Seligkeit willen dich zu dieser wahrhaftigen [Kirche] halten, darin lernen, und ein Gliedmas derselbigen seyn mit Herzen, mit gutem Willen, darin Einigkeit und guten Stand zu erhalten, nicht darin Unruge, Spal-

tung, Zerrüttung anzurichten als ein trunkner Unflath und ein Zecher *).

Bedenke auch dabei, dieweil dieses Häuflein bleiben wird, so wirst du selb und die Deinen auch darin Schutz und Rettung haben, wie Gott der Häuser in Aegypto verschonete, darin die Israeliten waren, und die Ueberschwellen mit des Lämmleins Blut besprengt hatten. Und der Sohn Gottes spricht im Esaia, er sey selb bei seinem Volk, und wolle sie tragen, wie die Hirten die jungen Lämmlein, die noch nicht gehen können, in der Schoos tragen. Item, er spricht, er wolle uns auch in unserm Alter tragen; damit er anzeigt, daß die Kirche im Alter schwächer und elender seyn werde, aber er wolle uns in diesem schwachen Alter nicht verlassen. Menschlicher Schutz und Rath ist ja zu schwach. Daraus wir lernen und festiglich schließen sollen, daß Gott [es] sey, der das arme menschliche Geschlecht bewahret, und erhält mit seiner Macht was erhalten wird; wie der Sohn spricht: ich bin der Weinstock, ihr seyd die Reben 2c., ohne mich vermöget ihr nichts zu thun.

Dieses alles sollen wir oft betrachten, was Kirche sey, wo und wie sie allezeit gewesen sey, und wie sie durch den Sohn Gottes wunderbarlich für und für bewahret und erhalten sey, und sollen uns mit Gottes Wort stärken und zu ernstlichem Gebet erwecken, und bitten, daß Gott ihm für und für eine Kirchen in diesen Landen sammlen, regiren, erhalten, und wider Teufel, Türken, Tyrannen und falsche Lehre gnädiglich schützen wolle. Zu solchem gehöret auch dieses, daß wir selb in Gottes Furcht leben, die Lehre ernstlich lernen und betrachten, daß wir auch die armen Prediger freundlich halten, und die Jugend zur Lehre und Zucht fleißig aufziehen.

Nu hat der würdig und wohlgelahrte Christophorus Lasius die Hauptartikel christlicher Lehre, von der Bekehrung zu Gott, von der Sünde, von der Gnad und vom Trost durch Glauben an den Herrn Jesum Christum, von rechter Anrufung und rechten Gottesdiensten und neuem Gehorsam in folgender Schrift treulich erkläret. Mit solchen Schriften sollen wir uns erinnern, wie St. Paulus spricht: die Rede des Herrn Christi soll in euch reichlich wohnen in aller Weisheit. Und ist gewißlich wahr, wo Gottes Wort im Herzen wohnet, das ist, wo es in der Bekehrung mit rechtem Glauben angenommen wird, in selbigem Herzen wohnet Gott selb wesentlich und kräftiglich, wie der Herr Christus spricht: wer mich liebet, der bewahret meine Rede, und mein Vater wird ihn lieben, und wir wollen zu ihm kommen, und Wohnung bei ihm machen. Datum 15. die Ianuarii anno 1556.

*) Editum est: einer Zech, quod mendum habeo.

No. 5915. 18. Ian.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 167 sq. — Conf. ep. ad Camerar. d. d. 25. et 27. Decbr.

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime Dn. Doctor, et Patrone chariss. Ea, quae scripsi de Synodo, qualiacunque sunt, volui prius inspici a Doctore *Laurentio*, ideo misi tardius *). Fateor etiam, me ad haec scribenda segniorem esse, quia in hac cogitatione non possum sine magno dolore intueri tot vulnera Ecclesiae et Politicae gubernationis. Et impendent ruinae Regnorum horribiles, sicut Daniël dicit: Erit tribulatio, qualis non fuit ab initio generis humani. Nulla certe talia imperia fuerunt, quale est Turcicum: Sed servabit Filius Dei aliquas Ecclesiae suae reliquias, et ut leniat poenas, toto eum pectore oro.

Existimo etiam in deliberationibus de Ecclesiis Fabianam contacionem **) nobis utiliorem esse, quam festinantiam, praesertim cum multi sint Principes iuvenes, qui nec idem sentiunt, nec idem spectant. Et habent incitatores et Doctores, alii alios. Tantum a Deo est felix consilium, et felix gubernatio. Quare ab ipso petamus, ut consilia, occasiones et eventus regat. Francofordiani ita petunt Synodum, ut audiantur *Calvinus*, Angli et alii. Et sunt Itali in ditione Wirtebergensi, qui petent idem. Hic cogitate, quantae dissensiones inter Principes futurae essent de his audiendis. Mitto *Bomgartneri* epistolam recentem, in qua, quid cogitet de Synodo, legere poteris. Bene et feliciter vale. Die 18. Ianuarii.

Philippus.

*) Vid. epist. ad Camerar. d. 27. Decbr. 1556. et iudicium d. 1. Ian. 1557.

**) Saub. mendose: *contentionem*; solet Mel. scribere *contacio* pro *cunctatio*.

No. 5916. 20. Ian.

Io. Praetorio.

Epist. lib. V. p. 142 sqq.

Iohanni Praetorio, docenti Evangelium Vratislaviae.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Mihi crede, libentissime tibi respondeo de quaestione, de qua iam bis ad me scripsisti. Sed malim coram saepe et prolixe vobiscum et cum aliis de eadem re, et aliis dulciss. materiis colloqui. Populus imaginatur Filium Dei tantum redemptorem esse, et postea ociosum esse extra nos. Hanc imaginationem tolli volo. Et cum dicunt, opera Trinitatis ad extra sunt communia, ne hoc quidem satis est. Filius *ὁ λόγος ὑφιστάμενος* aeterni Patris, mittitur ab initio immediate ad colligendam Ecclesiam, profert promissionem hanc sonat foris, et simul ipse cum verbo vocali in mente Adae et Hevae ostendit Patrem, id est, hac luce perfundit mentem. Ut sensu agnoscat, hanc esse voluntatem aeterni Patris, et sic simul per ipsum Filium in mente praesentem, fit vivificatio, et datur Spiritus Sanctus in cor, laetitiam et alios pios motus accendens. Et haec agunt Filius et Spiritus Sanctus, praesentes et immediate, per sese, sed non a sese, simul enim ibi Pater est. Et Pater et Filius spirant Spiritum Sanctum in cor, sed hoc ordine. Haec nota fiunt in vera experientia, in illustri consolatione. Sic dicitur: veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus. Haec foris inchoantur per verbum vocale. Ideo dicitur: si quis diligit me, sermonem meum servabit, quod Ebraico more dicitur, servans sermonem meum, diligit me. Usitatum est enim Ebraeis anteponere praedicata. Hunc ordinem actionis divinae considerantes, agnoscamus Filium Dei, non eo tantum salvatorem esse, quod sit redemptor, nec postea ociosum esse, sed semper in Ecclesia efficacem esse, colligere Ecclesiam, adesse ministerio*), et simul efficacem esse in Sanctis, sicut Paulus inquit ad Ephesios: *καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ, ἥ τις ἐστὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου.* Sic ipse inquit: Ego in eis. Haec non dubito verissima esse. Sic *Athanasius* inquit. In nullo est Spiritus sanctus, nisi simul sit ibi *ὁ λόγος ὑφιστάμενος.* Et *Durandus* ait: Non datur Spiritus sanctus, nisi simul misso Filio. Valde autem te oro, ut vestrorum iudicium et vestras cogitationes mihi significes. *Staphylo* responderi curabimus *). Bene vale et rescribe, an hanc epistolam acceperis. Salutem R. D. *Musaeo*, *Adamo*, et vobis omnibus opto. Die 20. Ianuarii.

Philippus.

*) *Secundam divinam naturam*, addit A. D.

No. 5917. 22. Ian.

Ioanni Alberto D. M.

† Ex autographo Melanthonis in Tabular. Secret. Suerinensi, descripta per Cl. *Evers*, tabularii illius praefecto.

Illustrissimo Principi et Domino, Domino Iohanni Alberto Duci Megalburgensi, Principi vetustae gentis Henetae, Suerini, Rostochiae et Stargardiae etc. Domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et Clementissime Princeps. Scio, Celsitudinem Vestram et sapienter de ingeniis iudicare, et proprio iudicio *Tilemanum* propter optimos mores, eruditionem, et industriam complecti. Quare non necesse est me de eo multa scribere. Sed tamen meum de eo testimonium spero Celsitudini vestrae non ingratum fore. Sic vivit in Academia ut et morum integritas aliis exemplum sit virtutis, et eius opera ornent artes, et discentium studia iuvent. Talis vir certe publicum bonum est, et dignus sapientum principum benevolentia. Oro igitur Celsitudinem vestram ut et propter ipsarum artium quas illustrat, bonitatem, eum ornare non desinat.

Rempublicam germanicam scio Celsitudini vestrae notam esse. Sed tamen haec recens nobis significata, adscribenda esse censui. *Turcos* procedere in Pannonia et Transsylvania certum est, et subinde occupare plures arces et oppida certum est; scribitur etiam mandata missa esse, ut pro viginti millibus Equorum stabula extruantur *Budae*, et totidem in *Alba Regali.* Non desinunt Senex *Palatinus* [1]) et Dux *Wirtebergensis* flagitare, ut Synodus nostrarum Ecclesiarum indi-

*) Vid. ep. d. 2. Ian. 1556.

1) Fridericus, qui obiit d. 26. Febr. 1556.

catur ante conventum Ratisponensem[2]). Maxime optarim doctos et bonos viros placide de quibusdam controversiis colloqui. Nec melius quidquam cogitari potest bonorum et doctorum consensu, ut in versibus antiquis quos Plato recitat, dicitur, quos adscribam quia scio Celsitudinem vestram talibus gemmis delectari

οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς
οὐδ' ἀδάμας
οὕτως ἀστράπτῃ πρὸς ὄψιν
ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν
ὁμοφράδμων νόησις.

Sed in magno conventu quam dissimiles multi conventuri essent cogitandum est. Oro autem filium dei, ut et Ecclesias et Principes et nos omnes gubernet, et servet celsitudinem vestram incolumem. Die 22. Ianuarii.

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

No. 5918. 25. Ian.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. *Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς εἰςβλέπειν γλυκύ,* inquit Euripides. Conspectu igitur et eruditis sermonibus *Thaddei* valde delectati sumus ego et gener meus, *Peucerus.* Et quanquam coram frui tuo conspectu non potuimus, tamen et mente te intuebamur, et de te multa sciscitabamur. Mitto tibi pagellas, quae studia Academiae utcunque ostendunt. Significant etiam nostras sollicitudines de veniente anno *), qui ut felix et faustus sit Ecclesiae Dei et piis familiis ubique et tibi et tuae domesticae Ecclesiae faciat filius Dei, qui ideo massam humani generis assumsit, ut nos fragiles insertos suae massae tanquam surculos servet et gubernet. Humana praesidia nulla usquam habemus. Servari igitur nos a filio Dei petamus, et speremus eum exauditurum esse gemitus nostros, qui affirmat, se sic gestare Ecclesiam suam, ut pastor in gremio tenellos agnos gestat recens editos. Bene et feliciter vale, carissime frater. Pro xeniis tuis et debeo et habeo gratiam, sed multo maiorem gratitudinem pro perpetua tua erga me benevolentia tibi debeo. Fruemur autem nostra amicitia aliquanto post dulcius in consuetudine coelestis Ecclesiae inter nostros doctores, filium Dei, prophetas, apostolos et collegas eorum, quorum profecto colloquia expeto, meque ex hac rabie ingeniorum huius seculi liberari opto. Iterum vale. Die 23. Ianuarii, 1556. Salutem opto D. *Adamo* et aliis amicis, ac praecipue D. *Grispeck.*

2) Mense Martio anni 1556.

*) Est carmen a Rectore Academiae editum d. 25. Decbr. 1555., quod legitur in Scriptis publ. Acad. T. II.

No. 5919. 31. Ian.

V. Richtero.

† Ex apogr. in cod. Mehnert. no. 4. p. 4.

Venerando viro, Domino [Vito Richtero] Pastori Ecclesiae Dei in urbe Damasco [Dommitzsch], amico suo,

S. D. Venerande domine Pastor. Narravit nobis hic *Wolfgang a Rotschütz*, natus patre nobili, qui antea in Anhaltina ditione prope Dessam rexit Ecclesiam, desiderari diaconum apud vos. Fuit aliquandiu in calamitate non parva. Ideo oro, ut ei diaconi officium tribuatis. Spero fore obedientem vobis, et modestum, et in officio diligentem. Bene valete. Die ultimo Ianuarii 1556.

Philippus Melanthon.

Scripsi eadem de re ad Senatum vestrum. Mitto vobis et scribae pagellas.

No. 5920. 1. Febr.

Io. Bellaio.

Select. epist. p. 384. Epist. lib. I. p. 167. (ed. Lond. lib. I. ep. 64).

Reverendissimo Domino Cardinali Iohanni Bellaio, Episcopo Parisiensi, etc.

S. D. Reverendiss. Domine, Et memini viri sapientis et boni tui fratris consilia, et doleo spre-

tis et moderatis sententiis bella mota esse, quibus iam toto decennio ardet *Germania*, quae si nobis *Turcos* attraherent, non dubitandum est in *Italiam* inde processuros esse. Erat autem vestrae sapientiae, omnium gentium saluti consulere, idque fieri poterat, si, ut multi sapientes gubernatores saepe fecerunt, quaedam, ut in senili corpore, leniretis. Sed agnosco et deploro haec tristia fata postremae et delirae mundi senectae: Ruunt ut vides imperia in suas poenas. Cum autem non dubitemus, Deum vere colligere aeternam Ecclesiam, speremus eum alicubi reliquias piorum coetuum et doctrinae et hospitia eorum servaturum esse. Hac una me spe sustento, et recta discere Iuniores hortor: violenta consilia nihil profutura esse ulli parti semper existimavi. Quod *Hubertum* amanter audivisti, et debeo et habeo tibi gratiam, ac scio te virum excellentem sapientia et virtute non solum colloquio bonorum et doctorum delectari, sed libenter eis etiam benefacere. Bene et feliciter vale. Calend. Febr. 1556.

No. 5921. 2. Febr.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 70. (ed. Lond. lib. II. ep. 53.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Hac hora, Dei beneficio, *Casparo Peucero* nata est filia tertia, ex mea filia, salva matre. Oro Filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut familias nostras servet et gubernet, et sanet omnia vulnera Ecclesiae. Hoc mense *Dresdam* vocati sumus ad deliberationem: An sit indicenda nostris Ecclesiis synodus, ut multi Principes flagitant. Filius Dei eam deliberationem gubernet. Quaeso ut nobis scribas quoties habebis tabellarios. Bene et feliciter vale, 2. Februarii.

No. 5922. 5. Febr.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 428. (ed. Lond. lib. II. ep. 448.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Etsi benevolentia tua delector, tamen munere quod misisti, dolores mihi multos veteres renovasti. Aspecta enim genesi mea, cogitavi in quae certamina, quasi fato, inciderim, in quibus etsi quaesivi explicationes simplices, et discentibus utiles, tamen impedimur odiis et calumniis, ne extricari quaedam involuta possint. Haec vides et in genesi significari. Sed Deo qui vere aeternam Ecclesiam colligit voce Evangelii me commendo et Ecclesiam.

Non Deus est numen Parcarum carcere clausum,
Quale putabatur Stoicus esse Deus.

Sed lenire causas Physicas Deus potest. Honestissimae coniugi tuae mitto *δίδραχμον* aureum, et tibi et toti familiae opto faustum et felicem annum. Mihi huius anni *ἐναλλαγὴ* propter coniunctionem Saturni et Martis dira minatur *). Sed oro Filium Dei ut me gubernet et protegat. Bene vale. Die 5. Febr. Anno 1556. Quaeso ut D. *Matthaei* filium, qui iam apud vos artem Medicam exercet, etiam mea causa familiarius complectaris et adiuves. Iudico in hoc iuvene bonum et modestum ingenium esse, et pulcherrimum est *τοὺς συμφιλοσόφους ὁμονοεῖν.* Iterum vale et rescribe.

No. 5923. (in. Febr.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 211 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 211., cuius fronti Baumgartnerus adscripsit: d. 23. Febr. per Andream. Editor libri sexti inde coniecit, epistolam scriptam esse d. 11. Febr., et hunc diem epistolae ex suo arbitrio addidit. — Ad ea, quae Melanthon de filia Landgravii habet, conferenda sunt quae scripsit in Annalibus huius anni.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae.

S. D. Audio filiam *Landgravii* ante mortem expetivisse Patris colloquium, eumque per literas vocasse. Sed pater suo quodam consilio venire recusavit, ac filiam per literas consolatus est, quae cum legerentur, ingemuit illa, et tantum hanc vocem edidit: *Pater et Mater dereliquerunt me,*

---

*) De coniunctione Sat. et Martis hoc anno vid. ep. ad Libyum d. 7. Mart. 1556.

Dominus autem suscepit me. Hanc narrationem cum nuper seni Pastori nostro recitarem, mox ille exemplum ad nos omnes transtulit, et quanquam lachrymis et ploratu vox impediebatur, tamen haec verba adiecit: Similiter omnes sine Praesidiis humanis sumus. Quare Deo nos commendemus, qui certo custos est Ecclesiae suae et videt nostras lacrymas. Hac te quoque consolatione confirmato cum [1]) orbitatem Patriae intueris [2]). Haec scribere malebam, quam populi fabulas, etsi heri huc allatae sunt ex Ingelstadio literae, quae narrabant Marchionem *Albertum* in Gallia teneri captivum, propterea quod in rixa, fortassis ebrius, tumultuatus est. Haec vos melius scire necesse est.

De Synodo nostrarum Ecclesiarum rursus silentium est. Sed Synodus Flacciana his diebus συνεκροτήθη [3]), in qua existimo προβούλευμα factum esse, ne quid recipiatur eorum quae in Principum conventu deliberabuntur. Tuas literas avide expecto, praesertim de Ecclesiae et urbis vestrae tranquillitate. Oro autem filium Dei, ut te et Ecclesiam tuam domesticam et publicam et urbem vestram servet et gubernet. Amisimus aliquot vestrates adolescentes nescio unde orto contagio, quod per ὁμοτραπέζους vagatum est, nec alios attigit [4]).

Philippus.

No. 5924. 7. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 700 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 842.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Dum aulae de Synodis deliberant, iam συνεκροτήθη ἡ βλακικὴ σύνοδος *), in qua quid decretum sit nondum scio, nec curiose inquiro. Existimo enim κεφάλαιον τιμωνικὸν esse, quidquid agent alii, coniurabunt se turbaturos esse, nec tamen de ulla re magna disserent, sed de licentia vulgi amplificanda excitabunt κροτοθορύβους. Haec tristissima confusio Ecclesiae tantum mihi dolorem affert, ut libenter ex hac vita discessurus sim, ac video me non procul a meta abesse. Perferuntur ad me etiam atroces sermones Magnatum [1]) quorundam, qui etsi a sycophantis incenduntur, tamen suo fortasse etiam odio ardent. Nisi miserae Ecclesiae parcerem, non deesset mihi honesta oratio, ad illos refutandos. ἀλλ' ἀγαθοὺς ἄνδρας χρὴ τάτε καὶ τὰ φέρειν. cum aliis sim hortator ad tolerandas iniurias, nondum discedam a meis praeceptis.

Nunc *Dresdam* accedere iussus sum, cum iis qui συνέδριον, ut vocamus, regunt: irem aequiore animo, si tu quoque affuturus esses, sed in tuis litteris nihil significatum est de eo itinere.

Graecas epistolas tibi mitto, quibus scio te melius posse respondere, etsi meum sermonem magis refert illorum oratio, quam tuam elegantiam. *Francisci Vinariensis* filio missos a te quindecim Ioachimicos accepimus. Litteras ad *Brantum* Borussum scriptas, in quibus fiebat mentio decem Ioachimicorum, sine pecunia accepimus, opinor illos esse, quos scribis iam tibi exhibitos, quos cum habebis certum tabellarium aut Genero meo mittes, aut mihi post iter Dresdense.

Fabellae feruntur de capto *Aeacide* in Gallia [2]), quod in symposio tumultuatus sit. Et de ducis [3]) *Iohannis Alberti* infausta navigatione ex Borussia, nescio quae dicuntur, quae cum sint incerta, non asscripsi.

De editione commentarii Paulini tibi gratiam habeo, quo his diebus usus sum περὶ μεσίτου in Galatis. Oro filium Dei, dominum nostrum Iesum χριστὸν, ut te et Ecclesiam tuam domesticam, et publicam Ecclesiam servet et gubernet. Bene vale. VII. Idus Febr.

Philippus.

---

1) Liber mendose: *eam.*

2) Liber, ex mutatione: *intuens.*

3) Loquitur de conventu Wimariae d. 12. Ian. 1556. habito, ubi convenerunt Amsdorfius, Schnepfius, Strigelius, Stoltzius, Aurifaber cum legatis Palatinis et Wurtembergensibus.

4) Adscripsit alia manus: 11. Febr. 1556.

*) Conventus Wimariae d. 12. Ian. 1556. a Ducibus Saxon. habitus, ubi convenerunt Amsdorfius, Schnepfius, Strigelius etc. et legati Wurtembergenses.

1) Principum Meclenburgicorum. C. W.

2) Albert. Marcb.

3) Megaloburg.

No. 5925. (hoc t.)

M. Meienburgio iun.

Epist. lib. V. p. 736.

Michaëli Meienburgio iuniori.

Hodie nobiscum in prandio fuit hospes recta veniens ex urbe Vienna, qui narravit, edictum Viennae propositum esse, ut ex urbe discedant peregrini, quia timetur obsidio. Crescunt enim quotidie exercitus Turcici ad Budam, et instruuntur omnia ad Viennae defensionem. O rem tristem cogitatu! Maiores nostri Turcas in Asia reprimebant, nunc grassantes in vestibulo Germaniae ne quidem cogitamus reprimere. Incenduntur domesticae discordiae, ut impediantur honestorum hominum consilia. Sed Filius Dei servabit reliquias Ecclesiae suae. Quanto cum dolore Pater tuus, vir optimus, et longe perspicuus, videret haec mala. Sed sint preces nostrae ardentiores. Hoc mense Februario Dresdam vocatus sum cum aliis quibusdam, ubi erunt deliberationes *περὶ συνόδου* difficilimae. Bene vale.

Philippus.

No. 5926. 10. Febr.

Casp. Aquilae.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[3].

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

Reverende vir et carissime frater. In hac nostra senecta idem precemur assidue quod filius Dei ipse precatur in agone suo, et quidem vota nostra adiungamus ad summi sacerdotis verba: petamus ut servet Deus Ecclesiam in his regionibus, et faciat ut unum in ipso simus. Id quotidie peto, et vox doctrinae ostendit studium communis concordiae. Extant enim scripta nostra de toto corpore doctrinae Ecclesiae. Miror, quare aliqui cupiant dilacerare coniunctas Ecclesias. Mitto tibi pagellas, quae et voluntatis nostrae et doctrinae testes sunt. Bene et feliciter vale, carissime frater. die decimo Februarii anno 1556.

Philippus.

No. 5927. 16. Febr.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 287 sq.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzero, fratri suo charissimo,

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Scis magnum et singulare Dei beneficium, sobolem, capacem doctrinae, et habentem inclinationes ad virtutem firmas. Talis cum sit *Ioachimus Blanckenfeld*, et patri et adolescenti ipsi talem naturam gratulor. Et Reipub. causa gaudeo, esse aliqua talia ingenia: ac Deum oro, ut hunc Ioachimum et alios honestos adolescentes servet et gubernet, et faciat ut multi sint vasa misericordiae, et organa salutaria. Audivi enim eum de aliquibus dialecticis quaestionibus disputantem, de quibus non solum recte respondit, sed etiam ornat responsiones moderatio pronunciationis. Ac patrem recte facturum esse iudico, si eum diutius in studio literarum retinebit, et iubebit initia iuris civilis discere, etiam si post biennium vellet eum abducere a studio. Cum autem ipse adolescens cupiat procedere in doctrinis: multo magis iudico non abducendum esse a literis. Sed placet mihi, ut sit apud virum eruditum in iure, ubi incipiat eius doctrinae principia recte discere: ac Deum oro, ut et consilium patris, et totum cursum vitae et studiorum adolescentis gubernet. Bene vale 16. Februarii, 1556.

Iussi ut ad me scriberet de sua voluntate. Eam epistolam patri legendam exhibeas. Hamburgensis † potus" *) multis aegrotis fuit gratus: ideo illo munere delectatus sum. Ego non admodum frui soleo, sed benevolentiam honesti viri magnifacio: et ubi gratificari potero, vicissim meam benevolentiam declarabo.

No. 5928. 20. Febr. (h. a.?)

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 23. Etiam in *Hospiniani* hist. sacrament. II. p. 430.

---

*) adscripsit Buchholzerus.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Quod existimas, tuos inimicos me sibi adiuncturos esse, longe falleris. Magis hoc agunt, ut me opprimant, quam ut te pellant. Incitantur adversum me Regum et Principum animi, cum quidem nihil ediderim contra ipsorum sententias. Iam meus Thersites censuram scribit contra me de multis doctrinae partibus, ac praecipue tuetur τὴν ἀρτολατρείας. Necesse igitur erit, me respondere, quod faciam in eo loco, si vivam, ubi me non impedient aulae. Ac Deo iuvante Apologiam edam, quam spero piis et doctis gratam fore. Sum eo tranquilliore animo, quia manifestum est, me et pacis studiosum fuisse, et moveri haec certamina ab inimicis odio mei, non studio veritatis. Oro autem filium Dei, ut Ecclesiam et me gubernet. Si vellem aulicis praesidiis pugnare, non deesset mihi consilium. Sed me Deo commendo, quem precor, ut et *Danieli* et *Medmanno* animorum et corporum vires confirmet. Te oro, ut mihi scribas, quoties habebis tabellarios, quorum probas fidem. Bene vale. Die 20. Februarii.

Philippus Melanthon.

No. 5929. 20. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 701 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 843.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Utinam reditus noster sit faustus et felix, difficiliores certe disputationes in Academia expecto, quam hic habuimus, tantum enim hic scripsimus leges aliquot γαμικὰς, quas iustas esse, et voci divinae congruentes, non dubito. At hospes *Lituanus* *) est in Academia nostra, qui Serveticas reliquias ex Italia affert, et est homo facundus καὶ σκωπτικός. Ecclesiae Polonicae, quae eum ad me miserunt, graviter scripserunt, se non discessuras esse a nostro consensu.

De Graeca epistola quam scripsisti mittendam in Belgicum, eo etiam tibi gratiam habeo, quia prodest illos videre exempla veteris Graecae phrasis, scripta in his ultimis oris. Scripsi et ego, sed ut ille Persa, ἥδομαι καὶ χαίρομαι. mittes, si ita videbitur. Deo iuvante ad te adducam filias meas Cal. Maii. Interea de multis rebus certiora habebimus, de quibus colloqui nos velim. *Rungio* lecta est nostra deliberatio περὶ συνόδου, quam dixit, existimare se probaturum esse τὸν αὐτοῦ δεσπότην *). Bene et feliciter vale, die vicesimo Febr.

Philippus.

*) Conyra, alias P. Gonesius dictus. C. W.

*) Ducem Pomeraniae.

No. 5930. 24. Febr.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 321 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Clarissime vir, et charissime frater. Et debeo et habeo tibi gratiam, quod et benevolentiam erga nos tuam non sinis extingui, et nuper filiabus nostris xenia exhibuisti. Nunc nihil habebam, nisi hanc pagellam, quam mitto. Etsi autem has nostras conciones multi nihilomagis curant, quam littora aut scopuli allisos fluctus, tamen extare testimonia voluntatis nostrae de disciplina rectum est, et spero, aliquibus has commonefactiones prodesse. Brevi mittam scripta de Filio Dei, nam post tuum iter venit huc quidam *Lithuanus*, qui Serveticas reliquias circumferebat. Scripserunt autem pie Ecclesiae Polonicae se a nostro consensu non discessuras esse. Ac necesse est, me publicum scriptum de re tanta edere. Bene vale, et rescribe. Salutem opto Reverendo viro Dn. Doctori *Musculo*, et Doct. *Scotto* et aliis amicis. Die Natali Caroli Imperatoris 1556.

Philippus Melanthon.

No. 5931. 24. Febr.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 522. (edit. Lond. lib. II. ep. 547.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Clarissime vir, et charissime frater, Non solum mea causa delector benevolentia erga me

tua, sed etiam Ecclesiae causa multos nostri ordinis viros unum esse in Deo, et constantiam virtutis tuae probo. Fruemur autem amicitia nostra dulcius in illa aeterna consuetudine. Quid enim est hoc breve curriculum huius vitae? Sed tamen interea propter communem salutem conferamus consilia, operas et vota ad Filium Dei. Pericula venientis anni multa metuo. *Turci* in *Pannoniam* novas copias mittunt, et filium *Iohannis* profectum esse *Bizantium* narrant. Sed domestica propiora sunt. Colliguntur rursus equites τῷ Ἀχιλλέως γερμανικοῦ ἀπογόνῳ. Haec tibi notiora esse arbitror, quam nobis. Doctrinae studia, Dei beneficio, mediocria sunt in his Academiis. Et consensus est omnium Academiarum inde usque a iugis *Turingicis* ad insulas *Danicas*, etsi vagantur privatim aliqui, qui vel *Serveticas* reliquias *), vel alia deliramenta circumferunt, adversus quos consensum Academiarum aeternum esse opto. Clarissimo viro tuo socero et toti vestrae Ecclesiae salutem opto. Bene vale. Die Matthiae. Anno 1556.

No. 5932. 28. Febr.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Georgio Buchholzero.

S. D. Venerande vir et cariss. frater. Magis prodest scire praesentiam et efficaciam filii Dei in ministerio Evangelii, de qua dicit: ego sum vitis, vos palmites; sine me nihil potestis facere: quam papisticas disputationes, quae recitare etiam δύςφημον est. Ideo scripsi nuper de illa efficaci praesentia in vero usu. Et simul in eo usu filius Dei nos testatur esse membra sui corporis, et, praesens in vero usu, nos corpori suo inserit, ut *Hilarius* dicit: haec sumpta et hausta faciunt, ut ipse sit in nobis et nos in ipso. Diligenter a te velim considerari purioris antiquitatis dicta. Mitto vobis pagellas, in quibus citatae sunt aliquot dulces sententiae veteres. De offensionibus vestris nihil scribo, quia prorsus volo te esse memorem dicti veteris: μὴ μνησικακεῖν. Bene vale. Die 28. Febr. Philippus.

*) Vid. epp. d. 20. et 24. Febr. h. a.

No. 5933. 5. Mart.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 297. (ed. Lond. lib. II. ep. 303.).

D. Guilhelmo Hausmanno, docenti Evang. Augustae

S. D. Venerande *Guilhelme* et charissime frater, Consilium editionis rituum Ecclesiae vestrae probo, et vos propter Filium Dei oro, ut et concordiam inter vos tueamini, et non deseratis Ecclesiam vestram propter malevolorum sermones, qui, velut Momi, arrodunt vos magis animi morbo, quam iudicio, nec tamen satis explicant controversiam, de qua litigant et explicationem impediunt. Oro autem Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut ipse vulnera Ecclesiae sanet. Scribam alias plura, nam nunc necessario labore occupatus sum. Bene vale, salutem *Iacobo* et caeteris collegis opto. 5. Martii.

No. 5934. 5. Mart.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 307. (ed. Lond. lib. II. ep. 314.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Extare pias confessiones in singulis Ecclesiis necessarium est, et contra errores, et contra calumnias malevolorum. Nec propter *Momos*, qui unum atque alterum verbum arrodunt, suo odio morem gerentes, deterreamur, quo minus Ecclesiis sauciis et moestis, quantum fieri potest, opem feramus. Probo et consilium vestrum de editione et librum ipsum. Scio quos habeatis censores, et si procedet conventus, de illa ipsa controversia colloqui nostros oportet, in qua indocti et εἰδωλομανίαν Pontificiam stabiliunt, et magnarum rerum explicationem impediunt. Sed vide quales sint voluntates quorundam. In oppido *Mollen* quod vicinum est *Lubecae* convenerunt quidam concionatores ex aliquot urbibus, qui dicuntur foedus fecisse, se non venturos ad ulla colloquia; sed de hac tota re coram tecum loqui malim, et fortassis erit occasio, ut colloquamur. De vino, et Reipub. vestrae et tibi et collegae gratiam ha-

beo, quod mihi non mea causa, sed propter amicos gratum est. Queruntur adolescentes, qui vestris stipendiis hic aluntur, in his temporum difficultatibus sibi accessione opus esse, et indico ipse, quanquam scio eos frugales esse et temperantes, aliquanto maiore sumptu eis opus esse ad necessariam corporis curam, cui tamen et *Paulus* honorem tribui iubet, quia est organum divinarum actionum et domicilium Dei. Nihil peto eis ad superfluos usus, sed oro ut necessitatis rationem habeatis, et addatis aliquid ad annua stipendia. Mihi quoque curae erit, ut Eleemosyna haec bene collocetur. Scriberem plura, nisi iam certis occupationibus impeditus essem, quas fortasse coram commemorabo. Bene vale. Die 5. Martii.

No. 5935. 5. Mart.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 63.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Multi Principes petunt, ut Synodus indicatur in nostris Ecclesiis: In ea Synodo necesse est loqui et de illa controversia de qua scribis: Sed vide voluntates quorundam. Convenerunt in oppido *Mollen* [1]) prope *Lubecam* Concionatores ex aliquot litoris illius urbibus, qui iam foedus fecerunt, se non venturos esse ad eam Synodum, et de hac ipsa quaestione, de qua scribis, Decretum fecerunt, se defensuros esse *τὴν συστοιχείωσιν*. De hac tota re vel in Synodo, si procedet, vel alias tecum coram loquar, quia nec literis ista committere possum, et iam alio magno labore occupatus sum in responsione adornanda de multis doctrinae articulis ad quendam potentem et bonum Principem [2]). Bene vale. Die Martii [3]) 1556.

Philippus.

Dei beneficio filius consulis *Danielis* [4]) recte valet. Tribuam ei locum in mea mensa, et studia inspiciam. Heri mihi scriptum exhibuit ut de Praeceptore deliberem.

1) Vid. etiam ep. ad Hencel. d. 5. Mart.

2) ad Pfauserum.

3) Puto excidisse numerum diei, videl. 5to. Vid. epist. ad Hencel. Etenim dies Martii est d. 13. Apr.

4) Danielis Burenii, consulis Bremensis, qui Hardenbergi erat fautor et defensor.

No. 5936. 7. Mart.

Hier. Wellero.

Epist. lib. II. p. 293. (ed. Lond. lib. II. ep. 298.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et charissime frater, Audivi ipse [1]) illustrissimum Ducem Electorem honorifice de te loquentem, significare suam erga te benevolentiam. Postea de te etiam honorifice locuti sunt, vir nobilis D. *Poniceus* et doctor *Mordisius*; quibus cum exponerem tuam petitionem, responderunt se perfecturos esse, ut attribuerentur tibi reditus ex Collegio vestro. Quare admonebis eos vel tuis literis, vel per amicos. Ego etiam monitor ero, ut res perficiatur. Vidi picturam monstri [2]), quam misisti, cum eodem die mane diu contemplatus essem terribilem Cometam in Astraea, quem et vos considerasse existimo. Cauda directa versus *Belgicum*, fortassis et Belgico Domino minatur, sicut et mortem patris ipsius antecessit Cometa. Oro Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut nos gubernet, et servet harum regionum Ecclesias. Bene vale. Die 7. Martii.

No. 5937. 7. Mart.

(*Cph. Libio.*)

Manlii farrag. p. 376.

Reverendo viro, D. N. N. [*Libyo*] *pastori Ecclesiae Dei in veteri Brenni arce, fratri suo charissimo,*

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Metuebam venientis anni motus, propter Saturni et Martis coniunctionem. Nunc accedit cometa, cuius est magna moles, ardens in virgine prope *προτρυγητήν* *) tota fere nocte conspici potest. Cum igitur magnae rerum confusiones secuturae

1) Dresdam profectus fuerat mense Februario.

2) Cometae, qui conspiciebatur m. Martio 1556.

*) Manl. mendose: *προτρογητήν*.

sint, ardentiora sint pectora in invocatione filii Dei, qui dixit: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis; ac profecto magna doctrinarum certamina magis metuo, quam alia bella: quanquam illa etiam petulantiam ingeniorum augent. Te fili Dei Domine Iesu Christe, caput Ecclesiae, *λόγε καὶ εἰκὼν* aeterni Patris omnipotentis, oro, ut nos gubernes et serves. Bene vale, charissime frater, et rescribe. 7. Martii. Mitto pagellas.

No. 5938. — 8. Mart.

Iac. Bordingo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Iacobo Bordingo, Ἀρχιάτρῳ inclyti Regis Daniae.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Cum in magno dolore sim propter censurae vestrae et propter literarum tuarum asperitatem, decreveram nihil ad quenquam istic scribere, ac mea philosophia uti, hoc est, silentio mea vulnera tegere [1]). Sed *Conradum* istuc redeuntem sine testimonio dimittere videbatur inofficiosum. Scripsi igitur hanc unicam epistolam. *Conradum* initio omnes propter tuum de eo iudicium; cui plurimum tribuimus, amanter complexi sumus: postea, cum familiaritas studia eius et mores et vero (?) naturam ostendit, dileximus eum propter ipsius ingenium, cui natura inest philosophia, ut dulcissimis verbis Platonis utar, et propter eruditionem et honestos mores et eum favore bonorum dignum esse iudicamus. Hoc a nobis testimonium eum ad te adferre volui. De me nihil addam. Scio indissensionibus civilibus vices varias esse, et animum praeparo ad ferendas aerumnas, quas mihi propositas esse video, *καὶ στέργειν αἱ πάθαι με καὶ ὁ μακρὸς χρόνος διδάσκουσιν*, ut ille senex in Tragoedia inquit. Sed in ista vestra censura, in qua homines mihi inimici adhibiti sunt, speraveram, tuam mihi sapientiam *καὶ ἐπιεικίαν* praesidio fore. Tu vero literas etiam misisti, quae vulnus meum magis lacerant. Sed nihil disputo. Deo me commendo, et te et multos bonos viros spero etiam me mortuo aequiores iudices fore et de mea voluntate et de meis laboribus, quam [2]) iudicant isti, qui nunc cient *κροτοθορύβους* in populo. Quod in Belgico scribis homines nostris dissensionibus offendi, scis ibi homines excellentes ingeniis postulare explicationem graviorem controversiarum, quae a quibus impediatur non ignoras. Sed haec omitto. Bene vale. Die 8. Martii 1556.

1) Vid. ep. ad Hardenbergium d. d. 5. Mart. 1556.

2) *quam*] rescripsi pro *quod.*

No. 5939. — d. aequinoct.

Iohanni, March. Brand.

Epistola nuncupatoria in Tomum octavum operum Lutheri germanicorum, Witebergae anno 1556 editum.

Dem Durchleuchten hochgebornen Fürsten und Herrn Herrn Johans, Marckgraven zu Brandenburg, zu Stetin, Pomern, der Cassuben und Wenden, und in Slesia, zu Crossa Hertzogen etc. und Burggraven zu Noriberg etc. meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Durchleuchter, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. Ich habe mich nicht aus eigenem Vorwitz dazu genöthigt, Vorreden in des Ehrnwirdigen Herrn Doctoris Martini Lutheri Bücher zu machen, sondern dieweil er noch in diesem Leben und in seiner Arbeit gewesen ist, hat er selb Vorreden gemacht. Nachdem ihn aber Gott aus diesem sterblichen Leben in die fröhliche himmlische Kirchen erfordert hat, und die Ehrnwirdigen Herrn Doctor Caspar Creutziger und Georgius Rörer und hernach Doctor Georgius Maior, begehrt haben, daß ich eine Anzeigung dafür schreiben sollt, dadurch die Nachkommen wüßten, wo und durch welche diese Bücher also zusammen bracht und gedruckt sind, bin ich ihnen zu willen worden. Denn ich zweifel nicht, diese Männer haben in diesem ganzen Werk treulich gehandelt. Ich habe auch dieselbige Vorreden darumb an christliche Könige und christliche Fürsten gestellet, daß die Nachkommen auch in diesem Schatz lesen und sehen mögen, daß die Lehre in unsern Kirchen nicht eine Winkelpredigt gewesen ist, sondern habe Bekenntniß und Zeugniß vieler hochverständiger, gottfürchtiger, gelehrter, ehrlicher, hoher Regenten, Herrschaften und Landschaften, und achte zu Erinnerung und zu Stärkung des Glaubens für seer nützlich, daß bei den Nachkommen christlicher Fürsten Namen, Bekenntniß und

Tugend wohl bekannt wären, wie die hohen Propheten von Anfang gethan, und vieler heiliger Regenten Bekenntniß in ihre Historien gefasset haben.

Nu ist öffentlich, daß Ewer Fürstliche Gnade von Gott mit Weisheit und Tugend fürtrefflich geeignet sind, und Gott mit rechter Anrufung und Bekenntniß rechter Lehre dienen und die Kirchen treulich erhalten, darumb ich Ewer fürstlich Gnaden Namen auch neben andern löblichen Königen und Fürsten in diese Bücher zu setzen bedacht habe.

Und dieweil itzund viel Reden sind von Concilien und Kirchengerichten, habe ich davon in dieser Vorrede ein Bericht thun wollen, der zu dieser Zeit, so viel ich verstehe, nicht undienlich ist.

Und erstlich ist öffentlich, daß sehr viel hoher Person und andere sind, die dichten von der Kirchen wie von einem weltlichen Königreich. Ein jedes weltlich Königreich muß einen König und Gesetz, darnach Gericht und Executio mit leiblicher Gewalt haben; und so es nicht Tyranney ist, so müssen zweierlei Gesetz seyn: eine gewisse unwandelbare Regel, nämlich das natürliche Gesetz, das gefasset ist in die zehen Gebot, dieselbigen in rechtem Verstand zu verstehen, und soll eine jede weltliche Oberkeit erstlich die Stimme seyn desselbigen göttlichen unwandelbaren Gesetzes; darnach hat ihnen Gott befohlen in leiblichen Sachen eigene Gesetze zu machen, nicht widerwärtig den göttlichen, sondern Determinationes und gewisse Statuta zu machen in Umbständen, nach vernünftigen Ursachen. Als, göttliche und unwandelbare Gesetze sprechen, Diebstal sey unrecht, und die Oberkeit soll die Diebe strafen, darnach ordnet die Oberkeit, wie und welche Diebe mit gelinden Strafen oder mit dem Tod sollen gestraft werden. Und diese Gesetz haben Kraft darumb, daß Gott weltlicher Herrschaft diese Macht geben hat, eigene Gesetz zu machen, und will, daß die Unterthanen gehorsam seyn von wegen des Standes der Oberkeit, und sind also diese Gesetz kräftig autoritate Regia. Daraus folget nu, daß in den Gerichten dieses soll gehalten werden, wo die Fäll aus den unwandelbaren Gesetzen, oder sonst aus gewöhnlichen klaren Gesetzen mögen geurtheilt werden, soll der Richter bei denselbigen Gesetzen bleiben, und nicht eigne Dünkel oder Fantasey suchen. So aber Zweifel fürfällt, und der Fall nicht eigentlich begriffen ist in gewöhnlichen Gesetzen, oder die Gesetz selb eine Erklärung bedürfen, hat die Herrschaft Macht, mit vernünftigen Ursachen Erklärung zu thun, und eine determinatio zu machen, und ist dieselbig determinatio kräftig von wegen der Gewalt und Autorität des Stands, autoritate Regia vel praetoria. Und sind die Unterthanen schuldig, gehorsam zu seyn und dabei zu bleiben, und so jemand ungehorsam ist, soll die Herrschaft executio thun mit leiblicher Gewalt. Dieses ist also von Gott geordnet, Gerechtigkeit und Frieden in weltlichen Regimenten zu erhalten, in welchen die streitigen Sachen durch die Vernunft mögen geurtheilt werden.

Dieser weltlichen Ordnung nach wollen die Päpst, Bischof, König und andere große Herren in den Kirchen auch Gericht machen, und meinen, das sie, oder das Mehrere schließen in Glaubenssachen, das muß also gehalten werden von wegen ihres Stands. Dieser Traum ist eitel grobe Lügen, denn decreta Conciliorum in Glaubenssachen sind nicht kräftig autoritate regia vel praetoria.

Hie spricht man nu: soll denn kein sichtbarer Richter in der Kirchen seyn, und was helfen die Gericht, so das Urtheil nicht vom Richter Kraft hat? Hierauf ist diese wahrhaftige Antwort: Gott will, daß sichtbare Gericht in der Kirchen sind, und ernstlich erhalten werden, wie geschrieben ist, dic Ecclesiae. Und ist nicht Gottes Will, daß man gestatten soll, Gotteslästerung oder sonst irrige Lehre auszubreiten. Und ist der sichtbare Richter die Kirche, das ist, gottfürchtige, gelahrte, vernünftige Personen, Prediger und andere. Doch ist dieser sichtbare Richter strack angebunden an göttliche Schrift, denn diese Streit sind nicht Streit wie die weltlichen Sachen, darin die natürlich Vernunft Meister ist, sondern es sind Sachen von Gottes Offenbarungen, darin Gott sein Wesen und Willen hat geoffenbaret und in der Propheten und Aposteln Schrift gefasset, davon die Regel ist: wer ein ander Evangelium predigt, der sey verflucht. Darumb soll kein Creatur, kein Engel, kein Mensch, kein Papst, kein Bischof, kein Prediger, kein Kaiser, kein König, kein Fürst wider die göttliche Schrift oder außer der göttlichen Schrift einen andern oder neuen Artikel des Glaubens machen.

Dagegen aber sprechen die Weltweisen: die Schrift sey ungewiß, und werde von einem Theil also, vom andern anders gedeutet; darumb so muß der sichtbare Richter Macht haben, Erklärung zu thun, und sollte die Erklärung nicht kräftig seyn von wegen des Stands, so wäre des Gezenks kein Ende. Daruff ist diese klare Antwort: wie Nabogdonosor nicht Macht hat, einen neuen Gott zu machen, also hat auch das Concilium ganz keine Macht, einen neuen Gott zu machen. Was thut es denn? Ein recht Concilium, als Nicenum,

ist eine Versammlung vieler Gottfürchtiger und Gelehrter, welche da ihre Bekenntniß thun von ihrem Glauben und Verstand in göttlicher Schrift, und geben Unterweisung, daß ihr Verstand in göttlicher Schrift ohne Sophisterey gegründet sey, mögen auch Zeugniß aus der ersten reinen Kirchen nehmen, wie Irenäus Polycarpum anzeucht, der Johannis des Evangelisten Schüler gewesen ist, und verwerfen den falschen Verstand, und zeigen an, daß der Gegentheil Sophisterey übt wider den Text, stärken also die Schwachen, die doch recht gläuben, und verbannen die Irrigen, die nicht folgen wollen. Also im Niceno Concilio machen die Rechtgläubigen keinen neuen Gott, oder neuen Artikel des Glaubens, sondern thun Bekenntniß von ihrem Glauben und Verstand in göttlicher Schrift, sagen: Gott hat sich also geoffenbaret, daß der ewige Sohn habe menschliche Natur an sich genommen, und sind also in Messia göttlich und menschlich Natur, und bezeuge solches die ganze Kirche von der ersten Väter Zeit bis nach den Aposteln, denn die Heiligen haben allezeit den Sohn angerufen als allmächtig etc.; zeigen weiter an, daß Samosatenus, Arius und ihre gleichen Sophisterei brauchen, so sie in diesen Worten: et Deus erat verbum, diese Verkehrung machen: Deus non essentia, sed officii communicatione, und setzen wider die Sophisterey klare, gewisse Zeugniß aus göttlicher Schrift, als diese: alles ist durch ihn gemacht; Item: zuvor ehe Abraham geboren ist, bin ich. Also ist in den Kirchengerichten in Glaubenssachen dieses der Kirchen und Concilii Ampt, daß sie Bekenntniß thun und Unterweisung geben; aber eines jeden christlichen Herzens Glaub ist gegründet nicht auf des Concilii Decret, sondern uff göttliche Schrift. Darin findet auch ein christlich Herz, das ohne Sophisterey urtheilt, daß die Schrift nicht eine ungewisse Rede ist.

Daß aber die Weltweisen gleichwohl schreyen, so die Erklärung des Synodi nicht kräftig sey von des Standes wegen, autoritate regia, so sey des Gezänks kein Ende, darauf ist diese Antwort: Gott erhält allezeit ein rechte Kirchen, das ist, ein Häufflin, in welchen die Wahrheit bleibet, wie Esaiä 59. geschrieben ist: mein Geist der in dir ist, und meine Wort, die ich in deinen Mund geben habe, die werden nicht von deinem Mund weichen, noch von dem Mund deines Saamens für und für in Ewigkeit. Und bleiben also Streit, bis daß Gott den falschen Theil ganz vertilget. Als, da die Apostel das Decret gemacht hätten, daß die Beschneidung und andre jüdische Ceremonien nicht sind die Gerechtigkeit des neuen Testaments, und sollten uffhören; da sind auch viel ihrer Schüler abgefallen. Aber da Gott Jerusalem und das ganze jüdisch Regiment vertilgen ließe, da sahe man, daß der Apostel Decret recht war, die auch kein neuen Artikel des Glaubens gemacht hatten, sondern es ist von Anfang verkündigt gewesen, daß der Messias würde ewige Gerechtigkeit bringen und nicht vergängliche Heiligkeit, die in Ceremonien und Ochsen schlachten etc. stehen würde, wie Esaias spricht im letzten Capitel.

Bis anher ist gesagt, daß in der Kirchen sollen Gericht seyn, doch sey Unterschied zwischen weltlichen und Kirchengericht in Glaubenssachen, und sollten christliche Regenten in fürfallenden Sachen recht Gericht halten lassen, und die Wahrheit treulich suchen, wie Constantinus, Theodosius, Marcianus, Arcadius und etlich mehr gottfürchtiger Könige und Herrn gethan haben.

Daß aber die großen Könige itzund Concilia nennen den Papst, seine Bischofe, Pfaffen und Mönch, die öffentliche Feinde sind des Herrn Christi und des Evangelii, und volle Macht haben, Artikel des Glaubens und neue Götter zu machen, das ist eitel Gotteslästerung, wie Nabogdonosor und Antiochus getrieben haben. Darum soll man uff ihre Concilien nicht warten. So ist öffentlich, daß im Concilio zu Trident viel Artikel gemacht sind, die grobe, öffentliche Lügen sind wider das Evangelium, und hat Papst Paulus Tertius diese Weise gehalten: so oft ein Artikel zu Trident gestellt worden, hat man denselbigen Artikel vor der Verkündigung dem Papst Paulo Tertio gen Rom senden müssen, daß nicht etwas ihm nachtheilig gemacht würde, darnach so er daran gemeistert hat seines Gefallens, hat er dem Concilio sein Gedicht zugesandt und dasselbig verkündigen lassen. Also ist der Papst allein das ganze Concilium gewesen, wie der Leu im Aesopo allein der Austheiler ist, und fragt seine Gesellen, was er thun soll, und behält gleichwohl den Raub allein. Auf solch Concilium des Papsts zu warten ist eitel Blindheit und Verachtung des Herrn Christi, davon der ewige Vater von Himmel gesprochen hat: dieser ist mein liebster Sohn, diesen sollt ihr hören. So sind auch die päpstlichen Gotteslästerung und Irrthum also grob, daß sie leichtlich ein jeder Verständiger richten kann, und ist gewißlich wahr, daß die gelehrten Verfolger wider eigen Gewissen die erkannte Wahrheit verfolgen, als nämlich die neuen Scribenten, die itzund den großen Herrn zu gefallen sich herfür thun, und suchen neue Farben, die Irrthum zu schmücken, als in Anglia Polus, in Cöllen Gropperus, der den Cardinalhut verdient hat,

in Oestreich der Cynicus Canisius, in Slesien Staphylus, zu Ingolstadt Georgius Theander, welche, so sie also fortfahren und erkannte Wahrheit mit boshaftiger Sophisterey verfolgen, Irrthum und Abgötterey stärken, und das arme Volk an Erkenntniß der Wahrheit zu verhindern nicht uffhören, werden sie Judas Belohnung empfangen. Sie schmücken sich mit dem heiligen Namen Kirche,. so sie doch selb wissen, daß unmöglich ist, daß diese Menschen wahrer Kirchen Gliedmaß sind, welche Abgötterey wissentlich schützen, und helfen unschuldige Leut von wegen christlicher Wahrheit ermorden, wie sie wissen, daß der Papst, Bischoff, und Mönch viel heiliger Personen in vielen Landen noch täglich grausamlich ermorden. Solche Bluthunde sind nicht Gliedmaß Christi. Dieses sollen wir oft betrachten, daß wir wissen, daß unsre Kirchen wahrhaftiglich des Herrn Christi Kirchen sind, wie geschrieben ist: oves meae vocem meam audiunt, und sollen Trost und Freude daran haben, daß wir den wahrhaftigen Gott in seiner Kirchen anrufen, obgleich viel schwacher Gliedmaß sind, und leider Unkraut mit unter wächset. Doch sollen die Prediger und Regenten, ein jeder nach seinem Ampt, zu Besserung Gott zu Lob arbeiten, und sollen wir alle in den Spiegel der Propheten sehen, die auch beides vor sich gehabt haben, falsche Kirchen, Verfolger und Mörder, und dagegen eine rechte Kirchen, die Gott recht angerufen hat und Abgötterey geflohen, obgleich auch schwache Gliedmaß in ihrer Kirchen gewesen, wie auch in den Aposteln Schwachheit gewesen vor des Herrn Christi Ufferstehung.

Der allmächtige wahrhaftige Sohn Gottes Jhesus Christus, der für uns am Creutz ein Opfer gewesen ist, und ist wiederum aus dem Tod ufferstanden, und sammlet ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium und nicht anders, wolle gnädiglich umb seiner Ehre willen die Kirchen und Herrschaft dieser Land regiren und bewahren, und wolle darin auch E. F. G. gnädiglich regirn, bewahren und an Seele und Leib stärken. Datum Anno 1556. die aequinoctii verni, zu welcher ein schrecklicher Comet gesehen ist, der in Virgine erstlich gesehen ist, und ist geloffen gegen Septentrio. Gott wolle die wohlverdienten Straf gnädiglich lindern, Amen.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 5940. d. aequinoct.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, qui certe custos est Ecclesiae suae, ut et harum regionum Ecclesias protegat et gubernet, et tibi placidam senectam tribuat, et confirmet tibi vires corporis et animi. *Erasmum* tibi commendo, quem etiam propter contagia morborum, quae nunc magis grassantur propter Saturni et Martis coniunctionem et propter Cometam, hortatus sum, ut ad vos expatiatur. Mitto tibi orationem de iudiciis Ecclesiasticis*), quam cum legeris quaeso, ut mihi significes, quid tibi videatur. Vagantur Errones, qui circumferunt reliquias furoris Servetici; de his tantis rebus praemoneri iuniores necesse est. Bene vale. Salutem *Iacobo* et aliis collegis opto. Die aequinoctii verni, 1556.

Philippus.

No. 5941. d. aequinoct.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 17.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Haec cum scriberem circa Vernum Aequinoctium, concurrebant multa terribilia signa. Coniunctio Saturni et Martis, et simul cometa, cuius cauda directa erat in Belgicum. Cum igitur impendeant et bella nova et dissidia doctrinarum, petamus ut Filius Dei nos gubernet. Tuas literas et obtestationem memini, et cogito in ea Synodo, quam expectamus, cum piis et doctis de re tanta loqui. Vides enim, quales sint quorundam clamores: Inter quos nostra vox non auditur, nisi adsint pii et docti *συμφράδμωνες*. Sed haec coram, ut spero. Hunc *Nysium* commendabis illustri Co-

*) Estne oratio, quae legitur in Eberi Quaest. acad. p. 138.? — Habita illa est d. 1. Aug. 1555. et agit de Serveto.

miti *Christophoro.* Praeceptorem *Danieli* attribui doctum virum, qui mecum fuit annos amplius tredecim. Bene vale.

Philippus.

No. 5942. d. aequinoct.

(*Testim. de Hugone.*)

Manlii farrag. p. 374 b sq.

S. D. lecturis has literas.

Hic peregrinus *Gutbertus Hugonius*, modeste apud nos hac tota hyeme vixit. Narrat se docuisse linguam Latinam et Graecam in scholis, et scribit solutam orationem et carmen Latine. Causam se honestam peregrinationis habere inquit, quod impiam tyrannidem et furias *Poli* et *Wintoniensis* adprobare noluerit: quorum alter, videlicet *Polus*, scripsit: Si Caesar cum exercitu in ipso freto Hellesponti iam esset cum Turcis praeliaturus, se velle ei hortatorem esse, ut omisso Turcico bello, rediret ad delendos Lutheranos. Quid potuit dici furiosius? Huius igitur *Gutberti* virtus laudanda erit, quod in exilio vivere maluit, quam quoquo modo talibus tyrannis assentari. Ac decet honestos viros, et propter honestam causam exulantes, hospitalibus officiis iuvare. Cogitemus de communi exilio generis humani, quod immortalem vitam, veram scilicet patriam propter peccatum amisimus: ad quam tamen reducimur per filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui exul propter nos fuit. Cogitemus et de inconstantia fortunae hominum, et simus officiosi erga exules. Datae anno 1556. die verni aequinoctii, quo tempore cometam terribilem flagrantem vidimus, postea celeri motu ad Arcton provectum. Deus leniat publicas et privatas calamitates.

Philippus Melanthon.

No. 5943. 12. Mart.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 175 sqq.

Ulrico Mordisin.

S. D. Clarissime vir. Postquam domum redii, literas accepi concionatoris Regis *Maxaemyliani* *), et quaestiones, quas Pater Filio proposuit, de autoritate Synodorum, et alias. De his volumen mitto ad concionatorem. Postea ex Belgico accepi *Velsii* Medici captivi literas, et historiam de duobus fratribus, qui propter confessionem veritatis, quam iudico piam esse, crudeliter exusti sunt. Ita saevitia et furores in impiis crescunt. Nec dubium est, quin poenae secuturae sint, quas, ut Deus leniat his regionibus et Ecclesiis, toto eum pectore oro. Die Febr. 26. mortuus est senex Princeps, Elector *Fridericus Palatinus.* Et audio, succedere Ducem *Othenricum.* Eius gubernatio ut sit felix et salutaris, faciat DEUS, conditor generis humani, qui solus dat felicia imperia. Profecto non sum sine sollicitudine. Significabo vobis, quae mihi de initio gubernationis scribentur.

Adferunt ad aulam quidam Kemnicenses petitionem dispensationis in tertio gradu affinitatis in linea inaequali. Et iam publica dispensatio facta est. Et audio, honestos homines esse, et valde angi, oro, ut clementer fiat dispensatio, et concedatur coniugium.

Torgam cum venissem, Doct. *Preger* procul aberat. Et audio, eum adhuc triennio obligatum esse Comiti *Alberto.* Cum et de Theologo mihi mandata dederitis, iudico, idoneum esse *Georgium Venetum*, virum nobilem et Doctorem Theologiae, qui fuit lector in Schola Regiomontana, et propterea quod *Osiandro* adversatus est, a Duce Prussiae dimissus est, et mallet in hac regione vivere. Vir gravis et integer est. Ideo eum vobis commendo. Mitto pagellas meo more. Bene valete. Dominus noster Iesus Christus crucifixus pro nobis et resuscitatus, custos Ecclesiae suae, protegat Illustriss. Principem, et vos et has regiones. Die Gregorii. De Cometa scribemus, cum deflagraverit, videtur enim mihi iam attenuari.

Philippus.

No. 5944. (12. Mart.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 702 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 844.).

---

*) *Pfauseri.*

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Non poëticae carnificinae apud inferos, pares sunt meae carnificinae, qua excrucior scribendis disputationibus, legibus, praefationibus, epistolis. Nunc respondeo optimo iuveni τῷ ἔχοντι ὄνομα υἱοῦ θετοῦ σκιπίωνος [1]), et volumen mitto. Heri in Pomeraniam controversiae Stetinensis diiudicationem misimus.

Hodie litteras accepimus de morte Electoris *Friderici* Palatini.

Περὶ τῆς ἐν μεθώνῃ συνόδου nihil audivi, ac ne curo quidem. *αὐλείτωσαν δὴ οἱ θηβαίων παῖδες.* Sed viderint ut sustinere possint hos quos irritant.

De Cometa nobis vestras observationes significate, quem die V. Martii primum vidimus prope *προτρυγητῆρα.* Hic *Christophorus* amat doctrinam Astrologicam, et docere posset, quare se tibi commendari petivit, si potes eum iuvare, quaeso ne desis ei. Bene vale. Deus te et Ecclesiam tuam domesticam et publicam servet.

Hoc quoque addo, fuit hic hodie diaconus vestrae Ecclesiae [2]), et cum spectaret ritum publicum *τῆς μυήσεως,* stetit velatus pileo faciem toto eo tempore, fortassis ne a me salutaretur, etsi agnoscebam, tamen quia agnosci nolebat, non sum allocutus. Ego nos et Ecclesiam Deo commendo, ac non valde illorum amicitias appeto, qui sunt et litterarum, et disciplinae, et veritatis hostes. Iterum vale.

Philippus.

No. 5945. 13. Mart.

Iusto Menio.

† Ex autographo Mel. in cod. Goth. 384. in fol.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iusto Menio, Pastori Ecclesiae Dei in urbe Gottha, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Heri literas accepi scriptas a viro docto et captivo propter Evangelii confessionem *), in quibus haec erant verba: *τὰ ὄντα λαλῶ, οἶδεν ὁ θεός.* *Brevi ruinam Pontificii regni videbis, vox angeli mihi exaudita est.* Haec scribit ille ex carcere. Etsi vaticinatur de rebus praesentibus, tamen existimo, maiores motus significari, quos ut filius Dei gubernet, precemur. Et saevitia hostium Evangelii non minus significat cito secuturas esse poenas, quam terribilis *Cometa,* quem iam singulis noctibus videmus. In *Belgico* duo fratres adolescentes propter piam confessionem recens combusti sunt, qui praecipue propter *εἰδωλομανίαν* similem Persicae pompae rapti sunt ad supplicia, quam semper dolui confirmari. Sed haec coram; maxime enim opto adventum tuum. Modestiam *Myconii* *) etiam filius tuus *Eusebius* laudat. Quare cum antea paterno animo eum complexus sis, magis etiam propter bonos mores diliges. Bene vale carissime frater. Die 13. Martii.

Philippus.

1) Paulo Aemilio. C. W., imo Regi *Maximiliano.*
2) Grobianus, discipulus Sarceris C. W.
*) *Velsio.* Vid. ep. ad Mordisin. d. 12. Mart.

*) Filii Friderici Myconii.

No. 5946. (13. Mart.)

P. Ebero.

† Ex autographo Melanth. in bibl. Regia Hannov.

Clariss. viro Paulo Ebero, fratri suo carissimo,

S. D. Heri literas accepi a viro docto Captivo [1]) scriptas in carcere, in quibus haec sunt verba, *τὰ ὄντα λαλῶ, οἶδεν ὁ θεός.* Exaudita est mihi vox angeli: *brevi videbis ruinam regni pontificii.* Non prorsus contemno talia vaticinia, quae, undecunque sunt, significant, impendere magnos motus, quos ut filius Dei gubernet, precor.

Quaesivi te domi ut tecum loquerer de duobus filiis Herr Hansen Ungnaden, et de fratris ipsius filio. Suasi, ut tibi commendentur, et existimo in hac re tuam operam et reipublicae et ipsis profuturam esse, et te posse hanc curam sustinere. Voluntatem tuam cognoscere iam cupit. Quare in coena ei dices quid facturus sis, et, ne recuses, peto.

Philippus.

1) In voc. *Captivo* scribendo usus est Melanth. *C* maiori, non quasi sit *Captivus* nomen proprium viri. Sed est, ut ex epistola ad Fabricium, quae infra legitur, intelligitur, *Welsius.*

No. 5947. 16. Mart.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ᵛ.

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Carissime frater. Salomon inquit: calumnia turbat sapientem et frangit robur cordis eius. Sed quaedam calumniae adeo impudenter mentiuntur, ut vanitas facile deprehendi possit. Ideo sis forti animo. Habes illustria testimonia tuae phrasis apud Paulum Rom. 8., et in epistola ad Ebraeos, imo et in prophetis. Invocamus dupliciter filium, et ut Deum creatorem et efficacem cum patre et spiritu sancto, deinde rursus ut mediatorem, ac utraque forma quotidie utor. Et quis titulus Christi celebratior est in propheticis ac apostolicis scriptis quam titulus sacerdotis? Ac totius personae nomina sunt: caput Ecclesiae, rex, sacerdos. Definitionem sacerdotis quam habent, qui nolunt dici: domine Iesu Christe, intercede pro nobis? Hoc qui reprehendunt furiosi et blasphemi sunt. Quare contemnito talium iudicia et *ἀποτόμως* refutato, cum res illustranda erit oratione. Causam habes gloriosam et piam. Oro autem ipsum filium Dei, sacerdotem nostrum et Ecclesiae caput, ut te confirmet et gubernet, et reprimat sycophantas. Bene vale et rescribe quam primum poteris. Scribam de eadem re plura, si requires. Die 16. Martii, 1556.

No. 5948. 19. Mart.

P. Medmanno.

Edita a S. A. Gabbema in epist. Claror. viror. p. 27.

Petro Medmanno.

Clarissime vir et charissime frater. Nunc mihi prolixae epistolae argumentum *Cometa* praeberet, si ad scribendum satis temporis esset. Accenduntur Cometae vel prope solem, vel in opposito loco. Hic Cometa, quem vidimus primum d. 5. Martii, existimatur accensus esse in Silva opposita Arieti, in quo fuerunt Sol, Saturnus, Mars et Mercurius; profecto horum positu non minus terreor, quam ab ipso Cometa, quem nos vicinum vidimus *τῷ προτρυγητῆρι*, postea Arcturo, postea Cynosurae; cauda intuebatur Belgicum. Ante mortem *Philippi*, patris *Caroli* Imp., etiam conspectus est Cometa, accensus coniunctione Saturni et Martis. Hoc ipso tempore in Pannonia filius *Iohannis* obsidione currit Cassaviam, et in Franconia nostra rursus bella futura esse, ostendunt apparatus. *Marchio Albertus* habet auxilia. Sed oro filium Dei custodem Ecclesiae, ut nos protegat, etsi vetus illud metuo *πῆμα κακὸς γείτων*. Si procedit conventus Principum Germaniae, spero futurum, ut coram colloquemur. Bene vale, carissime Frater. Die Coenae in Bethania.

No. 5949. 19. Mart.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 18.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Cum nec obscura, nec parva sint Ecclesiae vulnera multos annos et ingentem et assiduum dolorem animo circumfero. Ac maius et tristius prodigium esse iudico in his, qui non sunt indocti, rabiem contra veritatem, et manifestas *κολακείας*, quam sunt Cometae, aut monstrosi partus. Et tamen haec signa etiam mihi dolorem augent. Existimo et vos considerasse *Cometam*, qui hoc Martio conspectus est. Nos primum vidimus die 5. Martii, cum vicinus esset stellae, quae *προτρυγητήρ* nominatur, in Astraea, quae significat doctrinas et leges. Inde rapido motu ascendit ad Arcturum, postea ad minorem Ursum. Inde longus ad Septentrionem vehebatur. Caudam Belgicum intueri iudicavimus. Ac eodem tempore fuit Saturni et Martis coniunctio, Ita ante mortem *Philippi* patris Caroli Imp. concurrerunt et coniunctio Saturni et Martis, et Cometa. Vestras considerationes velim te etiam nobis significare. De ceteris rebus scribam, cum audiero, an procedet conventus Principum Germanicorum, in quo si erunt deliberationes *περὶ δογμάτων*, omnino ero hortator, ut te quoque Principes aliqui accersant. Bene vale. Die Coenae in Bethania.

Philippus.

No. 5950. 19. Mart.

Ge. Agricolae.

Epist. lib. II. p. 560. (ed. Lond. lib. II. ep. 583.). — Hic ex autographo in cod. Goth. 400.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti, Georgio Agricolae, gubernanti studia doctrinae in inclyta urbe Norici Amberga, fratri suo carissimo S. D.

Charissime *Georgi*, Unica est familia in genere humano reliqua, paterna origine a *Carolo Magno* orta, familia Ducum *Bavariae* et *Palatinorum*, in qua tot iam seculis multi Principes laude digni fuerunt. In his fuerunt et fratres *Ludovicus* et *Fridericus*, patriae salutares, quorum memoriam grati celebrare debemus. Oro autem Filium Dei, custodem Ecclesiae suae, ut gubernet successorem *Othenricum*, et confirmet in eo corporis et animae vires. Magnum bonum est, et multis salutare bonus Princeps. Quare gratitudo iis debetur qui virtute excelluerunt. Te quaeso, ut de initiis gubernationis mihi scribas. Mitto pagellas tibi et Quaestori, et vobis omnibus salutem opto. Commendo tibi *Sebastianum* [*Eringium* tuum affinem [1])], et te, si labores scholasticos tecum sustinebit, volo ἐργοδιώκτην esse. Gaudeo in *Norico* Ecclesiae verae reliquias esse, et ut semper apud vos, et in tota patria nostra colligat Ecclesiam Filius Dei, toto eum pectore oro. Opto etiam ut adolescentes ita discant et vivant, ut ornent Ecclesiam, et patriam, et ut *Noricum* iam clarius sit pietate, quam olim fuit a *Venis* ferri, cum *Homerus* inde nominavit νώροπα χαλκόν. Bene vale, et rescribe. Die Coenae Christi in Bethania apudÆttham, et apud Magdalenam, et apud Lazarum [2]). [Anno 1556 [3])].

Philippus M.

No. 5951. (fere d. 23. Mart.)

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 429 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti scholam Misnensem.

Charissime frater. Nemo aspiciens Genesin tuam, quae plurimas habet significationes suavitatis, καὶ τῶν χαρίτων, crederet, tuam esse epistolam, in qua ad me scribis, te non expertum esse, quid sit amor. Sed tantisper credam, donec conveniemus, *Ioachimus*, tu et ego. Nam et *Ioachimus* irasci se negat. Stoici amorem non tollunt, et definitionem tradunt: ἔρως ἐστι ἐπιβολὴ φιλοπονίας διὰ κάλλους ἐμφαινομένου. Hic nobis interprete *Ioachimo* opus erit, quid nominent ἐπιβολήν. Sed haec nunc omitto. Rectissimum est, cives tuos, quos ad me misisti, petere in aula, ut leniatur decretum ἐπιεικείᾳ Principis. Iure divino concessum est in eo gradu coniugium [1]). Et sunt probabiles causae mitigationis in hoc facto, quas in pagella scripsi, quam misi *Albino*, quam includere petitioni possunt. Scripsi etiam ad virum Clarissimum, *Mordisinum*, quod eo feci, quia ad Principem rectius est, ipsos supplices scribere. Et nos decretum nuper fecimus, ut dispensationes in aula petantur. Nec tamen recuso, et ipse scribere ad Principem, si hoc fieri volueritis. Nunc et Concionatori [2]) *Maximi Aemiliani* [3]) quaedam scripta mitto, et respondeo captivo *Velsio*. Bene vale.

No. 5952. 23. Mart.

Ioachimo, Pr. Anhalt.

Edita in Becmanni access. p. 118.

Ioachimo principi Anhaltino.

Illustrissime et Clementissime Princeps. Et debeo et habeo C. V. gratiam, cum pro pisce, tum vero multo magis pro perpetua benevolentia, ac Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum oro, ut C. V. servet incolumem, et confirmet ei vires animae et corporis. Mitto C. V. Historiam de duobus Fratribus in Belgico crematis. Et audio simul, esse in Gallia Legatos *Papae*, Turcicos, *Caroli* et *Philippi*, et Anglicos, et de pace agere. Et Papam nolle tradere feudum Regni Neapolitani Filio *Caroli*, nisi rescindatur decretum, quod in

---

1) Absunt ab autogr.
2) i. e. 19. Mart.
3) Annus abest ab autogr.

1) Vid. ep. ad Fabric. d. 13. April 1556.
2) *Pfausero.*
3) Maximiliani.

proximo conventu Augustano de pace nobis promissa factum est. Haec ultima mundi aetas habebit ingentes motus, et ut spero, in his periculis ostendet Filius Dei praesentiam suam in Ecclesiis nostris. Bene valeat C. V. Die 23. Martii 1556.

No. 5953. (24. Mart.)

Scriptum Pfausero missum.

Ioannes Sebastianus *Pfauser*, de cuius vita, suo more, i. e. docte, scripsit Strobelius (Beiträge zur Literatur, besonders des 16. Jahrhunders, 1. B. p. 257 sqq.) concionator aulicus Maximiliani Regis, et renovatae doctrinae fautor, anno 1556. Melanthoni misit XI quaestiones, qua de re Martinus Mylius in „Chronologia scriptorum Philippi Mel. ad annum 1556." haec literis mandavit: „Respondit „(Mel.) germanice ad XI quaestiones a Maximiliano, tunc „rege adhuc Bohemiae, per doctorem *Richterum*, I. C. „ad se missas sibique propositas. — Has responsiones „Philippi decennio post quam ab auctore scriptae fuerunt, „curavit Lipsiae excudi *Nicolaus Selneccerus*, et omissa „mentione illius principis, ad quem fuerunt missae, tan„tum hunc titulum praeposuit: Christlicher und gründlicher „Bericht auf etliche gemeine Hauptfragen und Objectionen der „Papisten und anderer von den fürnehmsten stücken der strei„tigen Artikel. Allen Christen zum unterricht sehr nöthig und „richtig [wichtig?]. Gestellet durch den Ehrw. Hochgel. Herrn „Philippum Melanthonem, und jetzt sonderlich in Druck ver„fertigt durch Nicolaum Selneccerum, Leipzig 1567. „4. 8 Bogen." — Titulum libri descripsi ex Strobelio l. l., qui illum accuratius dedit quam Mylius, simulque indicavit, Selneccerum hunc libellum dedicasse Christiano Duci Saxoniae, Electori, a cuius matre autographon vel apographon accepisset. Hoc ipsum scriptum postea Pezelius inseruit Melanthonis christlichen Bedenken und Berathschlagungen p. 448 sqq., ex quo libro illud hic edidimus, quum editionem Selnecceri videre nobis non contigerit. Contulimus autem apographon, quod habetur in cod. Monac. 89. no. VI, p. 115. Repetitum etiam est hoc scriptum in Consiliis Theologicis Witteb. T. I, p. 74. — Quod ad rem ipsam attinet videndae sunt epistolae Melanthonis inde a 5. die Martii scriptae. — Inscriptio apud Pezelium est haec:

„Fragen von eilf streitigen Religionsartikeln, so auf Befehl K. Maximiliani II. seiner Majestät Hofprediger [Pfauser] an Philippum Melanthonem gelangen lassen."

Die erste Frage:

Ob außerhalb des Worts Gottes, das ist, der heiligen Schrift, sey einiger Richter in der Christenheit, der von der heiligen Schrift und ihrer Auffaßung und allen Zweytrachten, die in der Religion fürkommen, könne oder soll richten und urtheilen?

Antwort. Wir nennen auch die Kirche in diesem Leben eine sichtbare Kirche, in welcher viel Auserwählten und rechte[1]) Erben ewiger Seligkeit sind, und sind daneben viel ungleiche, schwache oder auch sündige Gliedmaß. Doch müssen alle Gliedmaße in äußerlicher Profession in rechter Lehre einträchtig sein. Eine solche sichtbare Versammlung muß ein[2]) sichtbar Gericht und Richter haben; denn keine Versammlung ungleicher Menschen kann ohne Gericht und ohne Richter bleiben. Darum spricht der Herr Christus selbst: dic Ecclesiae, und nennet hie den fürnehmsten sichtbaren Richter, nämlich verständige Personen in der Kirchen, Prediger und andere, wie die Apostel Act. 15 die Alten neben sich zur Verhör und zum Urtheil ziehen, Apostoli et presbyteri et fratres. Hie ist aber dieses hochnöthig zu merken, daß die Kirche an Gottes Wort gebunden ist, dadurch Gott wirket, und ewige Gerechtigkeit und Seligkeit wirket. Und ist dieser Richter nicht ohne eine gewisse Regel, daß er möge seines Gefallens sprechen was er wolle, und neuen Glauben oder neue Gottesdienst aufrichten, wie Nabugdonosor that mit dem Bilde, oder Antiochus und viel tausend andere neue Götzen erdichtet haben; sondern Gottes Volk ist gebunden an Gottes Wort, darnach muß es[3]) sprechen und nicht demselbigen widerwärtig, auch nicht neuen Glauben oder neue Gottesdienst dichten außer demselbigen. Dieses ist sehr oft geboten in Gottes Wort. Galat. 1.: so jemand ein ander Evangelium predigt, der sey verflucht. 1 Kor. 3.: man kann keinen andern Grund legen denn allein diesen, der gelegt ist, welcher ist Jesus Christus. Johan. 14.: wer mich liebet, der bewahret meine Reden, und mein Vater wird ihn lieben. In secunda Johannis: omnis praevaricator et non manens in doctrina Christi, Deum non habet. Und ist in Summa durchaus in ganzer göttlicher Schrift dieses vielmal erholet, und aufs aller ernstlichst geboten, daß wir bei Gottes Wort bleiben sollen. Denn dadurch will Gott für und für ihm eine ewige Kirchen sammlen und gebären, und nicht auf andre[4]) Weise. Evangelium est potentia ad salutem omni credenti. Item, Gott will erkannt und angerufen werden, wie er sich offenbaret, und nicht anders. Hunc audite. Qui non audiet, ego ultor ero etc. Und 1 Cor. 1.: quia mundus non novit Deum in sapientia per sapientiam[5]), placuit Deo salvos facere credentes per Evangelium etc.

Dieser Artikel ist ganz gewiß, und ewige, unwandelbare Wahrheit. Daraus ist nun offenbar, daß nie-

---

1) rechte] Pez. non habet.

2) ein] Pez. ja.

3) es] Pez. er.

4) auf andre] cod. Mon. mit andrer.

5) *per sapientiam*] Pez. non habet. Sed vid. 1 Cor. 1, 12.

mand etwas wider Gottes Wort sprechen oder ordnen soll, er heiß Engel, Prophet, Apostel, Kirch, Papst, Bischoff, Prediger, Pastor, Kaiser, König, Fürst, oder wie er Namen hat. Und ist hie nöthig zu betrachten Unterscheid weltlicher Gewalt oder Gericht, und der Kirchen Gericht. Tyrannen gedenken, sie mögen thun was sie wollen, ohne alle göttliche und ohne natürliche Gesetz, wie Caligula, Nero rc. Daß aber dieses nicht recht ist, sondern allein teufelische Unsinnigkeit, das wissen alle Verständigen. Darum so wir hie von weltlicher Herrschaft reden, wollen wir nicht von Tyrannen reden, sondern sagen also: die weltliche Herrschaft hat erstlich die Stimme des natürlichen Gesetzes, und soll darnach sprechen, und nicht dawider; dazu aber hat die weltliche Herrschaft noch einen Befehl, daß sie zu dem natürlichen Gesetz, das gemein ist, etliche besondere Zusätze als determinationes circumstantiarum ordnen soll. Als: das natürliche Gesetz saget in gemein: Du sollt nicht stehlen, und den Dieb soll man strafen; aber die Herrschaft soll diesen Zusatz machen, wie man den Dieb strafen soll, mit Gefängniß oder mit dem Tode, und soll mit leiblicher Gewalt die Executio thun. Es hat auch weltliche Herrschaft diese[6]) Authorität, solche ihre Zusätze[7]) abzuthun, zu ändern, zu schärfen oder zu lindern nach vernünftigen Ursachen. Item, in neuen leiblichen Sachen neue Gesetze zu machen, doch nicht widerwärtig dem natürlichen und göttlichen Gesetz. Item, wo Zweifel fürfället, eine Erklärung zu machen aus vernünftigen Ursachen; und diese Erklärung ist kräftig von wegen der Authorität, die Gott der weltlichen Herrschaft geben hat, doch daß sie nicht widerwärtig sey göttlichen und natürlichen Gesetzen.

Aber mit der Kirchen Authorität und Kirchengerichten ist es nicht also, und ist zu allen Zeiten gewöhnlich gewesen, daß die hohen Regenten, Papst und Bischoff das Kirchenregiment haben ganz gleich machen wollen der weltlichen Herrschaft, und haben gesagt: Päpst und Concilia haben auch solche Authorität im Glauben und Gottesdiensten Erklärung zu machen, die neue Artikel des Glaubens sind, Item neue Gottesdienste zu ordnen rc. Und ist erstlich hie zu merken, daß in dieser Frage nicht geredt wird von äußerlichen menschlichen Mittelordnungen in den Kirchen, die ein jeder Pfarrer oder Bischoff an seinem Ort zu ordnen Macht hat, nach Gelegenheit der Zeit und des Volks, als: welche Tage und Zeit[8]) die Predigt und Communio soll gehalten werden. Von solchen mittlen, ehrlichen Ordnungen wird hie nicht geredt, davon Paulus spricht: es soll alles in Kirchen zierlich und ordentlich gehalten werden. Sondern die Frage ist hierin[9]) von Artikeln des Glaubens und rechter Anrufung Gottes und Gottesdiensten. Davon spreche ich: Wenn ein Artikel offentlich wider Gottes Wort ist, so muß ja diese Regel fest und unwandelbar gehalten werden: so jemand ein ander Evangelium lehret, der sey verflucht. Als die Manichei sagten, es wären zweene, gleich ewige Gott[10]), ein guter und ein böser: diese Lästerung ist offentlich wider Gottes Wort; denn das erste Gebot spricht: höre Israel, der Herr dein Gott ist ein einiger Gott rc. Item, ein böse Ding kann nicht Gott seyn.

Weiter aber sprichst du: wie aber? so Streit fürfället, die nicht so klar sind, sondern da contraria dicta Erklärung bedürfen, als zu Arii Zeiten: ego et pater unum sumus, und: pater maior me est. Item, es ist nur ein einiger Gott, wie können denn drei Personen seyn? Hie muß ja ein Richter seyn, der Erklärung thue. Antwort, wie zuvor gesagt ist, menschliche Weisheit und Authorität kann nicht einen neuen Gott machen, sondern wir sollen Gott erkennen und ehren, wie er sich selbst durch sein Wort geoffenbaret hat in seiner Schrift, die an ihr selbst klar ist, obgleich böse, listige Menschen und Teufel die Wort verkehren, Sophisterei machen. Und zur Zeit des Kaisers Valentis waren mehr Arianer denn rechte Lehrer; dennoch war eine christliche Kirche, die sich zusammenhielt, als Ambrosius im Occident, Basilius im Orient und etliche mehr, die bei Gottes Wort ohne Sophisterei blieben, und den Artikel von der Gottheit Christi recht lehreten und erklärten. Item, im großen und herrlichen Concilio zu Syrmio schluß der mehrer[11]) Theil, daß man aus dem Nicaeno symbolo das Wort ὁμοούσιον sollt wegnehmen, und ein ander Wort dafür setzen, ὅμοιον, das jeder Theil zu seinem Vortheil ziehen möcht. Und war dieses eine große Verblendung der Wahrheit. Also kann oft geschehen, daß der Hauf unrechter Lehrer viel größer ist, denn das Häuflein rechter Lehrer; dennoch bleibet dasselbige Häuflein rechter Lehrer, und ihre Kirchen die wahrhaftigen Kirchen Gottes, und bleibet darin reiner Verstand, ohne Sophisterei. Aus diesem allen folget, daß man nicht nach dem mehrer Theil, auch nicht nach der Hoheit der Personen,

6) diese] cod. Mon. solche.
7) Zusätze] cod. Mon. recte; sed Pez. Gesetze.
8) und Zeit] Pez. non habet.
9) Cod. Mon. hier.
10) Cod. Mon. Götter.
11) schluß der mehre] cod. Mon. ward das mehrer.

Papst oder Bischoff, richten soll, sondern nach Gottes Wort. Darum auch Moyses spricht: Exodi 23.: du sollt nicht von der Wahrheit weichen von wegen des größern Haufen. In weltlichen Gerichten ists also, daß die hohe Obrigkeit und das mehrer Theil Gewalt haben, in zweifelhaftigen Sachen eine Erklärung zu machen, und die Erklärung ist kräftig von Ampts wegen; aber in Glaubens Sachen ists nicht also. Denn Hoheit der Person und das mehrer Theil hat nicht Macht, einen neuen oder andern Gott zu machen, wie Nabugdonosor machen wollt, und muß Gott Richter seyn. Das ist an ihm selbst gewiß, und nicht ungewiß, wie die Weltweisen fürgeben.

Daß man aber spricht, wenn das mehrer Theil und die Hoheit der Person nicht gilt, so wird alles ungewiß, und ist kein End der Spaltungen; darauf ist zu antworten: wiewohl diese Gegenrede in weltlichen Sachen Statt hat, so kann sie doch nicht gelten in Glaubens Sachen. Denn dieses ist öffentlich, daß keine Creatur Macht hat, einen neuen oder andern Gott zu machen. Und ob man dagegen spricht, es könne leichtlich ein jeder einen eignen und besondern Verstand fassen, dagegen ist dieses zu reden. Gottesförchtige und verständige Leut merken, was Sophisterei ist. Als: dieses ist ja wohl zu merken gewesen, da Arius das Wort *Deus* Johann. 1. deutet: Deus officio, non essentia, daß dieses Sophisterei wäre ꝛc. So hatten[12]) auch die Rechtgläubigen viel mehr Zeugniß aus der Schrift; Item, sie hatten dieses klare Zeugniß, daß die Propheten und Aposteln ausdrücklich lehren, daß man den Herrn Christum anrufen soll. Item, sie hatten auch der ersten reinen Kirchen Zeugniß, das darinn auch zu erforschen ist. Denn es soll niemand eine neue Lehre in die Kirchen einführen, die zuvor nie darin gewesen, und kein Zeugniß hat von den rechten Lehrern. Denn Gott hat die Propheten und die Aposteln darum gesandt, daß sie das Ministerium Evangelii sollten wiederum aufrichten, und giebet für und für etliche rechte Lehrer. Also berufet sich Irenäus auf Polycarpi Zeugniß, der Johannis Schüler gewesen ist ꝛc., und Basilius auf Gregorium Neocaesariensem, und wir zu dieser Zeit auf die erste reine Kirchen. Denn gewißlich wahr ist, daß die Päpst und Mönche neue Ding eingeführet haben, das in der ersten Kirchen nie gewesen ist, wiewohl die Mißbräuch zeitlich angefangen haben, sind aber gröblich gestärkt worden durch die Päpst und Mönche. Als nämlich von der Privatmesse ist öffentlich, daß in die dreihundert Jahr nach den Aposteln noch nicht gewöhnlich gewesen ist Privatmesse zu halten, und ist gewißlich wahr, daß man sie nicht also verkauft hat, wie die Gewohnheit hernach sehr groß und lästerlich worden ist. Und ist diese Fantasey in keinem Alten geschrieben, daß die Meß ein verdienlich Werk sey ex opere operato, wenn gleich der Priester in öffentlichen Sünden lebet. Item, die lästerliche Disputatio ist von den Mönchen erstlich eingeführt: ob eine Meß, für viele gehalten, also[13]) verdienlich sey für jeden [14]), als so eine besondere Messe für jeden gehalten würde ꝛc. Auch ist das Eheverbot in der ersten Kirchen nicht gewesen. Anrufung der verstorbenen Menschen ist auch in der ersten Kirchen nicht gewesen. Die erste Kirche hat auch das heilige Sacrament corporis et sanguinis Domini ganz gereicht. So ist gewißlich wahr, daß unsre Lehre, was Sünde sey, und was Gnade sey, und daß man Vergebung durch Glauben habe aus Gnaden um des Herrn Christi willen, und gerecht, das ist, Gott gefällig sey um des Herrn Christi willen, nicht von wegen eigener Wirdigkeit und Werk, gegründet ist in ganzer Schrift, und ist durch Augustinum, Prosperum und etliche mehr, treulich erkläret, obgleich etliche Alten bisweilen[15]) nicht gleiche Reden führen. Hernach aber haben die Mönche eine falsche erdichte Lehre eingeführt wider die göttliche Schrift. Augustinus spricht in libro meditationum: totius fiduciae certitudo esse debet in precioso sanguine Christi. Dagegen lehren die Mönche und das blinde Concilium zu Trident, der Mensch solle allezeit in Zweifel bleiben, ob ihm Gott gnädig sey.

Daß die rechte Lehre von der poenitentia klar und richtig soll in der Kirchen geprediget und erhalten werden, ist ganz öffentlich; denn der Herr Christus spricht im endlichen Befehl: ite, praedicantes poenitentiam etc. Nun haben die Päpst und Mönch von allen Stücken der poenitentia große, schädliche, lästerliche Irrthum viel hundert Jahr gelehret, und Erkenntniß der Sünd, Schrecken und Trost verdunkelt; als nämlich von der contritio, daß sie müsse genugsam seyn, welches doch unmöglich ist, und so sie genugsam ist, verdiene sie Vergebung; dieweil aber niemand weiß, wenn sie genugsam sey, so soll man in Zweifel bleiben. In diesen Fantaseyen stecken viel Irrthum wider die Schrift und erste Kirchen. Item, die Erzählung heimlicher

---

12) Pez. hätten.

13) also] Pez. als, male, quod illum permovit, ut postea quaedam adderet ad sensum scilicet restituendum.

14) Pez. additi anders nicht.

15) Cod. Mon. beiweilen.

Sünden in der Beicht ist in der ersten Kirchen nicht geboten gewesen. Item, die Fantasey von der Satisfaction, die sie nennen canonicam, ist voll Lügen öffentlich wider die Schrift, und wider die erste Kirchen, und mögen viel mehr Päpstische Irrthum angezeigt werden, die nicht allein wider die göttliche Schrift seyn, sondern sind auch der ersten Kirchen unbekannt.

Darum sind unsre Sachen durch Gottes Gnade leicht zu urtheilen, so man nicht muthwillige Sophisterei dagegen brauchen will. Derhalben schließe ich diese erste Frage, wer Richter sey? und sprich also: daß die christliche Kirche soll der sichtbare Richter seyn; sie soll aber sprechen aus göttlicher Schrift in ihrem ungefälschten Verstand, ohne Sophisterei, und mag zu Stärkung des rechten Verstands Zeugniß nehmen von der ersten Kirchen, wie gesagt ist von Irenäo, und wie wir auch thun in viel Sachen, welche droben erzählt sind, wie auch Augustinus thut von der Kindertaufe.

Die andere Frage.

Ob ex iure divino mehr Gewalt sey bei dem Papst als bei einem andern Bischoff, und mehr bei einem Bischoff als bei einem andern Priester?

Aus der vorigen Antwort ist auf diese andre Frage leichtlich zu antworten. Keine Creatur, kein Engel, kein Papst, Bischoff oder Priester, Kaiser, König, Fürst, hat Macht, wider Gottes Wort etwas zu schließen oder zu ordnen.

Zum Andern, es kann auch außerhalb göttlicher Schrift keine Creatur, kein Engel, kein Papst, Bischoff, Priester, Kaiser, König, Fürst, einen neuen Artikel des Glaubens machen, können auch keinen neuen Gottesdienst als nöthig ordnen.

Exempel. Obgleich das Concilium zu Trident oder der Papst geschlossen hat, die böse Neigung in Heiligen sey nicht Sünde, gibt päpstische Authorität oder das Concilium diesem Artikel nicht solche Kraft, daß es wahr sey. Also, obgleich die Päpste den Ehestand den Priestern verboten haben, macht die päpstische Authorität darum nicht, daß man solchs für Gott muß halten. Was vermag denn der Papst, oder Bischoff oder Pfarrer? Nichts wider Gottes Wort, auch nicht neue Artikel des Glaubens oder nöthige Gottesdienste zu setzen, sondern soll ihr Ampt seyn, rechte Lehr predigen, Sacramenta recht reichen, Kirchengericht ordentlich halten ein jeder an seinem Ort, Vergebung der Sünden verkündigen denen, die sich bekehren, die ungehorsamen nach gehaltenem Gericht bannen, item Priester ordiniren, die ordentlich berufen sind. In diesen Sachen haben sie Befehl von Gott. Weiter mögen sie in ihren Kirchen, zu guter Ordnung, Zeit und Ordnung zur Predigt und zur Reichung der Sacrament machen, doch mit Bewilligung der Kirchen, und sine opinione iustitiae et necessitatis.

Und von der Gleichheit der Bischoff und Priester redet S. Hieronymus klar im Kapitel legimus, distinctione 93., und spricht ausdrücklich der Bischoff zu Rom und Bischoff zu Wormbs: sunt eiusdem meriti et sacerdotii. Und Chrysostomus spricht 4. dist. cap. ultimo: quicunque desideraverit primatum in terra, inveniet confusionem in coelo, nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit. In Matth. Homil. 37. Tomo 7. Doch wenn gleich dieses zugelassen wird, daß der Bischoff höher sey denn ein Priester in diesem Ampt, daß der Bischoff Priester ordinirt, die ordentlich berufen sind: daraus folget noch keine weitere Authorität Artikel des Glaubens zu machen, oder neu Gottesdienst als nöthig einzusetzen.

Daß man aber weiter fraget, ob der Papst über die andern Bischoff sey iure divino, darauf ist diese Antwort. Der Bischoff zu Rom, wenn er gleich nicht ein Verfolger des Evangelii wäre, so hätte er dennoch nicht mehr Gewalt iure divino, denn ein andrer Bischoff; und, wie Hieronymus spricht, er wäre nicht höher denn der Bischoff zu Wormbs iure divino. Denn dieses ist klar in Theodoreto, da Iulius primus suchet bei den Bischoffen in Asia, sie sollten zu Rom die Confirmatio suchen, da haben sie sämmtlich geantwort, daß sie solches nicht thun wollten; denn der Bischoff zu Rom habe keine Authorität über sie, und ist Basilius bei solcher Antwort gewesen.

Es haben aber die Concilia eine solche Ordnung gemacht, haben diesen dreien Bischoffen die höhest Superintendentia aufgeleget, dem zu Alexandria über Syrien und Aegypten ꝛc., dem zu Constantinopel über Klein-Asia, Grácia, Thracia ꝛc., dem zu Rom über Italia, Hispania, Gallia, Germania, Britannia ꝛc. Also kommt der Anfang der Hoheit des Bischoffs zu Rom von den Concilien iure humano, und hat diese Superintendentia dienen sollen zu guter Ordnung, daß sie die andern Bischoff zu den Synodis zu berufen Befehl hätten, wenn Sachen fürfielen, dazu Synodos zu halten nöthig wäre.

Wenn nun gleich der Römische Bischoff solche menschliche Authorität hat, so folget nicht daraus, daß er eine Authorität habe, Artikel des Glaubens zu machen, oder neue Gottesdienst ꝛc., oder daß man seiner Erklärung müßt folgen, wie man in weltlichen Gerich-

ten der weltlichen Potestat Erklärung gehorsam seyn muß, propter auctoritatem regiam. Daß aber die Päpst auch wollen Herren seyn über Kaiser und König, diese Authorität haben sie selbst erdichtet wider Gottes Wort: reges gentium dominantur eis, vos autem non sic. Denn der Herr Christus hat diese Aempter fleißig unterschieden und die Unterscheid selbst gehalten, wie er spricht: regnum meum non est de hoc mundo. Item, sicut misit me pater, sic [16]) mitto vos. Item, Paulus spricht: arma nostra non sunt carnalia.

Die dritte Frage.

Was und wie viel Authorität sey zu erzeigen den gemeinen Concilien, und ihrem Haupt, Christi Vicario?

Antwort. Zu setzen, daß der Bischoff zu Rom nicht ein Verfolger des Evangelii wäre, so hätte er nicht mehr Authorität denn das Concilium zu versammlen, und so er darin säumig ist, sollen die Bischoff selbst zusammen kommen, wie zu Antiochia geschehen ist wider Samosatenum. Auch sollen die christlichen Kaiser und König Synodos treulich zusammen bringen, wenn gleich die Bischoff selbst nichts dazu thun. Also haben Constantinus, Theodosius, Martianus, Arcadius, Carolus magnus und viel christliche Könige in Hispania christliche Concilia gehalten. Und zu unsern Zeiten, dieweil der Papst ein öffentlicher Verfolger des Evangelii ist, sollten die löblichen Kaiser und Könige selbst rechte Synodos halten lassen, darin die Sachen nach Nothdurft gehört würden ꝛc.

Was ist nun die Authorität eines rechten Concilii, als Nicaeni? Antwort: es ist Bekenntniß derselbigen Personen, die da ihren Glauben bekennen, und Zeugen sind, daß ihre Bekenntniß die Wahrheit sey, und zeigen an, wo und wie sie gegründet sey in göttlicher Schrift, und was sie für Zeugen haben zur Stärkung der Schwachen und zu Verwerfung der Unwahrheit. Und macht diese ihre Bekenntniß nicht einen neuen Artikel des Glaubens und nicht einen neuen Gottesdienst [17]). So viel thut das rechte Concilium. Darnach wer ihm folget, deß Glaube ist gegründet nicht auf ihr Decret, sondern auf Gottes Wort; als: ich glaub, daß der Sohn Gottes Jesus Christus, der von Maria, der Jungfrauen, geboren ist, nicht allein menschliche Natur habe, wie Ebion und Samosatenus und Servetus streiten, sondern daß in ihme auch göttliche Natur sey, der ewige Gottes Sohn, welchen die Schrift nennet verbum et imaginem aeterni patris, und ruft ihn an als allmächtig, nicht darum, daß Constantinus und die Bischoff, wie heilig sie sind, ein Decretum davon gemacht haben; denn sie können und vermögen keinen neuen Gott zu machen: sondern darum, daß ich befinde, daß das göttliche Wort, ohne alle Sophisterei zu verstehen, diesen Artikel ernstlich und gewißlich verkündiget, und lehret den Heiland Christum anrufen.

Aus diesem Exempel ist ganz klar zu verstehen, was der Concilien Authorität ist in Artikeln des Glaubens, und ist sehr wohl zu betrachten, daß Unterscheid ist zwischen weltlichen Gerichten und Concilien, wie droben gesagt ist. Wenn die weltliche Potestat eine Erklärung macht in zweifelhaftigen Sachen, die doch vernünftige Ursach hat, so ist dieselbige Erklärung kräftig, darum daß Gott der Potestat solche Macht geben hat. Denn dieselbigen Gericht haben zu thun mit Sachen, welche menschliche Vernunft richten kann. Aber wenn das Concilium eine Erklärung gibet, so ist dieselbige nicht kräftig von wegen des Standes oder des Concilii, sondern sie ist nur ein Bekenntniß eines Jeden Glaubens, und Unterricht und Stärkung der andern aus göttlicher Schrift. Dagegen sprechen nun die Weltweisen: wenn das Concilium nicht mehr Authorität hat, so folget großer Ungehorsam; darauf ist diese Antwort: Gott erhält seine Kirchen und gibet etliche, die dem rechten Concilio folgen, wie dem Concilio der Apostel Act. 15. viel folgeten. Darneben waren aber auch viel, die nicht folgeten, wider welche die Apostel nicht mehr thun konnten, denn daß sie dieselbigen Ungehorsamen in Bann thäten, und haben hernach Gott die Executio befohlen, der that Execution, da er der Juden Tempel, Ceremonien, Städte und Regiment ganz vertilget. Da ward klar, daß der Aposteln Decret göttliche Wahrheit war.

Weiter vom Papst zu reden, die jetzigen Päpste sind öffentliche Verfolger des Evangelii und Tyrannen. Darum bedarf man dieser Frag von ihnen nicht, ob sie eine besondre Authorität im Concilio haben, sondern sie sollen durch christliche Concilia damnirt werden, und, so sie sich nicht bekehren, sollen sie entsetzt werden; wie Samosatenus zu Antiochia damnirt und entsetzt ward, und viele andere.

Zu setzen aber, daß ein Bischoff von Rom heilig wäre, so hätte er dennoch nicht besondere Authorität anders, denn so viel das rechte Concilium an sich selbst hat, und sind diese Fantasey eitel grobe Irrthum, so man gedenkt, der Bischoff zu Rom sey im Concilio wie

---

16) *sic*] cod. Mon. *ita ego.*

17) Gottesdienst] cod. Mon. Gott.

Kaiser Augustus im Rath zu Rom, er habe eine höhere und besondre Authorität, des Concilii Bekenntniß zu ändern, wie Alexander seiner Fürsten Meinung, oder Augustus des Raths Bedenken änderte autoritate regia, und dazu sey er Vicarius Christi, so er doch nicht anders Vicarius Christi ist, denn ein andrer Pfarrer, hat aber durch die Concilia diesen Befehl, daß er soll über die andern Bischoff im Occident Superintendens seyn, Concilia zu berufen, wenn Sachen fürfallen, die eines Concilii bedürfen.

Daß aber etliche schreiben, die Concilia universalia können nicht irren, das sind blinde Wörter. Denn Concilium universale heißt nicht des Papsts Concilium, da er mit seinen Bischoffen, Pfaffen, Mönchen sitzet, und gibet dem Concilio diesen Namen: universale oder *οἰκουμενικόν*, wenn er will, und berufet etliche dazu, Bischoff oder Mönche aus Creta und Cypro. Dieses sind eitel Spiegelfechten. Daß aber auch die Concilia universalia irren mögen, ist offentlich aus dem universali Concilio Syrmiensi, in welchem ein großer Schandfleck in der höheſten und Principal-Sachen gewilliget ist, nämlich daß das Symbolum geändert ist, und ist für das Wort *ὁμοούσιον* ein ander ungewiß Wort zu Stärkung der Arianer gesetzt, *ὅμοιον*. Dieses ist ein großer Irrthum in Glaubenssachen gewesen, und ist dasselbige Syrmiense concilium ein ansehnliches Concilium gewesen, darin aus Orient und Occident die fürnehmsten Männer gewesen sind, auch Hosius aus Hispania, welcher zur selbigen Zeit für einen hohen Mann gehalten war. Es sind auch viel andre irrige Concilia gehalten, als Arminense, Seleuciense etc., die nennet man aber nicht universalia.

Daß aber etliche weiter schreiben, als der Unflath Pigius, die Person des Papsts könne nicht irren, dieses ist sehr eine grobe, öffentliche Lügen; denn die göttliche Schrift spricht: maledictus, qui confidit in homine; und Petrus ist gefallen. So sind ja öffentliche Irrthum, daß der Papst Bonifacius eine constitutio gemacht hat, der Papst habe beide Schwert iure divino. Und andre vor ihm haben die Kaiser an einander gehetzt, Vater und Sohn, und andere, wie der Vers anzeiget:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

So ist öffentlich, daß die Päpst den Priestern die Ehe verboten haben. Auch haben sie geboten, wenn ein Ehemann Priester geworden ist, daß er hernach seine eheliche Hausfraue nicht mehr erkennen soll[18]). So weiß man wie Concilium Tridentinum und Papst Paulus tertius gröblich geirret haben, und so oft das Concilium zu Tridento einen Artikel gestellet, hat man dem Papst Paulo tertio denselben Artikel müssen zusenden, daß man nichts machete, das des Papstes Macht oder Authorität unbequem wäre. Also ist der Papst allein das ganze Concilium gewesen, und hat öffentliche Irrthum bestätiget, und nämlich diesen, daß der Mensch allzeit soll in Zweifel bleiben, ob er von Gott zu Gnaden angenommen sey. Und wiewohl etliche diesen Artikel angefochten haben, hat doch der Papst Paulus tertius dieselbigen zur Subscription wider ihr Gewissen gezwungen. Aus diesen Exempeln ist ja klar, daß Papst und Concilia oft irren.

Die vierte Frage.

Ob zu halten sey, daß die guten Werke, die aus Liebe geschehen, als Eleemosynen geben, fasten, bethen und andere, nothdürftig sind zur Seligkeit, nicht allein als Zeichen des Glaubens, sondern auch als verdienlich zur Seligkeit und ewigem Leben, und ohne die Erbschaft besondere Belohnung haben?

Antwort. In dieser Sache ist nützlich, gründlichen Bericht zu thun von allen diesen Artikeln.

1. Von äußerlicher Zucht, die in allen Menschen seyn soll, auch die nicht wiedergeboren sind, und ist ein Fleiß, äußerliche Gliedmaß zu regieren, welches auch der Vernunft etlicher Maßen möglich ist.

2. Von rechter Bekehrung zu Gott, und von der Contritio.

3. Vom Glauben, der Trost gibet, und dadurch der Herr Christus, der Sohn Gottes, kräftig ist, spricht den Trost in das Herz, und gibet heiligen Geist.

4. Was dieser Glaube sey, und was Unterscheid ist zwischen diesem rechten Glauben und Vertrauen auf die Barmherzigkeit, um Christi willen verheißen, und dem Glauben, davon Jacobus spricht: daemones credunt et contremiscunt.

5. Und so man verstehet, was der Glaube ist, nämlich das herzliche Vertrauen auf den Sohn Gottes Jesum Christum, daß wir von wegen seines Gehorsams allein aus Gnaden haben Vergebung der Sünden, und sind gerecht, das ist, Gott gefällig, und empfahen den heiligen Geist, Trost und Freude in Gott und Erbschaft ewiges Lebens: so ist leicht zu verstehen in solchem Trost, was geredt ist: durch Glauben sind wir gerecht, und nicht aus Verdienst unsrer Tugend und Werk, wie schön sie seyn mögen. Und im rechten Schrecken, davon der König Ezechias spricht: sicut leo contrivit omnia ossa mea, da lehret uns die Noth selbst, daß

18) Cod. Mon. addit: und dieses auch der berühmte Papst [i. e. Bonifacius] gehalten.

wir nicht beständigen Trost haben von unsern Tugenden, sondern daß man allein auf den Heiland und Mittler, den Sohn Gottes, vertrauen muß. Durch diesen Glauben empfahen wir den heiligen Geist, und haben Trost und Freude an Gott. Röm. 8.: ihr habt empfangen den heiligen Geist, der den angenommenen Kindern geben wird, dadurch wir rufen, Abba, lieber Vater.

6. So man also erkläret hat, was Glaub ist, muß man der Papisten Gottes-Lästerung strafen und klar verwerfen, da sie lehren de dubitatione, daß du allezeit in Zweifel bleiben sollt, ob dich Gott angenommen habe, und sey dir gnädig. Dieser grausame Irrthum, den doch das lügenhaftige Concilium zu Trident mit vielen Worten ausdrücklich bestätiget, ist eine öffentliche Vertilgung des Evangelii, und können alle verständige, gottesförchtige Menschen leichtlich bei diesem Artikel verstehen, daß die Päpstischen nicht können entschuldiget werden in diesem Irrthum de dubitatione. Und ist dagegen der schöne Spruch zu merken: totius fiduciae certitudo est in precioso sanguine Christi, und Bernhardi in sermone de annunciatione: oportet te credere, tibi remitti.

7. So nun der Grund gelegt ist vom Glauben, darnach folget die Lehr von guten Werken, oder vom neuen angefangenen Gehorsam. Denn dieses ist gewißlich der ganzen göttlichen Schrift ausdrückliche Lehre und Verstand, daß ohne Erkenntniß des Herrn Christi, und außer dem Herrn Christo, keine Tugend und Werk Gott gefällig sind. Es muß zuvor Bekehrung zu Gott geschehen, und Vergebung der Sünden um des Herrn Christi willen durch Glauben empfangen werden. Durch diesen Glauben wird der heilige Geist gewißlich durch den ewigen Vater und ewigen Sohn in das Herz gegeben in rechtem Trost, Galat. 3.: ut promissionem spiritus accipiamus per fidem; und wird also das Herz zu Gott durch den heiligen Geist geneiget, den Gehorsam in allen Geboten anzufahen, wie der Spruch saget: dabo legem meam in corda eorum. Denn der heilige Geist wirket wie er selbst ist. Item Zachar. 12.: ich will auf das Haus David ausgießen den Geist der Gnaden und des Gebeths, das ist, rechter Anrufung und rechten Gehorsams. Item 1 Johann. 5.: wer den Sohn hat, der hat das Leben. Den Sohn haben, ist: an ihn glauben; also folget das Leben, das ein Anfang ist ewiges Lebens, und wie das Leben durch den Herrn Christum geben ist, also sind die Werk, denn Wirkung ist vom Leben.[19])

8. Aus diesem Grund kann man hernach urtheilen, was von guten Werken zu lehren und zu halten ist, und sind davon diese vier Fragen.

Die erste, was das Wort heiße: gute Werke. Viel Leute verstehen dadurch äußerliche Werk allein, und nämlich ungebotene Mönch-Werk, davon geschrieben ist: frustra me colunt mandatis hominum, als, Mönch werden, nichts eigenes haben, nicht ehelich seyn, Wallfahrten, Unterscheid der Speise etc. Diese Gaukelwerk sind nicht gute Werk, sondern allein die Werk, die Gott geboten hat, und im Glauben geschehen im Herzen, und äußerlich nach Gottes Gebot, sind gute Werke.

Die andere Frage, wie sie Gott gefällig sind, so sie doch sehr schwach und unvollkommen sind? Antwort: So die Person zuvor durch Glauben an den Herrn Christum gerecht ist, und erkennet eigene Schwachheit, und weiß, daß Gott einen neuen Gehorsam fordert, und will ihme denselbigen lassen gefallen um des Herrn Christi willen, obgleich unsre Tugend und Werk sehr schwach sind.

Die dritte Frage, ob auch Sünde in Heiligen in diesem Leben bleibe? Antwort: Ja; böse Neigung im Herzen, Zweifel, unordentliche Liebe, unordentlicher Zorn und viel peccata ignorantiae et omissionis. Wenn aber einer Sünde thut wider das Fundament oder wider Gewissen, so bleibet er nicht heilig. Und ist Sünd wider das Fundament, so einer in einem Artikel des Glaubens irr wird, als, so einer zuvor recht geglaubt hat, und ist hernach ein Arianer worden, wie jetzund viel zur Erkenntniß des Evangelii kommen, und sind hernach wiederum zur Heiligen Anrufung und ander päpstischen Irrthum gefallen.

Die vierte Frage: ob der neue Gehorsam oder gute Werke ewige Seligkeit verdienen? Antwort: Aus dem vorigen Bericht folget Erklärung auf diese Frage. Erstlich, dieweil dieses gewiß ist, daß wir Vergebung der Sünden erlangen und gerecht werden durch den Glauben an den Herrn Christum, wie droben gesagt, aus Gnaden und nicht aus Verdienst unsrer Werk: so folget klar, daß die Werk nicht Vergebung der Sünden und Gerechtigkeit verdienen. Wer nun Vergebung der Sünden hat, und zu Gnaden angenommen ist, der ist ein Erb ewiger Seligkeit und Kind Gottes. Zum Andern, so ist öffentlich aus ganzer göttlicher Schrift, daß unser Gehorsam noch unvollkommen ist. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Darum kann unser Gehorsam nicht der Verdienst seyn, und Paulus spricht:

19) Puto scriptum fuisse: also sind die Werke dann Wirkung vom Leben.

donum Dei vita aeterna per Iesum Christum. Daraus folget nun, so unsre Werk sollten Seligkeit verdienen, würden wir ungewiß. Denn unsre Werk sind zu schwach, und haben wir allezeit Sünd; würden also ungewiß. Dagegen spricht Paulus Röm. 4.: ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Auch wäre dieses dem Herrn Christo seine Ehre geraubet, so wir unser Werk zu Verdienst der Vergebung oder der Seligkeit macheten. 3) Auch ist dieses Wort *meritum* nicht in den Propheten und Aposteln geschrieben. Aber Paulus spricht oft: *gratis.* Ephes. 2.: gratia salvati estis per fidem, non ex vobis; Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Wie kann klärer geredt werden, daß unsre elende Werk nicht Vergebung der Sünden verdienen oder Seligkeit? Und dieses ist alles uns zu Trost geredt, nämlich daß uns Gottes Gnad und Seligkeit gewiß sey um des Herrn Christi willen durch Glauben.

Hie spricht dann der Gegentheil: warum soll man denn gute Werke thun, so sie nicht Vergebung oder Seligkeit verdienen? Antwort: neuer Gehorsam oder gute Werk sind nöthig aus zweien Ursachen, die ein jeder Gottesfürchtiger leichtlich verstehen kann. Die erste, der Sohn Gottes ist gesandt nicht Sünd und Tod zu stärken, sondern wegzunehmen, und uns wiederum Gott gleichförmig zu machen, und ewige Gerechtigkeit und ewiges Leben zu geben. Darum wird durch ihn neue Gerechtigkeit in uns angefangen, und ist diese Ordnung beschlossen, daß niemand nach diesem Leben selig werde, es sey denn in ihm in diesem Leben neue Gerechtigkeit angefangen, 2 Corinth. 5. Daraus ist klar, daß necessitate ordinis causae et effectus gute Werke nöthig sind; denn dieweil Gott in uns wirket, so wirket er gute Werk und Tugend, und nicht Untugend. Und folget nicht, daß es Verdienst sey. Die andere Ursach: in Ewigkeit bleibet diese Ordnung, daß die Creatur soll Gott gehorsam seyn, und dazu ist Gottes Sohn gesandt, in uns solche Tugenden anzufahen, damit wir wiederum in den Gehorsam kommen, daraus menschliche Natur jämmerlich ausgefallen ist. Dieses ist necessitas ordinis inter creatorem et creaturam. Auch kann nicht rechter Glaube seyn, der Trost wirket in diesen Menschen, die in Sünden wider Gewissen ohne Bekehrung fortfahren. Und obgleich die Bekehrung und neuer Gehorsam nicht ewige Seligkeit verdienen kann, so gibet Gott doch dagegen viel Güter und Mehrung der Gaben in den Heiligen in diesem Leben, Linderung der zeitlichen Strafen, Frieden, gute Regiment etc., wie der Herr spricht: wer dem Geringsten unter den Meinen um der Lehr willen einen Trunk Wassers gibt, der wird Belohnung empfahen.

Das sey zu Erinnerung in kurz hie gesaget, und ist diese ganze Lehr in den deutschen locis, die ich habe lassen ausgehen, treulich und ordentlich von der Iustification, Glauben und Werken recitiret. Daraus mag der Leser weiter Erklärung nehmen. Auch ist im Examine Megalburgense diese Lehre in kurz gefasset, das mag der Leser auch besehen.

Die fünfte Frage.

Ob die Heiligen anzurufen seynd, als die Freunde Gottes, daß sie Gott für uns bitten?

Antwort. Obwohl die Engel und Heiligen im Himmel für und für Gott preisen und danken, daß er eine ewige Kirch sammlet, und reden von denselbigen Wunderwerken, wie Moyses und Elias mit Christo reden, Lucae nono, und bitten ohne Zweifel in gemein für die Kirchen: so sollen doch wir diese unwandelbare Regel halten: man soll nichts unsichtbares anrufen denn allein den allmächtigen Gott Vater, den allmächtigen Sohn Jesum Christum, und den heiligen Geist; denn also ist geschrieben: Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies. Daß man aber spricht, dieses sey geredt als vom Helfer, nicht von Fürbittern: darauf sprich ich: alle Anrufung der unsichtbaren Personen bekennet, daß dieselbigen Personen allmächtig sind, hören und richten die Herzen der Anrüffer; daraus folget, daß man die unsichtbaren Heiligen nicht anrufen soll, es sey als Helfer oder Fürbitter, denn sie sind nicht allmächtig; und so man sie anrufet, raubet man Gott seine eigne Ehr, die Allmächtigkeit, so man gedenket, die unsichtbaren Heiligen sehen aller Menschen Herzen auf Erden, und hören aller Menschen Gebeth. Darauf haben die Mönche erdichtet, Gott offenbare ihnen solche Anrufung. Dieses ist ein menschlich Gedicht, ohne Zeugniß aus Gottes Wort, und ist dagegen dieses dritte starke Argument zu setzen: keine Creatur hat Macht einen cultum einzuführen, als Gott gefällig, außer und ohne Gottes Wort. Denn also spricht Gott: frustra colunt me mandatis hominum. Nun ist dieser cultus ohne alles Gottes Wort und ohne Exempel eingeführet, daß man Gott also soll mit Anrufung der unsichtbaren Menschen dienen. Darum soll dieser Cultus ernstlich[20]) verworfen werden. Item: nulla invocatio valet sine fide. Invocatio beatorum hominum in coelo fit sine fide, quia nusquam extat testimonium

---

20) Pez. erstlich, mendose.

in verbo Dei de tali invocatione; ergo est inanis. Item, man siehet offentlich, wie schändliche Abgötterei daraus gefolget ist, daß man die Heiligen nicht allein als Fürbitter angeruft hat, sondern als Helfer. Virgo, mater gratiae, in hora mortis suscipe etc.

Item, man färbe diese Gewohnheit wie man will, so ist dennoch öffentlich, daß das Ampt Christi, mediatoris, dadurch verdunkelt wird. Gott hat diesen Sohn uns fürgestellet; dieser ist Mittler und Versühner; diesen allein sollen wir der Gottheit fürstellen als Mittler und Versühner, und gewißlich[21]) bitten, daß uns die Gottheit erhören wolle. Und dieser Christus ist Gott, und siehet unsre Herzen und höret unser Seufzen und Gebeth. Ideo mediator, quia Deus est et homo, sprechen Augustinus und Chrysostomus. Und Augustinus hat eine schöne Rede in Psalmis: omnis oratio, quae non sit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit peccatum; das ist, so wir nicht Vergebung suchen allein um des Herrn Christi willen. Merke diesen Spruch wohl. Item, der Herr spricht: venite ad me omnes, qui laboratis etc.

So ist auch gewißlich wahr, daß diese Gewohnheit, die unsichtbaren Menschen anzurufen, in der ersten Väter, Abrahä, Isaac, Jacobs, Propheten und Aposteln Kirchen nicht gewesen ist.

Dabei soll man aber auch berichten, daß nützlich ist, der Heiligen Historien zu lernen, den Glauben zu stärken durch ihre Lehr und Bekenntniß. Item, Gott zu danken, daß er seine Gnade und Gegenwärtigkeit in ihnen erzeiget hat. Item, Exempla von ihnen zu nehmen in Tugenden, Anrufunge, Leiden etc.

Und ist dieser Artikel in repetitione confessionis ziemlich erkläret, und soll festiglich gehalten werden, daß die Anrufung der unsichtbaren Menschen ein verbotener schädlicher cultus sey wider diesen Spruch: Dominum tuum Deum adorabis etc. Und saget Lutherus oft: wenn keine andere Ursach wäre, der Heiligen Anrufung zu verwerfen denn allein diese, daß sie das gewaltige Argument verdunkelt, dadurch in den Propheten gelehret und erwiesen ist, daß unser Herr Christus Gott ist, so wäre dieses Ursach genug der Heiligen Anrufung zu verwerfen. Denn also lehren die Propheten, daß unser Herr Christus Gott ist, daß sie sprechen, man soll ihn anrufen sichtbar und unsichtbar. Hie ist ihr Fundament: Anrufung bekennet Gottheit und Allmächtigkeit. Und bedenke doch, so du sprichst: S. Petre, ora pro me, was rufest du an? Ist auch Petrus ein solch Wesen, das dich erhöret, dein Herz und Seufzen sehen kann? Nun mußt du bekennen, daß S. Petrus eine Creatur ist. Warum sprichst du ihn als allmächtig? so er dich nicht höret, und dein Herz nicht siehet. Und in Summa ist dieses Argument fest zu halten: Invocatio sine fide est inanis; haec invocatio non habet testimonium ex verbo Dei: ergo est inanis.

Die sechste Frage.

Ob ein Fegefeuer sey, in welchem die Gläubigen nach diesem Leben gereiniget werden?

Das Fegefeuer ist aus den Heiden, Platone und andern. Item, aus der Erscheinung der Geister durch irrige Menschen in die Kirchen gebracht, und ist wahr, daß Geister umher laufen und sich oft sehen lassen, wie wir nicht allein alte geschriebene Exempel lesen, davon die Heiden sprechen:

Sunt aliquid manes, lethum non omnia finit,

sondern wir wissen viele Exempel, daß bekannte und glaubwürdige Leute Geister gesehen und gehöret haben. So habe ich selbst etliche gesehen und gehöret. Dagegen aber haben wir die Regel in Gottes Wort: non a mortuis veritatem; man soll denselbigen Geistern keinen Glauben geben, und sind oft nur Teufel. Das beweisen ihre Reden.

Und obgleich ein Fegefeuer wäre, so ist doch die Messe dazu nicht eingesetzt, den Seelen aus dem Fegfeuer zu helfen. Dieses ist öffentlicher Mißbrauch. Denn das heilige Sacrament ist zum Trost der Lebendigen, die in der Nießung den Glauben damit stärken, eingesetzt, nicht den Gestorbenen damit zu helfen. So ist auch diese Meinung in der ersten Kirchen nicht gewesen. So findet man in der Propheten und Aposteln Schrift nicht, daß ein Fegfeuer sey, sondern dieses ist gewiß aus der Aposteln Schrift, daß alle die Menschen, die selig werden, müssen in diesem Leben vor ihrem Tod zu Gott bekehrt und gläubig werden, und wer nicht in diesem Leben vor dem Tod zu Gott bekehrt und gläubig wird, der wird nicht selig. 2 Corinth. 5.: wir werden überkleidet werden, doch also, daß wir nicht bloß gefunden werden. Item: beati mortui, qui in Domino moriuntur. Item: esto fidelis usque ad mortem. Item in Psalmo: recrea me priusquam abeo. Item: wir müssen alle geoffenbaret werden vor dem Richterstuhl Christi, daß ein jeder empfahe, wie er gewirket hat im Leib. Und im selbigen Capitel spricht Paulus: dieweil wir im Leib noch wandeln, wohnen

21) gewißlich] Pez. non habet.

wir noch nicht sichtbarlich bei Gott, sondern sind durch Glauben bei Gott; wenn wir aber aus dem Leib gewandelt haben, hoffen wir bei Gott zu wohnen. Diese Rede setzet kein Mittel zwischen dem leiblichen Leben der Heiligen, und zwischen ewiger Freud. Ebraeos 9.: den Menschen ist gesetzt, einmal zu sterben, darnach ist das Gericht. Hie ist auch keine Mittelstraße. Ist der Mensch im Gericht selig gesprochen, so ist er in Freuden und Danksagung bei dem Herrn Christo, wie vom Mörder gesprochen ist: hodie mecum eris in Paradiso. Ist er in ewige Strafe gesprochen, so ist er ohne alle Hoffnung etc.

Und von den Gläubigen sind diese Sprüche wider das Fegfeuer. Röm. 5.: iustificati fide pacem habemus apud Deum. Obgleich der Leib in diesem Leben in den Heiligen leidet, so hat doch die Seele Trost und Freude an Gott, so wir durch Glauben gerecht sind, auch in diesem Leben, und so wir hernach den Leib abgelegt haben, ist die gläubige Seele in Freuden, laut dieses Spruchs: iustificati fide pacem habemus. Denn so ein Fegfeuer wäre, darin die Seele allein gepeinigt würde, so wären dieselbigen Pön Flucht und Angst vor Gott, und wäre dieses nicht: iustificati fide pacem habemus [22]) apud Deum, oder erga Deum. Es wäre auch wider diesen Spruch: beati mortui, qui in Domino moriuntur. Rom. 8.: nulla nunc condemnatio his, qui in Christo Iesu ambulant.

Und weiter spricht der Text: der Leib ist todt von wegen der Sünden, aber der Geist ist Leben von wegen der Gerechtigkeit. Hie ist klar, daß nach der Vergebung bleibet Leiden und Tod auf dem Leibe in diesem Leben, aber der Geist hat Leben und Freud, wenn der Leib abgelegt ist. Joh. 3.: qui credit in eum non iudicatur. Durch den Glauben wird die übrige Schwachheit gedeckt [23]), wird nicht durchs Fegfeuer nach diesem Leben gerichtet. Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Augustinus spricht im Enchiridio vom Fegfeuer: qui hoc credunt, et tamen catholici sunt, humana quadam benevolentia mihi falli videntur etc. Aus der Historie Lazari und des Reichen kann man nicht mehr beweisen denn daß die Verdampten nicht ledig [24]) werden; das ist wahr, und belanget das Fegfeuer nicht.

1 Cor. 3.: sic tamen quasi per ignem ist die Erkenntniß der Irrthum in diesem Leben in der Anfechtung und Strafe. Weiter kann man dieselbigen Wort nicht ziehen, ein Fegfeuer nach diesem Leben daraus zu schließen. Denn an anderm Ort spricht die Schrift: hernach das Gericht, das Freud oder ewige Strafe bringt. [25]). Vom andern Buch Machabeorum ist offentlich, daß es nicht der Propheten oder Apostel Schrift ist, und redet von jüdischen Opfern, und ist dieselbige Meinung an ihm selbst ein Irrthum, daß die jüdischen Opfer für die Sünde den Todten helfen. Denn die Levitischen Opfer sind allein Uebung der Lebendigen gewesen, haben auch nicht Sünde weggenommen, aber die zwölftausend drachmae haben den Priestern das requiem wohl commendiret.

Die siebende Frage.
Vom Vorbitten der Lebendigen für die Todten.

Antwort. Dieweil der Propheten und Aposteln Schrift keine Mittelstraßen setzen, folget, daß dieses Gebeth für die Seelen kein Zeugniß hat, und ist die Regel zu halten: invocatio sine fide est inanis. Gott hat kein Zeugniß geben, daß man für die Todten bitten soll; daraus folget, daß diese Gewohnheit vergeblich ist. Und also spricht Hieronymus 12. q. 2.: donec in praesenti seculo [26]) sumus, sive consiliis sive orationibus possumus nos adiuvare. Cum autem ante tribunal Christi veniemus, nec Iob, nec Daniel, nec Noha rogare pro quoquam possunt, sed unusquisque portabit onus suum. Und von der Meß ist gewiß, daß öffentlicher Mißbrauch ist, das Sacrament für die Todten zu opfern. Es sind auch im alten Greckischen Canone nicht Gebeth für die Todten; aber hernach, als die Mönche in Graecia gewachsen, sind mancherlei Mißbräuch eingerissen und gestärkt worden, und viel mehr in der lateinischen Kirchen, da das requiem groß Geld getragen hat.

Die achte Frage.
Ob allen Christen das ganze Sacrament des Leibs und Bluts Christi solle gereicht werden?

Antwort. Keine Creatur hat Macht, die Sacrament zu ändern, und einen Theil zu verbieten. Und spricht Paulus: eines Menschen Testament soll man nicht ändern. Viel weniger soll man des Herrn Christi Testament ändern. So ist öffentlich, daß die alte Kirche

22) Verba: denn so ein Fegfeuer wäre — — *habemus*, exciderunt e textu Pezelii, et hic addita sunt e cod. Monac.
23) gedeckt] Pez. mendose: gestärkt.
24) ledig] cod. Mon. selig. Utrumque, quod ad sensum attinet, eodem redit.

25) bringt] Pez. mendose: begnüget.
26) *seculo*] cod. Mon. *vita*.

den Laien das ganze Sacrament gereicht hat. Das ist geredt vom Verbieten.

Wo aber Personen sind, die rechten Brauch gelernet haben, und werden durch unrechte Gewalt daran verhindert, ist erstlich dieser Rath, daß besser ist, sie enthalten sich eine Zeit lang ganz vom Brauch des Sacraments, denn daß sie mit bösem Gewissen einen Theil nehmen. Wo nun dieser Rath von wegen der Verfolgung nicht statt hat, sollen die Personen, die noch nicht genugsam unterrichtet, oder die Verfolgung nicht ertragen können, verständiger, christlicher Beichtväter Rath haben, daß sie nicht etwas anfahen, und hernach wiederum zurücke fallen. Dieses alles ist wohl zu bedenken.

Die neunte Frage.

So ein Laie den unconsecrirten Wein nimmet, und machet ihm diesen Gedanken: er wolle glauben, dieses sey das Blut Christi, spricht auch die Worte; ob dieser Gedank Sacrament mache?

Antwort. Die Institutio soll gehalten werden, und soll der Minister das ganze Sacrament consecriren und reichen. Item, es sollen nicht widerwärtige Gedanken seyn des Priesters und des Nießenden. So nun der Priester den Brauch des ganzen Sacraments verdampt, und der Nießende hält ihn als recht, und will ihme selbst Sacrament machen: solche Sophisterei ist Zerrüttung des Ministerii und der Institution. Item, die Communio soll ein öffentlich Bekenntniß seyn rechter Lehr, und soll dieser heimliche Gedanke nicht unrechte Lehre und unrechten Brauch stärken. Darum ist dieses heimlich Dichten eine unrechte, schädliche Sophisterei und Absurdität wider die Ordnung und Institution der Sacrament, gleich als so einer bei den Türken zu ihren Sacrificiis gehen wollt, und wollt ihm dichten, er wollte solches glossiren und gedenken: er rufet dabei Christum an, und wollte das Opfer auf Christum deuten. Dieser thät öffentlich wider diese Regulam: fugite idola. Hätten doch zur Maccabeer Zeiten die Juden auch also deuten können: der Iupiter Olympius, den Antiochus in die Kirchen setzet, bedeutet den rechten Gott. Aber Gott verdampt solche Sophisterei, und will, daß seine Institutio öffentlich gehalten werde, und daß die Communio ein öffentlich christlich Bekenntniß sey.

Die zehende Frage.

Ob die Erzählung der Sünden in der Confession nöthig sey?

Antwort. Die Erzählung vieler oder wenig Sünden in der Beicht ist nicht nöthig, und ist die Absolutio dem, der sich bekehret, und glaubet Vergebung, laut des Evangelii und der Absolution, kräftig, obgleich keine Sünden namhaftig erzählet sind. Diese Lehr und dieser Verstand muß in der Kirchen erhalten werden. Denn die päpstische Lehr von der Beicht und Satisfaction ist voll Lügen und Abgötterei, und hat die christliche betrübte Gewissen vom Glauben in Verzweiflung geführet, und rechte Anrufung verhindert, und ist eine höllische Plage gewesen.

Daß aber die Erzählung nicht nöthig sey, ist öffentlich; denn der Herr Christus hat sie nicht geboten. Auch ist die Erzählung heimlicher Sünden in den ersten Kirchen nicht gewöhnlich gewesen. Item, alle Sünde zu erzählen ist unmöglich, wie der Psalm spricht: delicta quis intelligit. Was aber vor Zeiten publica poenitentia gewesen ist, die man gehalten hat, so einer nach öffentlichen Lastern, Todtschlag, Abfall von der Religion, öffentlichen Ehebruch, wiederum zur Kirchen aufgenommen ist, das findet man in den Historien. Dieselbigen öffentlichen Laster hat der Thäter bekannt, und um Absolutio gebethen, wie wir diese Gewohnheit in öffentlichen großen Lastern auch halten in der publica absolutione.

Nun wissen alle Verständige, daß zum hohesten nöthig ist, in der Christenheit rechte Lehr und rechten Verstand von der ganzen Lehre poenitentiae, von der contritio, Glauben, neuem Gehorsam zu erhalten, und die schädlichen päpstischen Lügen von allen Stücken zu strafen und zu verwerfen; als, von ihrer falschen Contritio, Confessio, Satisfactio und Indulgentien. Darum ist großer Fleiß in unsern Kirchen geschehen, von allen diesen Stücken wahrhaftigen, gründlichen Bericht und Erklärung zu thun, und ist die Summa dieser Lehr in repetitione confessionis zu finden.

Wir setzen auch drei Theile der poenitentia oder Bekehrung zu Gott: contritio, fides et nova obedientia. Contritio ist Reu und Leid, ist Erschrecken für Gottes Zorn wider unsre Sünde; und dieses Erschrecken ist ungleich, ist in Davide größer denn in Zachäo. Zum Schrecken soll kommen Glaube, dadurch wir Vergebung der Sünden und Trost empfahen, und wird dieser Glaube angefangen und gestärket durch Betrachtung der Verheißung der Gnaden im Evangelio; item, durch Betrachtung der Absolution, die auch in unsern Kirchen erhalten wird. Wider diesen Glauben schreien und toben die Päpstischen noch täglich, und lästern Christum; sagen, man soll in Zweifel bleiben. Wenn nun der Trost durch Glauben anfähet, da wird gewißlich der heilige Geist mit gegeben, und wird der

neue Gehorsam angefangen, welchen Paulus kurz und eigentlich gefasset hat in zwei Wort: milita bonam militiam habens fidem et bonam conscientiam. Dieses alles ist klar, und kann von Gottförchtigen verstanden werden. Die päpstischen Lügen sind also verwirret, daß die Gelehrten unter sich dieselbigen nicht verstanden haben.

Die eilfte Frage.

Welchs der römischen Kirche Mißbräuche sind?

Unsre Repetition der Augsburgischen Confession hat die fürnehmen Irrthum und Mißbräuch der Päpstischen angezeigt, als nämlich: 1) die Päpstischen lehren nicht recht von der poenitentia oder Bekehrung zu Gott. 2) Sie lehren, die contritio müsse genugsam seyn; das ist unmöglich. 3) Item, die Contritio verdiene Vergebung der Sünden; das ist Lästerung des Verdienstes Christi. 4) Sie lehren, die Erzählung der Sünden sey nöthig und verdiene Vergebung. 5) Sie lehren, man soll in Zweifel bleiben, und vertilgen den Glauben an Christum. 6) Sie lehren, man müsse Satisfaction thun für die Sünde mit Werken, die Gott nicht geboten hat. 7) Sie lehren, daß dieselbige Satisfaction Bezahlunge sind für die ewige Straf und für das Fegfeuer. Item, sie dichten Indulgentien, darinnen viel Lügen stecken. 8) Sie lehren unrecht vom Unterscheid des Gesetzes und Evangelii. 9) Sie lehren, ein jeder Mensch vermöge das Gesetz zu erfüllen, und sey gerecht von wegen der Erfüllung des Gesetzes. 10) Sie lehren, die böse Neigung im Menschen sey nicht Sünde, sey auch im Gesetz nicht verboten. 11) Sie lehren unrecht vom Evangelio, wollen nicht bekennen, daß der Mensch durch Glauben, nicht aus Verdienst eigner Werk, gerecht sey, so er in der Bekehrung auf den Herrn Christum vertrauet, und gläubet, er habe Vergebung und sey gerecht um des Herrn Christi willen alleine aus Gnaden. 12) Sie lehren sehr unrecht von guten Werken, dichten gute Werke, [welche] sind Werke und Gottesdienst, die von Menschen ohne Gottes Befehl erdichtet sind, als Möncherei, Unterscheid der Speise, Feiertag etc., und andere viel Gaukelei, nichts eignes haben; und dichten, ihre Mönchen Werk sind opera perfectionis, Vollkommenheit, so doch von solchen Werken gesagt ist: frustra me colunt mandatis hominum.

13) Sie lehren von den päpstischen und bischofflichen Geboten, daß Todtsünde sey, so man sie nicht hält; Item, daß sie Gottesdienst sind, so man sie hält; welches sehr schädliche Lügen sind. 14) Sie haben die Anrufung der heiligen Menschen in die Kirchen eingeführt, und erhalten sie noch, so doch viel und mancherlei Abgötterei in derselbigen Gewohnheit stecket. 15) Sie lehren Wallfahrten, und dichten, Gott und die Heiligen sind gnädiger bei einem Bilde denn bei einem andern. 16) Sie zerreißen die Einsetzung des Herrn Christi vom Sacramento corporis et sanguinis Domini, geben nur einen Theil den Laien. 17) Sie machen einen Spectakel, tragen einen Theil des Sacraments um, und lassens anbethen, so doch nicht Sacrament seyn kann außer seinem eingesatzten Brauch. 18) Sie mißbrauchen das Sacrament mancherlei Weise mit ihrer Messe; sie lehren, in der Messe thue der Priester ein Opfer, das verdiene den Lebendigen Vergebung der Sünden und allerlei Güter, leiblich und geistlich, Gesundheit, Glück im Krieg, in kaufen und verkaufen etc. Item, den Todten Erledigung aus dem Fegfeuer. Und dieses alles ex opere operato, das ist, aus Kraft dieses Werkes, wenn gleich der Priester in offentlichen Sünden lebet. 19) Solche Messe verkaufen sie mancherlei Weise ohne alle Scheue, und treiben damit schreckliche Abgötterei, die der Heiden Abgötterei gleich ist. 20) Sie verbieten den Ehestand den Priestern, und dichten, die vota verhindern den Ehestand. 21) Die Klöster sind voll Abgötterei; sie dichten, ihre vota sind gleich der Taufe, verdienen Vergebung der Sünden und Seligkeit, sind voll Unzucht und Abgötterei mit Heiligen Anrufung, Anbethung der Bilder und Reliquien etc. 22) Die Bischoff thun ihr befohlen Ampt nicht, sie predigen nicht, sie helfen nicht zu rechter Lehr, halten die Confirmatio und Ordinatio nur zum Spectakel. 23) Der Papst rühmet, er habe beide Schwert, und sey Herr über Kaiser und König iure divino, welches ganz öffentlich Lügen sind.

24) Der Papst will iure divino Herr über alle Bischoffe seyn. 25) Der Papst gibet für, er möge mit seinen Concilien Artikel des Glaubens machen. 26) Item, er möge neue Gottesdienst einsetzen. 27) Die Päpstischen machen die extremam unctionem zu einem Sacrament, und sagen, es werde dadurch Gnade gegeben, und hängen die Anrufung der Heiligen daran. 28) Der Papst dispensirt oft contra ius divinum. 29) Papst, Bischoff, Pfaffen, Mönche sind Mörder, tödten christliche Menschen, die ihre falsche Lehre strafen.

30) Und dieweil blasphemi und homicidae nicht können Gliedmaß wahrhaftiger Kirchen Christi seyn, so sind solche Päpste, Bischoff, Pfaffen und Mönche nicht Gliedmaße der katholischen Kirchen Christi, sondern sind Feinde des Herrn Christi und der wahrhaftigen

Kirchen, und soll die Regel von ihnen gehalten werden: wer ein ander Evangelium prediget, der soll verflucht seyn. Dagegen ist und bleibt auch eine sichtbare wahrhaftige Kirche Gottes, ob sie gleich nicht große Macht, oder herrliche weltliche Hoheit hat, nämlich alle Rechtgläubige, die Gott in Erkenntniß des Herrn Christi anrufen, wo auch diese sind, wie zu der Pharisäer und Sadducäer Zeiten, die in der Hoheit und im Regiment waren, und waren doch nicht der wahrhaftigen Kirchen Gliedmaß, sondern Verfolger und Epicurei, sind gleichwohl rechte Kirche gewesen Zacharias, Simeon, Joseph, Anna, Maria, Elisabeth, und viele andere in vielen Landen, die Zacharias Lehr folgeten, und nicht der Pharisäer und Sadducäer. Und sind alle Menschen schuldig zu lernen, welche, und wo die rechte Kirche ist? und sich zu derselbigen zu halten mit gleicher rechter Lehr und rechter Anrufung Gottes, und mit rechter Bekenntniß, und Fleiß christliche Einigkeit zu erhalten, wie die Psalmen sprechen: Unum petii, hoc requiram, ut habitem in domo domini etc. Item: beati, qui habitant in domo tua, Domine. Und im Symbolo sollen wir betrachten, was rechte Kirche ist, so wir sprechen: credo Ecclesiam catholicam, nämlich nicht Pharisäer und Epicurer, nicht blasphemas und homicidas, sondern allezeit diese Menschen, wo sie sind, die rechte Lehr und rechte Anrufung haben. In dieser wahrhaftigen Kirchen sind wir durch Gottes Gnaden, und bitten Gott, er wolle uns gnädiglich in dieser Versammlung erhalten, davon er spricht: oves meae vocem meam audiunt, Amen.

Philipp. Melanthon.
Anno 1556.

No. 5954. 25. Mart.

Iac. Rungio.

Epist. lib. I. p. 293. (ed. Lond. lib. I. ep. 101.).

D. Iacobo Rungio

S. D. Reverende vir, et chariss. frater, Heri huc allatae sunt *Frederi* literae, quas scripsit ad *Eberum*, cum respondeat ad communem epistolam, a collegio nostro placidissime scriptam, in qua cum simus eum hortati, ne Synodum aspernetur[1]), narrat se non accessisse ad Synodum vestram, nec posse pie adsentiri, et editurum se esse *Apologiam*, in qua refutet falso obiecta crimina. Etsi doleo Ecclesiae causa inflammari dissidia et odia, tamen στέργειν αἱ παταί με καὶ ὁ μακρὸς χρόνος διδάσκει, ut apud *Sophoclem* senex aerumnosus inquit. Rursus igitur trahet in partes *Polyphemi* filios. Nec mihi difficile erit tandem abrumpere haec certamina, et discedere ex his regionibus, et alibi constituere, Deo iuvante, pium consensum, de qua re tibi meum consilium exponam. Ante duos menses scripsit ad me rabiose *Frederus*, te et me praecipue lacerans acerbitate orationis non vulgari. Usus sum mea Philosophia, in qua non iam sum rudis tyro, hoc est, tacui. Nunc scire cupio, quid apud vos actum sit, et quae sint vestra consilia. Oro autem Deum, ut reprimat τὴν ἄτην, passim accendentem discordias, et contristantem τὸ ἁγίον πεῦμα ἐν τοῖς ὁσίαν εἰρήνην ἀγαπῶσι. Hanc epistolam dedi viro docto et erudito in Iure, doctrina Ecclesiae, et *Latina* et *Graeca* lingua, nata in *Repinensi* regione, *Ertmanno Copernico*, qui gubernavit scholam *Brandenburgensem* annos octo[2]). Postea hic cum coniuge honesta et duabus filiabus modestissime vixit, et ius civile didicit ac alios docuit. Et cum studia doctrinae amet, mallet in Academia vivere, quam tantum in rixis forensibus consumere aetatem. Meo igitur consilio ad vos proficiscitur, et petit locum docendi Institutiones Legum in vestra Academia, quem relinquet *Ioachimus*, qui hactenus apud vos lector fuit. Scio esse hunc *Ertmannum* virum bonestum, minimeque factiosum, et opinor posse eum prodesse discentibus, eo etiam, quia et ingenio valet, et aliis doctrinis excultus est, quae interpretes adiuvant. Valde te oro, ut eum Illustrissimo Principi vestro et D. Cancellario commendes, ut, si fieri potest, ei tradant eam lectionem. Scio vos ipsius eruditionem, modestiam et diligentiam in omni officio probaturos esse. Bene et feliciter vale. Die 25. Martii, quo Filius Dei ante annos 1522 in cruce victima factus est, et quo die scribitur Adam et Evam creatos esse ante annos 5518. Hodie hinc rursus discedit nuncius, qui nostram responsionem adfert, πρὸς τὸν ἔχοντα ὄνομα τοῦ υἱοῦ θετοῦ τοῦ σκιπίωνος[3]).

---

1) Vid. epist. d. 26. Oct. 1555.

2) Eundem Copernicum commendat Archiepiscopo Moguntino d. 1. Iun. 1556.

2) i. e. ad Maximilianum, vel potius Pfauserum.

No. 5955. 25. Mart.

Christiano R. Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 70. ep. 25. Item in der Dänisch. Biblioth. P. I. p. 56 sq.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtister, großmächtiger, gnädigster König und Herr. Also ist geschrieben in Sirach, im vierten Capitel: Du solt des Waisen Vater seyn, so wird dich Gott mehr lieben, denn dich deine eigene Mutter liebet. Nu weiß ich, daß E. K. M. viel armen Waisen Vater ist, darum nicht Zweifel ist, der allmächtig Gott und der allergnädigst Vater der Waisen sorget auch für E. K. M. und für die junge Herrschaft. Nachdem mich aber Zeiger dieser Schrift, ein armer Waise, geboren zu Flensburg, *Georgius*, welches Vater geheißen hat *Christianus*, um unterthänige Vorschrift an E. K. M. angesucht hat, und er gottfórchtig, züchtig und wohlgelahrt ist, und allein dieses bittet, daß ihne E. K. M. gnädiglich annehme unter die Stipendiaten in E. K. M. lóbliche und christliche Universität zu Coppenhagen, hab ich ihm, als einem armen Waisen, der doch gottforchtig und wohlgelahrt ist, solchs nicht gewißt abzuschlagen, und bitt in Unterthänigkeit und um Gottes willen neben ihm, E. K. M. wolle ihn gnädiglich unter gedachte Stipendiaten annehmen; denn zu hoffen mit Gottes Hülff, er werde in Kirchen und Schulen wohl und nützlich zu gebrauchen seyn.

Da ich diesen Brief geschrieben habe, habe ich diese Stund in Hungarn geschrieben und Zeitung daraus gehabt, daß viel vornehmer Bürger aus Schemnitz gen Presla weggeflohen sind; denn die Türken neulich vier und zwanzig Dörfer bei Schemnitz verbrannt haben, und das arme Volk weggeführet, und ist keine Rettung; denn die östreichische Länder haben die Hülff noch nicht willigen wollen, sondern suchen unterthäniglich zuvor, daß die reine Lehre in ihren Kirchen zugelassen werde; haben deßwegen dem König *Ferdinando* drey Fußfall gethan. Der allmächtig Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammlet, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft gnädiglich bewahren und an Leib und Seele stärken. Dat. Anno 1556. am 25. Tag Martii, an welchem Tag der Sohn Gottes vor 1522 Jahren am Kreuz ein Opfer für uns worden ist; und schreibt man, daß Adam und Heva am selbigen Tag vor 5518 Jahren erschaffen sind.

E. K. M.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5956. 25. Mart.

Th. Miti.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54⁴.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Thomae Miti Nymburgensi, civi Pragensi, amico suo colendo,

S. D. Clarissime vir et amice colende. Et insita divinitus naturae humanae *στοργῇ* amare te fratrem *Mauritium* cum praesertim et virtus eius amore digna sit, scio, et legisse te multa non dubito, quae benevolentiam erga tuos in animo tuo alunt et confirmant. Nec dulcissimum illud Cyri optimi regis apud Xenophontem [1]) ignoras, qui inquit: *ἑαυτοῦ τοι κήδεται ὁ προνοῶν ἀδελφοῦ.* Quare quod hactenus liberalitate tua fratri opitulatus es, gravi iudicio et vera pietate te id fecisse statuo. Ac ipse quidem grata mente beneficentiam tuam saepe praedicat. Nunc vero non tam hoc petit, ut facultatibus tuis iuvetur, quam ut autoritate tua flectantur tutores. Orat, ut perficias, ut nondum doctrinae studiis abducatur. Nam in exercitiis latinae et graecae linguae et in philosophiae initiis magna cum laude versatur, et erudite carmen latinum scribit, et videre plures Germaniae Academias cogitat, quia scis formari iudicia cognitis et collatis multorum eruditorum sententiis, ut Homeri versus monet:

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν [2]) *ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.*

Cum igitur et studia fratris et consilium probem, te oro, ne ei desis. Nam hoc quoque dulcissime a Cyro [3]) dictum est: *τίνα ἁπάντων κάλλιον προτιμᾷν ἢ τὸν ἀδελφόν.* Bene et feliciter vale. Anno 1556. die 25. Martii, quo die filius Dei ante

---

1) Cyrop. 8, 7. 15. ed. Schneid.

2) Cod. Paris. *ἴδειν.* — Est locus Hom. Odyss. 1, 3.

3) Cyropaed. 8, 7. 16. ed. Schneid.

annos 1522 in cruce victima factus est, quo die et Adam ac Hevam creatos esse scribitur.

Philippus Melanthon.

Ex autographo.

No. 5957. 29. Mart.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 294. (ed. Lond. lib. II. ep. 299.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et charissime frater, Non dubito piam esse Illustrissimi Principis Electoris Ducis Saxoniae *Augusti* voluntatem, et libenter adiuvare pia consilia gubernatorum, sed scis quantae sint in aulis difficultates*). Lucet autem magis virtus, cum inter illas difficultates senectae tuae utcunque consuluerunt. Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, custodem Ecclesiae suae, ut vicissim Duci *Augusto* et eius domesticae Ecclesiae et publicae Ecclesiae benefaciat, et has regiones protegat. Magna enim pericula impendent. Et profecto non solis humanis consiliis servantur Politiae et Ecclesiae. Sed scriptum est, *Ego etiam in senecta vos gestabo.* Bene vale. Die Palmarum.

No. 5958. 31. Mart.

Hier. Baumgartnero.

† Ex autographo in cod. Monac. I. in appendice.

Clarissimo viro sapientia eruditione et virtute praestanti, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae, patrono suo carissimo.

S. D. Vetus illud est magnae partis hominum, sed tamen aularum praecipue, quae laboribus hominum frui volunt, ipsos vero laborantes leviter curant: ἀπονέμου τῆς ἁμάξης τῶν δ᾽ ὄνων οὐ μέλει. Si sic respondebit aula *Iacobo**), non dubito libenter ad vos commigraturum esse. Saepe cogitavi, nostrae Ecclesiae praeficiendum esse, cum Pastor desiderabitur, cui tamen longa vitae spatia opto, ac longiora etiam quam fuerunt *Hieronymi* Stridonensis, quem aiunt postrema Martii, anno aetatis suae nonagesimo primo decessisse. *Iacobus* petit a nobis consilium. Ero hortator, ut ad vos migret, si non retinebit eum patria honestis conditionibus quas cogat eum recipere officii ratio.

Περὶ τῶν ληστῶν τῆς πατρίδος ὑμετέρης τε καὶ ἑαυτῶν πολλὰ ἀκούω. Sed certiora vos scire arbitror. Oro autem filium dei, ut et Ecclesiam servet, et nos et vos in ea. Et cogitemus, scriptum esse: *nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* Sumus enim in eadem navi. Bene et foeliciter vale. Pridie Calend. Aprilis, quo die Hieronymus Stridonensis ex hac vita decessit. Dominus noster Iesus Christus servet te et Ecclesiam tuam domesticam.

Philippus.

No. 5959. 31. Mart.

Reinhardo Comiti ab Isenb.

Edita a Clariss. *Förstemanno* in den Neuen Mittheilungen aus dem Gebiet historisch=antiquarischer Forschungen, Vol. II. p. 533. —. Autographon est in tabulario Comitum ab Isenburg, Budingae.

Dem Wohlgebornen Graven und Herrn, Herrn Reinhart, Grafen zu Isenburg und Büdingen etc. meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor, Wohlgeborner, gnädiger Grave und Herr. Dieses ist je gewißlich wahr, daß kein Mensch uff Erden nützlicher arbeiten kann, denn so er zu Pflanzung und Erhaltung christlicher Lehr dienet. Dazu will auch Gott seine Hülf gnädiglich thun, wie er im Propheten Esaia spricht: ich habe mein Wort in deinen Mund geleget, und mit meiner Hand schütze ich dich, daß du mir sollt den Himmel, das ist, den schönen Garten, die Kirchen, pflanzen. Darumb bitt ich in

---

*) Vid. ep. ad Wellerum d. 7. Mart. 1556.

*) *Iacobo Rungio.* — De Rungii vocatione vid. etiam ep. ad Baumgartn. d. 3. Ian. 1556.

Unterthänikeit, E. G. wollen ihr die Kirchen und wahre Lehr Gott zu Ehren treulich lassen befohlen seyn. Nu ist Zeiger dieser Schrift Magister Johannes Nicenius von Heidelberg, welchen ich Ewer Gnaden in der nächsten Schrift, gesandt durch E. G. Diener, angezeigt habe, daß er zum Predigampt und christliche Lehr zu pflanzen tüchtig sey. Dann er ist durch Gottes Gnad in christlicher Lehr wohl gelehrt, und bekennt sich zur Confession unserer Kirchen, ist auch derwegen aus Oestreich weggezogen, da er gute Dienst hat haben mogen, und ist gottfurchtig, verständig und friedliebend, und ist im Ehestand, hat eine eheliche züchtige Hausfrau und zwee Kindlein. Er hat auch in unser Kirchen allhie etlich Mal gepredigt, also daß alle Zuhörer ein gut Gefallen an ihm gehabt haben. Derhalben bitt ich, Ewer Gnad, als ein löblicher christlicher Regent, wollen ihr diesen Mann, der solche weite Reise auf mein Anzeigung fürgenommen, gnädiglich lassen befohlen seyn, wöllen ihn hören und ernach mit ihm schließen, was sein Dienst seyn soll, und wöllen E. G. christlicher Lehr zu Ehren sein und mein gnädiger Herr seyn. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium und nicht anders sammlet, und mit göttlicher Macht erhält, wolle Ewer Gnad gnädiglich bewahren und regiren. Dat. die ultimo Martii, anno 1556.

Ewer Gnad
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 5960. 7. Apr.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Petro Vincentio.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Cum te ad fontem *Hamelium* (utar enim hoc nomine donec aliud habebimus illustrius) profecturum esse audirem, et optavi, ut curatio felix esset, et cogitavi, te virum doctum multa de natura fontis inquisiturum esse. Si vera sunt quae narrantur, dignior hic fons est literis quam fons solis prope Cyrenem, a quo et nomen est *Cyr*, id est urbs, et *Ene*, fontis. Hac igitur lege a te descriptionem peto, vicissim ut promittam picturam motus et itinerum *cometae*, quem iam altero mense fere quotidie cernimus, qui e regione solis, Saturni, Martis, Veneris et Mercurii accensus primum rapido motu ad Arcton accessit, inde flexit iter ad ortum solstitialem, ut trahi a sole, Saturno et Marte iudicari possit*). Hic non tantum, ut in versu dicitur, sitim morbosque feret mortalibus aegris, sed etiam maiores religionum confusiones denunciat; inter quas ut filius Dei nos gubernet, et reliquias verae Ecclesiae servet, assiduis gemitibus eum oro. Francofordia scito iam adferri latinam interpretationem *Athenaei.* De caeteris non libet scribere. In Pannonia sperantur induciae cum Turcico tyranno, quia dicitur Rex *Ferdinandus* volens cedere de ea parte, quam filius *Iohannis* repetit. Oro Deum, ut nos gubernet et servet. *Valentino* et *Falconi* salutem opto. Nunc plura scribere non potui. Die 7. April.

Philippus.

No. 5961. 12. Apr.

B. Mithobio.

Epist. lib. II. p. 350. (ed. Lond. lib. II. ep. 356.).

D. Burcardo Mithobio

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Dei beneficio, filius recte valet, et anni et studia ei moderationem morum adferunt laude dignam. Oro autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, custodem Ecclesiae suae, ut te et tuam Ecclesiam domesticam servet et gubernet. Ac nos divina voce, in tantis periculis consolemur: *Generi rectorum benedicetur.* Deliberat filius de *Italico* itinere, et utile ei esset videre Anatomias, et exercitia artis in *Italia.* Statues igitur tuo iudicio, et ut Deus consilium tuum regat, eum precor. *Venetae* urbes adhuc mediocrem habent tranquillitatem. Nam heri a nostro auditore *Willebrochio* ingenioso viro, ex *Patavio* literas accepi, qui tuo filio notus est. Et inveniet *Patavii* plures *Germanicos* et notos scholasticos filius tuus, si eum eo miseris. Reliqua *Italia* Pontificiis furiis turbatur. *Florentia* dicebatur iam obsidione cincta esse a Pontificio exercitu, sed fortassis hi motus sedati sunt, quia in *Gallia*

*) Vid. de eo carmen in Melanth. epigr. p. 249.

simul fuerunt legati *Turcici*, Pontificii, *Caroli*, *Ferdinandi*, *Philippi*, *Anglici*, et *Sarmatici*. In *Pannonia* spes est induciarum, quia Rex *Ferdinandus Iohanni Sepusiensi* cedit de *Transylvania*. Vidimus aquam fontis *Hamelii* huc missam. Sed gratior fuit, quam ipsa aqua, tua descriptio *περὶ ὤχρας*, quae simul nobis missa est. Oro autem ut edas locupletiorem descriptionem. Nam profecto hic fons dignior est qui celebretur, quam fons solis, nocte calens, meridie gelidissimus, unde *Cyrene* nomen habet. Nam *Cyr* est urbs, *Eni* fontes. Cometam hodie adhuc, videlicet die duodecimo Aprilis, vidimus cum iam ab *Andromedae* humero ad eclipticam propius accessisset. Sed totum iter inde usque *ἀπὸ προτρυγητῆρος* meus Gener editurus est. Mitto pagellas meo more. Bene et feliciter vale. Die 12. Aprilis.

No. 5962. 13. Apr.

Th. Matthiae.

Manlii farrag. p. 250 sq.

Clarissimo viro, prudentia, eruditione et virtute praestanti, domino Thomae Matthiae, consiliario inclyti Principis Electoris Marchionis, etc. fratri suo charissimo,

S. D. Clarissime vir, et charissime frater: Extat dulcissimus versus*) apud Clementem Alexandrinum, quam citat ille scriptor ex Sophocle: quanquam in his tragoediis quas habemus, non legitur. Sed tibi et aliis bonis non dubito sententiam, velut insignem gemmam, placere, *ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν*: id est, Boni retinent similes naturas et voluntates, nec fortuna mutantur. Est igitur specimen bonitatis in tua natura, quod in hac confusione temporum, et in tot distractionibus, tamen benevolentiam erga me et meos perpetuam retines: id et mihi gratius est, quod etiam iudicio te moveri statuo, ne a me alienari animum tuum patiaris. Cumque sciam meos labores notos esse, et voluntatem erga Ecclesiam perspectam, hanc commemorationem omitto: ac potius gratias ago, quod in nostra amicitia constantiam praestas, et meis benefacere studes. Nam D. *Sabinus* summo candore tua erga se officia praedicat: quae quidem cum ad me quoque pertinere statuam, tibi et debeo et habeo gratiam: teque oro ut deinceps nos quoque tuearis, memor dulcissimae virtutis, quam citavi: *ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.*

Mitto pagellas. Sed post paucos dies rursus edetur *enarratio Epistolae ad Romanos* *), cuius exemplum tibi mittam, quod volo te quoque ut censorem legere. Fuit enim hoc meum studium, ut simpliciter recitarem doctrinam Ecclesiae necessariam: et quaestiones omitterem non necessarias, in quibus ostentant aliqui acumen, qui absurda mirantur, et despiciunt usitata: sicut de suis civibus dicit Thucydides, esse eos contemptores usitatarum, et applausores novarum, quales nunc multi sunt. Sed oro Deum, ut nos gubernet. Bene vale, 13. Aprilis, 1556.

*) Manl. *dulcissima virtus*, quod sine dubio mendum est.

*) Epistolae Pauli ad Romanos enarratio (ded. Ulrico Mordeisen). Viteb. 1556. 8.

No. 5963. 13. Apr.

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 438 sq.

Georgio Fabricio, gubern. scholam Misnensem.

Scis, non procul a *Cyrene* fontem fuisse, a Pindaro et a multis celebratum, qui dictus est fons Solis, qui nocte calidus fuit, in meridie gelidissimus, et nomen est urbi a fonte, *Kyr*, urbs, *Eni*, fons. Sed antecellit fons Saxonicus[1]) nuper repertus, ut audivisse vos existimo. Nobis lagenula eius aquae missa est, ac simul viri docti, Medici *Mithobii*, iudicium accepimus, qui ait, scaturiginem esse metallicam, plenam *ὤχρας*. Idque apparet et in fecibus aquae, in quibus copiosa est *ὤχρα*. De illa aqua affirmat *Mithobius*, sanari membra languefacta Paralisi. De caeteris morbis nihil affirmat. Et congruit hic effectus cum Dioscoridis verbis, qui ait, *πώρους θρύπτει*. Scripsi ad amicos, ut naturam fontis et exempla curationum diligenter inquirant. Quidquid cognovero, tibi communicabimus. Iam desidero

1) In oppido *Hameln*.

Georgium Agricolam, qui haec naturae miracula studiose contemplabatur. Civi tuo opto felix coniugium, et gaudeo, Principem, cum esset ratio probabilis, mitigasse iuris humani severitatem [2]). Carmen Iopae tradam, civi Dresdensi, ut vobis reddat. Meus gener mittit *appellationes* recens editas. Bene vale. Salutem et Doct. *Christophoro* et Consuli *Anesorgo*, et vobis omnibus opto. Die 13. Aprilis.

No. 5964. 13. Apr.

D. Chytraeo.

(Ex Dav. Chytraei epistolis p. 1215.)

Dav. Chytraeo.

S. D. Clariss. Vir, et Cariss. frater. Scimus salutarem gubernationem vere Dei opus esse. Quare ardentibus votis ab eo petamus, ut et patriae nostrae, et his nidulis in quibus sumus hospites, tribuat Imperia tranquilla, et piam doctrinae vocem. Dei beneficium hoc est in patria nostra, quod vicini principes Palatinus et Wurtenbergensis sunt et amici, et pacis et religionis amantes, ac deliberationes vivo *Friderico* institutae fuerunt, ut similis forma Ecclesiarum in utraque ditione constitueretur. De Academia meae patriae quid scribat *Mercurius*, cognosces ex ipsius literis, quas mitto. Fratris mei Epistolam datam Bibliopolis nondum accepi, et audio eum nos venturum esse. Si venerit, narrationes eius ad te perscribam. Quid mihi conspectu fratris dulcius in hac senecta contingere posset, cuius tibi integritas nota est; ac profecto, si tempus adventus eius scirem, te huc attraherem. D. *Bordingi* consilium et totum vitae cursum ut gubernet filius Dei, opto. Sed si non studetis eum honorifico stipendio retinere, fiet id usitato aularum Germanicarum more. Sed profecto doleo aulas, quae debent esse iustitiae custodes, non curare Geometricam proportionem. Laudo autem Regis Danici Iudicium. Mitto vobis pagellas, et peto, ut scribas ad nos quoties habebis tabellarios. Spero me *αὐτῷ τῷ μέτρῳ* redditurum esse haec officia. Tuam Orationem edi curabo. Bene vale. die 13. Aprilis quo adhuc mane cometam vidimus, qui iam ab Andromedae humero ad Eclipticam propius accesserat. Deus gubernet nos et protegat harum regionum Ecclesias.

Philippus.

2) Cf. ep. ad Fabric. d. 23. Mart. h. a.

No. 5965. (med. Apr.)

(*Cph. Libio.*)

Manlii farrag. p. 412 sq.

Reverendo viro, D. [Libio] Pastori Ecclesiae Dei in veteri arce Brenni, fratri suo

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Nondum audimus regem *Ferdinandum* venisse. Et fortassis retinetur Hungaricis negociis; nam Turcicus praefectus Budensis oppugnat arcem *Zigat*, in aditu Stiriae. Alibi totam Transylviam occuparunt ductores copiarum filii *Iohannis*. Nunc vero novi exercitus Turcici nulli adducuntur in Pannoniam, nam Turcicus tyrannus ingentem classem instruit, mittendam ad Syriae littus. Ideo scribunt, regem *Ferdinandum* facile inducias impetrare posse, si volens relinquat Transylviam filio *Iohannis*. Hoc etiam scribitur, magnam partem *Byzantii* terrae motu disiectam esse. Existimo et Turcico imperio fatalem inclinationem impendere: et non procul esse illum laetissimum diem triumphi Filii Dei, in quo Ecclesiam universam adducet ad aeternum Patrem coram cernendum. Bene et feliciter vale, et rescribe. Mitto vobis pagellas*), in quibus narratio est de Cometa, conspecto ante *Caroli Burgundi* mortem: cuius prorsus tale fuit curriculum, quale fuit proximi Cometae.

Philippus Melanthon.

*) Est carmen continens descriptionem cursus cometae, quod legitur in Scriptis publicis T. II. lit. Dd. 2. et ibi tribuitur Bartholomaeo Lasano, auctori, sed Melanthonis esse videtur.

No. 5966. 18. Apr.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1243.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Quoties aspicio Albim nostrum, cogito, non si tantum lachrymarum fundere possem, quantum undarum volvit hic amnis pleno fluens alveo, exhauriri meum dolorem possem, quem diu iam circumfero propter dissensionem in Ecclesia περὶ τῆς σπονδῆς, quae debebat esse foedus mutuae benevolentiae. Nec remedia ulla tentari possunt in tantis incendiis recentium odiorum. Urgetur erga genus humanum horribilibus poenis. Et fortassis hoc anno ad alias calamitates accedet. Sed confugiamus ad Filium Dei et petamus, ut leniat privatas et publicas miserias. Frater meus desiderium nostri et spem ostendit adventus in literis suis. Desiderium mihi notum est; de adventu vero dubito, et propter praefecturae administrationem, quam scis habere magnam negociorum molem, et propter temporum tristitiam. Sed spero, fore, ut Ecclesia in tota ditione ita constituatur, ut et pia et consentiens forma sit. Et iam *Ducem Albertum Bavaricum* audio suis diu iam petentibus concessurum esse usum integri Sacramenti *) et alia quaedam initia emendationis, etsi *Saltzburgensis* atrociter repugnat. Sed commendemus nos Deo. Literarum partem, quas scripsit frater, mitto. Bene vale. die 18. Aprilis.

Philippus.

*) Cf. pagella adiecta epist. ad Regem Daniae d. 1. Maii 1556.

No. 5967. 21. Apr.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 395 sq.

Georgio Buchholtzero, Praeposito Berolin.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Sum hortatus medicos vicinos fonti Saxonico, ut edant veram descriptionem scaturiginis, et effectuum. Intelligo autem scaturiginem esse in terra metallica, cuius usus est in emplastris: et vim habet dissipandi lentos fluxus et tumores, ut Dioscorides etiam dicit, et nervos recreat. Ideo fons ille sanat membra affecta paralysi, ut iam aliqua exempla testantur: ac iudico sanationes physicas esse, et singulare Dei beneficium. Scio multa inepte dici, sed vellem doctos et integros viros edere veras descriptiones: idque ut faciant, aliquos hortatus sum. Aqua nobis missa est, in qua vidimus multam esse ὤχρην, velut arenam subsidentem, metallicam terram gilvam. Est et civis in oppido nostro honestus vir, qui habet languefactos pedes paralysi: quem sum hortatus, ut experiatur fontis illius naturam. isque iam eo vehitur. Bene valete. Mitto vobis pagellas. 21. Aprilis, Anno 1556.

Philippus Melanthon.

No. 5968. 23. Apr.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 16.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Scio aliquot Principes valde petere, ut docti colloquantur. Idque Ecclesia petit. Et quanquam illi impediunt, qui iam non procul a Lubeca[1]) decreverunt, se non adtiuros esse ullam aliorum Synodum, tamen rerum magnitudo poscet, ut privato officio aliqui conveniant, et consensum de multis rebus constituant, quod spero et fieri posse, et Deo iuvante profuturum esse verae Ecclesiae. Cum enim sinimus impediri recta consilia praeiudiciis nescio quorum. Iam edet libros contra me de Stoica necessitate, *Nicolaus Gallus*, qui Ratisbonae est. Ubi videro, Deo iuvante respondebo. Te autem oro, ne properes ad certamen cum collegis. Oro etiam ut multa dissimules. Precatione ad Filium Dei primum nos armemus, et in tantis naturae, rerum et hominum, et imperiorum perturbationibus constanter agamus: et petamus, ut Deus nos gubernet, et servet Ecclesiae reliquias, et eius vulnera sanet. Ante duos menses quidam *Lituanus* et Serveticas reliquias ex Italia attulit, quem etiam refutare cepi[2]). Bene vale et rescribe. Die Georgii.

Philippus Melanthon.

Domini consulis Filium commendavi viro erudito *Anton. Wallero*[3]), qui prodesse et ei in exercitio styli poterit. Et hoc magis expetebat Adolescens, quam ut mox sine his exercitiis tantum Iuris lectiones audiret. Et volo tamen, ut institutiones Iuris audiat. Salutem patri et vobis omnibus opto. Bene vale.

1) In oppido *Moelln.*
2) Vid. ep. d. 24. Febr. h. a.
3) Vid. Miscell. Groning. III. p. 374. (*Danz.*)

No. 5969. (his dieb.)

U. Mordeisen.

Epistola nuncupatoria praemissa libro: Epistolae Pauli scriptae ad Romanos enarratio edita a Philippo Melanthone. Witlb. 1556. 8. 1 Alph. 9 pl. Vid. Penc. opp. Mel. T. IV. p. 36. et conf. ep. ad Matthiam d. 13. Apr., ad Buscoduc. d. 30. Apr. h. a.

Clarissimo Viro, sapientia et virtute praestansti Ulrico Mordisin, Lipsensi, Doctori Iuris, Consiliario inclyti Ducis Saxoniae Augusti Electoris etc. Philippus Melanthon S. D.

Etsi multi in tantis confusionibus generis humani varie disputant de Deo et providentia, superbe etiam rident nos, qui et esse Ecclesiam Dei credimus, et colligi eam voce Evangelii adfirmamus, et libros Propheticos et Apostolicos legimus, tamen nos hoc pulcerrimum mundi opificium, et generis humani admirandam naturam, mentem, notitias numerorum et ordinis, et sapientiam, discernentem honesta et turpia, et vindicem scelerum in corde horribilem cruciatum, et libertatem in regendis membris externis, nequaquam iudicamus casu ex Democriti atomis oriri. Sed opponimus profanis iudiciis nostram confessionem de Deo, et quidem sic de Deo, et de filio Mediatore sentire nos certo adfirmamus, sicut se in Ecclesia sua inde usque ab initio generis humani Deus in ea doctrina, quae in Propheticis et Apostolicis libris comprehensa est, et in Symbolis repetita, patefecit. Et scimus velle Deum aliquam esse partem generis humani, quae de ipso inter homines testimonium dicat, cui sese in tota aeternitate communicaturus est. In ea parte, videlicet, in vera Ecclesia Dei, nos esse adseveramus, qui sine corruptelis doctrinam in Propheticis et Apostolicis scriptis et in Symbolis traditam, pie amplectimur, ut ostendit confessio Ecclesiarum nostrarum, quae extat. Nec abducimur ab hac sententia, etiamsi Epicurei aut alii athei nos derident. Et Mohameticis furiis ingens et crudele regnum palam contra filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, constitutum est, et Papae dominatio et Monachorum superstitio excogitarunt Idola, quae regni et quaestus causa, horribili Tyrannide defendunt. Etsi tanta multitudo generis humani terribilis opibus, imperiis, exercitibus, armis, contemnit fontes doctrinae divinae, tamen filius Dei semper aliquem coetum et colligit et servat, a quo recte agnoscatur Deus. In quem coetum cum Dei beneficio vocati simus, legimus scripta Prophetica et Apostolica, et discimus ibi vocem divinam, qua se Deus immensa bonitate inde usque ab initio generis humani patefecit.

Cumque ad docentium munus pertineat, haec ipsa scripta proponere iunioribus, et utcunque ordinem partium, et quasi aedificii formam ostendere, et phrasin et vocabulorum nativas significationes ostendere, saepe et ego meo loco Epistolam Pauli ad Romanos auditoribus proposui, quia notum est, eam continere praecipuam partem sapientiae, quae est Ecclesiae propria. Haec Epistola ostendit et illustrat maxime discrimen Legis et Evangelii, id est, promissionem, quae de omnibus beneficiis filii Dei, de reconciliatione gratuita, et de restitutione iustitiae et vitae aeternae concionatur. Docet recte agnoscere Messiam, quem Pharisaei putabant occupaturum esse imperium mundi, velut Cyrus aut Alexander occupaverat, et partiturum provincias. Discernit iustitiam humanam ab ea iustitia, qua homo coram Deo iustus reputatur agnitione et fiducia filii Dei, et qua fit templum Dei, et haeres aeternae salutis. Docet, quae sit vera Dei invocatio, quid peccatum, quae prima causa ingentium aerumnarum generis humani, quae vera consolatio. Deinde, quae sit vera Ecclesia Dei, illa ne quae superbit titulo propter successionem ordinariam, an quae custos est verae doctrinae, et templum filii Dei. Deinde quid sit politicus ordo, et quod Deus sit custos politici ordinis, et quod divino vinculo conscientiae sunt alligatae politico ordini.

Harum maximarum rerum doctrina, etsi sparsa est per omnium Prophetarum et Apostolorum conciones, tamen in hac Epistola a Paulo, ut ab artifice, exposita est integra collatis membris, et quasi σωματοποιηθεῖσα, ordine usitato in disputationibus artium. Cum autem harum rerum doctrina maxime necessaria sit Ecclesiae, manifestum est, hanc Epistolam oportere familiarissime notam esse omnibus, quae quidem lumen est aliorum scriptorum Propheticorum et Apostolicorum, et methodi vice esse potest ad alias lectiones illustrandas.

Cum autem nos oporteat discipulos esse vocis divinae, quid agit fidelis lector aliis eam proponens? Monstrabit ordine membra, et iubebit singuli quasi evoluta aspicere, et rursus concinne

contexere, et totum aedificium mente contemplari, et in verbis retinere nativam significationem iuxta phrasin usitatam Prophetis et Apostolis, cumque iam cognoverit quid Paulus dicat; nam ab ipso discet quid velit, non affinget peregrinas imaginationes, intuebitur mente universum corpus doctrinae Propheticae et Apostolicae, in quo, cum intelliget consensum esse perpetuum cum hac Pauli doctrina, nihil dubitabit hanc esse sententiam Pauli, quam ipsius oratio et continua partium series gignit. Adferet etiam lector mentem non profanam, non amantem Sophistices, non furentem ambitione et odio, sed timentem Deum, amantem veritatis, quaerentem veras consolationes in conversione et volentem Deum recte invocare, dolentem etiam propter Ecclesiae vulnera, quae magis magisque lacerantur et odio et Sophistica, saepe etiam lectioni miscentem gemitus, et petentem, ut a Deo doceatur, ut Propheta inquit: fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam et iustificationes tuas doce me. Talis si erit lector, ut dixi, reget eius mentem Deus et hac voce doctrinae et luce sua, ne deerret a vera sententia. Ac de me non multa dicam, hoc ago, ut membrorum ordinem ostendam, et moneam, ne abiiciatur nativa significatio verborum, et iubeo ab ipso Paulo sententiam peti, non gigno aliud genus doctrinae, et iudico congruere totam enarrationem nostram cum confessione Ecclesiarum nostrarum, a qua non discedo. Fons est enim confessionis Ecclesiarum nostrarum Pauli doctrina. Fateor autem, totam hanc enarrationem tenuiorem esse amplitudine sapientiae Dei, concionantis voce Apostolica. Sed tamen aliena a Paulo aut pugnantia dicere nequaquam volui.

Scio, multos disputare, in enarratione huius Epistolae esse quaestionem *τοῦ ῥητοῦ καὶ διανοίας*. Et discedunt Thomas, Asotus et similes, a sermonis proprietate, et quaerunt peregrinam sententiam, et mutilant et corrumpunt Paulum, dicunt: fide sumus iusti, scilicet formata. Sine operibus, scilicet ceremonialibus. Et sunt plures corruptelae, de quibus in ipsa enarratione dicetur. Aperte reiicio illas peregrinas interpretationes, sive sint Origenis, sive Thomae, sive Osiandri synecdochae. Fateor, me ab his hostibus nativae sententiae Pauli dissentire, et iudico, nostras Ecclesias *τὸ ῥητὸν* non sophistice, sed recte retinere, et esse Pauli discipulas, ac sequi nativam sententiam, quam verborum proprietas et phrasis gignit. Et haec sententia cum toto corpore Propheticarum et Apostolicarum concionum congruit, quam retinuit et Augustinus, etsi et ipse et alii quidam, quia in loquendo negligentiores fuerunt, interdum suis enarrationibus miscent *ἀκυρολογίας*. Novus interpres Staphylus nunc minitatur nostris Ecclesiis atrociter, et iactitat se fore adsertorem interpretationis veterum, qui cum sua mysteria proferet, iudicabit Ecclesia, ut Paulus inquit. Et ego me ipsum et hanc enarrationem Epistolae Pauli, et cetera mea scripta subiicio iudicio piorum et eruditorum virorum in Ecclesiis nostris, quarum opto aeternum consensum esse, qua in re miror impetus quorundam, qui cum foris undique cincti simus hostilibus exercitibus, et magnis et diversis, tamen privatis adfectibus domestica bella quaerunt, alii alia. Hinc nos Pontificii scriptores instructi ingeniis, eloquentia, et auctoritate oppugnant, Polus in Anglia, Osius in Polonia, Canisius in Austria, Roardus in Belgico, Gropperus Cardinalis in Ubiis. Et quotidie invitantur opibus Pontificiis alii, ut ad florentem fortunam se adiungant. Illinc inferunt nobis bella fanatici homines, inimici ministerii publici, Anabaptistae, et multi errones et lucifugae, spargentes contagia Servetica. Et Stenkfeldius Centimanus est, habet milites passim, qui ipsius nomine non solum scripta spargunt, sed etiam seditiones movent, iactitant adflatus, et abducunt homines a publico ministerio, et a lectione et cogitatione doctrinae. Ac nunc quoque adversus me editis aliquot pagellis nomine Stenkfeldii, repetitur ille *κοκκυσμὸς*, gratissima cantilena fanaticis hominibus: Non cogitatione scriptae doctrinae Deum communicare se hominum mentibus, sed sine medio. At toties iubent nos Propheticae et Apostolicae sententiae in omnibus doloribus, in testimoniis scriptae doctrinae voluntatem Dei considerare, sicut in Psalmo dicitur: lucerna pedibus meis verbum tuum. Nec ego ignoro, quomodo haec dicta eludant. Sed nunc omitto disputationem.

Illud opto, ut singuli cogitemus, quae et ubi sit Ecclesia Dei, et cum nostros coetus veram esse Ecclesiam Dei sciamus, coniunctionem nostram omnibus piis officiis tueamur. Etsi autem ingenti dolore adficior, intuens tantas dissipationes, tamen, cum inter tales fluctus in genere humano verae Ecclesiae cymbam semper vehi sciamus, cuius gubernator est filius Dei, etiamsi remigium

et ἐπιβατῶν aliqua dissimilitudo est, in ea navi maneo, et filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum oro, ut hanc cymbam servet. Tui autem nominis mentionem feci in huius lucubrationis editione, quia, cum te ad consilia gubernationis Deus vocaverit, considerare te decet, quale doctrinae genus tot gentium hominibus in Academia proponatur. Bene vale.

No. 5970. 25. Apr. (h. a.?)

Io. Bottichero.

Edita in Botticheri oratione de arte disserendi; item in Manlii farrag. p. 212., ubi inscribitur: *Cuidam amico.* Dedi eam ex Botticheri libello.

Iohanni Bottichero (Francofordiae ad Oder.)

Saepe audivisti, gratitudinem esse virtutem compositam ex duabus praecipuis virtutibus, veritate et iusticia. Veritas agnoscit et fatetur, unde sit acceptum beneficium: iusticia reddit aliqua officia. Quod igitur praedicas beneficia, quae in te contulit *Sabinus*, video te amare et praestare gratitudinem, quam vult Deus intelligi et coli, ut ipsius beneficia agnoscamus, et ipsum celebremus. *Sabino* ego tuo nomine hic gratias egi, et tuas literas ipsi monstravi. Ei te charum esse, ex ipso intellexi. Is tibi nulla in re defuturus est*). Vale, et rescribe an has literas acceperis. Id officium pro meo officio reddito. Patri tuo, viro optimo, mitto pagellas, quas cures ipsi exhiberi. Die Marci.

No. 5971. 30. Apr. (Lipsiae.)

H. Buscoducensi.

Edita in Dänisch. Bibliothek IV. p. 169. (Danz.)

Ad Henricum Buscoducensem.

Reverende vir ac frater charissime. Studia academiae et vocem doctrinae cognoscere potes ex scriptis, quae quotannis eduntur. Nunc mitto *Enarrationem Epistolae ad Romanos*, quam oro ut legas ut censor. Volo Enarrationem congruere cum confessione nostra, cuius fons est epistola ad Romanos. Mitterem plura exempla, nisi nuncium alias nimium onerarem. Iam in vicina *Bohemia* defendit Cynicus Regis *Ferdinandi* Theologus *) invocationem mortuorum hoc modo: Quia Christus nunc non sit invocandus ut mediator, ideo alios mediatores quaerendos esse. Crescit impudentia. Oro autem filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, ut nos gubernet. Rogatus sum, ut aliquid edam de mediatore: id faciam. Mitto tibi narrationem de Canonicis *Lebusianis* in Fürstenwald, quam legas inclyto Regi. Commendo tibi petitionem viduae *Zosianae*, quae petit munus pro dedicatione libri, qui inscriptus fuit inclyto Regi. Bene vale. Pridie Calend. Maii. A. 1556.

Philippus.

*) Manlius mendose: *crit.*

*) Canisius, Pragae.

No. 5972. (ex. Apr.)

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Hominem me esse, et quidem languefactum variis aerumnis, non ignoras. Dabis igitur veniam quaedam obliviscenti. Et accedit illud Pindaricum de concursu negotiorum: *ὅπου πολλὰ ῥέπει, δυςπαλὲς πάντα ὀρθᾷ φρενὶ διακρίνειν*[1]). In Belgicum cum gallica lingua influunt gentis vitia, luxus et Epicureae opiniones. Ideo studiis et moribus *Grispeckiorum* melius consuletur Argentorati: et cum ibi sint multi Galli exules, pii, graves et docti viri, apud hos linguam disci posse arbitror. De mediatore filio Dei, ipso iuvante, scribam aliquid hac aestate, ac miror impudentiam istorum, qui nunc negant, Christum ut mediatorem invocandum esse, cum in precationibus usitatis plerumque sit addita clausula: per Christum Dominum nostrum. Sed ad stabiliendam

1) Dedi verba: ut scripta inveni. Sed haud dubie est locus Pind. Olymp. VIII, 30 sq., qui sic se habet:
ὅ,τι γὰρ πολὺ καὶ πολλᾶ ῥέπει,
ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρόν,
δυσπαλές.
Manifestum est, Melanthonem verba ex memoria recitasse

invocationem mortuorum praestigiae et sophismata quaeruntur. Meministi Danielem expresse sic dicere: Exaudi nos Deus *propter dominum.* Hic tunc quoque *τὸν λόγον* agnoscit mediatorem esse, et sic loquens certe invocat. Sic iubet ipse: quicquid petieritis patrem in nomine meo, id est patrem invocantes mentione mediatoris. Et Coloss. 3. dicitur: *εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ.* Complectar in eo scripto praecipuam doctrinam de invocatione, quam saepe repeti utile est. Bene vale et rescribe. Prid. Cal. Maii, 1556. *Thaddeum* oro, ut de cometa nobis aliquid scribat. Primum hic conspectus est die quinto Martii, cum esset prope *προτρυγητῆρα.* Vidimus postremo die Aprilis[2]).

No. 5973. (fere hoc m.)

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 327. (ed. Lond. lib. II. ep. 332.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone colende, Est omnino in deligendis concionatoribus hoc quoque considerandum, quod *Plato* ex *Aeschylo* citat, *ἄλλος πρὸς ἄλλην πόλιν τεταγμένος,* hoc est, videndum quorum congruat sensus ad iudicia et voluntates eorum ad quos mittuntur. Sed nos in deligendo saepe impedimur. *Petrum**) qui a vobis discessit magis congruere ad *Bavaricos* sensus existimo, quam ad vestrae civitatis iudicia. Contumeliose ad me scripsit, postquam a vobis discessit, sed nihil respondi homini irato, diu enim hanc philosophiam exerceo, ne litigem cum iratis. Et responderem facilius, si de fontibus dissidiorum dicere liceret, de quibus oro Filium Dei, ut ipse Ecclesiae suae medeatur. Nunc autem huic N. N.**) literas ad te dedi, qui istuc proficiscitur, ut quaerat patronum, cuius ipse filios doceat, et cum eis aliquando in *Italiam* aut aliarum regionum Academias mittatur, aut a quo studia ipsius quoquo modo iuventur. Mores sunt honesti et placidi, et ingenii bonitas ex eius scriptis iudicari potest, quorum ad te specimen mitto. Scis in hac confusione Reipub. paucis curae esse studia doctrinarum. Ad te igitur intelligentem et amantem doctrinas confugimus, teque oro quantum possum, ne desis huic *Henrico.* Hactenus exercuit se in formanda oratione in Philosophia: Nunc aut doctrinae Iuris aut arti Medicae se dederet, ut occasio, aut patroni, si quem nactus erit, voluntas suadebit. Si hoc genere literarum ad alium ineruditum uterer, metuerem non levem reprehensionem. Sed ad te eo simplicius scribo, quia scio te et literas tueri, et bonis ingeniis libenter benefacere. Quantum igitur possum te oro, ut huic *Henrico* opem feras. Haec pietas etiam Deo grata erit. Bene et feliciter vale.

2) Excidit dies mensis. Viderat cometam usque ad 13. Apr.

*) Ketzmannum.

**) Vid. epist. ad Hencel. d. 24. Maii h. a.

No. 5974. 1. Maii. (Lipsiae.)

Christiano, R. D.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 72. ep. 26.

(*Christiano III.*, *Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtister, hochgebohrner, gnädigster König und Herr. E. Majestet sende ich eine kurze Verzeichniß, so viel ich jetzund gewißt habe.

Es sind viel Reden von Praktiken wider die Chur- und Fürsten und Ständ christlicher Lehr, wie wohl zu glauben ist, daß der Papst nicht ruhet. Doch schreibt man mir von Noriberg, man habe davon widerwärtige Schriften. Gott ist seiner wahrhaftigen Kirchen Schutzherr; der wolle gnädigen Frieden und selig Regiment geben, und diese Kirchen gnädiglich regieren und bewahren! Der wolle auch gnädiglich E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft an Leib und Seel stärken zu seinem Lobe und zu Gutem der armen Christenheit. Datum prima Maii 1556.

E. K. M.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

(*Pagella prima,* quam *Schumacherus* huic epistolae adiunxit, et quae errore huic epistolae adiecta est, videatur ad epist. d. 25. Martii 1552., cui inclusa fuit.)

(*Pagella II. huic epist. inclusa.*)

1556.

Am 26. Tag Februarii, das ist den nähisten Tag nach Matthiae, ist Pfalzgraf Friedrich,

Churfürst etc. im Jahre seines Alters 74. christlich aus diesem elenden Leben abgeschieden. Hat zuvor am Sonntag Invocavit die christlich Communio gehalten mit seiner Gemahel und andern vierzig Personen, Grafen, Cammerjunkern, Frauenzimmer.

Man hat ihm nach dem Tod einen großen Stein als ein Hünerey aus der Blasen geschnitten.

Sein Gemahel hat in sechs Wochen seiner Krankheit große Arbeit bei dem Herrn gethan, ihm selb gekocht und die Speis und Getrank gereicht und mit die mehrer Zeit gewacht.

Pfalzgraf Friedrich, Churfürst etc. hat ein christlich Kirchenordnung vor seinen Tod lassen stellen, die er im ganzen Land hat wollen gleichförmig anrichten; soll der Würtembergischen gleich seyn, die christlich ist.

Dieses Werk wird nu durch Herzog Othen (Otto Heinrich) auch Pfalzgrafen und Churfürst, vollzogen. Gott gebe Gnad dazu.

Der König *Ferdinandus* läßt Siebenbürgen dem jungen Sohn König Iohannis, und soll darauf bei dem Türken ein Anstand erlangt seyn.

In Hungarn sind nicht neue große Exercitus ankommen; auch ist der türkisch Kaiser sehr schwach.

Der Herzog in Beyern, Herzog Albert, willigt, daß man das Sacrament christlich empfahen möge, und sind von der Religion in Beyern wie in Östreich ernstliche deliberationes.

No. 5975. 1. Maii.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a *Fabro* in epist. p. 213. ep. 62.

Alberto Duci Borussiae

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Extat apud Dionem sapientem scriptorem Laudatio Marci Antonini Imperatoris, boni Principis, his verbis: Cum bonus esset, semper sibi similis fuit, fuit autem naturae bonitas sincera, non adscita. Talem cum esse Celsitudinem vestram semper cogitaverim, etiam his temporibus ad Cels. v. scripsi, cum controversiae quaedam benevolentiam erga me non nihil longuefacere viderentur. Existimo enim bonitate Celsitudinis vestrae, seu suspiciones seu offensiones obrui, praesertim cum mea moderatio non sit ignota. Nunc igitur rursus et de meis filiabus et de patre earum *Sabino* scribam, cuius scripta certe continent laudes Celsitudinis vestrae, et ad posteritatem legentur. Sunt autem filiae quatuor, et duarum aetas iam postulat, ut cogitemus de piis et honestis coniugiis. Obsecro itaque Celsitudinem vestram, ut misericordia virginum quarum mores sunt honesti et pii, moveatur. Semper boni principes singulari pietate virginibus castis et modestis opem tulerunt. Itaque oro Cels. v. propter deum, ut clementer tribuat *Sabino* ea quae et stipendii nomine et ex promissione debentur *). Qui mei labores in regendis multorum studiis et explicandis multis controversiis fuerint, non disputabo apud Principem excellentem sapientia, qui scit etiam in mediocrium artificum operis, fidelitatem dignam esse benevolentia. Et Celsitudini vestrae reverenter commendo et me et filias meas. et deum oro ut Celsitudinem v. servet incolumem et protegat. Oro etiam reverenter ut Celsitudo vestra clementer per hunc nuncium a me missum respondeat. Bene et foeliciter valeat Cels. v. Anno 1556 Calendas Maii

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

---

*) (*Adiecit epistolae Faber haec:*)

„In der Antwort auf dieses Schreiben lehnt der Herzog seine Vergleichung mit Marcus Antoninus bescheiden ab, versichert Melanthon, daß sein Gemüth niemals von ihm abwendig geworden, seine Moderation ihm wohl bewußt sey und in seinen Augen viel Werth habe.

„Was Melanthons Fürbitte wegen Sabin anbetrifft, antwortete der Herzog: Er habe ihm zwar in seiner Bestallung, im Fall er oder seine Erben ihn länger nicht im Dienst behalten wollten, 350 Thaler versprochen, welche er auch erhalten haben würde, wenn ihm der Abschied wäre gegeben worden. Sabin habe sich aber selbst in unnöthigen Zwiespalt verwickelt, den wohlmeinenden Rath des Herzogs, sich zur Sühne zu verstehen, nicht befolgt und sey in seiner Abwesenheit weggezogen. Dies habe der Herzog bisher mit beschwertem Gemüth getragen; als aber Sabin ohnlängst in seines Herrn Geschäften hier angekommen, um Verzeihung dessen, was er wider den Herzog gesündigt und um sein rückständiges Stipendium gebeten, habe er ihm verziehen, ihn auch mit dem Senat und dem D. Aurifaber versöhnt*), worauf er das Rückständige von dem Senat erhalten. — Uebrigens versicherte der Herzog sowohl um Melanthons als um Sabins willen, gegen dessen Kinder sich gnädig zu erzeigen."

*) Dieser Vergleich vom 27. Juli 1556. ist in den Actis Boruss. Tom. I. pag. 478. abgedruckt. (Fab.)

No. 5976. 1. Maii.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 101. (ed. Lond. lib. II. ep. 87.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Cum videamus quosdam veteres amicos undique captare occasiones magis dilacerandi nostras Ecclesias, nos coniunctionem nostram maiore studio tueamur. Valde igitur expetivi colloquium tuum, ac libentius *Lipsiam* profectus sum, quia te speravi adfuturum esse. *Stenckfeldius* nominatim contra me scriptum edidit de diiudicatione *Noribergensi*. *Gallus* in ripa *Istri* de libero arbitrio dicitur mecum pugnare; nondum vidi eius scriptum. Dicam meam sententiam fideliter et simpliciter, et iudicià piorum et doctorum in Ecclesia audiam. Cum rediero domum mittam tibi pagellas nostro more, et enarrationem Epistolae *Pauli* ad *Romanos* scriptae. *Caspari Eberarti* congressu valde delectati sumus. Oro autem Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesiis harum regionum adsit, et eas potenter servet et gubernet, et tibi vires animi et corporis confirmet. Calend. Maii.

No. 5977. 1. Maii.

Testimonium.

Ex autographo editum in Philophilipporum Defensione Philippi Melanthonis p. 14. (*Lunz.*)

Omnibus lecturis has literas
S. D.

Utrumque praedixit vox divina, in hac languida et delira mundi senecta et futuras esse maiores generis humani confusiones, quam fuerunt antea, et tamen Filium Dei certo collecturum esse aeternam Ecclesiam voce Evangelii, et non aliter, etiam inter imperiorum ruinas, donec mortuis hominibus omnibus vitam restituet; ac servaturum esse aliqua Ecclesiae hospitia: vultque nos Deus hac spe suscipere labores, et in propagatione doctrinae, et in communibus vitae officiis. Quare Deo grata est eorum voluntas, qui studia doctrinae non abiiciunt, quique se ad Reipublicae gubernationem praeparant. Ac praecipue in viris nobilibus haec cura magnum decus est. Itaque vir honestissimus, natus in familia, cuius nobilitas vetus est, *Ioachimus a Berge*, laude dignus est, qui ad generis decus haec ornamenta addidit, iustitiam, et caeteras virtutes omnes, convenientes viro honesto, et cognitionem Iuris. Cumque sciat, praecipuam et maxime necessariam virtutem esse Deum recte invocare: studiose didicit incorruptam Ecclesiae doctrinam, eamque pie et constanter amplectitur. Et animi pietatem vera invocatione, in agnitione et fiducia Domini nostri I. C., et iis virtutibus exprimit, quas Filius Dei voce Evangelii et Spiritu sancto in iis, qui ipsum invocant, accendit. Tales viros nobiles in gubernatione multos esse optandum est. Et cum Deus servaturus sit Ecclesiam, sperandum est, seminaria aliqua in familiis nobilium talia propter Politias servaturum esse. Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum I. C. crucifixum pro nobis, et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, ut hunc virum nobilem *Ioachimum a Berge* gubernet, et faciat eum *σκεῦος ἐλέους* et organum salutare suae animae et Reipublicae. Datae Lipsiae, Calendis Maii, Anno 1556.

Philippus Melanthon
manu propria.

No. 5978. 1. Maii.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 433 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti schol. Misnens.

Clarissime vir, et chariss. frater. Eo Lipsiam profectus sum libentius, quod te quoque adventurum esse sperabam. Cum quidem non ego tantum, sed etiam alii multi colloquium tuum expetant. Iussi igitur hunc adolescentem Rosvinensem huc accedere, ut eum videres, et iudicares, an aetas sit idonea ad docendos filios viri nobilis, de quo scripsisti. Mores, scio, esse honestos. Nam specimen modestiae et tolerantiae dignum laude apud nos ostendit apud fratrem, ubi insuaviter tractatus est. Et recte doctus est in Grammatica, Dialectica, Arithmetica, Musica. Saepe

eum assidentem mihi in praelectionibus publicis audivi. Verum, tuo iudicio et arbitrio, statues. Eo etiam libentius eum iuvabis, quia natus est in ea gente, quam Homerus iustissimam esse praedicat. Ego etiam moderatione antecellere aliis Germanis iudico. Francos habebam, quos mittere potuissem, sed hunc praetuli, propterea quod minus ferocem esse arbitrabar. Bene vale. Lipsiae Calend. Maii.

No. 5979. 1. Maii.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 326. (ed. Lond. lib. II. ep. 331.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone charissime, Etsi magis aliis occupationibus, quam mea voluntate factum est, ut inchoatam refutationem hominis fanatici, qui iuste ex civitate vestra expulsus est, non pertexuerim: tamen eo minus incommodi est in mora, quia post illud tempus magis insulsa scripta edita sunt a *Stenckfeldianis*, quorum cum sit manifesta absurditas, utile est in refutatione eorum mentionem facere. Et erant in scripto vestrorum quaedam, quae si edita essent, maiores contentiones paritura erant hac aetate tam cupida rixarum. De quibusdam materiis etiam valde optarem me tecum posse coram loqui. Nunc tibi commendo *Iohannem Dorsium* orphanum, natum in urbe vestra, doctum et modestum virum, qui hinc propter valetudinem discedit. Cumque eum diligenter audiverim, et ad modestiam magno animi motu et dolore hortatus sim, addidimus etiam testimonium ordinationis in Ecclesia, tradetis igitur ei locum docendi in aliqua Ecclesia, teque oro ut eum adiuves. Spero tuis consiliis in omnibus rebus obtemperaturum esse. Nec profecto ullum vobis commendaturus sum, qui videbitur ἐριστικὸς esse. Commendo tibi etiam *Michaelis Lucii* petitionem. Bene vale. Cal. Maii.

No. 5980. 7. Maii.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1244.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et cariss. frater. Aiunt in conventu *Ratisponensi* *) conventuros esse etiam aliquos viros doctos, qui in Academiis aut in templis docent Ecclesiae doctrinam. Quod si fiet, maxime te adduci isthinc optarim. Ac prodesset, colloqui ex nostris aliquos, qui et veritatis amorem et candorem animorum adferrent. Nunc vobis mitto exempla ὑπομνημάτων, quae de *epistola ad Romanos* scripta edidi, quae oro ut legas tanquam Censor, et mihi tuum iudicium significes. Intexui et refutationem *Osiandri* in cap. 3. Bene vale. Nonis Maii.

No. 5981. 7. Maii.

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Ioanni Aurifabro

S. D. Ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν. Spero inter nos amicitiam aeternam fore, qua etiam in Ecclesia coelesti fruemur. Mitto tibi ὑπομνήματα de epistola Pauli scripta ad Romanos, quam leges ut censor, et mihi iudicium tuum significabis. Ἐν τῇ λιψικῇ ἀκαδημίᾳ ἐλπίζω σοι τάξιν ἐν διδασκάλοις δώσειν τοὺς ἄρχοντας. Et Dei beneficio mediocris est harum regionum tranquillitas, quam Deus tueatur. Bene vale et rescribe. Nonis Maii 1556.

Philippus.

No. 5982. 10. Maii.

(*Petitio eleemosyn.*)

Scripta publ. Witeb. T. II. lit. Bb.

Petitio eleemosynae.

Apud *Haggaeum* inquit Deus, se daturum esse fruges copiosius, si instaurationem templi populus adiuvet. Id cogitemus et nunc. Cum sterilitas timetur, simus officiosi in iuvandis praesertim

---

*) Comitia Ratisponensia mense Iulio 1556. habita sunt.

Nosocomiorum instaurationibus. In vicino oppido *Zan**) in bello templum et pars oppidi conflagravit. Nunc instaurato templo rursus et Nosocomium aedificatur, quod scitis esse pium et necessarium opus. Hortamur igitur eos, qui conferre Eleemosynam possunt, ut aliquid ad eam aedificationem conferant. Simul etiam precemur, ut Deus det messem mediocrem, et salutarem gubernationem Ecclesiae et Politiae. Datae die 10. Maii, Anno 1556.

Philippus Melanthon.

No. 5986. 11. Maii.

Cph. Fischero.

(Ex autographo Phil. Mel. in cod. Cyprian. Goth. iam a Cypriano in epist. claror. viror. p. 16. edita, nunc ex autogr. accurate descripta.)

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Christophoro Fischer, gubernanti Ecclesiam Dei in ditione Hennebergensi, fratri suo cariss. SMALCALDIAE.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Gemit natura rerum cum Ecclesia. Coelum non rigat terram foecundis imbribus. Terra horridis flatibus torrefit, segetes et herbae siti moriuntur. Dolet enim natura, Deum adfici contumeliis multipliciter. Et iam certum est, Turcicos exercitus novos in Pannoniam duci. Quare et auxilium a filio Dei petamus, et Ecclesias maiori cura foveamus, hac spe, quod scimus, filium Dei reliquias Ecclesiae ibi servaturum esse, etiam in ruinis imperiorum, ubi doctrinae vox sonat incorrupta et veri gemitus auxilium Dei petunt. Commendo igitur tibi[1]) hunc Magistrum *Ioachimum Wernerum* Konigshofianum[2]) virum doctum et recte invocantem Deum. Spero, te, ubi consideraveris eius eruditionem et pietatem, indicaturum esse, profutura esse iuventuti et vitae ipsius exempla et doctrinae exercitia. Oro autem filium Dei, ut vos et nos gubernet. Hac septimana ingredietur iter et Magister *Iacobus Salveldensis*[3]) ad te missus, vir doctus et honestus. Is et alios adducet. Bene vale et rescribe. Die Maii undecimo.

Philippus.

*) *Zahna.*
1) Cod. Cypr. mendose edidit *urbi.*
2) Cod. Cypr. edidit *Konigshofiensem.*
3) *Iacob. Curcus*, vid. testim. d. 14. Maii 1556.

No. 5984. (hoc temp.)

Iohanni, Marchioni.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 128.

Illustrissimo Principi D. Iohanni Marchioni, Burggravio etc.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtiger, hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr.

Ew. F. G. wissen, daß St. Paulus spricht zum Ephesern: der Sohn Gottes erwecke und gebe Gaben den Kirchen Propheten, Aposteln, Pastorn und Lehrer, und solches geschiehet gleichwohl durch treuer Regenten Beruf. Dieweil nun E. F. G. dem Herrn Doctori Petro die Kirche zu Königsberg mit christlichem Gemüth befohlen, und ich weiß, daß er einen rechten christlichen Verstand hat und gottsfürchtig ist, halt ich diesen Beruf als ein Werk Gottes und bitte den Herrn Christum, er wolle Doctorem Petrum allezeit gnädiglich regirn. Und ist wahr, er ist mir ein treuer Helfer gewesen zu vieler Arbeit, darum ich ihn gern lang bei uns wüßte; aber diesem göttlichen Beruf soll ich billig weichen.

E. F. G. dank ich in Unterthänigkeit von wegen der gesandten gnädigen hundert Thalern, und befehle mich und meine arme Kinder E. F. G. in Unterthänigkeit. Zeitung, so viel ich diesen Tag vernommen hab, hab ich auf den eingelegten Zettel verzeichnet. Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nicht anders, sammelt, wolle E. F. G. und E. F. G. Gemahel und junge Fürstin allezeit gnädiglich bewahren.

Ew. F. G.
unterthäniger Diener
Ph. M.

(*Pagella inclusa.*)

Anno 1556. Die 21. Martii ist zu Oxonien in Engelland der Erzbischoff *Cantuariensis* verbrannt. Zuvor im October sind zween alte Bischöff, sehr ehrliche Männer, verbrannt, *Londinensis* und *Lati-*

merus. Zwischen dem König in Frankreich und den Landen Burgund ist Anstand fünf Jahr.

Der König Ferdinandus hat gesagt, er habe gewisse Kundschaft, daß aus Constantinopel in Aprili der Wascha ausgezogen ist, der in die Hunderttausend Mann gegen Hungarn führen soll.

Siebenbürgen hat Babek (?) dem filio regis Iohannis zu gut eingenommen, hat dabei viel Walachen gehabt, die viel Volks weggeführt haben, und haben die Hermerstadt verbrannt.

No. 5985. 13. Maii

(*Literae commend.*)

Ex libro: Epistolae consolatoriae iis, qui propter veritatem persecutionem patiuntur. Edid. Cyr. Spangenberg. Argentor. 1565. 8. p. 1. — Inveni apographon in cod. Monac. 89. No. VI. p. 129 b.

Philippus Melanthon omnibus lecturis has literas

S. D. Exilia usitata sunt Ecclesiae Dei, ut cogitemus de primo exilio, in quo parentes humani generis amiserunt patriam coelestem, et a latrone vulnerati et spoliati sunt. Deinde et de filio Dei, qui propter nos exul factus est, ut nos in patriam coelestem reducat. Ut autem ipse exilii nostri misertus est; ita nobis vult praesertim sacerdotes curae esse, qui odio veritatis ex suis Ecclesiis expulsi sunt. Hic autem *Simon Scharenus* [1]) cum Evangelium pie docuisset in Ecclesia quadam Boiemica, postea Pragam in carcerem abductus est, deinde iussus [2]) ex regno Boiemico discedere. Oderunt diaboli filium Dei, et in membra eius saevitiam exercent quantam possunt [3]). In Anglia recens tres Episcopi senes [4]), eruditione et sanctitate vitae excellentes combusti sunt, *Cantuariensis*, *Londinensis* et *Latimerus.* In Belgico et in Gallia [5]) crebra sunt supplicia piorum, et passim familiae piae multae ex suis nidulis expelluntur. His si opitulati fuerimus, dabit nobis filius Dei tranquilliora hospitia. Quare oro, ut propter filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum huic *Simoni Haliaeo* Moravo [6]) praestentur hospitalia officia. Affirmant enim recte docuisse, et mores eius honestos esse, Filius Generosi Baronis *Andreae Ungnaden* et eius praeceptor. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Chr., λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον πατρὸς, caput Ecclesiae aeternae [7]), ut harum regionum Ecclesias et politias clementer gubernet et protegat. Datae die 13. Maii anno 1556. [8])

Philippus.

1) Simon Haliaeus, (al. Schdia), Moravus. — In cod. Monac. 89.: *Simon Piscator*, *Scharanus.*

2) Cod. Monac. 89.: *postea Pragae in carcere fuit et deinde iussus est.*

3) Cod. Monac. 89. addit: *deleturi universa, si permitteretur.*

4) *senes*] non habet cod. Monac. 89.

5) *et in Gallia*] non habet cod. Monac. 89.

6) Cod. Monac. 89.: *Simoni Piscatori Boiemo.*

7) λόγον etc.] praetermissa sunt in cod. Monac. 89.

8) Diem et annum cod. Monac. 89. non habet.

No. 5986. 14. Maii.

Testimonium Cureo datum.

† Ex autographo in Bibl. Magniduc. Badens. descripta mihi a Clar. *Moltero.* — Testimonium typis descriptum est, quare eius verba conveniunt cum aliis eiusmodi testimoniis; quae vero maiusculis literis et signis „—" hic exscripta legis Melanthonis manu scripta, ut etiam nomina Theologorum in fine manu propria adscripta sunt.

(*Testimonium.*)

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Viteberga, et caeteri ministri Evangelii in eadem Ecclesia, salutem dicunt omnibus lecturis has literas. Non alia vox in coelo et in terra unquam ardentior audita est, quam precatio filii Dei in agone, in qua petit colligi et servari Ecclesiam, et sic regi, ut unum sit in Deo. Idem inde usque ab initio generis humani omnibus temporibus, donec universa Ecclesia ex morte resuscitabitur, petit. Propter hanc filii precationem, cum colligat Deus Ecclesiam inter nos quoque, gratias agimus et aeterno Patri, et filio eius, domino nostro Iesu Christo, et Spiritui sancto, et gemitus nostros ad summi sacerdotis nostri, domini Iesu Christi precationem adiungimus, et petimus, ut semper inter nos quoque colligatur aeterna Ecclesia, quod cum fiat voce Evangelii, et non aliter, sicut scriptum est: Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti, vult Deus eligi idoneos ad docen-

dum Evangelium. Testamur igitur hunc honestum et eruditum virum

„*Magistrum Iacobum Cureum Salveldensem vocatum esse ad ministerium Evangelii in ditione Hennebergensi.*"

Cum autem a nobis petitum sit, ut explorata eius eruditione adderemus publicum ritum ordinationis, diligenter eum audivimus, et comperimus eum recte tenere summam doctrinae christianae, et pie et constanter amplecti puritatem Evangelii, quam et Ecclesia nostra una voce et uno Spiritu cum catholica Ecclesia Christi profitetur, ac a fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae Ecclesiae Christi abhorrere. Promisit etiam hic „*Magister Iacobus Salveldensis*" in doctrina constantiam et in officio fidem et diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam apostolicam publico et pio ritu commendatum est ministerium docendi Evangelii et administranda sacramenta iuxta vocationem. Cum autem filius Dei, qui est λόγος aeterni Patris, vere sit efficax voce ministerii, et faciat, ut ministerium sit salutare, sicut scriptum est: sedet ad dextram patris, dona dans hominibus, prophetas, apostolos, evangelistas, pastores et doctores; et sicut dominus inquit: ego sum vitis, vos palmites, sine me nihil potestis facere: Oramus eum, ut adsit et huius iam ordinati ministerio, et faciat, ut sit salutare. Ipsum etiam Magistrum Iacobum et Ecclesiam suam hortamur, ut doctrinae puritatem retineant. Vere enim ibi est Ecclesia Dei, ubi sonat vox Evangelii incorrupta, vere ibi dat Deus aeternam iustitiam et vitam, vere exaudit et gubernat invocantes ipsum, mitigat etiam aerumnas huius vitae et in ira recordatur misericordiae suae. Quare inquit: si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quidquid volueritis petetis, et fiet vobis. Hortamur etiam eos, ut sint memores praecepti divini de coniunctione et concordia cum aliis Ecclesiis recte sentientibus tuenda, sicut scriptum est: ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.

Datae Witebergae anno „1556. *die festo quo celebratur memoria gloriosi triumphi Christi adscendentis in coelum spectante coetu apostolorum et aliorum, et ostendentis, qualis sit Ecclesiae gloria futura.*"

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Witeberga, et caeteri ministri Evangelii in eadem Ecclesia.

Iohannes Bugenhagen Pomer. D.

1 Timoth. 4.: attende lectioni, adhortationi, et doctrinae. Ne negligas donum, quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum coetus seniorum.

(L. S.) (L. S.)

Philippus Melanthon.
Georgius Maior. D.
Sebastianus Hoeschelius. M.
Lucas Hezerus. M.

„*Oramus autem Reverendum virum D. Christophorum Piscatorem gubernantem Ecclesias in ditione illustrium Principum Hennebergensium, ut hunc Magistrum Iacobum paternis consiliis regat, sicut scriptum est: et tu conversus confirma fratres tuos. Promittit etiam Magister Iacobus, ipsi se fideliter obtemperaturum esse.*"

No. 5987. 15. Maii.

Testimon. Bromero datum.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 130 b.

Omnibus lecturis has literas

S. D. Utrumque praedixit vox divina, in hac languida et delira mundi senecta et futuras esse maiores generis humani confusiones, quam fuerunt antea, et tamen filium Dei etiam inter imperiorum ruinas aeternam Ecclesiam voce Evangelii, et non aliter, collecturum esse. Hac nos erectos spe colere doctrinae studia iubet. Quare pietas cum aliorum laude digna est, qui hoc tristi tempore literas et Ecclesiae doctrinam discunt, tum vero eorum praecipue virtus Deo grata est, qui nec odiis nec periculis franguntur, ut pia studia abiiciant.

Quare hunc *Paulum Bromerum*, natum ex honestis parentibus in oppido Rhaetiae *Landsberg*, omnibus honestis viris commendo, sectantem studia verae doctrinae non sine difficultate.

In inclyta urbe Argentorato audivit virum excellentem eruditione et eloquentia *Iohannem Sturmium*, ibique didicit linguam latinam et graecam. Postea in Academia nostra philosophiae initia et doctrinam Ecclesiae percepit, ac pietatem animi vera invocatione Dei in agnitione et fiducia filii Dei domini nostri Iesu Christi, et honesta morum gubernatione declarat, quos in eo non solum diligentia ipsius, sed etiam filius Dei gubernat luce Evangelii et Spiritus sancti, ut sit inter ipsius palmites, de quibus dicit: ego sum vitis, vos palmites. Cum autem et possit docere in scholis et in templis, et in his laboribus maxime servire Deo cupiat, oro honestos viros, ut alicubi ei docendi locum tribuant, praesertim cum ornet caeteras virtutes modestia et studio pacis. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut hunc *Paulum* Landsbergensem faciat σκεῦος ἐλέους, et organon salutare suae animae et aliis. Datae, idibus Maii anno 1556.

Ph. M.

No. 5988. 20. Maii.

Testimon. Stanhusio dat.

† Ex apographis in cod. Mon. 89. No. VI. p. 131. et in cod. Paris. D. L. 54[4].

Omnibus lecturis has literas

S. D. Utrumque praedixit vox divina: in hac languida et delira mundi senecta et futuras esse maiores generis humani[1]) confusiones, quam fuerunt antea, et tamen certo filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum etiam inter imperiorum ruinas, donec omnes homines ex morte in vitam revocabit, collecturum esse aeternam Ecclesiam voce Evangelii, et non aliter, servaturum etiam esse aliqua Ecclesiae hospitia. Hac nos erectos spe[2]) colere doctrinae studia oportet[3]). Et grata est Deo[4]) pietas tum recte discentium tum gubernatorum, et aliorum, qui docentibus et discentibus opem ferunt. Quare et huius viri honesti et eruditi Mag. *Michaelis Stanhusii* Wirtzburgensis[5]) virtus laude digna est, qui recta studia et patriae et magnis commodis praetulit, et Psalmi dicto optemperat[7]). Elegi potius in limine[8]) domus Dei habitare, quam in tabernaculo peccatorum. Praeclare novit linguam latinam et graecam, et scribit solutam orationem et carmen, et philosophiam studiose didicit. Praecipua vero eius cura semper fuit, cognoscere fontes doctrinae de Deo. Quare confessionem Ecclesiarum nostrarum constanter et pie amplectitur, et animi pietatem vera invocatione Dei in agnitione et fiducia domini nostri Iesu Christi, et honesta morum gubernatione declarat, quos quidem non solum in ipso diligentia, sed filius Dei luce Evangelii et Spiritu sancto regit[9]). Specimen eruditionis et virtutis honestum praebuit in inclyta Academia Rostochiana et nostra. Utiliter enim in utraque lingua[10]) adolescentes natos in familiis nobilibus erudivit. Cum igitur et possit et velit docere, reverenter eum commendamus Illustrissimo Principi et Domino, Domino *Friderico*, duci in Schleswig et Holstein etc. Episcopo Hilsemensi et Schleswicensi etc., qui clementer ostendit, se industria eius usurum esse. Nunc quoque reverenter hunc *Micaelem*[11]) reverendo collegio Schleswicensi commendo, et oro, ut eum scholae sui collegii praeficiant. Qua in re, Deo iuvante, utiliter consulent studiis iuventutis in patria. Sciunt autem omnes, necessariam esse conservationem literarum et doctrinae a Deo[12]) generi humano traditae. Datae anno 1556. in Pentecoste, quae est ab exitu Israelitarum pentecoste 3065. Tum diu cum servaverit Deus Ecclesiam mirabiliter, speremus[13]), et deinceps servaturum esse.

Ph. M.

No. 5989. 20. Maii.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris D. L. 54[5].

---

1) *generis humani*] praetermittit cod. Par.
2) *spe*] non habet cod. Par.
3) *oportet*] cod. Par. non habet.
4) *Deo*] cod. Par. *ei*.
5) Cod. Par. *Würteburgensis.*
6) *et*] cod. Par. *ut.*
7) Cod. Par. *obtemperet.*
8) Cod. Mon. 89. *lumine*, mendose.
9) Cod. Mon. 89. *regat.*
10) *lingua*] cod. Par. non habet.
11) Cod. Par. *hunc Mag. Michaelem.*
12) *a Deo*] in cod. Par. non leguntur.
13) Cod. Par. *speramus.*

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Mitto vobis exempla τῶν ὑπομνημάτων de Epistola Pauli ad Rom. scripta, quae velim vos legere ut iudices, ac oro, ut me moneatis sicubi extra viam curro. Scio amplitudinem apostolicae sapientiae non posse nostris tenuibus cogitationibus satis explicari, sed tamen pugnantia cum fontibus dicere nolim. Optarim autem aliquando, senes pios et recte eruditos posse de multis quaestionibus colloqui. Mitto et exempla proximae disputationis *), in qua fit mentio novi certaminis. Pragae quidam contendunt, Christum nunc tantum ut Deum invocandum esse, ut datorem bonorum non ut mediatorem, et reiicitur haec forma invocandi: invoco te, domine Iesu Christe, et peto, ut pro me intercedas apud aeternum patrem. Hanc formam Papistae reiiciunt in urbe Pragae. Cyprianus hac ipsa forma usus est in precatione ante supplicium dicta, quae extat in Basil. editione pag. 505.: ego peto a te, domine Iesu Christe, ut petas, ut detur mihi etc. Vide locum. Quaeso, ut exempla quaeras, et mihi scribas tuas cogitationes. Bene vale. Die 20. Maii [1558.] **)

Philippus.

No. 5990. 20. Maii.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 428 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti Schol. Misn.

Narrant, in *Moravia* decidisse magnam molem igneam ex aëre, ut saepe fit, et existimo, incendii materiam fuisse, quae efficit speciem χάσματος, aut alia maiora διάττοντα. Sed fabella inde sparsa est. Reliquam *Cometae* massam ibi decidisse et consumptam esse. Te tamen oro, ut nobis significes, si quid ea de re audivisti. Mitto tibi exemplum τῶν ὑπομνημάτων de epistola Pauli ad Romanos scripta, quae leges, ut iudex, meque ut moneas, oro, sicubi extra viam curro. Scio, cogitationes nostras longe tenuiores esse, quam ut amplitudinem sapientiae Apostolicae satis exponere possint. Sed tamen pugnantia cum fontibus dicere nolim. Maxime optarim, posse colloqui multos senes pios et recte doctos, et tradere posteritati confessionem perspicuam et explicatam, etiam certis verborum formis de omnibus controversiis, quae nunc ἐπιπολάζουσιν, ἀλλὰ εὐχῆς ἔργον τοῦτο εἴη ἄν. Bene vale. Die Maii 20.

*) Pauli ab Eitzen.

**) Annum uncis inclusi, quippe ex arbitrio additum. Scripta autem est epistola anno 1556.

No. 5991. (h. t.)

H. Besoldo.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 133.

M. Hieronymo Besoldo.

S. D. Ad *Iacobum Rungium* misi, et tuas literas ad me scriptas et meam adhortationem de migratione [1]) per nuncium meo sumptu conductum, eiusque nunc reditum adhuc expecto. Ac si procedit Ratisbonensis conventus [2]), fortassis tempus, quod Pericles nominavit σοφὸν σύμβουλον aliquid afferet consilii. De caeteris rebus etsi multa strui audio non solum in imperiis, sed etiam ab inquietissimo genere hominum δημηγορικῷ potius quam theologico, non libet scribere. Hoc narrabo, in *Moravia* decidit ex aëre in terram ingens massa ardens [3]). Inde fabella sparsa est, ibi decidisse reliquum cometae et deflagrasse, etsi fabella ridicula est; non enim fuit illa massa pars Cometae sed alibi ac propius accensa materia, ut multa diversis locis διάττοντα accenduntur, cum ardent cometae.

No. 5992. (h. t.)

(N. N.)

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 128 b.

(*Fragmentum Epistolae Mel. sine inscriptione.*)

S. D. Reverende vir et carissime frater. Optarim, me quotidie tecum et cum *Menio*, qui eru-

1) videl. Norinbergam.

2) Mense Iulio 1556 habitus.

3) Vid. ep. ad Fabric. d. 20. Maii h. a.

ditione et pietate et candore excellit, colloqui posse, non de Castalio fonte, aut fonte Cyrenaico, aut Saxonico *), de quo nunc plena sunt fabularum omnia communia, sed de fontibus doctrinae, quam filius Dei ex sinu aeterni patris protulit. Quare valde expeto adventum vestrum.

Quaestiones *περὶ ἀναθεματισμοῦ* non moveo; sunt aliae; quarum explicatio magis necessaria esset. Et tamen disciplinam quoque sanciri vellem, sed constitutis iudiciis. Nam armare tanta potestate singulos, ut *ἀκρίτους* damnare possint, quale exemplum sit, aliquanto post eventus ostendet. Mitto tibi libellum *τῶν ὑπομνημάτων* de Epistola Pauli scripta ad Romanos, quem leges ut censor, et me monebis, sicubi etc.

No. 5993. (fere d. 20. Maii.)

(*N. N.*)

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 132.

N. N.

Reverende vir et carissime frater. Etsi multa sunt, de quibus libenter et colloquerer vobiscum, et ad vos scriberem: tamen obruor aliis scriptionibus, ut minimum temporis studiis et iis rebus tribuere possim, quas anteferre mallem. Talis est haec misera vita, *πλείω πάρεργα ἔργων*. Mitto vobis exempla *τῶν ὑπομνημάτων* de epistola Pauli scripta ad Romanos, quae velim vos ut censores legere, et mihi significare iudicium vestrum. Mitto et capita proximae disputationis [1]), in quibus de invocatione mediatoris ut dixerim, haec fuit *ἀφορμή*. *Pragae* contentio est: an liceat dicere: *fili Dei intercede pro me apud aeternum patrem.* Et dicunt Papistae, nunc Christum tantum ut Deum datorem bonorum invocandum esse. Apud Cyprianum pagina 505. precatio est his verbis: *peto domine Iesu Christe, ut petas, ut detur mihi* etc. Locum inspice. Quaeso, ut similia exempla observetis. Ego in quotidiana invocatione utraque forma utor: *aeterne pater domini nostri Iesu Christi, creator cum filio et spiritu sancto*; et postea: *domine Iesu Christe miserere mei, intercede pro me apud patrem, et sanctifica me spiritu sancto tuo.* De his rebus magis libet vobiscum colloqui, quam de principum negotiis, in quibus etiam multo plura sunt *πάρεργα* quam *ἔργα.*

Ph. M.

*) Fons prope opp. Hameln.

1) De ea cf. ep. ad Fischerum d. 21. Maii.

No. 5994. 21. Maii.

Cph. Piscatori.

Ex autographo Phil. Mel. in cod. Cypr. Goth. iam edita a Cypriano in epistolis claror. viror. p. 17.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Christophoro Piscatori, gubernanti Ecclesiam Dei in ditione principum Hennebergiorum, fratri suo cariss. in Schmalcalden.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Hanc epistolam dedi viro docto et honesto Magistro *Iohanni Paceo,* filio lectoris et concionatoris Lipsici *Pacei.* Est autem eximia eruditio huius magistri Iohannis. Nam ad cognitionem doctrinae ecclesiasticae adiunxit ebraeam et graecam linguam. Et mores sunt honesti et pii. Et coniugem habet honestam et piam, quae nunc gravida est, cumque sit orphana, soror est etiam trium orphanorum. Scis autem, scriptum esse: *sis pater orphano, tunc Deus magis te diliget, quam mater tua te diligit.* Commendo igitur tibi familiam et exulantem et orphanam, teque oro propter filium Dei, qui etiam exul propter nos fuit, ut hunc magistrum *Iohannem Paceum* [1]) singulari studio iuves et ornes. Erit haec pietas Deo grata, et ego ipse magnum beneficium me a te accepisse iudicabo, si hunc adiuveris. Et credo, libenter opem ferre filiis ministrorum Evangelii, praesertim idoneis ad docendam Ecclesiam. Nec vero dubito, quin hunc valde probaturus sis, cum eum audies, et mores consideraveris. Mitto capita proximae disputationis [2]), et te oro, ut nobis rescribas, quid de singulis statueris, qui a nobis literas attulerunt. Bene vale. die 21. Maii.

Philippus.

1) Eum iterum commendat Fischero d. 15. Iun. h. a.

2) A Melanthone scriptae in usum Pauli ab Eitzen, cui publicum testimonium datum est d. 27. Maii anni 1556. Vid. scripta publ. T. II. sub d. 25. Maii 1556. Edidit illam disput. Eberus in Melanthonis quaestion. acad. p. 144., eamque Pezelius inseruit Consiliis Melanth. P. II. p. 242.

No. 5995. 22. Maii.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Utinam posteritas diu hoc genere literarum uti posset, quo nos utimur, in quo de doctrina colloquimur. Expecto autem responsionem tuam et de mediatore et de pagellis ὑπομνημάτων epistolae Paulinae [1]). Nunc mitto dulcissimum Psalmum, ac peto nomine honesti et docti viri, qui versibus latinis eum recitavit, ut amicis exempla distribuas. Simul autem assiduis gemitibus petamus a filio Dei quod in Psalmo scriptum est: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis propter templum sanctum tuum. Die vicesimo septimo Maii fiet renunciatio doctoris theologici [2]), in qua vos adesse optarim. Bene vale. Die 22. Maii [1558.] [3])

Philippus.

1) Vid. ep. d. 22. Maii 1556.

2) Pauli ab Eitzen.

3) Annum uncis inclusi, quippe ex arbitrio additum. Scripta est ep. anno 1556.

No. 5996. 23. Maii.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 378 sq.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzero, amico et fratri suo charissimo,

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Hac hora longam eruditi hominis narrationem de fonte Saxonico accepi, qui adfirmat lavationem extrinsecus prodesse contra ulcera, non corroborare nervos: haec congruit cum natura τῆς ὤχρας. Sed intra corpus bibendo nocet: et audivi exempla duorum, quibus eius fontis potus nocuit. Mittam illam descriptionem, quam iam accepi. Nunc mitto exemplum commentarii Epistolae Pauli ad Romanos, quod velim a vobis, ut a iudice, legi: et me moneri, sicubi extra viam curro: sicut istic interdum insuaviter de vobis iudicatur. Doceri nos mallem. Mitto et capita proximae disputationis *), cui ut intexeremus aliquid de Mediatore, occasionem praebuit contentio Pragensis. Nam Pragae quidam *Canisii* socii reprehendunt hanc formam: Fili Dei Iesu Christe intercede pro nobis apud aeternum Patrem. Et contendunt, Christum tantum ut Deum datorem bonorum invocandum esse. At Cyprianus inquit expresse, pagina 505.: O fili Dei, Domine noster Iesu Christe, peto ut petas, ut detur mihi, etc. Inspice locum, et quaere plura exempla, et mihi significato vestra iudicia. Epicedion honestae matronae coniugis reverendi D. N. recte scriptum, curabo his diebus edi. Bene vale. Die 23. Maii, Anno 1556.

*) Vid. quae adscripsimus ep. ad Fischerum d. 21. Maii.

No. 5997. 23. Maii.

Io. Rudolfo.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 133 b.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Rudolfo, Pastori Ecclesiae Dei in Suinitz [1]), fratri suo cariss. Ph. M.

S. D. Venerande D. Pastor et carissime frater. Locustas esse cancrorum speciem non dubium est. Et hodie concri sic nominantur lingua populi usitata in Hispania, locustae. Quare cum Iohannes Baptista vicinus esset Iordani, existimo, eum locustis cancris usum esse, praesertim cum eo viliores essent, quia Iudaei eis non vescebantur. Et locustae proprietas est cum serpentibus pugnare, quos prehensos chela circa collum strangulat. Sic pius doctor strangulat pharisaicos impostores prehensos circa collum. Delector ergo ipsa consideratione historiarum et naturarum cum cancros video in mensa, nec vescor avide. Sed tua benevolentia mihi grata est, etsi nolim, te mea causa sumptus facere. Habeo autem gratiam tibi et pro benevolentia et pro munere, ac oro, ut huc redeas ad renunciationem gradus theologici [2]), quae fiet die Mercurii proximo. Audies enim orationes et commonefactiones non ingratos. Bene vale. Pridie τῆς πεντεκοστῆς 1556.

1) Oppid. in vicinia Vitebergae.

2) Pauli ab Eitzen. Vid. ep. d. 21. Maii h. a.

No. 5998. 24. Maii.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 309. (ed. Lond. lib. II. ep. 315).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone colende, Decrevit hic noster hospes, vir doctus et honestus, *Hubertus Languetus Burgundus*, proficisci *Augustam* ad *Casparum a Nidbrack* consiliarium Regis *Maximiliani*, et fortasse literas ad te ab aliis adferet, de causa sui itineris. Quaeso ut eum amanter excipias. Scio prudentes viros iudicare non ex hoc genere Epistolarum de ignotis, sed habere alias coniecturas certiores. Est enim animi character sermo. Ubi cum hoc *Huberto* collocutus fueris, delectaberis non solum sermonibus eius, qui sunt pleni prudentiae: sed etiam modestia, quae in hoc viro, quanquam pene totam *Europam* vidit et multa cognovit, singularis est. Diliges igitur eum, et propter multarum rerum cognitionem, et propter optimos mores. Nuper adolescentem *Isennacensem* tibi commendavi *), qui fortassis nondum reddidit literas. In iis literis significavi tibi, *Petrum* qui ex urbe *Augusta Ambergam* migravit, mihi satis contumeliose scripsisse, sed me usum esse Philosophia mihi usitata, hoc est, tacuisse, nec voluisse me litigare cum irato. Feramus iniurias, et ubi possumus, leniamus publicas difficultates. Bene et feliciter vale. Die 24. Maii.

No. 5999. 26. Maii.

Pastori Pratensi.

† Ex apogr. in cod. Mehnerti No. 4. p. 5.

Venerando Viro, D. Pastori Ecclesiae Dei in Prato, amico suo,

S. D. Venerande domine Pastor. Societas generis humani sapientia Dei sic et copulata est et conservatur, ut honestis officiis mutuis nos iuvemus, quia vult Deus se quoque iustum agnosci in nobis iuvandis. Oro igitur, ut hunc meum ministrum deduci curetis ad eum, qui praeest venditioni lignorum, ut monstret iis, qui vehent ligna, quae ligna mea sint, aut, si nunc non adest ille, qui praeest venditioni lignorum, vos hoc ei dicatis, vehent ligna vicini ex pago Utirensi. Mitto etiam vobis tres aureos et septem grossos, quos debet vobis mea uxor, ut ipsa narrat. Quaeso ut nobis in hac re opitulemini. Bene valete. Die 26. Maii 1556.

Philippus Melanthon.

*) Vid. epist. ad Hencel. exeunte Apr.

No. 6000. 31. Maii.

Henr. Mollero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Magistro Henrico Mollero, Hamburgensi.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Etsi nihil est occultum in mea natura, tamen etiamsi quid arte involvere unquam voluissem, tot annorum domestica consuetudo id ostendere potuisset; quare tibi meum pectus notum esse non dubito. Scis me et Aristocratico statui favere, et maxime optare, ut in Ecclesiis luceat veritas, et ut sit nostrarum Ecclesiarum pia et aeterna coniunctio. Libenter igitur vestris gratificati sumus. Et te in disputatione *) adfuisse optarim, quae placida et plena gravitatis fuit. Usui etiam nobis postea tua dextra fuisset in scribendo; sed fratris consuetudo tibi dulcior fuit. Oro autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut te et totam familiam vestram protegat et gubernet. A te vero peto, ut de tuis rebus quam primum ad nos scribas.

In urbe Ratispona Dux Wirtebergensis iam hospitium conduxit Theologis, quos adducet, qua de re heri literas accepi. *Transylvani* hac conditione se dediderunt filio *Iohannis*, ne ad ipsos Turci adducantur **). Fortassis Deus hoc modo Ecclesias eorum teget. In reliqua Hungaria, quae proprior est Austriae, grassantur Turcici milites, qui sunt in praesidiis, et recens quatuor millia hominum abduxerunt. Ex his delectos robustiores viros vestitu Turcico mox miserunt ad tyrannum in Thraciam. Sed exercitus novos Turcicos nondum venisse in Pannoniam audio. Salutem

*) Pauli ab Eitzen, Past. Hamburg.
**) Vid. Sleidani comment. p. 871.

opto vobis omnibus, et nominatim fratri tuo, sponso, et sponsae. Bene vale. Pridie Calend. Iunii anno 1556.

Philippus.

No. 6001. (fere hoc m.)

N. N.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 22b. coll. apogr. in cod. Gudian. in bibl. Guelpherb.

(*N. N.*). [Cod. Gud. habet: *Philippus Melanthon P. R.*]

S. D. Carissime P. Saepe mihi inter precandum pro liberis venit in mentem cogitatio [1]), qualis sit Dei erga filium suum *στοργή*, deinde erga nos, qui sumus ipsius filii. Est omnino ingens amor parentum erga liberos. Te igitur cogitare decet, patri te et reverentiam et amorem vicissim pro ipsius pietate debere. Hoc autem postulat, ut nunc diligenter obtemperes docto et honesto viro, cui te commendavit, et te exerceas. Plurimae sunt causae, quae te movere debent, ut recte facias officium tuum; mandatum Dei, gratitudo debita patri, tua [2]) ipsius necessitas. Nam patris valetudinem nosti. Ego quoque te adhortor, ut annitaris, ut patris sollicitudines tua virtute lenias. Hoc et Deo gratum et tibi utilissimum erit. Bene vale. Mitto tibi versiculos *Stigelii*, continentes precationem [3]), ad quam te assuefacias.

No. 6002. (1. Iun.)

Senatui Hamburg.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 134.

Senatui Hamburgensi.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Ehrbare, weise, vornehme und günstige Herren. Ew. Ehrbarkeit, als löbliche christliche Regenten, wissen, daß göttliche Weisheit selb geoffenbaret hat, daß in diesem letzten schwachen Alter der Welt größer Unruge seyn werde denn zuvor gewesen, daß aber gleichwohl der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus ihm bis zu Auferweckung aller Menschen aus dem Tod für und für eine ewige Kirchen durchs Evangelium und nicht anders gewißlich sammeln will, und erhält dazu gnädiglich etliche ziemliche Regiment, will auch daß wir alle, ein jeder in seinem Stand, zu Pflanzung christlicher Lehre dienen, und Hülf thu zu solcher Arbeit, daß sie nicht vergeblich, sondern zu ewiger Seligkeit fruchtbar sey. Darum sind Ew. Ehrbarkeit treue Dienste Gott gefällig in Erhaltung christlicher Lehre in Kirchen und Schulen. Und nachdem E. E. an uns geschrieben, werden E. E. berichtet werden von dem ehrwürdigen und hochgelahrten Herrn Doctor Paulo von Eitzen, eurer Kirchen Superintendenten, daß wir, wiewohl uns diese Zeit andre Arbeit vorgefallen, gleichwohl förderlich die Disputation und Promotion gehalten haben *). Denn wir Euer Kirchen zu dienen allezeit willig sind, und bitten den allmächtigen Sohn Gottes Jesum Christum, der ihm gewißlich eine ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium sammlet, er wolle gnädiglich Euer und unsre Kirchen samt allen andern, die in gleicher wahrhaftiger christlicher Confession sind, in ewiger Wahrheit einträchtiglich erhalten; wie wir auch wissen, daß zu dieser Zeit durch Gottes Gnad zwischen euren und unsern Kirchen gute christliche Einigkeit ist, und haben derwegen dem ehrwürdigen Doctor Paulo von Eitzen gern öffentlich Zeugniß geben seiner Lehr, und christlichen Verstandes und Bekenntniß.

No. 6003. 1. Iun.

Sigismundo Archiep.

Prodiit folium typis descriptum: „Ad illustr. Principem et Dom., Dom. Ioachimum Fridericum, Archiepiscopatus Magdeburg. et Primatus Germaniae administratorem postulatum, Marchionem Brandenburgensem etc., pro *Erdmanno Copernico*, literarum et Iurisprudentiae Studiosi in Acad. Francofordiana. Francof. ad Viadr. MDLXXI. 4.", quod continet carmen Studiosorum Iuris ad illum principem, fortasse a Copernico compositum, cui praemissa est haec Melanthonis epistola, quam neque Strobelius neque Rotermundus cognoverunt. — Habetur hoc carmen in Collect. Ballenst. Vol. II. p. 1. idemque possidet Clar. Doct. *Erhardus* Magdeburgensis.

---

1) Cod. Guelph. *cogitare*.

2) Cod. Guelph. *sua*.

3) God. Guelph. *praedicationem*. Videntur esse *Stigelii* preces d. 22. Apr. 1556. scriptas, quae leguntur in Scriptis publicis, Tom. II.

*) d. 27. Maii 1556 Vid. Eberi Quaestiones, p. 144.

Illustrissimo et Reverendiss. Principi et Domino, Dom. Sigismundo, Archiepiscopo Meideburgensi et Primati Germaniae, Marchioni Brandenburgensi, Duci Pomeraniae et Silesiae etc. et Burggravio Noribergensi, Principi Clementissimo S. D.

Illustrissime et Reverendissime Princeps. Reverenter ago gratias Celsitudini Vestrae, quod nuper miserae mulieri, matri multorum filiorum et filiarum clementer eleemosynam dedit. Nec dubito, Deum vicissim Celsitudini Vestrae pro talibus officiis benefacturum esse. Profecto in his publicis periculis opus est omnibus auxilio Dei. Heri literas accepi, in quibus scriptum est certo, *Petrovicium*, qui occupavit *Transsylvaniam* pro *Iohanne*, filio regis *Iohannis*, per insidias in convivio interfectum esse. Ea res novis motibus occasionem dabit. Scriptum etiam est mihi ex Vienna, mandato *Conricii*, Venetos legatos in conspectu Turcici Imperatoris dissectos esse, ac signa maximarum mutationum impendentium manifesta sunt.

Nunc autem, ut ad Celsitudinem vestram scribam, haec causa est. Hic Magister *Erdmannus Copernicus* *), natus in Marchia, diu utiliter docuit iuventutem, et postea didicit studiose doctrinam iuris, et vir est honestus, timens Deum, et prudentia et modestia eximia praeditus. Maxime autem cuperet Celsitudini vestrae in iudiciis alicubi servire, vel in urbe Meideburg, vel alibi. Quare reverenter orat, ut Celsitudo vestra locum aliquem ipsi tribuat. Non dubito industriam, fidem et modestiam eius Celsitudini vestrae placituram esse. Mitto Celsitudini vestrae pagellas. Bene et feliciter valeat Cels. vestra. Witebergae, Calend. Iunii, anno 1556.

Celsitudini vestrae addictus
Philippus Melanthon.

No. 6004. 1. Iun.

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 455 sq.

*) Vid. de eo epist. ad Iac. Rungium d. 25. Martii 1556.

Laurentio Mollero, docenti Evang. Hildesiae.

S. D. Clarissime vir, et charissime frater. Existimo, in Conventu Ratisbonensi seu Principes seu Legatos conventuros esse. Nam Turcici exercitus late grassantur in Hungaria. Nec tamen novos exercitus adductos esse ex Thracia certum est. An ibi colloquia Theologica futura sint, nondum scio. Nunc iter ingredior vocatus ad aulam, alioqui prolixius scriberem.

Mitto pagellas, quae ostendunt, utcunque studia aliqua doctrinarum in his Academiis esse. Libenter scriberem plura, si tempus concederetur. Bene vale, et rescribe. Calend. Iunii. Die coniugalis sacri filii d. Pastori 1556.

Salutem optat tibi meus gener.

Philippus.

No. 6005. 1. Iun.

Christiano, Regi Dan.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 135.

(*Christiano, Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtigster, großmächtigster, gnädigster König und Herr. Ew. Königl. Majest. bitt ich in Unterthänigkeit, diesen meinen Bericht gnädiglich anzunehmen, und ist wahr, daß der wohlgeborne Grave und Herr, Herr Volrad, Grave zu Mansfeld, Zeigern dieser Schrift Herrn Jacobum Basilicum, gebornen Herrn und Erben der Inseln Samos und Paros in Asia *), aus Frankreich mit sich gebracht, und ihn bei sich gnädiglich in die zehen Monat gehalten, die Zeit er bei mir und andern beiweilen gewesen. Denn er ist in Grekischer Sprach wohl geübt, auch wohl gelehret, und hat in Mathematica ziemlichen Verstand, hat auch guten Verstand christlicher Lehr, und ist der Lehre in unsern Kirchen zugethan. Als er nun bei uns gewesen, habe ich seine Zeugnisse, die er aus Grekenland mit sich

*) Vid. ep. ad eum die solstitii 1556. Intelligitur Melanthonem hanc ad Regem et sequentem epistolam ad Nicol. Buscoducensem Mansfeldiam ad Iacobum misisse, qui serius demum in Daniam profectus est, quum mense Septembri testimonium dederit Zachariae Praetorio Mansfeldensi, quod infra habes mense Septb. h. a.

bracht und noch hat, welche beweisen seine Ankunft [Abkunft], und Erbgerechtigkeit an Samos und Paros, welche der Türkisch Tyrann Selimus seinem Vater, Johann, genommen hat, und sind sein Vater und Mutter und ein Bruder zugleich ermordet worden. Sein Großvater Basilius ist zu Rhodo umkommen. Aber dieser Jacobus ist als ein junger Knab in Creta in der Schul gewesen bei Hermodoro, welches Name mir wohl bekannt ist. Als aber dieser Jacobus gern sein Elend Kaiserlicher Majestät hat berichten wollen, ist er als ein Kriegsmann mit dem wohlgebornen Graven und Herrn, Herrn Günthern, Graven zu Schwarzenburg, in das Niederland gezogen, hat sich da löblich gehalten in Schlachten und sonst, wie er Zeugniß hat von Kaiserl. Majestät und von Graven Günthern; ist auch zu Ritter geschlagen.

Nun wollt er am liebsten eine Zeit lang Ew. Königl. Maj. dienen, denn er vom Papst ein Prognosticon gestellet, das etlichen nicht gefällig. Er hat aber Vertröstung vom Patriarchen zu Constantinopel, der ein Verwandt ist, sein Vaterland wiederum vom Türken zu erlangen. Mittler Zeit bittet er unterthäniglich um Dienst bei Ew. K. Maj. Dieweil er denn gut Zeugniß hat von seinem Stamme, Erbgerechtigkeit und guten Sitten, und ich ihn nit anders denn wahrhaftig und züchtig gemerkt, und er ein verjagter Waise ist, hab ich ihm diese Schrift zu einem Zeugniß mitgeben, und bitt, Ew. K. Maj. wolle mir dieses mein Schreiben gnädiglich zu gut halten. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der uns Waisen und verjagte gottsfürchtige Menschen befohlen hat, wolle E. K. Maj. und E. K. M. Königin und junge Herrn und Fürstin allezeit gnädiglich bewahren und regiren, und an Seel und Leib stärken. Datum auf den ersten Tag Iunii 1556.

Ew. Kön. Maj.

unterthäniger Diener

Ph. M.

No. 6006. 1. Iun.

H. Buscoducensi.

Edita in der Dänischen Biblioth. T. IV. p. 169. (Danz.) — Apographon in cod. Monac. 89. No. VI. p. 136.

Ad Henricum Buscoducensem.

Reverende vir et carissime frater. In hac turbulenta aetate laudanda est diligentia in explorandis peregrinis. Sed pietas est honestos ac habentes vera testimonia benigne excipere ac iuvare. Hic hospes *Iacobus Basilicus* [1]), vir doctus, honestus et rei militaris peritus natus est [2]) veteri ac nobili familia graecorum Principum, ut literae testantur, quas monstrare potest, fuitque pater eius *δεσπότης Sami*, † et Marchio pari, ac" [3]) interfectus a *Selimo*, Turcico Tyranno, cum matre et fratre. Ipse puer fuit apud *Hermodorum* doctissimum virum in Creta: eiusque Hermodori nomen nobis notum est. Postea movit [4]) in Galliam, ut per Regem Gallicum impetraret paternam haereditatem. Sed quia morae longae sunt talium actionum, cum Comite *Wolrado* Mansfeldensi venit in Germaniam ac saepe nobiscum fuit, multa de doctrinis nobiscum familiariter colloquens. Postea cum Comite *Schwartzburgico* profectus est in Belgium, et apud Caesarem militans interfuit praelio Beutiaco [5]), ac ornatus est a Caesare honorifico testimonio. Sperat autem reditum in patriam, quia etiam Patriarcha Constantinopolitanus, vir doctus, laborat, ut Turcicus Imperator ei restituat paternam haereditatem. Motus autem fama virtutis inclyti Regis Daniae maxime aliquantisper vellet in aula Danica esse. Vir honestus et eruditus est, et habet testimonia de genere suo et de exilii causis et de virtute militari, digna fide. Certe orphanis, quorum parentes interfecti sunt a Turcis et qui exulant, ac praesertim natis in familiis nobilibus, pietate bonorum Principum calamitas lenienda est. Ideo te oro, ut inclyto Regi hunc hospitem commendes. Non hoc peterem, nisi iudicarem eum veracem et honestum hominem esse.

Mitto pagellas nostro more. Scriberem copiosius, nisi iam iter ingrederer, vocatus ad aulam. Bene ac feliciter vale. Cal. Iunii. [1556. anno.] [6])

Philippus.

---

1) Vid. de eo epist. ad Regem Daniae d. 1. Iun.
2) Cod. Monac. 89.: *est in.*
3) Haec addit. cod. Monac. 89.
4) Cod. Monac. 89.: *venit.*
5) *Peutiano* cod. Monac. 89.
6) Annum non addit cod. Monac. 89.

No. 6007. 1. Iun.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 291 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Vagantur poenae fatales per totum genus humanum. Ideo Pannoniae incendium aliquanto post in vicinam Germaniam flammas sparget. Precemur autem Filium Dei, ut mitiget poenas, et servet aliquas Ecclesiae suae reliquias. Heri ex Pannonia has duas narrationes accepi a fide dignis scriptas. *Petrovicium*, qui pro *Iohanne* *) Transsylvaniam occupavit, per insidias in convivio interfectum esse. Ea res Turcicos Duces in Transsylvaniam attrahet. Altera narratio fuit, Venetos Legatos in conspectu Turcici Imp. dissectos esse. Nos Germani interea quid agimus?

Mitto tibi pagellas nostro more, scriberem prolixius, nisi iam iter ingrederer, profecturus ad aulam, quo vocatus sum, propter futuri *Conventus Ratisbonensis* **) deliberationes, in quo nunc quidem de reprimendis Turcis agendum erat, non erant sophisticae disputationes instituendae. Sed commendemus nos Filio Dei. *Sabino* Deus tribuat felicem reditum. Salutem vobis omnibus opto. Bene vale. Cal. Iunii. Quaeso, ut Petro, Pastori Ecclesiae Regiomontanae in vicinia vestra, mittas literas et pagellas, quas ei inscripsi.

Philippus Melanthon.

*) Filio Ioannis Sepusii, quondam Weiwodae Transsylvaniae. Narrat rem Sleidanus in Comment. ad ann. 1556.

**) Qui id. Iul. 1556. habitus est.

No. 6008. 3. Iun. (Lipsiae.)

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 213. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 210. cui Baumgartnerus adscripsit, se accepisse epistolam 1556. 15. Iunii per Andream.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori incl. urbis Norib.

S. D. Videmus consiliis humanis non posse Ecclesiam et Politias servari. Quod igitur Iosaphat inquit, faciamus: *Ecce oculi nostri ad te Deus tolluntur.* Initia actionum Ratisponensium non ostendunt spem pacis. Et passim crescunt Theologica dissidia. *Vergerius* vocatur in Prussiam, *Calvinus* in Poloniam. In Pannonia perfidiose interfectus est *Petrovicius*, amicus filii *Iohannis.* Ea caedes irritabit Turcicum Tyrannum, ut praesidem ex suis impositurus sit Transsylvanis. In tantis periculis omnium gentium oremus filium Dei, ut nos protegat et gubernet, et suo quisque loco faciat moderate ea quae sunt sui officii.

Ex Pomerania scribit mihi *Iacobus* [1]), se propterea quia Princeps longius abfuerit, nondum vobis respondere potuisse, et a me petit, ut moram excusem. Simul autem significat Consiliarios pugnare, ne patriam deserat, in qua recens *Frederus* dissidium accendit, quod non leviter excruciat saniores.

Mitto vobis pagellas, quae utcunque ostendunt adhuc mediocria apud nos doctrinae studia esse. Haec *Lipsiae* scribo, profecturus ad aulam quo, nescio cur, accersitus sum. Sed oro Deum ut nos gubernet. Bene et foeliciter vale. Die Iunii tertio [2]).

Philippus.

1) Rungius.

2) Serior manus adscripsit: 1556.

No. 6009. 3. Iun.

(Acta cum Paceo.)

Editum in den Unschuldigen Nachrichten ann. 1715. p. 49 sqq. — Apographon in cod. Galli II. p. 185 b., quod sequuti sumus, quippe antiquissimum. — Formam cui Theologi subscripserunt, composuit Doct. Io. Pfeffinger, Superint. Lipsiensis. Adfuisse vero etiam Melanthonem deliberationibus, babuisseque in hac re partes, patet ex epistolis eius hoc tempore scriptis. Quae fuerit res, intelligitur ex scripto ipso. Caeterum vide infra d. 16. Octobris h. a. alteram cum Paceo actionem.

Acta cum Valentino Pacaeo, Lipsiae 1556.

In nomine domini nostri Iesu Christi L. *Valentino Pacaeo*, Diacono Lipsensi anzuzeigen.

Dieweil man aus Gottes Gnaden von der Lehr der Rechtfertigung des Menschen in den Kirchen dieser Landen einig und nicht streitig, so bedarf es unter und bei uns, die wir im Ministerio sind, keiner Disputation, sondern klarer und beständiger Bekenntniß, ob auch

alle unter uns in dieser Lehr und Predigt gleichförmig lehren und übereinstimmen.

Demnach zu Vermeidung zweiflicher, ungleicher und irriger Lehre, ist nachfolgender eigentlicher wahrhaftiger Bericht gestellt, wie und waser Gestalt die Lehr und Predigt auch hie zu Leipzig beständiglich und gleichförmig soll geführt und gehalten werden. Die sollet ihr alle, und insonderheit Dominus Valentinus *Pacaeus*, Licentiatus, fleißig anhören und vernehmen; und, da ihr solche Meinung, Verstand und Sinn auch habt, und wollet hinfort an und zu allen Zeiten dermaßen lehren und reden, und allen Verdacht zwiespaltiger Lehr vermeiden, daß ihr euch alsdann neben den andern Kirchendienern unterschreibet.

Zum Ersten, daß wir alle Sünder von Art und verdammt, durch den Glauben aber an Jesum Christum Vergebung der Sünden erlangen, und aus lauter Gnade und Barmherzigkeit von der Sünde und Verdammniß losgesprochen, recht, fromm und selig werden von wegen des einigen Verdiensts und Versöhnung des Sohnes Gottes Jesu Christi. Und ist kein ander Mittel, Weg und noch Weise, diese hohe himmlische Gabe zu bekommen, denn allein der Glaube, welcher im Evangelio gelehrt und allen Creaturen geprediget wird. Und in diesem Artikel der Rechtfertigung vor Gott, Versöhnung mit Gott und der Seligkeit, wird ausgeschlossen aller Werk des Gesetzes Gottes vor, mit, und nach dem Glauben geschehen, und aller Menschen Werke, wie die vermeldt oder genennt mögen werden, Verdienst, Würdigkeit und Ansehen, und alleine Gottis Gnad und Barmherzigkeit und Verdienst des einigen Mittlers Jesu Christi zugeschrieben und gegeben wird.

Welche Gottesgnade, Barmherzigkeit und Verdienst des einigen Mittlers Jesu Christi zu Erlangung der Seligkeit einem jeden durch den Glauben an Jesum Christum wird zugeeignet und applicirt, und nicht von wegen vorgehender, gegenwärtiger oder folgender seiner Werk wegen des Gesetzes Gottes, wie auch St. Paulus allenthalben dem ganzen Gesetze, allen denselbigen Werken und Tugenden, vor dem Glauben an Christum, mit dem Glauben und nach dem Glauben geschehen, entzeucht und nimmt die Gerechtigkeit, die vor Gott gilt und gibt sie dem einigen vollkommenen Gehorsam und Verdienst Jesu Christi, seinem Leiden, Sterben und Auferstehung im Glauben gefasset.

Und muß dieser Glaube, der sich also mit herzlicher Zuversicht an Gottes Gnad und Verdienst Jesu Christi hänget, immer und zu allen Zeiten vorleuchten und scheinen; das ist, ob wohl gute Werke und Tugende, welche das Gesetze Gottis erfordert und anzeigt mit und bei dem Glauben sind und folgen müssen, gleichswohl wird der Mensch um solcher gegenwärtiger oder folgender Werke und Tugenden Würdigkeit willen nicht gerecht, ob sie schon zuweilen in der Schrift iustitia genennet werden, sondern allein um des vollkommenen Gehorsams und Verdiensts des Sohnes Gottes mit gläubigem Herzen gefaßt, und ihme selbst applicirt.

Zum Andern ist auch dieses die ewige göttliche Wahrheit, geoffenbaret durch Gottes Wort, und verfasset in den Schriften der heiligen Propheten und Aposteln, daß dieses Theils kein Unterschied unter den Juden oder Heiden ist, und daß das Gesetze als Sünder alle Menschen verdammt, der Glaube aber allein macht die gerecht und selig, wie gesagt ist.

Zum Dritten, was aber der Christen Leben sey, und der Kirchen Disciplin erfordert, und daß ein Gottseligkeit*) Leben und Wesen geführt werden muß rc., wird unterschiedlich auch gelehrt und fleißig getrieben, und die Antinomer, Epicurer und falsche Lehrer, daß der Glaube und heilige Geist in wissentlichen tödtlichen Sünden bleiben und bestehen möge, verworfen.

Zum Vierten wollen und sollen wir einträchtiglichen in diesen und andern Artikeln lehren und predigen, und den Widerwärtigen einigen Beifall nicht thun, noch ihre Lehre, der ewigen göttlichen Wahrheit zu Ehren und Vermeidung der Aergerniß, in guten zu approbiren und vertheidigen, weder auf der Kanzel noch sonst bei jemand noch Andern nicht gedenken.

Zum Fünften, und da unter uns einiger Zweifel oder Irrthum sich zutragen würde, das Gott gnädiglichen wolle verhüten, sollen und wollen wir solchs nicht vor das Volk bringen und auf der Canzel austragen, sondern dem Superintendenten anzeigen, und bei uns selbsten oder durch andre Gottfürchtige gelehrte Leute uns entscheiden und vergleichen lassen, damit allenthalben Gottes Ehre, und Ausbreitung des heiligen Evangelii und Aufnehmunge unsrer Kirchen, denen wir zu dienen insonderheit verpflichtet, gesucht, befördert und verfügt werden. In welchem Sinn und Fleiß uns der ewige Gott und Vater unsers Herrn und wahrhaftigen Seligmachers Jesu Christi durch seinen heiligen Geist erhalten und ferner leiten wolle. Demselben einigen wahren Gott sey alle Ehre und Preise in Ewigkeit. Amen.

---

*) ein gottselig.

Nomina subscribentium.

1) Ioannes *Pfeffinger*, D. Superintendens manu propria scripsit.

2) Georgius *Hala*, pastor ad St. Thomam hanc doctrinam approbo, doceo et credo.

3) Ego *Valentinus Paceus* hanc ipsam consensionem prophetarum, apostolorum catholicam orthodoxamque per omnia probo.

4) Henricus *Salmut* ita credit et docet.

5) Ioannes Bickher Flossensis firmiter sic credit et docet.

6) Wolfgangus *Harderus* testor manu propria haec vera esse.

7) Georgius *Coelestinus*, Plauensis eodem modo assertione eadem haec docuit et docebit perpetuo.

8) Andreas *Tittel* similiter.

9) Ambrosius *Otto* testatur ea vera esse.

Ego *Philippus Melanthon* et hanc doctrinam, quam adprobant hae Sententiae hic scriptae et formam loquendi hic probatam adprobo, et iudico hanc doctrinam vere esse consensum prophetarum et apostolorum perspicuum et firmum. Expresse etiam addo, nec operibus ante regenerationem, nec operibus post regenerationem *) iustificari personam, et reiicio has propositiones: *fides cum operibus iustificat*; item, *opera sequentia fidem iustificant*. In summa: retineo propositionem: *sola fide iustificamur*, in ea sententia sicut nostra confessio et nostrae Ecclesiae docent. Et de toto hoc articulo idem sentio, quod expressum est in confessione nostra, et quod Ecclesiae harum regionum consentientes docent. Et cum Paulus inquit, ex operibus legis non iustificatur omnis caro, sentio hoc doceri, nec operibus ante regenerationem, nec operibus post regenerationem hominem iustificari.

Subscripsit denuo *Paceus*:

In illa sententia et intellectu particula exclusiva ut *δωρεὰν καὶ τῇ χάριτι* ubique in Paulo et in graecis latinisque probatissimis quibusque authoribus probata est, et testimoniis doctissimorum virorum et iam olim et in praesentia rectissime sentientium recte probari potest ac debet, declarata hoc modo semper diligenterque ut et in publicis Actis. Anno 1556.

Actum Leipzigk, Mitwoch Trinitatis anno 1556.

*) *nec op. post reg.*] praetermissa sunt in cod. Galli.

No. 6010. (fere d. 6. Iun.)

(*De synodo Germanica.*)

Editum a Pezelio in Melanthons christlichen Bedenken, p. 446 sq. Videtur scriptum Lipsiae, ubi Melanthon ineunte Mense Iunio, vocatus Dresdam, versabatur. De deliberationibus de synodo Dresdae habendis, certe ex opinione Mel., vid. epp. d. 1. Iun. scriptae.

„Bedenken Philippi Melanthonis Anno 1556. vom National Concilio."

Es ist wenig Unterscheid zwischen dem General Concilio und National, und wie wir mit gutem Grund und aus großer Nothdurft das General recusiret, eben dieselbigen Ursachen muß man in dieser Berathschlagung wider das National anziehen, und so mans im Grund ansiehet, ist das National noch gefährlicher. Denn im General sind viel gelehrter Männer aus fremden Nationen; item, man dringet nicht so hart auf die Execution.

Erstlich wird der Papst gleich sowohl im National-Concilio Präsident seyn wollen als im General, und wird nichts handeln noch schließen lassen, das ihme nicht gefällig ist; wie Papst Paulus im Concilio zu Trident nichts hat schließen lassen, das er nicht zuvor selbst besehen und reformiret hat, und hat etliche Artikel ärger gestellet, denn die Gelehrten im Concilio.

Zum Andern werden die Bischöffe allein voces decisivas haben wollen, so ist unser Wil [?] ganz vergeblich da, wie zu Tridento.

Zum Dritten, so sie gleich uns eine Anzahl Stimmen geben, so procediren sie secundum pluralitatem, und machen ein mehres wider uns.

Zum Vierten würden Kaiser, Könige und andere des Papsts Anhang verpflichtet zur Execution.

Ueber dies alles sind in den bischofflichen Höfen und Universitäten sehr wenig Leute, welche die Religionssachen verstehen, oder nicht offentlich Feind seyen. Zu Wien, Cölln, Löwen, Ingelstadt, Maynz, Freiberg *) weiß man, welche Theologi sind, und treiben die Cöllner auf den heutigen Tag große Tyrannei gegen dem Doctore Medico *Welsio*, der doch wahrlich glimpflich geantwortet hat. Dieweil nun öffentlich,

*) Freiburg.

daß die Feinde und Ungelehrten im Concilio Richter seyn wollten, so sind wir schuldig, sie zu recusiren, und ist dies nicht eine gesuchte Ausflucht zum Schein, sondern es ist im Grund die bittre Wahrheit.

Dies alles ist nöthig anzuzeigen im Reichstage, so der Kaiser und Könige, ihnen zum Vortheil, fürgeben würden, ein National Concilium zu versammlen. Wo sie auch darauf beharren, ist noth, eine Recusation zu opponiren, wie wider das General, und kann dieselbe Recusation nach Nothdurft gestellet werden, daß man des Papsts, Bischoffen und Theologen Regierung, Blindheit und Tyrannei melde.

No. 6011. 9. Iun. (in valle Ioachim.)

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 68. (ed. Lond. lib. II. ep. 51.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Cum vocatus a Principibus propter deliberationem de Conventu *Ratisbonensi*, accessissem ad haec iuga vobis vicina, propinquitas desiderium tui accendit. Etsi et Deum spero confirmaturum esse corporis et animi tui vires, et tibi non desunt Medici, et fontes verarum consolationum tibi noti sunt: veni tamen in hanc vestram vallem, in qua tua voce Filius Dei aeternam Ecclesiam colligit, *γέροντι γέρων, καὶ νοσοῦντι φίλος γλυκὺς*, ac te videre et tecum nostro more colloqui cupio. Ac nisi tu cras huc reversurus fueris, ego ad te pergam. Interea et Medicum generum meum mitto, et *Ambrosium* Pastorem, Ecclesiae *Marianae* *) Theologum, nec rixosum nec morosum. Hi cras erunt tui itineris comites. Dux autem sit itineris Filius Dei, ut familiae *Iacob* custos et ductor fuit redeuntis in patriam. Hunc Filium Dei *λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς* oro, ut te et tuos servet incolumes, et Ecclesiam publicam et domesticas Ecclesias nostras protegat; Plura coram. Bene et feliciter vale. Die Iunii 9. in valle *Ioachimica*. *Casparo Eberharto* salutem opto.

*) Oppidi *Marienberg*.

No. 6012. tempore solstitii.

Iacobis.

† Ex apographo recentiss. manu scripto, quod adiectum est codici Monacens. I. in appendice. Unde descripta sit epistola, an ex manuscripto, an vero ex libro edito, non adscriptum est. — De Iacobo Witebergae aliquamdiu versante vid. ep. d. 1. Iun. 1556., quare hanc ep. eodem anno esse scriptam puto.

Τῷ Ἰακώβῳ διασσωρινῷ κυρίῳ δωρίδος, καὶ τῷ Ἰακόβῳ βασιλικῷ δεσπότῃ Σάμου, ἀνδράσιν εὐγενειάτε καὶ ἐπιστήμων ἐμπειρίᾳ, καὶ στρατηγικαῖς ἀρεταῖς ἐπιφανεστάτοις.

Εὖ πράττειν. Οἱ παλαιοὶ μὲν ἐμυθολόγησαν, ὅτι ἀθηναῖοις τις σπέρματα πύρου πολλοῖς ἔθνεσι διένειμε. Τοῦτο δ' ἀληθῶς οὕτως ἔχει, ὅτι ἀπὸ Ἑλλήνων παρελάβομεν τὰ μέγιστα ἀγαθῶν, τάς τε ἐπιστήμας, καὶ νόμους δικαιοσύνης, καὶ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν περὶ θεοῦ. Ἀντὶ τοσαύτης οὖν εὐεργεσίας ὀφείλομεν τῇ Ἑλλάδι, ὥσπερ θρεπτήρια, διαιὰν 1) *ἀμοιβὴν, καὶ ἔδει ἅπαντα τῆς Εὐρώπης ἔθνη, τῇ Ἑλλάδι* 2)*, ὧν τινες, ὥσπερ ὁ Ἱππίας εἰς τὴν Ἀττικὴν πάλαι τοὺς Μήδους εἰςήγαγε, καὶ αὐτοὶ ἐφέλκουσι Τούρκους γενόμενοι πατρίδος αὐτόχειρες. Ἐπεὶ δὲ μεταβάλλει ἡ Ἀδράστεια, ἢ μᾶλλον θεὸς αὐτὸς, τὰς ἀρχὰς, δεῖ πάντας ἡμᾶς τὰς κοινὰς τύχας σωφρόνως καὶ μετρίως φέρειν, καὶ παρὰ θεοῦ λώφησιν τῶν τιμωριῶν αἰτεῖν τε καὶ προσδοκᾶν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι οὕτως ἐστι θεὸς, τῶν μὲν ἀσεβῶν συρφετὸν κολάζων, τῶν δὲ εὐσεβῶν ἐκκλησίαν συλλέγων φυλάττων καὶ σώσων. Καὶ τοῦτο παραμύθιον ἔστω ὑμῖν τε ἐν παρούσῃ συμφορᾷ ὑμετέρᾳ καὶ ἡμῖν οὓς νυνὶ μὲν διχοστασίαι καὶ ἐμφίλιοι πόλεμοι θλίβουσιν, ἔπειτα δὲ αἱ Τούρκων σάλπιγγες ταράξουσιν. Ἀλλὰ οὐκ ἐάσει θεὸς ἀπολέσθαι σύμπασαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν. Κελεύει δὲ ἐν αὐτῇ ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾶν, καὶ τὰ μέλη ἀλλήλους συμπάσχειν, καὶ τοῖς εὐεργέταις χάριν εἰδέναι. Ἐγὼ οὖν ἡμᾶς ἄνδρας Ἕλληνας, εὐγενείᾳ, καὶ ἐπιστήμων ἐμπειρίᾳ, καὶ στρατηγικαῖς ἀρεταῖς ἐπιφανεστάτους, εἰλικρινεῖ εὐνοίᾳ τιμῶ, καὶ εἰ δυναίμην ὑμᾶς εὐποιεῖν, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ κρειττόνων φιλοφρονημάτων ἔργοις, ἐμὴν εὔνοιαν ἀποδεῖξαι ἂν βουλοίμην.*

1) *διαιὰν*] scriptum est, sed mendose; fortasse *διαιώνιον*, sempiternam.

2) Hic exciderunt quaedam verba.

Ἔῤῥωσθε, ἐν τῇ ἐαρινῇ τροπῇ[3]). Τὸν φίκιγγον ἀσπάζομαι.

Φίλιππος Μελάγχθων.

No. 6013. 15. Iun. (Lipsiae.)

Cph. Fischero.

Edita in *Noltenii* commercio liter. clar. viror. p. 214.; nunc accurate descripta ex autographo in bibl. Regia Hannov.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Christophoro Fischer, gubernanti Ecclesiam dei in ditione illustrium principum Hennebergensium, fratri suo carissimo.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Memini his triginta annis multos, qui sine vocatione mediata vagati sunt et falso professi sunt, se a deo missos esse ad Ecclesiam emendandam. Vidi *Cygneum Pelargum*, qui dicebat, sibi ab angelo Gabriele dictum esse, fore eum instauratorem Ecclesiae, et vociferabatur, nostros pastores esse hypocritas, se adflatus divinos habere, et narrabat colloquia cum angelis habita. Is postea, cum nihil egisset, mortuus est miserabiliter in Nosocomio Monachensi in Bavaria. Et possem plura aliorum exempla recitare. Cito vanitas in omnibus fanaticis deprehenditur. Ideo regulam sequaris: *omnia probate, quod bonum est tenete.* Item: *probate spiritus, an ex deo sint.* Est autem norma maxime illustris: error in doctrina. Proxima norma est turbatio ordinati ministerii recte docentis. Item seditio. Postea alii mores. Si quis igitur aut circumfert errorem, aut turbat ministerium recte docens, aut movet seditiones, ut faciebant *Monetarius* et eius collegae, aut turpitudine morum inquinatus est, manifestae causae sunt eum damnandi et cohercendi.

Et cito deprehendes quales sint adflatus illius erroris, de quo scribis. Ideo observes eius doctrinam et mores, nec sinas turbari ministerium tuum. Caeterum de dicto: *lex et prophetae usque ad Iohannem*, aliena est haec interpretatio, si quis dicat nullos excitari immediate a deo, nisi in ministerio ordinario, seu vocatione mediata. Nam et apostoli postea immediata vocatione vocati sunt, et fuerunt prophetae de variis rebus vaticinantes, aliqui etiam qui impiam doctrinam taxarunt, et in confessione pia testes fuerunt puritatis doctrinae, ut Stephanus, Laurentius et alii, qui non fuerunt professione doctores.

Cum hanc epistolam acceperis, quaeso ut rursus ad me scribas, qualia ostendat ille signa sui Enthusiasmi. De his, quos ad te misi, gratiam tibi habeo, ac reverendi viri D. *Pacei* filium*) rursus tibi commendo, teque oro, ut eum complectaris, iuves et ornes. Sic pro eo laboro, ut si ex me natus esset. Bene vale. Lipsiae 15. Iunii.

Philippus.

3) Non quidem puto die solstitii, sed tempore solstitii, et scripta esse videtur Lipsiae.

No. 6014. 17. Iun.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 48.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Et Hugonis et Paschasii, et Vigilii Martyris et Longobardi expressa sunt testimonia de loco corporis. Sed haec aetas quam sit audax, et quam irreverenter de vera antiquitate[1]) Ecclesiae sentiat, res ostendit. Nunc vicini nostri ituri ad conventum Ratisbonensem, fecerunt προβούλευμα, ut veteres nominabant, se damnaturos esse eos, qui non probant Stoicam necessitatem: Item τὴν ἀρτολατρείαν. Quid agi recte potest, cum talia praeiudicia adferuntur? Si procedet colloquium, te certe vocari petam. Oro autem filium Dei, ut nos gubernet, et illustret ipse veritatem et veram invocationem. Novum certamen movet Pragae Cynicus, qui *Canisius* nominatur, de Invocatione Mediatoris, de qua aliquid dixi in Pagellis [2]), quas mitto. Bene vale. Die 17. Iunii.

Philippus Melanthon.

*) Vid. de eo epist. ad Fischerum d. 21. Maii h. a.

1) Puto: *antiquitate verae.*

2) In disputatione Pauli ab Eitzen, d. 27. Maii 1556.

No. 6015. 17. Iun.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Carissime frater. ἡδύγε φίλον λόγος ἐστὶ τοῖς λυπουμένοις, quare et assiduitate tua in scribendo delector, et optarim, nos saepius etiam coram colloqui posse. Nam de multis magnis rebus me et docent et commonefaciunt literae tuae. Scriberem autem prolixius si plus haberem temporis; quanta enim sit occupationum nostrarum confusio, multi norunt. Interea otiosi Sycophantae, quasi nulli sint hostes alii extra Ecclesias nostras, sine fine in nos debacchantur, qui si adiuvarent explicationem rerum magnarum plus prodessent Ecclesiae. Nunc renovant deliramenta de Stoica necessitate et alia quaedam ἄτοπα, quae multi docti et boni viri dolent spargi. De Mediatore quam primum potero, iuvante ipso filio Dei, editurus sum refutationem Cynici hypocritae. Nunc tibi mitto enarrationem epistolae Paulinae, scriptae ad Romanos, quam velim te legere tanquam censorem et mihi significare iudicium tuum. Mitto et alias pagellas. *Simonem Proxenum* *) tibi commendo, teque volo ei προξενητὴν esse ad caeteros amicos. D. *Thaddeo* et vobis omnibus salutem opto. Bene vale. Die Iunii 17. 1556.

*) Apogr. habet *Proximum*, sed nomen est *Proxenus*. Carmen Simonis Proxeni Budhicensis legitur in Scriptis publ. Acad. Witteb. T. II. ad diem 10 Iunii 1554., et idem commendatur in ep. d. d. 6. Decbr. 1554.

No. 6016. 18. Iun.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1245.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Desideratur apud nos in templo arcis concionator. Eum locum Doctori *Heshusio* servamus, donec audierimus quid vos de eo decreveritis. Opto enim eum in hac difficili militia Academiarum retineri, quam iam ποθῶν ἔμαθε [1]) et laborum et certaminum plus sustinere, quam sustinent, qui docent extra Academias. Cum autem sciam *Heshusium* a te diligi propter eruditionem, iudicii rectitudinem et firmitatem, non utor de eo longiore oratione; tantum peto, ut in eo ornando, benevolentiam tuam erga me et ipsum declares. Spero, eum fideliter et utiliter serviturum esse Ecclesiae ubicunque erit, et Filium Dei oro, qui dixit, *Ego sum vitis, vos palmites*, ut et nos palmites suos, foveat et gubernet. Praecipue autem annitendum est, ut in Academiis sint custodes doctrinae ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον θεοῦ, qui et docere sciant, et ament proprietatem, et diligant res necessarias, non quaerant inanes disputationes et prodigiosas ostentationes ingeniorum, nec ludant ambiguis dictis, aut hyperbolis, quales et olim, et nunc multae sunt in Ecclesia sparsae, quae fuerunt faces dissensionum seu μῆλα ἔριδος. Denique oro Filium Dei sedentem ad dextram aeterni Patris, ut totum hoc consilium de Heshusio gubernet, ut sit salutare ipsi et Ecclesiae. Scripsit ad me Elector *Palatinus*, ut mittam tres aut quatuor idoneos ad concionandum, sed in ditionem suam, quae pars est Norici. De Academia *Edelbergensi* nondum ad me scriptum est, et differri de ea deliberationes existimo propter *Ratisponensem* conventum. Si petitum fuisset, ut Lectorem mitterem, maxime voluissem eo *Heshusium* proficisci. Sed multa de *Georgii Laeti* Secretarii et aliorum quorundam sensibus ratiocinor.

Si procedet colloquium Theologicum, de quo nunc deliberabitur in conventu Ratisponensi, maxime velim te ad id mitti, ac scripsi ad Ducem *Iohannem Albertum*, ut aliquos mittat. Novum certamen movet Pragae *Canusius* [2]), quem nomino Cynicum, Christum nunc non ut Mediatorem invocandum esse, sed tantum ut datorem bonorum, Deum. Citat nescio quod dictum ex Synodo Nycaena, quod non dubito commentitium esse. Sed te velim inquirere veterum dicta. In Cypriano extat compellatio perspicua in precatione ante supplicium, quae continetur pag. Basiliensi 505. Et similia alibi leguntur [3]). Te quo-

1) Chytraeus edidit ἔμαθες, et inter *quam* et *iam* est lacuna, casu ut puto, orta.
2) Canisius.
3) Edidit Melanthon illo tempore duo loca adversus Canisium pugnantia in pagellis publicis, quae ideo etiam inserta sunt

que inquirere velim testimonia. Bene vale et rescribe. Die 18. Iunii.

Philippus.

No. 6017. 18. Iun.

Cph. Libio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Christophoro Libio, Pastori Ecclesiae Brandenburgensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Hodie cum essem apud doctorem *Georgium Cracovium*, profecturum ad *Iacobum Rungium*, venit ad eum hic Stargardiensis, et petivit sibi monstrari locum, ubi doceret, ac nominatim facta est mentio de eo loco in schola vestra, ad quem nuper misi Bernoensem, qui non mansit apud vos *). Petivit igitur doctor *Georgius*, ut hunc Stargardiensem tibi commendarem, quem et ego existimo magis idoneum esse illo Bernoense, quia et carmen scribit, et graecae linguae initia didicit, et videtur libentius facturus operas scholasticas. Ille Bernoensis etiam videbatur symposiis magis delectari. Quaeso igitur, ut huic Stargardiensi locum in schola vestra tribuatis, qua in re etiam doctori *Georgio* gratum facietis. Hodie literas accepimus, Regem Gallicum obsidione cinxisse oppidum Argentorato vicinum, *Didenhofen*, et *Argentoratum* metuere obsidionem, et quatuor millia militum in urbem praesidii causa collocasse. Turci nunc arcem *Zigeth* oppugnant. Ita utrinque Germania in periculo est, et in medio seditiones moliuntur homines inquieti. Deus protegat et gubernet nos. Bene vale. Die decimo octavo Iunii, 1556.

Philippus.

Scriptis publ. Acad. Witeb. T. II. mense Augusto, et quorum mentionem saepius fecit in epist. mense Iul. et Aug. scriptis, quae sunt haec:

Eusebius libro X. historiae Ecclesiasticae p. 112.:

ὁ μέγας τῶν ὅλων ἀρχιερεὺς αὐτὸς Ἰησοῦς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ, τὸ παρὰ πάντων εὐόθες θυμίαμα, καὶ τὰς δι' εὐχῶν ἀναίμους καὶ ἀΰλους θυσίας, φαιδρῷ τῷ βλέμματι καὶ ὑπτίαις ὑποδεχόμενος χερσὶ, τῷ κατ' οὐρανὸν πατρὶ καὶ θεῷ τῶν ὅλων παραπέμπτος πρῶτος αὐτὸς προσκυνῶν καὶ μόνος τῷ πατρὶ τὸ καταξίαν ἀπονέμων σέβας, εἶτα δὲ καὶ πᾶσιν ἡμῖν εὐμενῆ διαμένειν καὶ δειξὸν εἰς ἀεὶ παραιτούμενος.

Magnus universae Ecclesiae Pontifex, ipse Iesus unigenitus Dei, odorem bene fragrantem, et incruentas et incorporeas hostias precum, ab omnibus laeto vultu et supinis manibus accipiens, coelesti patri et Deo omnium creaturarum offert, primus ipse adorans, et solus patri dignum tribuens honorem. Deinde omnibus nobis placatum manere et propicium semper precans.

Cyprianus in precatione ante supplicium pag. 505.:

Ego in tuo nomine peto, ut tu a patre petas, et detur mibi.

Pragensis Cynicus negat Dominum nostrum Iesum Christum nunc intercessorem esse, negat iam invocandum esse hoc modo: fili Dei intercede pro me apud aeternum patrem. Sed sciamus utroque modo filium Dei invocandum esse, videlicet ut Deum, datorem bonorum cum patre et Spiritu sancto, ac rursus ut mediatorem et intercessorem, ut propter ipsum exaudiamur, ac ut ipse pro nobis sit deprecator apud aeternum patrem, iuxta dictum: tu es sacerdos in aeternum. Et Roma. 8. Capit.: qui est ad dextram Dei et interpellat pro nobis. Et Ebrae. 7.: semper vivens, ut interpellet pro eis. Anno 1556.

*) *vos*] scripsi pro *nos*.

No. 6018. 20. Iun.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 48.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Scripsi tibi in proximis literis *), quas tradidi familiae Doctoris *Frisii* ad Comitem *Christophorum* proficiscentis, iam in vicinia vestra factum esse *προβούλευμα* conventus Theologici, quod damnari iubet eos, qui non probant *τὴν ἀρτολατρείαν*. Nec additur, quomodo ea de re doceri velint. Existimo autem, Principes illos, ad quos missum est, flagitaturos esse, ut audiantur exules docti et honesti, qui sunt Francofordiae et Argentorati. In eo certamine te adesse velim. Et ut ad id tempus differas consilia tua, te adhortor. Vides quanto furore hanc postremam mundi *εἰδωλομανίαν* hostes filii Dei tueantur, de qua cum magno dolore quotidie cogito, et filium Dei oro, ut ipse opem ferat electis, et nervos *εἰδωλομανίας* ex illo coetu, qui veritatis studium habet, auferat. Nam profecto non humanis consiliis reprimi Diaboli potentia potest, ac gemitus piorum spero non fore irritos. Bene et feliciter vale. Die 20. Iunii.

Philippus Melanthon.

*) d. 17. Iun.

No. 6019. 25. Iun.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 87. (ed. Lond. lib. II. ep. 71.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Oro Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, *λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον ἀϊδίου πατρὸς,* custodem Ecclesiae, ut et nos omnes gubernet, et tibi vires corporis et animae confirmet: te etiam oro ut propter publicam et domesticam Ecclesiam honorem tribuas tuo corpori. Mitto vobis exempla enarrationis *Paulinae* Epistolae *), quam legi a vobis ut a piis et candidis censoribus volo, ac peto me moneri, sicubi extra viam excurrere videor. Tuas literas et flagito et expecto. Honestissimis viris consulibus vestris, et tuis collegis, et universae Ecclesiae vestrae salutem opto, scribere pluribus non possum, praesertim hoc tempore. Bene et feliciter vale. Postridie festi Iohannis Baptistae.

No. 6020. 27. Iun.

Iusto Menio.

† Ex apogr. in cod. Mehnert. No. 4. p. 62. Eandem sibi descripserat, non intelligitur unde, Ballenst. in Collect. Vol. I. p. 157.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Iusto Menio, Pastori Ecclesiae Dei in urbe Gotha, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Legi tua scripta, quae mihi misisti, et adfirmo, recte, pie, proprie, et perspicue traditam esse doctrinam *περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ τῶν δικαίων ἔργων* [1]). Scio, nihil tam circumspecte dici posse, quod non sophistica vel turbare possit. Sed ab Ecclesia abesse sophisticam oportebat, ac te meminisse scio meas veteres querelas de horum temporum sophistica. Vetus fabella est, ex Sitanum sanguine terram edidisse Gigantes. Ita nostra aetate [2]) ex veteris sophisticae seminibus multa nova sophismata opta sunt. Precemur autem filium Dei *τὸν λόγον καὶ εἰκόνα ἀϊδίου πατρὸς* [3]), ut liberet Ecclesiam ab omni sophistica. Valde te oro [4]), ut viro integerrimo *Portuno* dicas salutem meis verbis, ac petas, ut *Micaelo Fausto* seni pauperi mittat pensionem, quae proximo Maio fuit numeranda. Sed non tradat nisi talibus, quorum probat fidem, ac poterit vel mihi, vel Camerario mittere. Nos interea egendi aliquoties opitulati sumus. Bene et feliciter vale. Die 27. Iunii.

Philippus.

*) Epist. ad Romanos.

1) Adscripsit hic *Ballenstaedt* epistolam Menii ad Hieronymum Renningum hanc: „De libello meo (Menii bittere „Wahrheit, cf. *Salıgii* Historie der Augsb. Conf. P. III. „p. 46.), cuius exempla Rev. et Clariss. viris, D. Pomerano et D. Philippo misi, illorumque iudicia flagitavi, „quid hic pronuntiarit ex illius hisce insertis literis cognosces. Ego vero an non illius unius viri iudicium „anteferrem vel mille sycophantarum myriadibus? Prodeant, et impetum in me faciant non tantum Theologi, „sed etiam Iuristae quoque, ac si ita libebit, etiam Physici, nihil moror. Vincet veritas. 5. Iul. 1556." — De controversia Amsdorfii Flacii etc. cum Menio vid. *Planckii* Geschichte des prot. Lehrbegr. T. IV. p. 554 sqq.

2) Ballenst.: *nostro tempore.*

3) Graeca Ballenst. non habet.

4) *Valde de oro* etc.] non habet Ballenst.

No. 6021. 28. Iun.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis, p. 1222.)

Dav. Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Spero iam apud te esse D. *Tilemannum Heshusium*, et officia tua ei non defutura esse scio. Tueamur coniunctionem nostram, et vulnera nostra sanari curemus, quia profecto opus est Ecclesiae coniunctione nostri gregis. Si volumus esse, quod sumus, Ecclesia Dei, simus unum in filio Dei, quia non solum pontificii nostris dissidiis fiunt insolentiores, sed etiam paulatim plures, contemptu nostrorum, phanatica et Ethnica deliramenta spargunt. Vident enim nulla autoritate se reprimi. Dux *Wurtebergensis* pius princeps graviter questus est Basileae de quibusdam editionibus. De his tantis rebus spero nos brevi collocuturos esse. M. *Conradum* Brunsvicensem tibi commendo. Et ut eum commendes iis, qui in aulis studia nostra non contemnunt, peto. Bene vale et rescribe. 28. Iunii.

Philippus.

No. 6022. 30. Iun.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 104. (ed. Lond. lib. II. ep. 90.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Etsi odiosa est *πολυπραγμοσύνη* ingerere se deliberationibus alienis, et mihi domi satis est negotiorum: tamen ut has meas literas pro tuo summo candore boni consulas peto. Cum intellexissem desiderari apud vos scholae Gubernatorem, indicare vobis hunc M. *Fridericum Weidebrand Posnicensem* decrevi, quod ut facerem graves causae me moverunt. Scribit eleganter carmen et solutam orationem, ut ex pagellis intelliges, quas addidi huic Epistolae, et est vir honestus, placidissima natura, moderationis amans, in omnibus rebus circumspectus, et excellens Musicus, eruditus etiam in omni Philosophia; et cum sponsus sit, nondum habet nidum. Sic igitur pro eo et laboro et peto, ac si ex me natus esset; nec tamen pro eo peterem, nisi iudicarem valde idoneum esse. Quaeso igitur ut hanc curam suscipias, et hunc *Fridericum* tuis senatoribus commendes. Mitto tibi pagellas quas spero te libentius lecturum esse quam recens editam Apologiam ad *Istrum*, in qua accusamur *), quod non approbemus librum de servo arbitrio. Nec tamen expresse dicit, qua de re pugnet ille pugnax *Gallus.* Sed haec alias. *Fridericum* tibi commendo, ac si Filius meus esset. Bene vale. Pridie Calend. Iulii.

No. 6023. 1. Iul.

Testim. de Wesselio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

S. D. *omnibus lecturis has literas.*

Utinam grati agnoscamus magnitudinem cum aliorum beneficiorum Dei, tum vero huius summi boni, quod nos ad societatem Ecclesiae suae vocat, in qua nos sua templa facit, et sese nobis communicat propter filium, et propter eum ut in tota aeternitate fruamur ipsius luce, sapientia, iustitia, et laetitia. Aliqui autem pie agnoscunt haec bona, et Deum et filium eius, dominum nostrum Iesum Christum celebrare student. Inter hos est et *Iohannes Weselius*, natus in inclyta urbe Saxoniae Hamburga ex honestis parentibus, cui Ecclesia Hamburgensis, quae inprimis in fovendis civium studiis liberalitatem exercet, sumptus in Academia praebuit. Ut autem in militia conservandae doctrinae hic Iohannes Deo serviret, instruxit se cognitione latinae et graecae linguae, et studiose didicit fontes doctrinae Ecclesiae Dei, et addidit artes ad docendum utiles. Cumque amplectatur consensum catholicae Ecclesiae Dei, quem et patria ipsius pie et constanter profitetur, ostendit animi pietatem vera invocatione Dei in agnitione et fiducia domini nostri Iesu Christi, et honesta morum gubernatione, qui reguntur in eo non solum moderatione naturae, quam habet placidam et disciplinae amantem, sed etiam ab ipso filio Dei, qui voce Evangelii lucem suam in ipsius mente accendit, et spiritu sancto cor eius Deo copulat, quare cum sperem, hunc Iohannem usui fore Ecclesiae Dei, commendo eum honestis viris, praesertim in patria, quae excellit studio fovendi bona ingenia. Saepe cogito, Deum singulari consilio Ecclesiam suam in hac senecta mundi praecipue collocasse in urbes aristocraticas, quia alibi magnae vastationes, seu Turcicis seu civilibus bellis, fient. Sint igitur gubernatores in illis honestissimis urbibus aristocraticis in conservandis doctrinae studiis officiosi, quas ut protegat filius Dei, dominus noster Iesus Christus, custos Ecclesiae suae, toto eum pectore oro. Datae Calend. Iulii anno 1556.

Phil. Melanth.

No. 6024. 4. Iul.

Cph. Stathmioni.

Epist. lib. II. p. 427. (edit. Lond. lib. II. ep. 447.).

D. Christophoro Stathmioni

S. D. Meministi disputationem apud *Platonem* de dicto *Simonidis*: *Οὐ ῥάδιον γίνεσθαι τετράγωνον.* Scio me procul abesse ab excellenti eruditione et virtute. Sed tamen hoc vere affirmo, me propter Deum venerari doctrinas et viros

---

*) a Nicolao Gallo.

doctos, ac virtute eruditionem ornantes. Talem cum te esse sciam, te et veneror, et diligo, et optarim me posse et iudicii mei illustria testimonia ostendere, et reipsa tibi benefacere. Nunc in hac fortunae nostrae tenuitate, tamen amicitia virtutis causa colatur. Proximis tuis literis valde delectatus sum. Librum tuum περὶ δείπνου κυριακοῦ existimo me *Hofero* tradidisse. Dimicant de ea quaestione duae bellicosissimae gentes *Helvetica* et *Saxonica* *), et utrinque res involvitur. Saepe nostros hortatus sum, ut colloquantur de forma certa verborum, qua nostri omnes similiter uterentur. *Osiander* hanc propositionem defendebat: Iste Panis est Deus. *Paulus* inquit, *panis est* κοινωνία σώματος, de usu loquens. Sed omitto disputationem. Nec velim te illarum bellicosarum gentium praeliis misceri. Ego quoque expecto piorum, et eruditorum colloquium, ut una similis forma inter nos constituatur. Bene vale. 4. Iulii.

No. 6025. (fere d. 6. Iul.)

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 281 sq. — Hic ex autographo in cod. Dresd. collect. Seidel. No. 41. descripta a Clariss. *Gersdorfio*. Apogr. in cod. Paris. D. L. 54³. Autographon inscriptione caret, eamque dedimus hic ex Manlio et cod. Paris. — Pagellam de toga et pallio, huic epistolae inclusa nec Manlius habet, nec est in autographo. Servavit eam cod. Paris., e quo illam hic addidimus. Vid. etiam epist. ad Buchholz. d. 10. Aug. h. a.

Reverendo viro Georgio Buchholtzero, praeposito Berlinensi, amico et fratri suo carissimi.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Oro filium Dei, ut tribuat faustum et felix coniugium pudicae filiae vestrae [1]) et genero. Venissem ad sacrum nuptiale, si eo tempore fuissem domi. Sed profectus eram aliquanto ante ad aegrotantem *Matthesium* in vallem Ioachimicam [2]). Illa sola causa impedivit, quo minus ad vos venerim. Sed dono testabor meam benevolentiam, cum primum habeo nuncium mihi notum. Mitto de toga et pallio quae subito scripsi, nam nuncius properabat. Illud miror, suspiciose vos interpretari quod non veni. Diligi a me homines Marchicos multa signa sunt. Habeo filias Marchicas [3]) virtute et forma divinitus ornatas, quae mihi certe sunt carissimae. Multis officiis etiam coniunctus sum cum multis praestantibus viris in Marchia. Et si aliquid [4]) tribuitur [5]) meis scriptis, haec etiam ostendunt meam [6]) reverentiam erga Illustrissimos Principes Marchiones, ortos a nobilissima Guelphorum stirpe. Propterea suspiciones illas cum dolore legi. Et ego homo apertus non delector hoc genere interpretationum, cum D. [7]) Paulus dicat: dilectio non est suspiciosa [8]). Bene valete. Magna pars Constantinopolis terrae motu disiecta [9]) est, et multi homines oppressi sunt ruinis [10]). Deus protegat et gubernet nos [11]).

Philippus.

(+ *Pagella de Toga et Pallio*, huic epistolae inclusa, ex cod. Paris.)

Consuetudo fuit Romanorum, Graecorum et Ebraeorum, singulos viros uti duabus vestibus. Interior nominabatur latine *tunica*, graece et hebraice χιτών, ex qua voce est tunica per metathesin literarum. Et figura fuit talis, qualis conspicitur Romae in veteribus statuis, non multum dissimiles illae figurae, quam nos nominamus *Leibrock*, sed tamen demissa ad genua, vel paulo infra. Exterior vestis Romana erat *toga*, cuius figura dissimilis est pallio et nostris vestibus exterioribus. Est autem figura talis, qualis in veteribus statuis Romae cernitur. Nodo iuncta in humero sinistro, et in latere sinistro [12]) aperta

---

*) Calvinus et Wigandus.

1) Iudithae.

2) Id iter fecit medio Iunio 1556.

3) Sabini, Brandenburgensis, filias, quas secum habebat et alebat Melanthon.

4) *aliquid*] Manl. *quid.*

5) Manl. *tribuitis.*

6) *meam*] Manl. non habet.

7) *D.*] Manl. *S.*

8) Manl. *sit suspicax.*

9) *disiecta*] clar. Gersd. legit *distracta*, puto ex errore, nisi legendum: *destructa.*

10) In scheda academica publice affixa (in Scriptis publ. T. II.) d. 12. Iul. 1556. leguntur haec: „Nuper — terrae motu magna pars Bizantii disiecta est, et multi homines ruinis oppressi sunt."

11) In autographo addita sunt, sed uncis inclusa: 14. *Iulii anno* 1556. Sic etiam cod. Paris. Sed Manlius: *Datae* 4. *Iulii anno* 1556. — Puto Melanthonem diem non addidisse, sed Buchholzerum adscripsisse diem et annum, quo epistolam accepit. In Manlio 4. pro 14. ex mendo deberi videtur.

12) dextro?

fuit. Insigne discrimen inter Togam et Pallium, adeo ut discerneret figura togae Romanos ab aliis gentibus. *Pallium* fuit exterior vestis longa, Graecorum et Ebraeorum, similis Senensi pallio, seu propemodum talibus palliis, qualibus in luctu nunc honestiores homines utuntur. Tale fuit pallium Eliae, Christi. Color fuit violaceus vel ceruleus obscurus, *grau* accedens ad *blau*, sicut hodie orientales et Afri plurimum utuntur tali colore, ut existimo vidisse Illustrissimum Principem ante Witebergam regis Aphricani vestem. De pilis camelorum peregrinantes dicunt fieri plurimos tales pannos *Schamloth* in Cilicia, et vehuntur Venetias, et sunt vilis pretii. Credo verum esse eos pannos, quos nominamus *Schamloth*, fieri ex pilis Camelorum.

No. 6026. 6. Iul.

Cph. Pannonio.

Manlii farrag. p. 252 sq.

Clarissimo viro, eruditione, etc. D. Christophoro Pannonio, professori Francofordiae cis Oderam.

Doctissime vir, et charissime frater. Quod de mea vita soliciti estis, agnosco tuam et aliorum benevolentiam: ac debere me vobis gratitudinem fateor. Utinam vero possem illustribus officiis vicissim meam benevolentiam vobis ostendere. Sed vere sum σκιᾶς ὄναρ, ut Pindarica descriptione utar. Verum donec Deus in hac statione me vult servire, iustum est me obtemperare: ac ipsum oro, ut me gubernet. Amicitiae vero nostrae semper memor ero, et in hac vitae militia, et illa aeterna Academia, in qua fruemur nostra coniunctione dulcius, et habebimus doctores et collegas cum quibus suavius philosophari potuerimus, quam habet haec vita. Scribo breviter: quia subito luctu animus meus occupatus est. Heri enim ancilla generi mei, modesta puella, in horto, cum nos in templo essemus, fulmine icta periit. Moveor non solum hoc tristi casu, sed etiam omine. Sed oro filium Dei, ut publicas et privatas poenas nobis leniat. Bene vale. Die 8. Iulii.

No. 6027. 7. Iul.

Godeschalco.

† Descripta a *Mich. Valent. Zwerg* ex apographo in Biblioth. Academiae Hafniensis et a. 1776. missa ad b. *Noesseltum*, Theologum Halensem, qui illo tempore epistolas Melanthonis colligebat. Ex hoc apographo mihi missa est a Doctiss. *F. Galle*, Halensi.

Philippus Melanthon Godeschalco, Ludimagistro Magdeburgensi.

S. D. Clarissime vir et charissime frater, quotidie oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, qui se pingit in imagine Samaritani vulnera saucii obligantis, ut ipse medeatur vulneribus Ecclesiarum nostrarum, et dissidia tollat. Nec lacessivi alios, et libenter velim de quibusdam non levibus rebus colloqui cum doctis et bonis, ut in Ecclesia decet fieri. Sed multi ἐϱιστικοί [1]) nullum finem maledicendi faciunt nec tacent [2]), sed tantum accendere odia student. Hactenus nihil respondi, et multas habeo silentii mei causas, quas scio etiam multis honestis et prudentibus probari. Te quoque adhortor, ne litiges. Si autem audio, mihi bellum inferri, propterea quod stoicam necessitatem non probo, veritatis patrocinium non deseram. Vellem nos, qui docemus, coniunctionem nostram tueri. Bene vale. Mitto pagellam, nihil enim aliud nunc habebam. Witteb. 7. Iulii a. 1556.

No. 6028. 12. Iul.

Flacius ad Languetum.

† Ex apographo vetusto in cod. Monac. II. p. 215.

Ad Hubertum Languetum.

S. Charissime *Huperte*, misit hasce literas noster *Nicodemus*, et indicavit, se in eis de colloquio *Cosvicensi* *) scripsisse, sicut coram eramus locuti. Misi ergo hunc scholasticum cum *Gotschalco*, quo et citius et certius responsum accipiamus. Adducam autem mecum unum, aut ad summum duos tanquam testes colloquii solum.

---

1) ἐϱιστικοί] scripsi pro ὀϱιστικοί.

2) Apographon: *darent*; mendose.

*) cum Melanthone habendo. Hubertus Languetus ea in re partes mediatoris inter Melanthonem et Flacium susceperat. Vid. ep. d. 15. Iul. h. a.

Credo et *Gotschalcum* *) venturum. Idem faciat dominus *Philippus.* De verbis polliceor lenitatem summam et mansuetudinem, verum res ipsas bona conscientia negligere non possum. Amabo, cura, ut quam primum clare nobis respondeat, utque colloquium, si fieri potest, cito fiat; meditor enim profectionem quandam valetudinis causa, quam non ita cito perficere potero. Quoniam autem isti ad me aut *Wigandum*, scribere non volent, et ad doctorem illum in aliam urbem frustra scribent, ideo cupio mihi certi aliquid vel per te, vel per M. *Sebastianum* rescribi. Vale. 12. Iulii anno 1556.

Matthia Flacius Illyricus.

No. 6029. 12. Iul.

Io. Praetorio.

Epist. lib. V. p. 150 sq.

Iohanni Praetorio, docenti Evangel. Vratislaviae.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Multa sunt amicorum caussa insuavia ferenda, quae tamen honesta sunt. Ideo nunc tibi caussam odiosam commendo, quam quomodo possis placidissime agere, cum amicis deliberabis. Audio apud vos esse virum nobilem N.N.[1]). Eius filius N.N.[2]) venit in suspicionem, quod abstulerit hic cuidam viro honesto et erudito N. N.[3]) in cuius hypocausto dormivit ea nocte, quae proxime antecessit fugam, adolescentis nomismata, quorum numerum perscriptum leges in pagella, quam inclusi his literis. Indicia sunt, quae moverent severum Magistratum. Nunc hic N. N.[4]) sarciri damnum a Patre petit, ne certamen maius et famae adolescentis nociturum moveatur. Si damnum levius esset, hortarer, ut totam rem dissimularet. Sed in hac egestate viri honesti non volui hanc ipsam petitionem impedire. Nunc te oro, ut Patri verecunde haec significes, et nobis rescribas, quid responderit. Fortassis istic nosti aliquem ei familiarem, cuius uti consilio in hac re poteris. Non libenter te aut quenquam alium tali negocio onero, sed tamen huius boni et docti viri damno et paupertate moveor, ut hanc rem Patri significari patiar. Et praemoneri Patrem iustum est, ne si publicis scriptis res ageretur, maiores offensiones orirentur. Existimo autem admonitionem concionatoris arcanam non graviter laturum esse*). Bene vale, et mihi veniam da de tali negocio scribenti. Datae 12. Iulii 1556.

Philippus.

*) Abdiam Godeschalcum Praetorium.

1) *Andream Falkenberger*, A. D.

2) *Conradus*, A. D.

3) M. *Friderico Weidbrand Posnicensi*, A. D.

4) M. *Fridericus*, A. D.

*) Cf. etiam ep. ad Praetorium d. 10. Aug. h. a.

No. 6030. 13. Iul.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 218 sqq. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 214., cuius tergo Baumgartnerus adscripsit: „d. 25. Iul. 1556. per Carolum."

Hieron. Bomgartnero, Senatori incl. urbis Noriberg.

S. D. Valetudinis causa Medicis suadentibus hic *Carolus* [1]) expatiatur, cui me, si liceret, comitem adiungerem. Nam mihi magis aliquanto exercitiis corporis opus est. Sed pendeo alligatus, ut ad Caucasum Prometheus, etsi potius sum ἐπιμηθούς. Litigo cum novi dogmatis autore *Canisio*, qui contendit Filium Dei non ut mediatorem nunc, sed tantum ut Deum datorem bonorum invocandum esse, cum Cyprianus diserte dicat: *Peto a te Fili Dei, ut tu pro me petas, ut mihi detur robur*, etc. quod dictum eo recito, quia tibi talis viri testimonium gratum esse iudicabam. *Carolum* hunc auditorem nostrum tibi commendo. Sunt enim mores eius pii et honesti, et se ad Ecclesiam docendam studiose praeparat, discit linguas, quae fontes Propheticorum et Apostolicorum monumentorum continent. Quare te oro ne ei desis, si ei apud Senatum patrocinio opus erit.

Transiit hac *Vergerius* [2]), in Prussiam vocatus, qui vere questus est apud me nostris dissidiis non solum Pontificios confirmari, sed etiam audaciam in aliis malis ingeniis augeri, ut facilius

1) Carol. Schoppius, vid. ep. d. 26. Iun. 1557.

2) Petrus Paulus Vergerius, antea legatus Papae in Germania, de quo et de eius mutata mente. Vid. Saligii hist. Aug. Conf. T. II. p. 1150 sqq.

novas et Ethnicas opiniones serant. Habeo librum apud me hominis *Lituani*, qui *Servetum* revocare ex inferis conatur. Sed oro Filium Dei ut Ecclesiae reliquias servet, et nos in Ecclesia gubernet.

Iacobo Rungio misi tuas literas per peculiarem tabellarium cuius adhuc expecto reditum. Existimo Principem tardius respondere, quia iam occupatus est deliberatione de creando Episcopo Caminensis dioecesis post mortem Martini *Weier* quem tibi notum fuisse existimo. Bene et foeliciter vale. Die 13. Iulii [3]).

Philippus.

Oro Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesiam tuam domesticam, et urbem et publicam Ecclesiam protegat et gubernet.

No. 6031. 15. Iul.

Hub. Langueto.

Edita a Peucero in libro II. epistol. Mel. p. 548. (edit. Lond. lib. II. ep. 571.). Etiam in Epistolis Scholasticor. Viteberg., a Pezelio in Consiliis Melanth. P. II. p. 275., in Philophilipporum defens. p. 15., in Backmeisteri Actis Philippicis p. 27., et in Saligii Hist. Aug. Conf. T. III. p. 218. ex codice Guelpherbytano, in quem ex ipso autographo Melanthonis transscripta est epistola a Wigando. — Contuli apographa in cod. Goth. 19. p. 179. Cod. Monac II. p. 199. et cod. Mon. 86. p. 2. — Conveniunt apographa cum textu Peuceri fere ad verbum. — In omnibus libris et apographis recte inscripta est *Huberto Langueto*; at unus Pezelius eam inscripsit *Ioachimo a Berge*, et addita habet quaedam verba, quae singularis epistola fuisse videntur, denique in fine datam eam esse vult d. 15. Iul. ann. 1557. Inscriptionem Pezelii et annum 1557. errores esse, non est quod doceatur. Nam Ioachimus a Berge, d. 1. Maii h. a. testimonium de studiis feliciter absolutis accepit, quare cogitari ne quidem potest, Flacium eo in tanta re usum esse mediatore. Suspicor autem, Pezelium epistolam descripsisse ex apographo, cui (quod haud raro in libris apographorum vidi) sine nova inscriptione alia epistola ad Ioachimum a Berge adscripta fuit, quam Pezelius pro conclusione epistolae antecedentis habuit. Separavi igitur hanc epistolae partem apud Pezelium, quae incipit verbis: „Oro autem Deum" etc. ab hac epistola, eamque dedi d. 13. Iul. 1557., Iohanni a Berge inscriptam. — Quod attinet ad rem ipsam, narrantur in epp. Scholasticor. Viteberg. ep. 4. ea de re haec: *Flacium Illyricum*, eo tempore Magdeburgi versatum, conscripsisse articulos de pace inter ipsum et *Melanthonem* faciendа, eosque *Paulo Ebero* misisse, ut Melanthoni eos proponeret, Eberum vero eos non tradidisse, quum in iis petitum fuisset, ut Melanthon suam sententiam et suos amicos ipse damnaret. Postea Magdeburgum forte venisse *Hubertum Languetum*, tum in Saxonia commoratum, cui nunc Flacius, Wigandus et Abdias Praetorius persuasissent, ut articulos Melanthoni traderet, quod Hubertus, insidiarum ignarus, promisisset, fecisselque. Quum autem illo tempore Flacii liber de concordia, atrocissimorum criminationum plenum iam in lucem prodiisset, Melanthonem totam actionem repudiasse, ideoque has Huberto tradidisse literas. Caeterum quae serius acta sunt hac in re vid. ineunte anno 1557.

Integerrimo viro, Huberto Langueto, fratri suo carissimo [1]).

S. D. Dixit quidam ex veteribus amicis nostris, me opprimendum esse, ne impediam ea, quae ipsi moliuntur. Ego vero cur ipsos impedire dicor, cum taceam et colaphos accipiam, et ne quidem manifestas iniurias depellam? Viro in luctu et ingenti dolore propterea, quod ab ipsis impediri et [2]) piorum colloquia et explicationem rerum maximarum video, de quibus et ego libenter velim cum piis, doctis, candidis, non [3]) amantibus sophisticen colloqui propter gloriam Dei et communem salutem. Cum indoctis, rabiosis, furentibus odio, aulicis gnathonibus aut tribunitiis hominibus, qualis fuit *Superbus* et quales video esse *Gallum* et Aurifabrum [4]), quid prodest colloqui? Fuit mihi dulcis et amicitia et familiaritas cum *Illyrico*, et cum eo libenter colloquerer de toto corpore doctrinae. Sed sparsit antea, quae a me nec dicta nec cogitata fuerunt: quare nunc quoque insidias metuo. Utinam pari candore, quo ego libenter velim cum eo agere, ageret mecum. Sed nemo meorum amicorum vult interesse colloquio, et indicant [5]), mihi non esse tutum, solum cum eo colloqui. Diu autem iam quidam pii [6]) Principes flagitant, ut aliqui pii et docti conveniant. Et quidem assidui gemitus idem expetunt. Talis conventus si erit, ut spes est, locus dicendi fortassis et nobis et aliis dabitur. Ego nihil moveo, nihil molior [7]), non munio [8]) me factionibus, quod si vellem facere non deesset mihi consilium, sed meo loco doceo literas utcunque publicae utilitatis causa, et in hac senecta animum meum ad mortem praeparo, a qua non procul absum, et filium Dei oro, ut me faciat vas misericordiae. Quaerant alii regna et potentiam. Nihil haec ad me

---

3) Annum 1556. adscripsit alia manus.

1) Sic se habet inscriptio apud Salig., Backm. et in cod. Goth.
2) Pez. *et impediri*; ex mendo.
3) Cod. Goth. *et non*.
4) Superbus i. e. *Stoltz*, concionator aulicus Vimariensis; Nicolaus Gallus, Regiomontanus, et Iohannes Aurifaber, Lutheri discipulus, concionator Vimariensis.
5) Peuc. et Salig. *indicant*; ex mendo.
6) Salig. *pii quidam*; in cod. Goth. *pii* desideratur.
7) *nihil molior*] praetermisit cod. Goth.
8) Backm. *misceo aut munio*.

pertinent. Iudicabit et de cursu et de voluntate cuiusque filius Dei, qui scit, me optare, ut veritas illustretur, ornetur gloria Dei, et ut sit Ecclesia non deformis. Cum hac conscientia vivo, et me Deo commendo[9]). Scio, me miserum hominem esse, et non esse *ἀναμάρτητον*. Sed in hac vocatione quod fuerit studium meum, qui labores et quae voluntas, spero multos honestos homines et prudentes considerare[10]). Die 15. Iulii[11]).

Philippus Melanthon.

9) Articulos XII a Flacio ad Melanthonem missos ex Mst. edidit Salig. in Hist. Aug. Conf. III. p. 227., quorum quosdam hic addere commodum visum est. „Nachdem wir bisher mit einander von den Adiaphoren und Mitteldingen zwiespaltig und streitig gestanden, welches vielleicht einen bösen Schein, vielen auch einen Anstoß gegeben, als haben wir uns deshalben — unter einander freundlich verglichen in Maßen, wie folgt. — 2) wir erkennen den Papst für den rechten Antichrist, — 3) bleiben einhellig bei der Augsburg. Confession, — 4) verdammen alle das Trident. Concilium und das Augsb. Interim, und was zur Zulendung [?] desselben vorgenommen und verstattet ist; 5) halten, daß keine christl. Einigkeit und Gleichheit in der Religion mit den Papisten kann ausgerichtet werden; 6) — — daß niemand — mit den Papisten in der Lehre und Ceremonien Gleichheit zu machen sich forthin unterstehen kann und soll, — — 7) daß weltlicher Obrigkeit nicht gebühre, Aenderung in guten und leidlichen Ceremonien vorzunehmen ohne Wissen und Willen der Kirchen, vielweniger daß sie Macht habe, dieselbe, zeitliches Friedens willen, nach der Verfolger und Gottlosen Wohlgefallen zu mildern, und sich ihnen gleichförmig zu machen; 8) verdammen und verwerfen auch die zweizüngige und zweifelhaftige ärgerliche Proposition und Rede: gute Werke sind nöthig zur Seligkeit; — 9) verdammen den Irrthum der Zwinglianer vom hochwürdigen Sacrament und der Wiedertäufer Irrthum, welcher jetzt hin und wieder verneuert wird und einschleichet. 10) Wo irgend ein Irrthum einreißen würde, als mit des Osianders und Schwenkfelds geschehen, wollen wir — — denselben aus Gottes Wort wehren — bald im ersten Anfang, ehe er wie der Krebs um sich gefressen. 11) Wo etliche, es sey insacheim oder öffentlich, der wahren Religion verdruckliche und den Gewissen schädliche Irrthümer vorgeben und ausbreiten würden, wollen wir dieselbigen als einen Fluch meiden, nicht eher für unsre Brüder erkennen und in unsre Gemeinschaft nehmen, sie haben denn zuvor ihren Irrthum verdammt, und öffentlich widerrufen. Denn solche der Kirchen Wunden lassen sich nicht mit Stillschweigen heilen und verdulden. 12) Und ist ohne Noth, deß viel Ursachen anzuzeigen. Verständige, gottfürchtige Leute, denen es mit der Religion, Pflanzung und Erhaltung reiner Lehre ein Ernst ist, verstehen und wissen wohl, daß man in Glaubenssachen anders fahren muß, denn in weltlichen Händeln, da man oft amnistiam macht, d. i. irrige Sachen durch Vergessen aufhebt, fahren läßt und nicht mehr eifert, und daß auf keine andere lindere Mittel ohne Nachtheil der Religion die Zweifel in der Kirchen kann gestillet und aufgehoben werden." — Hi articuli inscripti sunt in manuscr. „linde Fürschläge, dadurch man gottselige und nothwendige friedliche Vergleichung machen könnte zwischen den Wittenbergischen und Leipzischen Theologen und den andern, so wider sie geschrieben haben."

10) Quae nunc apud Pezel. sequuntur: *Oro autem Deum* etc., ea vide infra d. 15. Iul. 1557.

11) Pez. *die* 15. *Iul. anno* 1557. Backm. *die* 13. *Iunii.* Cod. Monac. et Salig. *die* 15. *Iul.* 1556.

No. 6032. (med. Iul.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 703 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 845.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Gratiam habeo filio tuo, quod ad nos expatiatus est, et oro Deum Ecclesiae custodem, ut te, et totam Ecclesiam tuam domesticam servet incolumem. Ego aestu, barbarico victu, doloribus absumor, et tamen accedunt labores satis molesti. Princeps *Ambergae* gubernator misit mihi indicandum scriptum de doctrina et ritib. Ecclesiarum suae *διοικήσεως* *). Video doctrinam ad verbum descriptam esse ex libro Megapolitano. Caetera nondum legi. Meus frater etiam dulces spes adventus ad nos sui somniat, quem quidem etiam tua caussa velim nobiscum aliquot dies esse. Si non proficisceris in patriam, valde te oro, ut Cal. Augusti ad nos Dessam venias, ad pertexendam genealogiam *Ascaniorum*, quo ante menses aliquot profectus essem, nisi subinde incidissent *ἀπροσδόκητα κωλύματα.*

Nuper me etiam vocavit *ὁ βλάκιος* in vicinum oppidum Coswicam, credo ut novas fabellas suo theatro afferrent. Respondi me solum cum eo non colloeuturum esse. Fortassis haec ipsa recusatio simplicissima, praebebit eis nova argumenta Tragoediarum. Sed commendo nos Deo. Nihil miremur *ἐν τοιαύτῃ ἀναρχίᾳ, ἐν ᾗ πᾶσα ἔνεστι κακοῦ ἰδέα,* fieri quae nollemus, sed tamen credo, et esse Ecclesiam Dei, et victricem fore.

Filius affert Gratiani Imperatoris *νόμισμα,* quem eo diligo, quia misit confessionem dignam memoria, Ambrosio, et addit *ἐπιφώνημα:* Loquimur de Deo, quantum possumus non quantum debemus, quam vocem saepe cogito.

Heri accepi longam disputationem de Marchico dogmate illato in Nariscos *περὶ θανάτου θείας φύσεως,* etsi cohorresco haec cogitans. Sed precemur filium Dei, ut nos gubernet, et Ecclesiam servet, et nos in ea.

Nostra filiola *Martha* sic aegrotat, ut physicae caussae spem vitae exiguam ostendant, ea res etiam mihi dolores auget, sed monemur a Deo multis poenis, ut accendatur invocatio.

*) Vid. ep. d. d. 25. Iul. h. a.

Grimmense incendium prius cognovistis, quam nos. Periit aliquanto ante et *Spremberga* fere tota, in vicina Lusatia, quod an audieris nescio. In his tantis miseriis multorum piorum hominum, ludunt sophistae, et contra *Menium* scripserunt περὶ ἔργων, credo prorsus πάρεργα, et librum Hamburgam miserunt, ut adderentur ὑπογραφαί. Sed audio improbatum esse consilium. Dedi filio tuo *Menii* epistolam, quam ideo leges libenter, quia ostendet, et iudicii rectitudinem, et benevolentiam ergā amicos, etsi publicae calamitatis cogitatio dolorem afferet. Oro filium Dei, ut nos gubernet. Ex Pomerania quotidie nuncium, quem eo misi, expecto. Bene vale.

Philippus.

No. 6033. 17. Iul.

N. N.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Ad . . . . . .

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Tertia haec epistola est, quam ad te post iter tuum mitto. Et hanc assiduitatem in scribendo praesto cum propter amicitiam, quae inter nos nequaquam fucosa fuit, tum ut scias, Academiae studia et negotia, quae te scire non est inutile. Non arbitror hoc anno conventum theologicum fore, quem scis a multis expeti. *Snepius* fuerat missus Ratisbonam, sed rediit [1]). Existimo Papam prohibiturum esse colloquium suae factioni cum nostris. Nam et in Polonia prohibuit nationalem Synodum indici [2]). Utinam nos coniunctionem nostram maiori studio tueremur. Quaeso ut nobis rescribas. Bene vale. Die 17. Iulii.

Philipp. Mel.

No. 6034. 21. Iul.

Flacius ad Languetum.

Edita in *Backmeisteri* Actis Philippicis p. 29. — Apographon et cod. Monac. 86. p. 2 b.

1) Vid. quae supra Mollero d. 31. Maii 1556. et Hardenbergio d. 17. Iun. scripsit.

2) Vid. ep. ad regem Daniae d. 30. Iul. 1556.

Integerrimo viro, Dom. Huperto Langueto Burgundo, dom. et amico suo colendo,

S. D. Charissime *Huperte.* Cum magno dolore legi istud responsum. Video enim longe minus spei piae pacis superesse quam vel ipse putaveram, vel a communibus amicis, seu pacificatoribus, persuasus fueram. Insunt non pauca dura admodum ad quorum aliqua respondebo simpliciter et breviter [1]). Metuit ille insidias, requirit in me candorem, nec putat, satis tutum esse mecum colloqui. Atqui [2]) tutemet scis, D. *Tilemannum* ita nobis persuasisse, quod ille petat, ut ego ad ipsum colloquii causa veniam solus ad solum, certe testium nullam mentionem fecit, quos ego expetivi. Quare duplici nomine in colloquio hoc suspectus esse non debebam, tum quia prior id petierit, tum quia ego testes utrinque [3]) adhiberi cupierim. Sed negat ille, quemquam suorum amicorum venire voluisse, quod mihi miraculi instar est. Sat enim scio, te tuique similes plures potuisse testimonii causa adduci, qui me nihil fingere aut mentiri de illo colloquio postea passi fuissetis. Miror tamen, quos ille amicos per illud breve tempus consuluerit, qui comitationem recusaverint. Atque haec de colloquio.

In ipso porro initio statim recitat, cuiusdam [4]) e nostro grege dictum, opprimendum eum [5]) esse, ne impediat nos in nostris conatibus. Atqui ego Deum testor, me illud non audiisse, nec dixisse, nec cogitasse, ac ne somniasse quidem unquam ante visam istam epistolam. Nec sane veresimile mihi est, quenquam e nostris quicquam tale dixisse. Nam praeter alia etiam illud me movet, quod ipsum opprimere plane nobis sit impossibile. Non enim nos de vita aut fortunis eius consulimus, aut pronunciandi ius habemus, sicut ipse damnavit *Frederum* [6]), Magistrum *Davidem Friburgensem* et Mag. *Martinum Wolfium* [7]). Praeterea quid nos tandem molimur, aut

1) Verba: *Insunt non* etc. tantum habentur in cod. Mon. 86.

2) *Atqui*] Backm. *atque.*

3) *utrinque*] Backm. *utriusque.*

4) *cuiusdam*] abest a cod. Mon. II. et a Backm.

5) *opprimenda ea*] cod. Mon. II.

6) Cod. Mon. 86. *Fridericum.*

7) De *Davide*, diacono Freibergensi (non Freiburgensi), vid. dicta ad ep. d. 12. Febr. 1555. Quod attinet ad M. *Wolfium*, Pastorem Colditziensem, qui adversus Mauritium Ducem Electorem et eius bellum contra Magdeburgicos ex suggestu sacro dira dixerat, adeoque d. 22. Oct. 1553. quum coram Augusto, Duce Sax. Electore, concionaretur, huic eiusque

in quo ille nobis demum resistit nisi in adiaphorismi aut Maiorismi damnatione? Affirmat, me multa de eo mentitum esse; fiat ergo[8]) iudicium, ut[9]) alterutrius partis iustitia vel iniustitia liquide cognoscatur. M. *Gallum*, *Superbum*[10]) piae memoriae, et *Aurifabrum* vocat indoctos, rabiosos, furentes odio, gnathones aulicos etc., quae nec ad pacem faciunt, nec ab eo, si res iudicari deberet[11]), probari possent.

Haec iam breviter de obiectis respondere volui, quae utinam ei ita proponi possent, ut desineret aliquando tandem cuivis[12]) de nobis credere et tam atrociter iudicare. Ego enim sincere et candide hac aestate piam pacem quaesivi, et quatuor vias, ut scis, proposui, scilicet iudicium, nostros articulos, meliores alios ab ipsis proponendos, vel demum istud colloquium, quod tamen ipsi priores petiverant. Quam molliter *Godeschalcus* ad *Winshemium* et *Philippum* scripserit, orans et supplicans, ut aliquam pacis viam illi monstrent, tutemet scis, nec tamen ullam monstrare voluerunt. Quoniam igitur omnes amicae placataeque actiones et conatus frustra sunt, privatimque illi[13]) per vos et alios frustra de transactione monentur, nimirum[14]) Christi consilium nos sequi oportet etiam in hac executione huius negotii, qui praecipit: *dic Ecclesiae*, sicut et ante in refutando seu curando[15]) isto furore coacti sumus. Bene in domino Iesu vale, et nobiscum vicem Evangelii[16]) dole, quod isti tanto crimine lapsi, illataque tanta toti religioni ac Ecclesiae iniuria, nec poenitentium agere volunt, nec pacem fratrum laesorum quaerere, imo nec oblatum quidem amplecti, aut meliorem monstrare. Dominus adsit suae miserae Ecclesiae. Amen. Datum Magdeburg. 21. Iuliii[17]) anno 1556.

Tuus Illyricus.

---

familia iram Dei minatus fuerat, eaque de causa, d. 4. Dcb. 1553. Dresdae coram Melanthone et Gressero, Superint. Dresdensi, frustra admonitus, in carcerem coniectus et postea a munere remotus est, vid. prolixa narratio in Saligii hist. Aug. Conf. T. III. p. 222.

8) Cod. Mon. 86. *autem.*

9) Cod. Mon. II. *et* pro *ut.*

10) Cod. Mon. 86. *Stolzium.*

11) Cod. Mon. 86. *diiudicari deberent.*

12) Cod. Mon. 86. *cuius*; in cod. Mon. II. desideratur.

13) Cod. Mon. 86. *illis.*

14) Cod. Mon. II. *minimum.*

15) *curando*] cod. Mon. II. *iurando*, ex mendo; cod. Mon. 86. *damnando*, ex coniectura.

16) *Evangelii*] Backm. *Ecclesiae.*

17) Backm. et cod. Mon. II. habent: 21. Iunii.

No. 6035. 21. Iul. (h. a.?)

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 185.

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone charissime. Praecipuas narrationes, quas, domum reversus, accepi, in pagella annotavi. †Et literas Marchicas arbitror vos non sine indignatione lecturos esse. Sit alia iudicia Principes et docti in synodum afferent, quid futurum est? Sed filio Dei nos commendo"*). *Hieronymus Crapp*, filius nostri Consulis, offert se Illustrissimo Principi, Electori, et mavult in Patria quam alibi servire. Spero, usui futurum esse Reipub. Nam ingenio valet, et non omittit inchoatum studium, et in moribus est modestia et gravitas. Aetas et usus addent consilium et industriam. Commendat etiam sese Deo, et voluntati Illustrissimi Principis et vestrae benevolentiae. Bene et feliciter valete. Die 21. Iulii.

Philippus.

No. 6036. 24. Iul.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1220.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et carissime Frater. Etsi et optabam *Heshusium* nobiscum esse, et ἀφορμὴ erat, tenuis adhuc, sed tamen indigenti non aspernanda, tamen postquam Deus eum apud vos collocat, voluntati Dei obtemperemus. Ac gratiam habeo principi et vobis, quod hunc hospitem amanter excepistis et adiuvatis. Opto etiam, ut vestra Academia sit collegium salutare Ecclesiae. Nos laboribus obruimur, et desidero παραστάτας, qui partem laboris subeant. Nunc missa est ad me forma doctrinae et rituum Ecclesiarum *Ducis Bavarici Wolfgangi.* Pleraque sunt ad verbum descripta ex vestro libro. Sed in ritibus quaedam addita sunt, quae mihi plus negotii faciunt. Pre-

---

*) Addit A. D.

cationes ad patrem, filium et Spiritum sanctum concinnas esse velim. Praesertim cum nuper *Canisius* Pragae concionatus sit, Christum non posse maiore contumelia affici, quam si invocetur, ut Mediator. Cohorresco haec cogitans. Velim autem et te de hac quaestione cogitare: rectene dixerit Cyprianus: Peto a te, Domine Iesu Christe, ut pro me petas. Omnino nostris coniunctione opus est, et consiliorum et laborum communicatione. Quare te etiam oro, ut *Fredero* sis hortator, ut tandem περὶ τῆς μνήσεως rixari desinat. Petit a nobis compensationem damnorum, quae sibi accidisse inquit, propter sententiam nostram. Quaerit συμμαχίας, ut novum bellum nobis inferat. Haec certamina nec ipsi, nec nobis utilia erunt. Et rectius faceretis, si cum habeat iam tranquillam sedem, perficietis, ut communi harum Ecclesiarum tranquillitati et ipse consulat. Libenter de multis rebus ad te scriberem, si tempus mihi concederetur; sed tecum et cum aliis amicis coram loqui decrevi, quam primum exspatiari licebit. Mitto tibi paginam Graeci Epithalamii, in quo non multa mutavi, quia deest tempus. Moram editionis scio ingratam esse scriptoribus. Sed date veniam nostris occupationibus. De Pannonia mitto certam narrationem, quam poteris mittere in aulam. Bene vale et rescribe de Mediatore. Pridie Iacobi. Salutem vobis omnibus opto. Philippus.

No. 6037. 25. Iul.

Wolfgango, Palat.

Edita a Strobelio in Melanchthonianis p. 147. Apographon in cod. Galli II. p. 233. — (Forma sacrorum Palatina secundum iudicium Philippi mutata prodiit primum 1557. Vid. *B. G. Struvii* ausführlicher Bericht von der Pfälzischen Kirchenhistorie p. 55 sqq.) Vid. epist. *Rauscheri*, d. 25. Decbr. h. a. scripta.

Dem Durchleuchten und Hochgebornen Herrn Wolfgang, Pfalzgraven bei Rhein, Herzogen in Bayern und Graven zu Veldenz, meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchter Hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr. Ew. Fürst. Gnaden Kirchenordnung, mir zugeschickt, hab ich mit Fleiß ganz durchlesen, wie meine Hand durchaus mit dem Rubro beweiset, und sprech nach meinem geringen Verstand, daß die Lehr in gedachter Ew. F. G. Buch recht ist, und ohne Sophisterei und Calumniis zu verstehen [1]), ist sie gewißlich [2]) der Verstand der Confession, die in aller Chur- und Fürsten zu Sachsen Landen und in den Sächsischen Städten christlicher Lehr angenommen ist.

Weiter von den Ceremonien und menschlichen Ordnungen, die nicht superstitiose gemeint sind, sondern dienen zu ordentlichem Leben, zu reden, sprech ich auch, daß die Ceremonien in Ew. F. Gn. Buch ziemlich [3]) geordnet sind, und mögen christlich also gehalten werden. Denn daß etliche wilde Köpfe wollen, es solle keine Ordnung seyn, und ein jeder soll es machen, wie es seinem wüsten Kopf wohl gefällt, diese Grobheit ist nicht recht und nicht menschlich. Ich wollte auch, daß, so viel möglich wäre, ziemliche [3]) Gleichheit in vielen Landen wäre, sonderlich bei den Nachbarn. Und sind Ew. F. G. Ceremonien wenig ungleich den Ceremonien dieser Land. Und Ew. F. G. sende ich das Buch wiederum samt beigelegten rothen [4]) Schriften, darin ich etliche Stück aus Ursachen deutlicher geredet. Auch im Buch hab ich in margine beiweilen mit rother Schrift etwas verzeichnet, † mag auch wohl leiden"[5]), daß Ew. F. Gn. selbst und Ew. F. G. Prädicanten dieses alles richten. So ich auch bei der Stellung gewesen wäre, oder noch dazu erfordert würde, wollte ich vielleicht etliche Stuck deutlicher erklären. Doch ist auch dieses Buch unsträflich, so man ohne Sophisterei richten will. Wider Sophisterei kann man nichts genugsam verwahren.

Der allmächtige Sohn Gottes Jesus Christus, der gewißlich ihm eine ewige Kirche im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium und nicht anders sammelt, wolle E. F. G. und E. F. G. Gemahl und junge Herrschaft gnädiglich an Seel und Leib stärken, und zugut der armen Christenheit lang erhalten, wolle auch gnädiglich Kirchen und Land in E. F. G. Fürstenthum und der ganzen Pfalz regieren und bewahren, und E. F. G. befehl ich mich als einen armen Diener in Unterthänigkeit. Datum Iacobi apostol. 1556.

E. F. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

---

1) Strob. versehen.
2) Strob. getreulich.
3) In utroque loco Strob. zierlich, quod mutandum est in ziemlich, quia respondit latino *mediocris*, *mediocriter*, quo de eiusmodi rebus Melanthon saepissime uti solet, quodque ei, ubi de conditione rerum loquitur familiarissimum est.
4) Strob. edidit Roten.
5) Haec exciderunt e textu Strob.

Scheda *).

Ew. F. G. Bote ist anher kommen auf den Donnerstag 16. Julii und ist weggezogen auf den 28. Tag Julii, hat also zwölf Tage verzogen. Denn ich habe diese Arbeit neben anderer Arbeit nicht zeitlicher fertigen können. E. F. G. bitt ich in Unterthänigkeit, sie wollen an diesem Verzug kein ungnädig Mißfallen haben. Denn ich hab das ganze Buch durchlesen wollen, getreuliche Antwort zu schreiben.

Annotata.

pag. 9. Omittatur mentio *locorum*, quia est privatum scriptum, et quaedam reprehenduntur a nostris quibusdam. Satis est, nominasse scripta prophetica et apostolica, Symbola et confessionem Augustanam. Sicut ipse tantum haec nomino in repetitione confessionis nostrae.

pag. 80. Addidi de tertro errore Anabaptistarum, qui tollunt discrimen peccati mortalis et peccatorum, quae non expellunt Spiritum S.

pag. 89. addidi de baptisandis infantibus chartam insertam hoc signo *β. γ.*

pag. 116. Cum Catechismus, qui ibi recitatur, usitatus sit, nihil mutavi. Sed vellem deliberari de Catechismo non quidem prolixo, sed tamen pleniore, et qui ad verbum reposceretur a discentibus.

pag. 137. Vermanung, Confessio, Absolutio, Danksagung, Invocatio. Ista omnia iudico recitanda ante Ecclesiae communionem, quia communio debet habere talem commemorationem. Ut in graeca Ecclesia veteri talis forma canonis fuit. Haec res est magni momenti. Altera brevior forma p. 141. non habet expressam sumentis applicationem, nec gratiarum actionem; ideo non est idonea.

pag. 149. et deinceps sunt multae precationes seu collectae ieiunae, non sumtae ex fontibus doctrinae principalis. Unam mutavi de Trinitate, quia priores nihil dicebant de discrimine personarum. Et vellem semper in compellando servari formam: allmächtiger Gott, ewiger Vater unsers Heilands Jesu Christi, Erschaffer samt deinem Sohn und heiligen Geist.

Scriptum de Anabaptistis etc.
Gebeth für Obrigkeit etc.
Gebeth in festo Trinitatis.

Scriptum luculentum et plenissimum consolationis: vom Trost wider den leiblichen Tod und wider die weltliche Schand.

*) Accuratius Melanthonis monita explicata habes in epist. Rauscheri, infra d. 25. Decbr. 1556. Haec scheda, ut eam edidit Strob., non descripta est in cod. Galli.

No. 6038. 25. Iul.

Io. Marbachio.

Edita in *Io. Fechtii* hist. Eccles. sec. 16. Suppl. p. 58.

Ioanni Marbachio, Argentorati.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Non dubito, te quoque crebris gemitibus optare, ut aliquot pii et eruditi de Ecclesiae vulneribus colloqui possint. Id ut fiat, diu iam Principes quidam moliuntur. Quorum etsi consilia impedientur, convenire tamen aliquos privatim necesse erit. Qua de re velim te mihi et tuum consilium scribere.

Nunc autem commendo tibi hunc adolescentem *Sigismundum Prettenholz* *), natum in Marchia. Patri eius auctoritatem prudentia et virtus tantam peperit, ut apud sapientem Principem Marchionem inter praecipuos consiliarios sit. Praecipue autem tuetur doctrinae studia et fovet Ecclesias. Ipsius etiam *Sigismundi* natura doctrinarum capax est, et modesta. Auditurus est *Sturmium* et alios eruditos lectores apud vos, quibus ut eum commendes te oro. Refert enim scire, qui sint hospites. Optat autem pater, sic eum probari, ut aliquanto post adiungatis ei discipulos aliquos, quos erudiat, aut cum quibus in Galliam proficiscatur. Si pater intelliget, vos erga filium officiosos fuisse, maiore cura et ipse ornare Ecclesiam, et nostrum gregem tueri studebit. Quare vos oro, ut hunc adolescentem et complectamini et ornetis. Mitto tibi exemplum enarrationis Epistolae ad Romanos, quod legas ut iudex, et iudicium tuum mihi significabis. Bene vale. Die festo Iacobi Apostoli anno 1556.

Salutem vobis omnibus opto.

Philippus Melanthon.

*) In ep. quae sequitur appellatur *Pirkholz*.

No. 6039. 25. Iul.

Io. Sturmio.

† Ex autogr. Melanth. in cod. Basil. Vol. XXV. p. 50.

Clarissimo Viro eruditione et virtute praestanti D. Iohanni Sturmio gubernanti studia doctrinae in inclyta urbe Argentorato fratri suo carissimo.

S. D. Non oblivione amicitiae nostrae nequidem assiduitate occupationum, sed dolore fit ac ingenti moesticia, quod raro ad vos scribo. Doleo enim impediri colloquia iis de rebus, quae maxime requirebant communem piorum et eruditorum deliberationem. Vides autem quorum et clamores et κροτοθόρυβοι rerum necessariarum explicationem impediant. Sed hac de re, si vivam, coram brevi tecum loquar. Nunc tibi commendo honestum adolescentem *Sigismundum Pirkholtz* cupidum tuae doctrinae. Patris et prudentia et virtus excellens est, quam ab causam autoritas eius apud sapientem principem Marchionem *Iohannem* praecipua est. Cumque intelligat, quantum decus sit eruditio, non haec sophistica tribunicia quae et disciplinae frenos laxat, et errores stabilit et vulgi plausus captat, sed quae ex veris doctrinarum fontibus hauritur et mentes ad virtutem flectit, curat filios recte doceri. Eamque ob causam hunc ad te mittit, quia et formam orationis tuae et iudicium tuum maxime probat. Sic autem probari vobis filium optat, ut ei aliquanto post discipulos aliquos adiungas aut quos erudiat aut quos in Galliam comitetur. Quicquid autem beneficiorum huic *Sigismundo* tribues, non solum eius patri, sed mihi quoque tribuisse te existimato. Bene vale cariss. frater. Die festo Iacobi.

Salutem opto *Sledano* *).

Philippus Melanthon.

No. 6040. 30. Iul.

Christiano III., Reg. Dan.

Schumacher Briefe an die Könige in Dänem. Vol. II. p. 76. epist. 27.

*) Mortuus est Sleidanus d. 18. Oct. 1556.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Durchleuchtister, großmächtigster, gnädigster König und Herr. E. K. M. dank ich in Unterthänikeit von wegen des gesandten Gnadengelds, das der Bott Scherf vor etlichen Wochen in diesem Sommer treulich hie überantwortet hat, und sende hiemit ein kurze Verzeichniß soviel ich diese Zeit von Zeitung hab gewißt, wiewol ich nicht zweifel, E. K. M. habe sunst von diesen und andern Sachen gewissere Schriften. Dieses ist ohne Zweifel E. K. M. am gefälligsten, daß der Papst selb das Concilium verhindert, daraus ihnen und uns mehr Unruhe folgen würde. Er hat auch in Polen den National = Synodum verboten. Und wiewohl solchs alles vom Papst zu Erhaltung seiner Tyrannei gedacht ist, so ist es doch uns besser. Der allmächtige Gott, Vater unsers Herrn Jesu Christi, wolle E. K. M. und E. K. M. Königin und junge Herrschaft gnädiglich bewahren, regiren, und zu Gut der armen Christenheit lange erhalten. Dat. 30. Iulii 1556.

E. K. M.

unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

(*Pagella huic epist. inclusa.*)

1556. mense Iulio.

Der Reichstag zu Regensburg ist im Julio angefangen, Gott gebe mit Gnaden! und ist Commissarius Herzog Albert von Baiern. Und wiewol zuvor Rede gewesen sind von einem Colloquio der Gelehrten beides Theils, päpstlicher und unsers Theils, so hat doch der Papst den Seinen verboten, ein Colloquium mit den unsern zu halten; giebt für, er wolle ein Concilium halten, und ist also weiter keine Rede vom Colloquio. Der Papst hat dem Columneser etliche Städtlein genommen, die er seinem Vetter eingeben hat, und practicirt bei Frankreich wider den Kaiser.

Von Markgraff Alberts Sachen hanget die Handlung wie bis anher.

Von Hungarn ist gewiß, daß Peterwitz und Bebeck das Land Siebenbürgen inhaben, dem jungen König, Johannis Sohn, zu gut.

Zu Constantinopel ist ein großer Terrae motus gewesen, und sind viel Gebäud eingefallen und haben viel Menschen erschlagen.

Jetzt sind zween Männer allhie, der eine von Cäsarea, Basilii Vaterland aus Cappadocia, der an-

der aus Greckenland, von Nauplia. Sammelt der alte seine Kinder zu lösen, sagen von der Türken Tyrannei; aber berichten, daß noch in allen Landen viel Christen sind; aber der Türk nimmt jährlich jung Volk weg, Knaben und Meidlein, seines Gefallens.

Von Livonia haben E. K. M. gewissere Schriften denn ich.

In diesen Landen ist, durch Gottes Gnad, in Kirchen und Universitäten christliche Einikeit.

No. 6041. 1. Aug. (Dessaviae.)

Ioachimo Anhalt.

Praefatio praemissa libro: Genealogia und Chronica des Hauses Anhalt (durch Ernst Brottuff), Leipzig gedruckt durch Jac. Berwaldt. 1556. fol. (*Lunz.*)

Dem Durchlauchten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Joachim, Fürsten zu Anhalt, Graffen zu Ascanie, Herrn zu Bernburgk und Zerbst, meinem Gnädigen Herrn.

Es sind zugleich bey dem Durchlauchtigsten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philippen, Pfaltzgraffen bey Reyn und Churfürsten viel Gelehrter Männer gewesen, Nemlich Johannes von Dalburg, Bischoff zu Wormbs, N. Pleninger, Cantzler, Rudolphus Agricola, Doctor Johannes Reuchlin, Doctor N. Walter. Nu sind dieselbige Zeit in deutscher Sprach nicht Chronicken gewesen, oder wenig, doch nicht verständlich, mit Ordenung der Monarchien, geschrieben, ohne Unterschied der Kirchen und weltlichen Herrschafften, mit Anzeigung, wo zu jeder Zeit die Kirch gewesen sey, und wie sie Gott wunderbarlich erhalten hat, welche Könige für und für zu Erkentnis Gottes beruffen, und zu Pflantzung rechter Lehre gedienet haben, und wie ihnen Gott scheinbarliche Stärcke und Hülffe gethan hat, dagegen auch, welche Verfolger und Tyrannen gewesen, und wie sie Gott gestürtzt. Item von vielen Göttlichen schönen Gaben und grawsamen Straffen, damit Gott von sich und seiner Gegenwärtigkeit, und von seiner Gerechtigkeit Zeugnis geben hat etc. Item, von mannicherley Tugend der*) löblichen Regenten, und von Untugend der Tyrannen etc. Als aber Bischoff Dalburg und andere, aus Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Diodoro Siculo, Plutarcho, Livio, und anderen viel von solchen alten Sachen redten, begehrt der Pfaltzgraff Philips, sie sollten ihm in die Historien helffen, und ein ordentliche Chronicken fassen, mit Austheilung der Monarchien, Unterschiedt der Völcker, und Königreich, und Erzählung der vornehmesten Sachen, und Veränderungen, und sollten solchen Auszug als gelehrte Männer aus vornehmesten Scribenten, in Griechischer und Lateinischer Sprach nehmen, und in Deutsche Sprach bringen etc. Dieses ist also vornemlich durch Rudolphum Agricolam, und Johannem Reuchlin geschehen, die zu dieser Arbeit Lust gehabt, und sind in Sprachen wohl geübt, und sonst verständige Männer gewesen. Haben also dem Hochlöblichen Fürsten ein Ordentlich Corpus, aus der Bibel, und hernach aus Herodoto, und folgenden fürnehmesten Historicis zusammen gebracht, das Hochgedachter Fürst mit großem Lust gelesen, und offt davon geredt, daß sehr nützlich sey, alle Zeit Ordnung, und die gantze Welt, und die grössesten Veränderungen anschauen, und zugleich vor Augen haben, Und daß solche Betrachtung der Göttlichen Wercke, Hülffe und Straffen, und mannicherley Exempel viel nützliche Erinnerung gebe, und sey ein starcke Bekräfftigung warhafftiger Christlicher Religion, sey auch ein Liecht des gantzen Lebens, das zeiget, wem und wie wir leben sollen, und wie die Stend von Gott geordent sind, was jedes Ampts Fährligkeit und Hülffe sey etc. Diese gantze Rede von Hochgedachtem Fürsten, Pfaltzgraffen Philips, haben ich und andere offt von Doctor Reuchlin gehöret, die ich derhalben allhie gerne angezogen habe, daß andere durch solchs Fürsten Exempel beweget werden, auch zu betrachten, daß Historien zu wissen in menschlichem Leben nit allein nützlich, sondern auch nötig sey. Dann man muß ja wissen, was Kirch ist, und wo sie allzeit gewesen ist, wie Gott sich für und für geoffenbaret, welch Zeugnis er darbey geben hat, wenn der Sohn Gottes Jhesus Christus hat erscheinen sollen, welche Lehr sonderlich Unterscheid machet zwischen Gottes Volck und den Heyden, wie die Kirche wunderbarlich beruffen, gepflantzt und erhalten ist etc. Dieses kann man nicht ordentlich fassen, so man nicht Ordnung und Zeit der Monarchien und Herrschafften weiß. So ist in weltlichen*) Regierung auch nötig zu wissen die Stammen der Herrschafften, die Erbschafften, die alten Geschichten, Verändrungen, Verträge, Bundnussen etc. Zu dem allem ist offentlich, daß Erhaltung ordentlicher Regiment, Gericht und Rechten, so viel Ordnung bleibet, gewislich Gottes gewaltig Werck ist, zu Erhaltung menschlichs Lebens, und wer-

*) der] edidi pro oder, quod mendum est.

*) weltlichen] edidi pro welchen, quod mendum est.

den hierin Exempel gesehen göttlicher Gegenwärtigkeit in Straffen und in Gaben, als da die Chaldäer offentliche Gotteslästerung trieben, und die Kirchen vertilgen wollten, gibet Gott die Hoheit der Welt den Persen. Darnach da die Persen die Kirchen zu Ochi Zeiten überzogen, und Ochus seinen Vater und Bruder getödtet hatte, da must der Persen Hoheit auch ein End haben, und erweckt Gott bald hernach Alexandrum wider die Persen. Und bald hernach, als die Könige nach Alexandro auch grossen Muthwillen übten, hat Gott den Römern Tugend und Macht geben, die Könige zu straffen, und in der Welt widerumb Recht und Gericht auffzurichten etc. Daß nu in solchen wunderbarlichen, grausamen Veränderungen gleichwol die Menschen nicht gantz zurstrawet werden, sondern werden für und für widerumb ordentliche Regiment auffgericht, und bleibet darinne Gottes Kirche, dieses sind eitel wunderbarliche Werck Gottes, die man in Betrachtung der Historien erkennen soll, Gott dancken für Erhaltung der Regiment, und Gerechtigkeit lieben, und wissen, daß er Gotteslästerung, Mord, Ehebruch, Blutschanden mit großem Ernst straffet. Und sind also Historien Exempla dieser Regeln: Qui gladium acceperit, gladio peribit. Vae qui spolias, quia spoliaberis. Omnis anima, quae fecerit quidquam de abominationibus istis, evometur ex terra. Atrocia delicta, puniuntur atrocibus poenis, in hac vita. Dagegen hält auch Gott in weltlicher Regierung gemeiniglich diese Regel: Glorificantes me, glorificabo, hilfft den Gottfürchtigen Regenten wunderbarlich aus, wie dem Abraham, Joseph, David, Josaphat, Ezechie, Constantino, Theodosio etc. geschehen. Und ob gleich Straffen mit umbgehen, so lindert er doch die Straffen gnädiglich zu Erhaltung der armen Kirchen. Und ist gewislich wahr, daß Gott will, daß wir beiderley Exempel, Straffen und Gnade, anschawen sollen, und uns dadurch zu Gottes Forcht, Gehorsam, und Anruffung erwecken, und darin stärcken sollen, wer dieses nicht achten will, ist ein Verächter Göttlicher Urtheil, und wird zu seiner Zeit gestürtzt werden, wie viel tausent Tyrannen gestürtzt sind, Pharao, Saul, Caligula, Nero etc. und andere viel tausent. Aus diesem allem ist klar, daß Historien zu lernen und zu wissen, gantz nützlich und nötig ist, darzu ist auch nützlich, die Fürstliche Geburts Stämme, und die Personen zu erkennen, und zu unterschieden. Und ist zu mercken, in welchen Stämmen Tugend und Herrschafften lang geblieben, und aus welcher Ursachen viel hoher Personen Nachkommen bald verstossen sind, als Cyri Sohn, Cambyses, war dem Vater gantz ungleich, und erstach sich selbst, do kam das Reich auff sein Vetter. Und ist hie in gemein zu mercken, daß Daniel ein Zahl setzet, 490 Jahr, nach welcher Zahl ungefährlich in allen Reichen Häubtveränderunge fürfallen, wie auch die Gelehrten setzen, daß fünffhundert Jahr der Periodus sey, darnach Universal = Veränderungen gemeiniglichen folgen. Als vom Auszug aus Egypto bis auff Jerobeam, sind fünffhundert Jahr, da Israel zertrennt worden. Darnach sind bey fünffhundert Jahr zur Zerstörung Jherusalem durch Nebocadnezar, von der Wiederfahrt aus Babilon bis zu entlicher Zerstörung durch Titum widerumb fünffhundert Jahr. Von Anfang der Consulum zu Rom bis auff Julium fünffhundert Jahr. Von Anfang Julii bis zur Zerstörung der Stadt Rom durch die Gotthen fünffhundert Jahr. Nu haben Hungern, Poln und die Churfürsten in Deutschen Landen auch fünffhundert Jahr. Und wie jtzund Hungern zurrissen, ist für Augen, und sind in Deutschen Landen auch grosse Veränderungen zu besorgen. Diese Betrachtung soll uns billich zur Besserung, zu Einigkeit, und zu Gottes Anruffung anhalten.

Dieses alles wollen die Leser dieses Buchs mit Fleiß betrachten, darin viel Historien und Veränderung Deutscher Nation und Herrschafften gefaßt sind, wollen Gott dancken, daß so lange diese Nation Schutz gehabt, daß nicht durch frembde Völcker Verwüstung darin worden sind, So doch offt frembde, unchristliche, barbarische Völcker, als Hungern, Scythen und Wende, da sie noch Christlichen Namens Feinde gewesen sind, grosse Züge in Deutsche Lande gethan haben, auch sind Tartari und Türcken, etliche mal an diese Grentze kommen, und sind durch Gottes Gnade alle bis anher zurück getrieben worden.

Wöllen auch den Löblichen Fürsten und Stämmen danckbar sein, die Arbeit trewlich gethan haben, nach ihrem Beruff, zu Rettung des Vaterlandes. Und sollen uns durch ihre Löbliche Exempel zu gleicher Tugend vermahnen, ein jeder nach seinem Beruff. Dabey sollen wir auch Gott bitten, daß er gnädiglich forthin Deutschland bewahren woll für Türcken und Auffruhren, wolle selige Regiment darin geben und erhalten, die Straffen lindern, und wolle ihm allezeit durch seinen Sohn Jhesum Christum und Heiligen Geist, mit der Stimme des reinen Evangelii, unter uns eine ewige Kirchen sammlen, Zucht und Tugend gnädiglichen erhalten etc.

Nachdem nu E. F. G. zu dem daß sie zu Pflantzung Christlicher Lehr und zu guter Regierung täglich arbeiten, auch dieses Werck fürdern, daß diese Historien an Tag gebracht werden, sollen wir billich auch E. F. G.

danckbar sein, denn es wär sehr löblich und nützlich, daß viel vor Alters solchen Fleiß gethan hätten, die Historien ordentlich auff die Nachkommen zu erben. Doch sind etliche trewe und gelehrte Männer gewesen, die etwas verzeichnet haben, Und hat der Ehrbar und Wohlgelahrte Ernestus Brottauff, Bürger zu Marsburgk, ein grosse Arbeit gethan, der diesen Hochlöblichen Fürstlichen Stamm zu Anhalt etc. mit grosser Mühe und Arbeit zusammen gebracht, Darumb wir alle ihm Danckbarkeit schuldig seind. Und ob wohl die Unverständigen und Undanckbaren, auch etliche Nasweisen viel dargegen cavillirn möchten, So werden doch alle verständige und gelehrte Männer an diesem Werck sonder Zweifel ein gut Gefallen und danckbar Gemüth haben. Pindarus hatte die Stadt Athen hoch gelobt. Darumb ihn seine Stadt Thebe umb eine grosse Summa Geldes straffet, welche so sie nicht bezahlt würde, sollt er verjaget werden. Da erlegten die von Athen die gantze Summa, und gaben über das dem Pindaro eine Verehrung. Also ist es gewöhnlich, daß die Verständigen freundlicher richten von den Scribenten, denn andere so aus Unverstand oder Neid viel tadeln, und nichts bessers machen können. Der Allmächtige Sohn Gottes Jhesus Christus, der ihm gewislich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium, und nichts anders, sammlet, wolle E. F. G. gnädiglich an Seel und Leib stärcken, und zu guter Regierung lange Zeit erhalten. Datum Calendis Augusti, Anno tausend fünffhundert und sechs und funffzigsten.

E. F. G.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 6042. 1. Aug. (Dessaviae.)

Io. Scoto.

Manlii farrag. p. 388 sq.

Reverendo viro, D. Iohanni Scoto, fideli doctori Theologiae in inclyta Academia Francofordiana, fratri suo colendo.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Affirmat filius Dei, illum esse beatum, qui invento margarito, id est agnita Evangelii luce, id margaritum emit, venditis omnibus possessionibus aliis. Hac vos consolatione, qui exulatis, et patriam reliquistis, confirmate, quod filius Dei vos tuebitur, et beatos faciet, etiamsi commoda magna amisistis. Fruemini autem nunc margarito, id est, amara crustula, doctrina crucis. Talis est et hic *Linus* noster, qui natus est in gente Scotica: reliquit patriam et opes non parvas, ut ab idolis abesset, et doctrinae limpidos fontes cognosceret. Comperi esse doctum virum, et vera pietate Deum colentem. Quare eum diligo, et quantum potero ei opem feram: teque etiam oro, ut eum complectaris. Scis Deum velle, ut talium hospitum cura afficiamur: et ego nos Germanos praecipue debere gratitudinem Scoticae genti iudico, quia ab ipsis doctrinam Evangelii et literas olim accepimus, cum Ecclesiae armis Henetorum et Hunnorum in Germania deletae essent. Bene et feliciter vale, Calend. Augusti, 1556.

Philippus Melanthon.

No. 6043. 1. Aug.

Ulr. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 188 sq.

Ulrico Mordisin, D. Iur. et Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Recte Consistorium nostrum respondit huic Nobili, qui duxit avunculi viduam, non concedi coniugia in hoc casu. Nec ullas dispensationes ad Consistoria pertinere. Venit etiam ad me, ut aliquid ad aulam scriberem. Nihil ei concessi, aut promisi. Sed Illustrissimi Principis autoritati et sententiae pareat. Quamquam autem exemplum licentiae mihi displicet, tamen hoc, sentio, rectum esse, non distrahere hoc coniugium, postquam iam accessit consuetudo coniugalis. Ipse ait, ignorasse se Ius. Etiamsi haec excusatio levis est, tamen familiae honestae Matronae parcere pium est. Nec disputo prolixius, nec ullo privato adfectu hoc scribo, sed moderationem adhiberi piam, propter Matronae conscientiam et honorem, posse sentio. Bene et feliciter valete. Cal. Augusti.

Philippus.

Audio, captos esse in *Livonia* Episcopum *Guielmum Marchionem* et Principem *Megalburgensem*, adolescentem. Et interfectum esse Legatum Polonicum, nostrum auditorem.

No. 6044. 1. Aug.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 231.

Hieronymo Besoldo, docenti Evang. Norimbergae.

S. D. Legi scriptum *Palatini Wolfgangi*, de quo censura vestra etiam explorata est. Meam puto severiorem [1]) fuisse [2]). Nam aliquot paginas mutavi περὶ ἀναβαπτιστῶν et alias. Precationem de Festo Trinit. aliam inserui, continentem doctrinam necessariam de discrimine personarum. Mentionem mei libri, qui titulum habet locorum, prorsus sustuli, quod fecissem, etiamsi *Gallus* non reprehenderet. Vellem autem doctos et pios de multis gravissimis rebus posse colloqui. Tabellarium hunc meo sumtu ad vos misi, ut *Iacobus* petivit. Quare oro, ut et mihi et ipsi scribatis. Bene vale. Salutem opto *Mauritio* et vobis omnibus Cal. Augusti.

Philippus.

No. 6045. 6. Aug.

P. Vincentio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Petro Vincentio, gubernanti literarum studia in urbe Lubeca.

S. D. Clarissime vir et cariss. frater. Cum advenit huc frater honestissimae coniugis tuae, abfui apud *Ascanium*, ubi scripta quaedam pertexui. Sed cum reversus essem heri, et literas accepi tuas, et vidi specimen artis, quod tuus affinis *Paulo* exhibuerat. Nemo in hac urbe familiarior est *Lucae* pictori, *Milichio*. Nunc dicebat *Paulus*, secum ad *Lucam* iturum esse. Quid egerint hodie audiam. Nec studium nobis deerit in commendando affine tuo vel *Lucae* vel Noricis pictoribus, ubi officinae sunt frequentiores. Scribo brevius, quia te iam expecto. Oro autem filium Dei custodem Ecclesiae suae, ut te et vos omnes gubernet. Nunc et *Maierius*, qui docuit Principes Pomeraniae, nobiscum est. Bene vale. Die sexto Augusti.

Philippus.

No. 6046. 7. Aug.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 72. (ed. Lond. lib. II. ep. 56.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Incidit aetas nostra in fatalem omnium regionum in genere humano mutationem. Ideo ardentibus votis precemur Filium Dei, ut servet Ecclesiae reliquias et nos gubernet. Ut Cometa mense Martio rapido motu vectus est ad Septentrionem, et deinde ad Ortum: ita bella nunc primum in littore Hyperboreo, quod proximum est Arcto, mota sunt. Episcopus *Guilielmus* in *Livonia* captus est, et adolescens Dux *Megapolensis*. *Prussiacus* et *Megalburgensis* Principes colligunt exercitus. Versus Orientem quoque bella in *Ungaria* moventur. Imo et patrem Regem Persicum *Tummas* mortuum esse aiunt, et filium inferre bellum *Syriae*, et dicere inducias cum patre factas nihil ad se pertinere. Nec vero dubito *Turcicae* potentiae inclinationem impendere, sed prius vicinia etiam quassabitur. Precemur igitur Filium Dei ut nos servet et gubernet, et non sinat deleri Ecclesias suas in his regionibus. Hodie hinc abierunt *Graeci*, qui habent testimonia Patriarchae *Constantinopolitani*, quos existimo ad vos quoque venturos esse. Bene vale. Die 7. Augusti.

No. 6047. 10. Aug.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 296 sq. — Cf. supra d. 6. Iul. 1556.

De Christi vestitu.

Reverendo viro, D. Georgio Buchholtzero, fratri suo charissimo,

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Cum nuper brevius scriberem, non addidi, quae de caeteris vestium figuris aut nominibus addenda

---

1) Saub. *securiorem*, quod mendum habeo.
2) Vid. ep. ad Wolfg. Palat. d. 25. Iul. 1556.

erant. Toga fuit Romana, et distincta figura ab aliarum gentium vestitu: et aiunt Arcadicum fuisse, et existimo ab Evandro in Italiam illatum esse. Pallium fuit Graecorum et multarum gentium exterior vestitus: et aliud longum erat, aliud vero brevis penula. φαινόλης fuit servorum, cursorum, publicanorum, etc. vestitus.

Praeter has figuras fuit exterior vestis senatoria, quae fuit prorsus similis tunicae honesti sacerdotis, longae: cum manticis nec angustis, nec laxis, sed mediocribus, ut antiquae statuae ostendunt. Et tali veste usum esse Christum, est consentaneum: quia civis fuit in municipio Capernaum. Non igitur incessit palliatus, ut Pharisaei aut vulgus: sed indutus tunica senatoria, ut honesti homines in municipio Romano.

Latinis nomen stola de muliebri vestitu usurpatum est, quod tantum ostendit textus in Iure: sed in Graeca lingua stola est illa longa honestior virorum tunica. ideo in Evangelio de filio prodigo, fit mentio stolae primae. Et apud Xenophontem Cyaxares mittit Cyro stolam, audituro legatos in vestitu senatorio. Itaque recte iudico Illustrissimum Principem de veste Christi existimare, non pallio usum, sed illa honestiore seu senatoria tunica. Scribam alias plura. Bene vale, Die Laurentii, Anno 1556.

No. 6048. 10. Aug.

Io. Praetorio.

Epist. lib. V. p. 152 sq.

Iohanni Praetorio, docenti Evangel. Vratislaviae.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Quo insuavius est negocium N. N. *), eo magis tibi et debeo et habeo gratiam, quod et prudenter et recte omnia cum Matre egisti. Cum autem adolescens mox fugerit post eam noctem, qua pecuniam alienam abstulit: cum ipso iam nihil agi potest. Res est certa, et publica citatione utendum erit, nisi mater filii famae consulet. Ac volumus nos quoque familiae honestae parci. Sed tu ages cum Matre, ut mittat, quantum debetur. Nunc de pecunia missa dedi viduae hospitae maiorem partem, ut ex pagella, quam mitto, intelliges. Doleo impediri alia meliora negocia his adolescentum furoribus, sed tamen, quantum possumus, et haec mala sanemus. Mitto narrationem *Friderici*, quam leges Matri. Denique totam rem et prudentiae et fidei tuae commendo. Bene vale, et rescribe. Die Laurentii 1556. Salutem vobis omnibus opto, et mitto pagellas.

Philippus.

*) *Falckenbergii*, A. D. — Vid. ep. d. d. 12. Iul.

No. 6049. 10. Aug.

Scholasticis.

Editum est hoc scriptum in libello: Oratio de discrimine legum politicarum et traditionum, quae in Ecclesia ab hominibus conduntur. Recitata a Decano collegii philosophici, Mag. *Bartolomaeo Lasano Cygneo*, cum decerneretur gradus Magisterii aliquot eruditis viris anno 1556. Witteb. 1556. 8. — Non solum oratio a Melanthone est scripta, sed etiam carmen de cometa, et duo edicta publica a Lasano, ut Decano, edita et libello adiecta, Melanthonem habent auctorem. — Duo edicta, quae hic dedimus, coniuncta leguntur etiam in Scriptis publicis Acad. Witteb. T. II. in fine.

A.

Decanus Collegii Philosophici Bartolemeus Lasan Cygneus.

Servat Deus genus humanum ut inde aeternam Ecclesiam colligat, et hanc non aliter nisi voce doctrinae colligit, quam per prophetas et apostolos mandari litteris voluit. Hos igitur cum legi et recte intelligi velit, necessaria esse studia docentium et discentium manifestum est. Quod cum ita sit, laetemur nos esse in militia Deo grata, in qua dux est ipse filius Dei λόγος aeterni patris, qui semper adest voci doctrinae, et hac consolatione nos erigamus, ne studia literarum abiiciamus, quae magnae difficultates et aerumnae comitantur. Serviamus Deo et Ecclesiae, et ducem nostrum dominum Iesum Christum fortiter sequamur. Pertinent autem ad doctrinarum conservationem exercitia in scholis prudenter instituta, ac praecipue examina. Hodie igitur, quod faustum et foelix sit, hora prima, Deo iuvante publice explorabitur eruditio eorum, qui nunc testimonio nostro ornandi sunt. Ad hanc explorationem, ut collegae nostri et alii docti viri conveniant, petimus. Quid est honestius et dulcius eruditorum congres-

sibus? in quibus sine odiis et [1]) placide de rebus magnis disseritur, et veritas illustratur, et confirmantur in animis verae sententiae et multae magnae virtutes. Et quae alia propior est imago coelestis Academiae, quam haec placida veritatis inquisitio, quam scimus Deo gratam esse [2]), et vere *λογικὴν λατρείαν*? Hae tantae causae moveant quam plurimos, ut libenter intersint his colloquiis. Die Laurentii Anno 1556.

B.

Decanus collegii Philosophici Bartolemeus Lasan Cygneus.

Scitis Solem [3]) pervenire ad sidus, quod Virginem vetustas nominat, quam interpretati sunt Astream ac Iusticiam. Fortassis pater Astraeus, et filia docuerunt aliquid de astris, et de virtutibus. Sed nota est descriptio vetus, Astream pulsam ex urbibus postea diu docuisse exiguos coetus in agris. Nec obscura est allegoria. Multum est proh dolor ubique scelerum, ut dixit Poëta:

Omnia fanda, nefanda malo permista furore;

sed tamen adhuc concionatur Iusticia, vel potius Sol Iusticiae, filius Dei, *λόγος καὶ εἰκὼν ἀΐδιος ἀϊδίου πατρός*, in vera Ecclesia, quae est exigua et varie quassatur. Cum igitur Dei beneficio nos quoque simus pars verae Ecclesiae Dei, grati agnoscamus, nos ad hanc societatem et doctrinae cognitionem vocatos esse, et precemur ipsum solem Iusticiae, Dominum nostrum Iesum Christum, ut nos doceat et gubernet, et studiose necessariam doctrinam discamus. Cum igitur cras, Deo iuvante, publico testimonio gradus Magisterii Philosophici hos, quorum ascripta sunt nomina, ornaturi simus, petimus, ut conveniatis, et, ut favere vos his studiis videamus, et, ut nobiscum vota faciatis, ut Deus inter nos clementer servet Ecclesiae suae reliquias, nec sinat extingui lucem doctrinae. Ac sit iam ardentior invocatio, quia in vicina Pannonia magni sunt [4]) utrinque exercitus, ubi nisi Deus represserit Turcos, haud dubie procedent in Germaniam, sicut narrant ipsi, Bohemiam se invasuros esse, ut ad Albim arcem belli habeant, unde vastationes in utraque ripa facere possint. Sed precamur filium Dei, custodem Ecclesiae suae, ut nos protegat.

1) *et*] non legitur in Script. publ.
2) *esse*] in Script. publ. ponitur post *λατρείαν*.
3) Script. publ. *iam solem.*
4) *sunt*] non babent Script. publ.

No. 6050. 13. Aug. (h. a.?)

M. Neandro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Cl. viro, eruditione et virtute praestanti, Micaelo Neandro Soraviensi, docenti linguas et latinam et graecam et κατήχησιν christianam in Collegio Ilfeldensi *), *amico suo,*

S. D. Doctissime *Neander.* Cum certissimum sit, Ecclesiam aeternam voce doctrinae et non aliter colligi, non dubium est Deum defensurum esse fideliter docentium et discentium agmina, et meministi Pauli vocem: non erit labor vester inanis in Domino. Hac nos consolatione sustentemus contra literarum hostes, quorum multi et dissimiles exercitus sunt. Alii superstitione fucum populo faciunt; alii palam frenos disciplinae oderunt. Sed omitto enumerationem. Scio, aulam nostram velle conservari vestram scholam; spero etiam auctoritatem aulae nostrae apud vicinos vestros profuturam esse, eaque de re cum nostris loquar. Interpretatio ex graeco mihi placet, sed Lycophroni addendae erunt longiores explicationes. Bene vale. Die Augusti 13.

Philipp. Melanthon.

No. 6051. 15. Aug.

Senatui Annaemont.

Edita in *C. G. Wilischii* Arcanis bibliothecae Annaebergensis p. 107 sq.

*) De hoc collegio in pagella publica Academiae Witebergensis data d. 7. Septbr. 1558. (*Scripta publ.* T. III. p. 213 b. leguntur haec: „In Harcinii saltus radicibus, non procul ab „urbe veteri *Northusen*, quae *Theodosii* iunioris tempore „condita est, fuit collegium Monachorum, cuius nomen est „*Ilefeld.* In eo collegio vir honestus et Deum recte invo„cans senex Abbas *ante aliquot annos* amplexus Evangelii „puritatem, delevit idola et instituit piam scholam, cuius „nunc est mediocris frequentia. — Regit autem studia in „Collegio Ilefeldensi vir honestus et excellenter eruditus „M. *Michael Neander*, cuius extant scripta graeca et la„tina.")

Den Erbarn weisen und fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Annenberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heiland und wahrhafftigen Helffer zuvor. Erbare weise fürnehme günstige Herrn, Ewr Erbarkeiten, als verständige christliche Regenten, wissen, daß göttliche Weisheit beides verkundigt hat, nemlich, daß in diesem lezten schwachen Alter der Welt grösser Unruh sein wird, denn zuvor gewesen, daß aber der allmächtige Sohn Gottes Jhesus Christus ihm gleich wohl für und für, bis zu Auferweckung aller Menschen aus dem Tod, gewißlich durchs Evangelium, und nicht anders eine ewige Kirchen sammlen woll, und werde dazu etliche ziemliche *) Regiment erhalten, wolle auch daß wir alle, ein jeder nach seinem Stande, zu Pflanzung christlicher Lehre dienen sollen, und werde dazu seine göttliche Hülff thun. Diese Verheissungen sind der allerstärckest Trost in diesen großen Zerrüttungen in Regimenten, und sollen täglich betracht werden. Dieweil denn Ewr Erbarkeiten wissen daß Gott dieser Dienst wohl gefällig ist, Kirchen und Studia erhalten, bitt ich Ewr Erbarkeiten wollen ihn gunstiglich diesen Matthäum Behem lassen befohlen sein, in Betrachtung seiner Armut und guten Geschicklichkeit, denn er ist durch Gottes Gnad in latina und gräca lingua und in christlicher Lehr wohl gelahrt, wie seine Schrifften und Carmina beweisen, die durch den Truck ausgangen sind, auch ist er gottfurchtig und guter Sitten, daß zu hoffen, er werde mit Gottes Hülff ein nüzlicher Mann werden in Kirchen und Schulen. Nu wissen E. Erbarkeiten selber, wie hoch nöthig ist, zu gut den Nachkommen, tüchtige Personen aufzuziehen, derhalben bitte ich umb Gottes Willen, Ewr Erbarkeiten wollen diesen Matheo etliche Jahr im Studio Hülff thun, dagegen erbietet er sich zu ewiger Danckbarkeit, und dem Vaterland vor andern Orten zu dienen. Diese Wohlthaten und Elemosynen sind Gott gefällig, und ist ganz kein Zweifel, Gott lindere viel Straffen, und thut Hülff gnädiglich von wegen solcher Elemosynen, wie der Sohn Gottes selb spricht, wer den geringsten unter den meinen, umb der Lehre willen, einen Trunck Wasser gibet, der wird Belohnung empfahen. Derselbige warhafftige Sohn Gottes Jhesus Christus, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen durchs Evangelium im menschlichen Geschlechte sammlet, wolle Ewr Erbarkeiten und die Euren allezeit gnädiglich bewahren und regiren, wolle auch seine Gaben und Ewr Nahrung im Bergwerck reichlich segnen. Amen. Datum 15. Augusti 1556.

Ewr Erbarkeiten

williger Diener

Philippus Melanthon.

*) ziemliche] scripsi pro zittliche, quod mendum est.

No. 6052. 15. Aug.

D. Chytraeo.

(Ex Dav. Chytraei epistolis p. 1221.)

Dav. Chytraeo S. D.

Carissime frater. Semper et ego dolui, de rebus maximis spargi multa dicta confusius, et misceri *ἀμφίβολα,* cum quidem Paulus praecipiat *ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον θεοῦ.* Ideo et sciscitatus sum multa *Lutherum*, et quaesivi proprietatem in explicando. Id meum studium postea vicini nostri interpretati sunt dubitationem, et scripserunt, me non habere *πληροφορίαν,* nam hoc verbo usi sunt, cum ipsi pleni fuerint malevolentiae. Sed scripta ostendunt, utri plures controversias evoluerint. Nunc sustulerunt omnem colloquendi facultatem, et quicquid dicitur calumniose depravant. Dedi tamen operam, quia in hoc docendi munere me Deus retinuit, ut modeste et quanta proprietate et perspicuitate potui, exponerem praecipua membra doctrinae, ac profecto optarim, me cum hominibus piis, doctis, candidis posse de multis magnis rebus colloqui. Sed quanta in me rabie irruerint veteres amici, non ignoras, quibus si voluissem respondere, longe maiora dissidia inflammata essent. Nec defuisset honesta mihi oratio; verum haec Deo commendo, qui est inspector et iudex cordium. Iam nuncius interpellat. Iudico veram esse definitionem iustificationis: iustificatio est acceptio remissionis peccatorum, hoc est, reconciliationis et imputationis iustitiae et acceptionis ad vitam aeternam, propter meritum filii Dei per fidem, qua simul fit liberatio ex morte aeterna et vivificatio per filium Dei, *διὰ τοῦ λόγου,* et sanctificatio per spiritum sanctum. De appellatione patris scribam proxime plura. Bene vale. Salutem opto vobis omnibus ac nominatim D. D. *Iacobo*. Bene vale. 15. Augusti.

Philippus.

No. 6053. 17. Aug.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 156 sq.

Ulrico Mordisin, Doct. Iuris et Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone charissime. Etsi necesse est, vobis notiorem esse Rempub. quam nobis esse potest: tamen ante triduum subito misi istuc epistolam de pugna, facta ad *Seged*, non procul ab Austria. Trucidati sunt, ut scribitur, Turci mille octingenti. Nam ibi cum Turcis pugnatum est, non cum Hungaris. Hodie etiam literas accepimus de capta *alba Regali.* Archiducem *Ferdinandum* iam ex Bohemia in Austriam profectum esse, et ducturum exercitum Bohemicum in Pannoniam adfirmant. Oro Filium Dei, ut reprimat Turcos, et gubernet ac protegat nos. Papa simulat, se concilium indicturum esse, Romae celebrandum.

Iam hic sunt duo Senatores *Iglaënses*, missi, ut Pastorem suae Ecclesiae indicari petant. Et honestum et doctum virum indicavimus. Petit etiam a nobis ex Polonia Comes ab *Ostrorog*, formam sibi mitti Ecclesiae nostrae, et Confessionem. Profecto etiam propter exteras nationes opus esset in Germania in nostris Ecclesiis constitui consensum, de qua re necesse erit aliquando serio deliberari. Commendo vobis virum clarissimum, Doctorem *Iohannem ab Embden*, filium Doctoris *Levini*, et oro, ut de stipendio cogitetis. Bene et feliciter valete. Die 17. Augusti 1556.

Philippus Melanthon.

No. 6054. 20. Aug.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 220 sq. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 215.

Hieron. Bomgartnero, Senatori incl. urbis Norib.

S. D. Salvi ad nos redierunt οἱ γραμματοφόροι, et *Andreas* et noster civis, non longo intervallo. Civem nostrum rursus *) mittam ad *Iacobum.* Non enim incertis tabellariis vestras literas trado. Hodie hinc *) mittimus *Iglaënsibus* in Moraviam Pastorem, doctum et honestum virum, quem ut Filius Dei gubernet oro. Senatus enim misit huc duos honestos viros qui Pastorem adducerent.

In *Polonia* etsi sunt qui recte docent, tamen quidam Nebulo spargit Serveticas βλασφημίας. Sed spero adversaturos esse pios Doctores, qui hac de re ad me scripserunt. Experti estis illud πῆμα κακὸς γείτων. Ita ibi nocent vicinae furiae Mahometicae.

Hanc epistolam dedi Filio *Sebaldi Beyrreuter* concionatoris in vestra urbe. Habet, ut ipse putat, matrem apud vos adhuc viventem. Et cum Franciscanus factus sit in *Egra*, nunc missus in Brandeburgam hortantibus Pastoribus, ex superstitione Franciscana discessit. Libenter vellet doctrinam Filii Dei melius discere, et postea servire Ecclesiae. Quare oro ut cogites quomodo iuvari possit. Et ut misero orphano Patria opituletur, oro. *Andreae* dabo literas uberiores. Mitto tibi Eusebii dictum de intercessione Christi, quod scio te libenter lecturum esse. Bene vale. 20. Augusti 1556.

Philippus.

*) Spanb. edidit: *rursum.*

*) Editum est: *hunc*, mendose.

No. 6055. 23. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 707. (ed. Lond. lib. IV. ep. 848.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Scio superbe καὶ ὑβριστικῶς tractatum esse istum veterem amicum nostrum **), qui annos triginta plurimum sustinuit laborum in gubernatione Ecclesiarum totius viciniae, sed talis gratia nobis redditur. Nec vero antea effugit antagonistarum sophistica, Adrastian, nec nunc effugiet, cum plus assumit impudentiae, κακοηθείας et fraudum. Nos precemur filium Dei, ut vulnera nostra sanet, et servet Ecclesiae reliquias. Sed haec coram. Respondi Academiae, teque oro, ut

**) Menium C. W

legas litteras, quas mitto. De mediocribus miratus sum tam severam aulae censuram, quae si non tribuet locum mediocribus, de me quid fiet? Veniam ad vos, Deo iuvante, cum vocabitis. Bene vale, X. Cal. Sept.

Philippus.

No. 6056. 28. Aug.

Seb. ab Albaspina.

Select. epist. p. 385. Epist. lib. I. p. 150. (ed. Lond. lib. I. ep. 59.).

Magnifico viro, nobilitate generis, sapientia, et virtute praestanti, Sebastiano ab Albaspina, Oratori inclyti Regis Franciae in aula Imperatoris etc. Patrono suo colendo S. D.

Ne fieri quidem potest, quin mediocres homines intuentes tantam generis humani dissipationem, magno in dolore sint, sed tamen lenitur moestitia, cum aliquam Ecclesiam Dei et esse, et servari divinitus cogitamus. In qua necesse est esse multos, quorum rectae sunt voluntates, et qui doctrinarum studia colunt, et coniunctionem amant. Itaque valde delectatus sum oratione *Huberti* nostri, quem scio esse virum prudentem, eruditum, integrum, et considerantem communem vitam, cum mihi narraret, te sapienter iudicare de omnibus vitae officiis, et doctrinas intelligere, et earum cultoribus bene velle. Fuit autem pergratum mihi, quod singularem esse tuam erga me benevolentiam commemorabat. Dedi igitur isthuc redeunti hanc epistolam, et ut *Huberto* testis essem, de sua erga te voluntate, et ut ostenderem significationem grati erga te animi. Cum autem sciamus, praesertim in hac ultima senecta mundi, maiores fore et Imperiorum, et Ecclesiarum dilacerationes, quam fuerint antea, sapienter haec fatalia mala feramus, et suo loco singuli honestis studiis opitulemur. Hac re quid fieri melius potest in tantis miseriis humanis? De me vero tibi et debeo, et habeo gratiam, quod me quoque inter literarum cultores complecteris. Poteris autem praeclare mihi benevolentiam tuam ostendere, si, cum *Hubertum* gravissimo iudicio complexus sis, mea causa etiam magis diliges atque ornabis. Fuit annos aliquot amicitia, et deinde familiaritas ei mecum, et quo diutius prudentiam, et fidem eius consideravi, eo magis eum dilexi, et diligam ubicunque erit. Scio eum talem esse, quales in veteri versu describuntur viri boni, *ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.* Bene vale. 1556. Die quo celebratur memoria *Augustini*, qui mortuus est anno aetatis suae 76. anno a natali Christi 430. cum decennio ante mortuus esset *Hieronymus*, anno a Natali Christi 420. aetatis autem suae nonagesimo primo: Horum virorum memoria te quoque delectari arbitror.

No. 6057. 28. Aug.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 87. (ed. Lond. lib. II. ep. 72.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Nostra colloquia volo esse non solum privatae benevolentiae testimonia: sed multo magis publicae coniunctionis: et in Ecclesia decet nos coniunctionem ostendere propter multas causas honestissimas. Quare assiduitate tua in scribendo delector, et *αὐτῷ τῷ μέτρῳ*, ut in *Hesiodo* est, tueri officium studeo, etsi profecto laboribus obruor. Nunc adsunt ex *Polonia*, qui flagitant exempla meae confessionis et alia. Cogito etiam *Illyrico* respondere, cum non faciat finem calumniandi ipse, et eius *παραστάτης* vel emissarius *). Mitto tibi pagellas quas scio vobis dulciores esse lectione sycophantiarum *Flacianarum*. Quid dulcius cogitari potest *Eusebii* sententia quam mitto **)? Salutem vobis omnibus opto. Bene vale. Die quo celebratur memoria *Augustini*, quem iudico fuisse utilem Doctorem, qui vixit annos 76 et mortuus est anno a natali Christi 430. mense Augusto, cum *Hieronymus* decennio ante mortuus esset mense Martio, anno aetatis suae nonagesimo primo, Anno a natali Christi 420.

---

*) Gallus.

**) Legitur ille locus Eusebii cum versione latina in Scriptis publ. T. II. lit. Ee. 5.

No. 6058. 28. Aug.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Meministi Catulli dictum: secli incommoda pessimi poëtae. Id multo verius de impiis scriptoribus falsorum dogmatum diceretur: secli incommoda pessimi magistri. Profecto adversus tot agmina malorum scriptorum nobis coniunctione opus esset. Nunc simul edam refutationem *Serveticarum* blasphemiarum, quas renovat *Riphaeus* quidam, et blasphemiarum Cynicarum *). In his gravissimis controversiis, quarum explicatio necessaria est, valde prodesset, multos conferre consilia et pias cogitationes. Sed *Flaciani* ita distraxerunt voluntates suis calumniis, ut omnia sint plena diffidentiae, nec convocari docti in colloquia possint. In libro *Curii*, quem misisti, multa sunt adeo ἄτοπα et tetra, ut nec Papistae sint ea probaturi. Oro filium Dei, ut nos gubernet. Bene vale. Die Augustini, qui mortuus est anno 76. aetatis suae anno a natali Christi 430., cum decennio ante mortuus esset Hieronymus anno a natali Christi 420., ultimo die Martii, anno nativitatis suae nonagesimo primo in Bethleem, quo successerat senex, ut longius abesse a luxu Romano et ab obtrectatoribus. Ac saepe opto me quoque in Palaestinam posse fugere, ubi me in lectionem et precationem abderem procul remotus a Sycophantarum telis. Sed brevi me filius Dei in Ecclesiam coelestem abducet. Iterum vale. *Simoni Proxeno* et vobis omnibus salutem opto. 1556.

No. 6059. 28. Aug.

Io. Stigelio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3]. Non extat haec ep. in literis Melanthonis ad Stigelium editis.

*) i. e. Canisii.

Clarissimo viro, ingenii praestantia, eruditione et virtute excellenti, D. Ioanni Stigelio, τῷ θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις φιλτάτῳ, fratri suo carissimo.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Libenter ad te, quocunque vocabis, accedam: nec mea causa fabellas sycophantarum metuo, quas tamen te vitare velim. Et existimo, minus fore sermonum, si ad *Ioachimum Anhaltinum* expacieris in arcem Dessaensem. Eo ad te excurram sive tuis sive Principis literis vocatus. Scio Principi voluptati fore tua colloquia. In Salinis et Naoburgo homines curiosi statim fingerent nugaces rumusculos. Lipsiae in mercatu etiam non incommodos congressus esse arbitror. Sed quocunque vocabis, Deo iuvante veniam.

De publicis negotiis teneamus hanc veram consolationem, filium Dei, τὸν λόγον καὶ εἰκόνα ἀΐδιον πατρὸς, servaturum cymbam suam, et in ea nos Argonautas, etiam inter Symplegadas. *Davidem* *) virum doctum et integrum, et amantem publicae tranquillitatis et diligo ipse, et a te diligi scio: tibique gratiam habeo, quod ei tradere honestum locum studeas, et ut consiliis tuis obtemperet, suasi. Oro autem ut inchoatum beneficium Deo iuvante perficias. Bene vale. Die quo celebratur memoria Augustini, qui mortuus est anno 76. aetatis suae, anno a natali Christi 430., cum quidem decennio ante mortuus esset Hieronymus anno a natali Christi 420., anno aetatis suae nonagesimo primo. Hos etiam in tanta senecta allatrarunt sycophantae. De Flacianis calumniis respondere decrevi, etsi video maiora certamina secutura esse. Sed oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut me gubernet et adiuvet, [et] sit βραβευτὴς meus et παραστάτης.

Philippus.

No. 6060. (29. Aug.)

Ad. Sibero.

Epist. lib. II. p. 578. (ed. Lond. lib. II. ep. 603.).

*) *Davidem Voigt.*

D. Adamo Sibero gubernat. Scholae in urbe Grimma

S. D. Cum audivissem magnam oppidi vestri partem incendio periisse, valde consternatus sum: scholam integram esse simul audiebam, pro quo beneficio Deo gratias ago, et toto eum pectore oro, ut vos gubernet, et poenas leniat. Fratrem salvum rediisse et arculas *Simonidis* non illiberales fuisse gaudeo. Ego quoque gratitudinem ostendere studebo, quod amanter in opere utili et duraturo, mei mentionem fecisti. Jam mihi narratur, in *Polonia*, *Russia*, et *Silesia* multa esse incendia, et captos esse, qui fateantur, se a *Turcis*, et *Iudaeis* conductos esse: sed usitatum est accusare alios, cum nostros mores potius accusare, et emendare deberemus. Bene et feliciter vale. Die 29. Aug. 1556.

No. 6061. (exeunte Aug.)

(*Iudicium.*)

† Descriptum est hoc iudicium a *Mich. Valent. Zwerg* ex apographo vel autographo in biblioth. Academiae Havniensis, et missa 1776. ad b. *Noesseltum*, Theologum Halensem, qui illo tempore epistolas Melanthonis colligebat. (Vid. quae Vol. I. in prolegomenis p. LXXXVII. diximus.) Ex hoc fonte mihi hoc iudicium descripsit doctiss. *F. Galle*, Halensis, qui simul apographon epistolae Emingae, quae scribendi occasionem dedit Melanthoni, cuius partem hic subiunximus, ex qua causa ipsa satis perspicitur *). De Eminga doctiss. *Galle* scribit: „In Io. Molleri Isagoge ad historiam Chersonesi Cimbriae P. III. p. 350. finde ich den Caeso ab Eminga, Groeningensem, unter den vom Herzog Adolph zu Professoren an dem neu errichteten Schleswigschen Gymnasium berufenen Männern angeführt." — Quis Melanthonis iudicium de hac controversia quaesiverit, non liquet.

Epistola Reverendi viri D. Philippi Melanthonis scripta de opinione Lectoris de triplici iustificatione. (Inscriptio in apographo.)

Tanto in dolore sum propterea, quod subinde nova dissidia accendantur, ut optem, ut me Deus cito ex hac rabie ingeniorum in Ecclesiam coelestem abducat. Et non dissentiunt homines tan-

---

*) *Epistola Caesonis Emingae, Lectoris Slesvicensis, ad nonnullos concionatores in Eiderstadia.*

Relata cuiusdam accepi, candide lector, quemdam *Iacobum* a), qui proxime a nobis ad ministerium apostolicum admissus est, quaedam vane et false sparsisse, sicuti solet adolescentia plenis buccis suas efflare glorias et bonis detrahendo popularium et applaudentium inanem venari auram. — — — —

De controversia, quae inter me et M. *Hieronymum* b), nata est, et utrioque acerbius, quam utrumque decebat, defensa, et immodestius, quam res et locus postulant, sic se habet. Cum hic sisteretur examini, percunctabar ab ipso, quomodo superaret iustitia Christiana pharisaicam? Cum hic obmutesceret, nec statum quaestionis statu assequeretur, quaesivi: quotuplex est iustitia? Cum haesitaret, volebam explicatius quod sentiebam dicere. Asserui *tres* esse iustificationis modos. *Primum* atque principem modum, quando ex tyrannide Satanae asserimur in libertatem filiorum Dei, nobis gratuito condonantur peccata et iustitia aeterna in Christo imputatur. *Alterum*, quando suos Deus regenerat et renovat, reformat ad imaginem, in qua conditi sumus, qui in hac vita non perficitur. *Tertium*, quando laudamur propter pia facta. Haec M. Hieronymus exorsus est gravius refutare, quam res, persona et locus poscebat. Urgebat, ut probarem tertium modum; nam de primo satis constat. Probavi ex Iacobo, quem reiecit, cum tamen omnes nostri praeceptores in hanc sententiam eum recipiunt, *Philippus* in locis et in examine, et alii alibi. Deinde controvertitur etiam de secundo modo: num ille quoque modus dicatur iustificatio, quando in nobis Deus inchoat qualitativam iustitiam. Respondi ex Iohanne 1 Epist. cap. 2.: qui facit iustitiam, iustus est; sic argumentando: ubicunque est iustitia, ibi necessario est vel fuerit iustificatio et iustitia. In nobis Deus iam operatur qualitativam iustitiam, quae diversa est a priore; igitur regeneratione dicitur nos iustificare. Praeterea ipsius verbi etymon graece et latine significat iustum facere. Ioann. in Apocal. 22. sic usus est: qui sordidus est, sordescat adhuc, qui iustus est, iustificetur adhuc. Item 1 Cor. 6.: haec quidem eratis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per dominum Iesum Christum. Hic sane apparet, Paulum non tantum primum modum, sed et secundum intellexisse, id est, inchoatam in sanctis puritatem et sanctimoniam et iustitiam, quam Christus spiritu suo efficit. Apparet quoque, Danielem cap. 12 sic eam vocem usurpasse, ut significet: ad iustitiam convertere, iustitia imbuere. Postremo sancti patres graeci et latini sic usurparunt. Augustinus de peccatorum meritis et remissione, lib. 1., c. 10. de natura et gratia cap. 62., Chrysostomus et alii multis in locis, quae suo loco, si pergat lacessere, recensebuntur. Ostendi huic adolescenti librum conciliationis aliquorum locorum, cui cum *Philippo* et *Brentio* alii magni Theologi interfuerunt, quae conciliatio ab omnibus ordinibus Protestantium approbata est, quam Germani cum Bohemis et Austriacis ut publicaretur submisse postularunt, sed frustra, repugnantibus Papistis. De istis vide Sleidanum de statu religionis. Istum librum meus adolescens vane et false suspicatur Osiandri fuisse, ut est invidia suspicax et ignorantia superba. Vide, condide lector, si quid his commerui aut commisi, aut siculi haec distinctio haeresin sapiat, qua nota bonus adolescens me conspurcare et conspuere conatur. Conferantur haec cum scripturis, cum sanctis patribus, expendantur diligentius, adparebit, nihil amissum esse, quod probatum Theologum offendere possit. Si statim error et haeresis erit, quod isti adolescentes nondum viderunt, multa catholica censebuntur haeretica. Utinam expenderent eiusmodi, quam flagitiosum sit, haereseos quenquam insimulare et tali contumelia immerentem aspergere. Caeterum quid me his rebus molesto, cum mea innocentia bonis satis probata sit! Malorum autem iudicia nihil moramur, qui sibi magnam cognitionem rerum assumunt, cum vix extremis labris theologiam attigerint. Si *Philippus* et alii magni viri huiusmodi Tenebriorum non possunt effugere calumnias, neque ego potero, qui talibus collatus in nullo

---

a) Iac. Crogerum, filium pastoris Hamburg.

b) Hier. Cypraeus S. Kupferschmidt.

tum, iudiciis, ita ut placide alius alium moneret, sed certatur horribili animorum acerbitate. Haec acerbitas certe reprimenda esset et audiendi iudices pii et eruditi. Habet Ecclesia Slesvicensis vicinam Ecclesiam Hamburgensem, in qua sunt Pastores pii et praeclare eruditi, et qui prudenter iudicant, ad horum iudicium controversiam de iustificatione deferri vellem, et piis iudiciis acquiescendum est. Nos non sic loquimur: tres sunt formae iustificationis; sed dicimus: coram Deo est unica iustificatio, quae est reconciliatio, seu remissio peccatorum, et acceptatio, qua per fidem accipimus remissionem peccatorum, reconciliationem seu acceptationem, vivificamur per filium donato spriritu sancto. Postea novitas et bona opera interiora et exteriora sunt effectus sequentes fidem, movente corda spiritu sancto. Et quomodo postea hi fructus nominentur iustitia, declaramus in dicto: qui facit iustitiam, iustus est. Dicuntur iustitia non quod personam significant, sed quod sint fructus placentes Deo in persona iustificata. Et quomodo loquatur Iacobus satis perspicue in Gram. declaratur. At, ne augeantur dissidia et rixae, valde oro, ut utrinque iudicium Hamburgensis vel Hafniensis Ecclesiae vel ipsius inclyti regis audiatur. Non enim dubito, pium consensum esse in omnibus Saxonicis et Danicis Ecclesiis, quem certe turbari nolim. Et quae formae loquendi recte usurpentur, ostendunt libri Ecclesiae Hamburgensis. Sit modus subtilitatum et consulatur saluti auditorum, qui turbantur, cum audiunt modos loquendi dissonos et ambiguos. Quid potest aequius peti, quam ut pii et docti iudices audiantur, quales sunt in praecipuis Ecclesiis Saxoniae et Daniae, et qualem esse ipsum regem Daniae, qui toties sensit agones mortis, non dubito. In illis ipsis agonibus didicit, unam esse iustificationem coram Deo per solam fidem propter filium, de quo Paulus loquitur: iustificati fide, pacem etc. Multa disputant, involvunt, confundunt homines securi. Intueamur potius exercitia poenitentiae et consolationes. In his pii erudiantur, sicut saepe monent dicta prophetica. A. 1556.

Philippus Melanthon.

---

numero sum. Haec conscripsi, candide lector, ut ipsam rei seriem cognosceres, et me excusatum haberes, quod ut facias, amanter oro. Raptim. Slesvigi 7. Calendas Augusti anno 1556.

Caeso Eminga
Lector Slesvicensis.

No. 6062. 1. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 707. (ed. Lond. lib. IV. ep. 849.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Cum litteras darem viro optimo D. *Vadino*, non volui δύσφημα scribere, ac malui potius incertas narrationes mittere de Pannonia, quas tamen hi, qui recens venerunt, affirmant veras esse. Ad *Ziged* in aditu Stiriae trucidatum esse non parvum exercitum Turcicum aiunt. Et fuisset felicius pugnatum, si Germani non deserti essent ab equitibus Stiriis et Hungaricis. Victores Germani pepulerunt Turcos, sed ex nostris sexcenti interfecti sunt. Ad *Cassoviam* tres arces nostri receperunt, et ibi adhuc sunt incolumes copiae Ferdinandicae. Archidux *Ferdinandus*, quod faustum et felix sit, magnum exercitum ducit in Hungariam. *Dux Prussiacus* nova scripta nobis iudicanda mittit. Saeculum delirum et rixosum est, vel potius sycophanticum: Sed precemur filium Dei, ut nos gubernet, et servet. *Sabinus* ex salinis ad te accessurus erat, sed quia Princeps profectus erat ad patrem, properavit et ipse. Aestimat dona data in legatione octingentis aureis. Et Dux Prussiae ei placatus est et debitam pecuniam promisit*). Caetera coram. Bene et feliciter vale. Deus custodiat totam Ecclesiam tuam domesticam et publicam. Cal. Septemb.

Philippus.

No. 6063. (1. Sept.)

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 44.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Dedi tabellario vestro ante paucos dies brevem Epistolam, in qua significavi, querelas huc scriptas esse, περὶ δείπνον κυριακοῦ ad Pastorem nostrum. Ea de ne arbitror nunc respondere Pastorem. Haec te scire, utile est, ut concordiam urbis

---

*) Vid. supra ep. d. 1. Maii scripta.

vestrae facilius retinere possis. Disputant Nestorianos esse, qui non fateantur τὸ σῶμα πανταχοῦ εἶναι. Hoc ne Papistae quidem unquam dixerunt. Utinam docti aliqui colloqui possent. Sed omnem colloquendi facultatem sustulerunt illi ipsi, qui libertatis vindices se esse gloriantur. Quaeso ut *Petro* des aliquid literarum de hoc negocio. Bene vale. Cal. Sept.

Philippus.

No. 6064. 1. Sept.

Io. Friderico, Duci Pom.

Helmoldi historici ac Presbyteri Ecclesiae Lubecensis historiarum liber, scriptus ante annos pene 400, et ab autore inscriptus Chronica Slavorum, quod contineat historiam de conversione Slavorum seu Vandalorum ad religionem Christianam, regionumque ac gentium ad mare Balticum situ ac rebus gestis a tempore Caroli Magni usque ad tempora Friderici Barbarossae, antehac nunquam editus. — Editus studio M. *Sigismundi Schoerckelii*, [discipuli Melanth.] Naumburgensis. Francofurti apud Petrum Brubachium, anno M.D.LVI. 4. (cum ep. nuncupatoria Melanth.) — (Ex biblioth. Regia Goetting.)

Illustrissimo Principi et Domino Iohanni Friderico, Duci Stetini, Pomeraniae, Cassuborum, et vetustae gentis Henetae etc. Principi Rugiae, et Domino Caycorum S. D.

Ut si in saevissimis tempestatibus navis undique procellis quassata, mirabiliter tamen servetur, sic manifestum est inter assiduas et horrendas gentium confusiones et imperiorum ruinas, Ecclesiam divinitus servari, ne prorsus intereat; quae tamen alias magis alias minus frequens est, ut exigua erat, cum in Iudaea Pharisaei et Sadducaei dominarentur, qui in suis agminibus lucem verae doctrinae extinxerant, quae tamen interea conservata est in Zacharia, Simeone, Maria, Elizabeth, Hanna, Ioseph, et in coetu mediocri, qui horum vocem audiebat et amplectebatur. Nam etsi impia multitudo longe superabat, tamen aliquis fuit verae Ecclesiae coetus, et dissimillimus Cyclopum et Centaurorum exercitibus, sed sapientia et virtute excellens, et pulcherrimo foedere consociatus, videlicet filio Dei docente mentes, ut in agnitione Dei consentirent, et spiritu sancto accendente et consolante pectora, ut similia fierent verbo Dei. Estque testimonium illustre praesentiae Dei in Ecclesia haec miranda protectio et conservatio. Vagabantur in Iudaea exercitus collecti ex genere militum libidinoso, rapacissimo et crudelissimo, ex Aegyptiis, Syriacis, Arabicis, Parthicis fugitivis, qui formosis et ingeniosis insidiabantur. Interea tamen Maria, soror eius et aliae, quae non solum propter formas, sed multo magis propter sapientiam celebres erant, tegebantur in suis casis, in oppidis non munitis, inter cunas et in itineribus.

Cum igitur certissimum sit, et colligi in genere humano aeternam Ecclesiam, et servari eam divinitus, singuli haec miranda Dei opera et consideremus et magnifaciamus, et, vocati ad Ecclesiae societatem, hoc ingens beneficium agnoscamus et Deum vera gratitudine celebremus. De hac laetitia et gratitudine cum saepe alias concionatur filius Dei, tum vero dulcissime inquit de eo, qui invento *Margarito* generosissimo, laetus vendit omnia, ut emat illam gemmam, quae vincit omnes thesauros. Nec vero insuavis collatio est gemmae ad Evangelium. Scribitur conchas in vere cum ardentissima siti incitatae in littus enatant roram appetentes, concipere semen gemmae ex dulcissimo rore, eamque nasci purissimam, cum circa illud tempus multa sunt tonitrua et fulmina. Nomen est patrium *Bargarith*, quod significat purissimam crustulam. Una litera apud alias gentes in cognatam literam mutata est: *Margarith*, id est, amara crustula. Utraque appellatio ad filium Dei et ad Evangelium congruit. Verissime est purissima crustula, i. e. massa generis humani filius Dei natus ex virgine, propter quem et per quem tota massa servata est. Idem fuit amara, id est moesta, et ingentibus doloribus oppressa crustula, cum pro nobis victima fieret. Est et Evangelium crustula, id est, doctrina purissima de Deo, et simul est sermo crucis. Ut autem ros coelestis semen est geniturae, ita ros coelestis, videlicet ipse filius Dei, voce Evangelii gignit in mentibus vitam et lucem. Cum autem inter horribiles confusiones servet Ecclesiam filius Dei, aliquos principes ad hoc ingens decus exuscitat, ut praebeant ei hospitium, ut Abrahae, Isaac, Iacob mediocria hospitia tribuuntur *), et postea Constantinus, Theodosius et alii quidam sapientes et pii erga Ecclesias benefici fuerunt.

Quod igitur filius Dei inclytum Principem patrem tuum, Ducem Pomeraniae *Philippum*,

---

*) Potius: *tribuerunt.*

simul utroque beneficio ornavit, videlicet, ut et ipse in vera Ecclesia Deum invocet et ei tranquillum hospitium praebeat, pro his tantis bonis et vos ipsi, et patria et vicinae regiones, Deo gratitudinem debent. Ac te praecipue haec bona iam considerare et magnifacere [decet]*). Ea est aetas, ut iam in historiae lectione praecipue considerare debeas, quales et regnorum mutationes, et quibus de causis extiterint, et quomodo Deus Ecclesiam inter tot gentium confusiones inde usque ab initio collegerit, et servaverit, et adhuc colligat et servet. Ideo hanc historiam scriptam de vicinia vestra, ad Celsit. T. mittimus, in qua narrantur et bella vestri littoris et historiae quaedam de doctrinae christianae propagatione in illis locis. Vellem etiam planius scriptum esse de genere doctrinae, quod ante monachorum aetatem existimo propius fuisse fontibus: sed nunc grati beneficium Dei celebremus, quod rursus ostendit puros fontes, et curemus illustribus monumentis explicatam doctrinam posteris tradere. Haec pietas Deo grata est, qui et vicissim benefaciet Principibus, qui et fovere Ecclesias et conservare doctrinae puritatem student. Bene vale**).

Celsitud. T.
addictiss.
Philippus Melanthon.

No. 6065. (in. Sept.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 735 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 881.). — Non anno 1558., ut editori visum est, scripta est haec epistola, sed anno 1556., ut argumentum docet.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo,

S. D. *Micaelo* ideo tradidi hoc breve epistolium, ut ad te aliquid litterarum afferat. Senem *Basilii* Caesariensis [1]) civem dimisimus dato viatico, ac dissuasi iter Saxonicum, quia milites ibi vagantur, qui adversus Elluones, inde enim nomen Livoniae esse arbitror, collecti sunt [2]). Scripsi nomina urbium a Salinis ad Ratisponam usque, deinde regredi eos [3]) ad Rhenum iussi usque ad Genevam. Heri vidi recens editum *στηλητευτικὸν λόγον τοῦ βλακίου*, et decrevi respondere latine et vere [4]). Audio *Ferdinandum* filium ducturum esse exercitum Bohemicum in Pannoniam, et magnos ibi exercitus conventuros esse. Deus reprimat Turcicam barbariem. Bene et feliciter vale. Totam Ecclesiam tuam domesticam Deus servet.

Philippus.

*) *decet* vel simile desideratur.

**) Quum epistola nuncupatoria Schoerckelii ad eundem Principem data sit d. 1. Septb. 1556., in fine autem libri legantur: „Francofurti, excudebat Petrus Brubachius, anno Domini M.D.LVI. mense Augusto", necesse est, Schoerckelium et Melanthonem fere eodem die scripsisse. Quare hanc epistolam dedi d. 1. Septb.

1) De hoc videnda est epistola ad Regem Daniae d. d. 30. Iulii et d. 1. Iunii 1556. Item epistola ad Iacobos, Graecos, tempore solstitii aestivi h. a.

2) Videlicet Duces Meckelnburgenses colligebant mense Augusto exercitum, quem Melanthon putabat impugnaturum fore Rostochienses. Vid. epist. ad Baumgartn. d. 10. Septb.

3) Ex epist. ad Regem Dan. d. 30. Iul. apparet duos adfuisse, alter ex Cappadocia, alter ex Nauplia. Vid. etiam ep. d. 1. Iun. et ep. seq.

4) Est liber Flacii: Von der Einigkeit derer, so für und wider die Adiaphora in vergangenen Jahren gestritten haben, christlicher, einfältiger Bericht, sehr nützlich zu lesen. Magdeb. 1556. 8. 6 Bog. — Viam concordiae unicam esse contendit hic Flacius, ut Melanthon eiusque amici publice deprecentur et errores suos confiteantur. — Cf. Epist. ad Flacium d. 4. Septb., ad Hardenb. d. 7. Septb. et ad Baumgartnerum d. 10. Sept. 1556.

No. 6066. in. Sept.

(Testim. de Praetorio.)

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Testimonium Zachariae Praetorii Mansfeld. praescribente Philippo Melanthone.

ex *αὐτογρ.* *)

Εὖ πράττειν. Ἐκ τῶν μουσάων κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισιν, ἀληθῶς ἔφη Θεόκριτος. Εἰσὶ γὰρ αἱ μοῦσαι καλὴ διδασκαλία θείᾳ ὁρμῇ καὶ μαθήσει καταλειφθεῖσα σὺν δυνάμει ἑρμηνευτικῇ ἐν λόγῳ πεζῷ καὶ ἐμμέτρῳ. Ταῦτα δὲ θεῖα ἀγαθὰ πάσῃ σπουδῇ κτᾶσθαι καὶ τιμᾷν δεῖ, ὅτι καὶ θεὸς διὰ αὐτῶν ἐνοικεῖ ἐν ψυχαῖς ἀνθρώπων, καὶ αὐτὰς προσαρμόζει αὐτῷ, καὶ βίῳ ἀνθρώπων ὠφελιμότατά ἐστι. Τοιγαροῦν οἱ βασιλεῖς τοῖς ἐπιτηδεύουσιν αὐτὰ δικαίως τιμὰς συντάττουσιν. Ὅτι δὲ ὁ σοφὸς αὐτοκράτωρ ῥωμαίων Κάρολος σεβαστὸς ἔδωκεν ἐμοὶ Ἡρακλείδῃ Ἰακώβῳ βασιλικῷ δεσπότῃ Σάμου καὶ Μαρκεττίος Πάρου ἐξου-

*) Inscriptio in cod. Par.

σίαν τοῖς φύσει καὶ σπουδῇ προσέχουσιν ἐν ἐπιστήμαις καὶ μουσῶν ἐπιτηδεύμασιν δοῦναι ἀξίωμα: Ἐγὼ τῷ Ζαχχαρίᾳ Μανςβελδησίῳ, μαθόντι τὴν χριστοῦ διδασκαλίαν καὶ φιλοσοφίαν, καὶ εὐφυῶς γράφοντι πεζὸν λόγον καὶ ἔμμετρον σὺν στεφάνῳ δάφνης ἔδωκα τὰς τιμὰς, αἳ οἱ νόμοι τοῖς ἐπαίνου ἀξίοις ποιηταῖς συντάττουσι. Ὅτι δὲ ἡ εὐφυία καὶ ἡ σοφία εἰσὶ δῶρα θεοῦ, κελεύω Ζαχχαρίαν εὐσεβῶς τὸν θεὸν τιμᾶν, καὶ ὑμνεῖν καὶ τὰς ἀρετὰς κοσμεῖν, καὶ οὔποτε αἰσχρὰ γράφειν, ὁσίως δὲ ταῖς μούσαις τὰς χάριτας συμμίξαι. Ἔτει αφνς μηνὶ δὲ δίῳ.

Ἰάκωβος βασιλικὸς δεσπότης Σάμου καὶ Μαρκέττιος Πάρου, ἵππαρχος σεβαστοῦ Καρόλου. *)

No. 6067. 5. Sept.

Flacio Illyrico.

Edita in Epistolis Scholiastic. Witeb.; iterum a Pezelio in Melanthonis Consil. lat. P. II., p. 253., et mendose satis in *Backmeisteri* actis Philippicis p. 21. — Apographa in cod. Goth. 25. p. 25., cod. Goth. 19. p. 208., et cod. Goth. 401. p. 263. — Porro apographon Pauli Eberi manu factum in cod. Goth. 127. p. 12. et apographa in cod. Monac. II. p. 156. et p. 203., item cod. Mon. 86. p. 4., quae apographa cum Eberi textu conveniunt, quem hic prae caeteris sequutus sum quippe fide dignissimum. Menda multa Backmeisteri notare notui.

M. Matthiae Flacio Illyrico Philippus Melanthon

S. D. Narras mihi beneficia tua quod non edideris epistolam ad *Teupolum* scriptam [1]). Nullam unquam syllabam [2]) ad eum scripsi. Augustae cum *Teupolus* fuisset apud optimum Principem Ducem Saxoniae *Iohannem* Electorem et ei [3]) detulisset Veneti Senatus officia, postea missi sumus ad eum [4]) Vir Clarissimus D. *Pontanus* pater [5]) et ego. Iussus sum [6]) agere gratias Senatui Veneto nomine Principis. Id feci, ut potui [7]), sine commemoratione controversiarum religionis. Ibi [8]) ille post meam orationem adiecit exceptionem [9]), nolle Senatum Venetum sic intelligi suam orationem, quasi doctrinae Ecclesiarum Ducis Saxoniae faveat. Respondi, nos non complexos esse hanc causam [10]). Postea dixi, ut necesse erat, de Principis virtute, vera pietate, eum amplecti catholicae Ecclesiae doctrinam, improbare autem abusus et optare, ut controversiae, quae inciderunt [11]), rite diiudicentur [12]), et saluti Ecclesiae universae consulatur. In hanc sententiam apud hominem inimicum nostris, aut certe ignarum rerum Germanicarum et miscentem nostros aliis furenter tumultuantibus, quaedam communia ad nos excusandos dixi. Nec memini omnia verba. Non enim tunc existimavi [13]), me [14]) post annos 26 *ὑπεύθυνον* fore. Inde illa epistola nata est. Postea [15]) mea verba quoquo modo [16]) annotata sunt. Obiecit eam mihi etiam *Rorarius*, antequam hinc discessit [17]). Mirabar quae [18]) esset. Postea Marchio *Iohannes* [19]) exemplum mihi misit. Nunc cogita, quam graviter faciat, qui commentitiam epistolam edit [20]). Deinde, quid prodest talia in vulgus spargi? Quo haec consilio fiant non est obscurum. Edidistis [21]) et formulam Lipsicam, corruptam et mutilationibus et additionibus, ut in mea publica responsione exponam, et nunquam a me subscriptam [22]). Quae te causa movit [23]), ut veterem amicum, qui te vere dilexit [24]), talibus artificiis oppugnes? Non recuso subire iudicium [25]) honestorum virorum, si qui volent [26]) hanc rem cognoscere. Et quae non feci, tribui

---

*) Vid. de eo ep. ad Regem Daniae d. d. 1. Iun. 1556. et ad Iacobum die solstitii 1556. coll. ep. anteced. ad Camerar.

1) Vid. epist. anno 1530. Vol. II.
2) Cod. Goth. 25.: *nulla unq. syllaba.*
3) Pez. et Backm. *is* pro *ei.*
4) Ep. Schol. addunt: *ego et.*
5) *pater*] non habet Backm.
6) Ep. Schol. *et ego iussus sum.* Pez. *et ego, iussi.*
7) *Id feci ut potui*] libri impressi: *id fieri non potuit.*

8) Pez. *Ubi.*
9) Epp. Schol. *aliquam except.*
10) Pez. *has causas.*
11) Backm. *inciderant.*
12) Backm. *diiudicarentur.*
13) Cod. Goth. 25. *existimarim.*
14) *me*] Pez. habet ante *tunc.*
15) Pez. *epistola nata est, cum ab aliis.*
16) *quoquo modo*] Backm. *quoque.*
17) Discesserat Rorarius in Daniam.
18) *quae*] libri impr. et cod. Goth. 25. *quid.*
19) *Iohannes*] Pez. et Backm. non habent.
20) Mst. Eb. *edet.*
21) Pez. *edidisti.*
22) Pez. et Backm. *scriptam.*
23) Epp. Sch. et Backm. *movet.*
24) Mst. Eb. *dilexi.*
25) Ep. Schol. *iudicia.*
26) Pez. *volunt.*

mihi nolim; quae feci, fatebor. Postquam alibi et nata et prolata est Sphinx illa Augustana, cum[27]) in has terras advecta esset, suasi initio, ne Ecclesiae ullius rei mutatione turbarentur. Edidi et brevem et simplicem refutationem de doctrina illius novae farraginis. Saepe etiam in aulicis deliberationibus dixi, viros politicos considerare debere, quid obtinere sit possibile; conari autem eos[28]) rem impossibilem. Et de rebus magnis, de Missa, de Canone, cum doctis et astutis hominibus magna mihi fuerunt praecipue certamina. Hic nobis obiiciebatur[29]) nihil mutare volentibus: nos quaerere novorum motuum[30]) occasiones, conspirare cum aliis gentibus, patriae nova bella attrahere. Et erant, qui nominatim hunc nostrum consensum nuncupabant *theologicam conspirationem.* Ac[31]) nos miseri tunc ab aulicis lacerabamur omnibus probris; nunc a vobis laceramur. Tandem Princeps nobis sua voce dixit: se non petere, ut doctrina mutetur aut ulla res necessaria, sed ut ritus externos in ordine festorum, lectionum, vestitu retinerent[32]). Haec postea consiliarii nominarunt ἀδιάφορα. Nam ab ipsis vocabulum nobis[33]) initio[34]) propositum est. Sciebam, etiam levissimas mutationes ingratas fore populo. Tamen, cum doctrina retineretur integra, malui nostros hanc servitutem subire, quam deserere ministerium Evangelii; et idem consilium me Francis dedisse fateor. Hoc[35]) feci; doctrinam confessionis nunquam mutavi. Ego[36]) etiam de ritibus his mediis minus pugnavi, quia[37]) iam antea in plerisque Ecclesiis harum regionum retenti erant. Postea vos contradicere coepistis. Cessi; nihil pugnavi. Aiax apud Homerum proelians cum Hectore contentus est cum cedit Hector, et fatetur, ipsum victorem esse. Vos finem nullum facitis criminandi[38]). Quis hoc hostis facit, ut cedentes et arma abiicientes feriat? Vincite! Cedo; nihil pugno de ritibus illis, et maxime opto, ut dulcis sit Ecclesiarum concordia. Fateor etiam hac in re a me peccatum esse, et a Deo veniam peto, quod non procul fugi insidiosas illas deliberationes. Sed illa quae mihi falso[39]) a te et a *Gallo* obiiciuntur, refutabo. Et haec de mediis ritibus iam tibi scribenda esse duxi[40]), quia in epistola tua de his praecipua pars est.

Venio ad postremam partem de propositione *Maioris,* ubi occasionem novi certaminis te quaerere video. Semper hortatus sum *Georgium,* non solum ut[41]) declaret suam sententiam, quod fecit, sed ut illam formam verborum abiiceret. Et promisit, se ea non usurum esse. Quid petam amplius? Idem egi cum aliis. Cur *Menius* accusatus sit a suis, non scio. Ego ei de concione quadam edita respondi, in qua non legi illam propositionem: bona opera sunt necessaria ad salutem. Nec ego hac forma verborum utor. Sed de Necessitate fateor, me Antinomorum furores ante viginti annos reprehendisse, cum aulicus concionator, toto theatro applaudente, diceret: das Muß ist versalzen. Et quomodo[42]) has propositiones veras et aeternas esse dicam, satis[43]) enarravi. Nova obedientia est necessaria, quia[44]) ordo necessarius est, ut creatura Deo obtemperet. Et insulsissima est interpretatio eorum, qui dicunt: necessarium significare extortum metu seu coactione[45]). Nec existimo in hac quaestione te a me dissentire.

De conditionibus pacis[46]) quas scribis, quia[47]) illae ad multos et ad[48]) Principes quoque pertinent, malim conditiones scribi a iudicibus, etsi iam habes conditiones explicatas. Sit nobis omnibus eadem doctrinae norma confessio Ecclesiarum nostrarum. Et cum nos de ritibus non pugnemus, imo et cedere nos[49]) fateamur[50]), desinite tandem

27) *cum*] cod. Goth. 401. *et.*
28) Cod. Goth. 25. *nos* pro *eos.*
29) Pez. et Backm. *obiiciebant.*
30) Cod. Goth. 25. et cod. Goth. 19. *moliminum.*
31) *Ac*] Pez. *Ita*; Backm. *At.*
32) Pez. *vestitus retineantur,* Backm. vestitum retinerent; sed codd. *vestitu,* puto autem additum fuisse: *etc.*
33) *nobis*] non habent codd.
34) Epp. Schol. *ab initio.*
35) Cod. Goth. 25. et cod. Goth. 19. *Haec.* Pezel. *Hoc igitur.*
36) *Ego*] libri et cod. Goth. 19. *Eo.*
37) Backm. *quod.*
38) Backm. *rixandi.*
39) Mst. Eb. *false mihi.*
40) *iam — duxi*] non habent Pez. et Backm.
41) Pez. *ut non solum.* Backm. *ut* non habet.
42) Cod. Goth. 25. *quod* pro *quomodo.*
43) Pez. *satis perspicue.*
44) Backm. *quod.*
45) *extort. — coactione*] Pez. *coactionem*; Backm. *metu seu coactione.*
46) Vid ep. ad Hardenberg. d. 7. Septb.
47) Pez et Backm. *quod.*
48) *ad*] non habent Pez. et Backm.
49) *nos*] Backm. non habet.
50) *Et cum — fateamur*] apud Pez. non leguntur.

nos criminari, nec cumulate falsa crimina. Simus potius coniuncti et benivolentia mutua et sententiis adversus horribiles furores hostium filii Dei, quem non solum Papistae contumelia afficiunt, sed etiam alii multi. Quidam *Lituanus* renovat Servetica seu Samosatenica. *Pragensis* Cynicus non desinit vociferari, Christum non invocandum esse ut mediatorem. De his tantis quaestionibus et colloqui [51]) pios et eruditos, et sententias, cogitationes et consilia conferre oportebat. Nec tu ignoras, haerere inter nostros quaestiones non leves, quarum explicatio necessaria est. Et toti posteritati prodesset, extare multorum eruditorum vera testimonia communi deliberatione edita de tantis [52]) rebus. Talem deliberationem quae causae impediant, non ignoras. Certant odiis et factionibus multi indocti; interea et veritatis illustratio impeditur, et confirmatur rabies in Papistis, et crescit petulantia malorum ingeniorum, quae serunt [53]) novas et ethnicas opiniones. Ideo nos oportebat ad defensionem et illustrationem veritatis coniunctiores esse, et quotidie oro filium Dei, custodem Ecclesiae, ut faciat, ut unum in ipso simus.

Quod de versiculis scribis, qui editi sunt, me nolente sunt editi [54]), et tu interpretationes atroces affingis [55]). Collegisti magnum acervum criminationum in scripto misso ad Hamburgenses, de quibus iam nihil expostulo tecum. Reprehendis quod repetitionem confessionis scripsi: Scripsi et priorem, cum quidem reprehensores haberem multos, adiutorem neminem; nec opinor eas dissentire. Et in exordio est generalis confessio: amplecti nos omnia scripta prophetica et apostolica, et [56]) in ea sententia, quae in symbolis expressa est. Haec verba in priore desunt. Et existimo, caeteras materias commodius recitatas esse. Deest in veteri et distinctio peccatorum, quae sunt in sanctis, et illorum quae [57]) expellunt spiritum sanctum. Has causas et alias honestas habuimus repetendae confessionis. Sed commendo [58]) iudicium de meo toto cursu Deo *καρδιογνώστῃ*, et oro eum, ut servet Ecclesiae reliquias et nos gubernet. Bene vale. Die 4. Septb. 1556.

51) *et colloqui*] Pez. non habet.
52) Pez. *his tantis.*
53) Backm. *qui ferunt.*
54) *me nolente — editi*] non habet Pez.
55) Pez. *affingis tu quidem interpr. atroces, sed.*
56) Pez. et quidem.
57) Backm. *qui.*
58) Cod. Goth. 25. *concedo.*

No. 6068. 5. Sept.

N. N.

Epist. lib. VI., p. 730 sq.

Ad amicum quendam.

Clarissime vir et carissime frater. Scio tibi, viro sapienti et recte invocanti Deum non deesse consolationem, quanquam et morbo corporis et animi doloribus propter horribiles in Ecclesia furores valde excruciaris. Scis enim, velle Deum nos in ipso acquiescere, et ab eo auxilium et salutem petere et expectare etiam cum omnes fluctus in nos irruunt. Et huius suae voluntatis testem et pignus filium misisse, qui ideo massam nostri generis induit, ut nos velut surculos sibi insertos servet. Affirmat etiam Deus, se in afflictis et moestis habitare. Eriges igitur animum cogitatione praesentis Dei et auxilii ipsius, et repugnabis morbo non solum remediis, sed etiam sapientia et invocatione Dei. Ubicunque mihi Deus hospitium praebebit, mecum vivere poteris, quamdiu Deus concedet. Hodie me accusabunt defensores *τῆς ἀρτολατρείας* *). Orate filium Dei, ut me gubernet.

Hanc epistolam seni *Scoto* tradidi, qui etiam exulat propter verae doctrinae studium, et est miserabilius eius exilium propter senectam. Nomen est ei *Linius* **). Vobis eum commendo, et oro Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, vere colligentem aeternam Ecclesiam voce Evangelii, ut tibi vires animi et corporis conservet. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto, et nominatim *Alexandro* et Medico *ἀστταθίῳ*. Die 5. Septembris.

*) Si haec ep. scripta est a. 1556., haec referenda sunt ad colloquium inter Flacium et inter Andream Hoppenum et M. Laurentium Iacobaeum, qui Vitebergensium partibus adhaerebant, in templo Sebastiani Magdeburgi habitum d. 4. Sept. 1556., de quo vid. Saligii hist. Aug. Confess. T. III., p. 230., quanquam ibi de *ἀρτολατρείᾳ* disputatum esse non constat. Si autem epistola anno 1557. scripta est, Wormatiae eam scripsisset Melanthon, ubi d. 5. Septb. 1557. adversarii eum accusarunt.

**) Eundem Scotum Linum commendat in ep. d. 1. Aug. 1556. scripta, quare puto, etiam hanc ep. ad annum 1556. referendam esse.

No. 6069. 7. Sept.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 33.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Cum in manibus haberem duo scripta edenda, alterum περὶ λόγου contra *Lituanum*, qui Serveticas blasphemias revocat, alterum contra *Cynicum Pragensem* de invocatione mediatoris, ecce adfertur *Illyrici* liber, in quo repetit omnes priores criminationes et fert conditiones pacis*). Deo iuvante edam tres responsiones his diebus. Scripsit etiam *Illyricus* me, quia tibi sim amicus, non praeliari περὶ ἀρτολατρείας. Et tamen ipse quid sentiat, non dicit. Oro autem filium Dei, ut nos gubernet, et servet Ecclesiae suae reliquias, et reprimat Sycophantas, qui vulgi plausus captant, non quaerunt veritatem. Te oro, ut per hunc tabellarium mihi scribas. Consuli *Danieli* salutem opto. Dei beneficio filius honeste vivit et discit. Bene vale. Die 7. Septemb.

Philippus Melanthon.

No. 6070. 10. Sept.

H. Besoldo.

Epp. lib. V., p. 214.

Hieronymo Besoldo, docenti Evangelium in inclyta Noriberga, fratri suo carissimo,

S. D. Scripsit mihi privatim *Flacius*, edito illo novo libello[1]), meque hortatur ad conditiones accipiendas, quas tulit. Respondi, iudicis esse ferre conditiones. Ac si velit esse finem huius dissidii, habere eum explicatas conditiones: cum nos nihil pugnemus, desinant criminari et crimina cumulare, et simus[2]) omnes coniuncti vera benevolentia, et confessionem communem tueamur. Iam serveticas blasphemias *Lituanus*[3]) quidam ex Italia attulit, et non desinit vociferari *Cynicus Pragensis*[4]). Horum scripta refutare decrevi, et adiungam responsionem ad *Flacii* scriptum. Profecto satis hostium extra nostra castra habemus. † Nescio cur tantopere delectet istos intra nostra castra sic sine fine bella movere et impedire colloquia piorum. Quis est hostis tam saevus, qui sedentes et non proeliantes feriat? Nec video causam tantae saevitiae nisi iniustum odium. Poterant enim omnes περὶ ἀδιαφόρων placidius agere. Sed commendo me et Ecclesiam filio Dei, teque oro, ut sanare haec vulnera, sicubi potes, studeas"[5]). Bene vale. Die 10. Septembris. Salutem Dn. *Mauricio*[6]) et vobis omnibus opto.

Philippus Melanthon.

*) De Flacii libro vid. ep. ad Camerar. d. 2. Septb. Vid. etiam ep. ad Baumg. d. 10. Sept. b. a.

1) Vid. ep. d. 7. Sept. b. a.

2) Saub. edidit mitiora: *desinant disputare*: *simus*. Veram lectionem babet A. D.

3) Conyza. Vid. ep. ad Vincentium b. d.

4) Canisius.

5) Haec omnia leguntur in A. D., quae Saubertus consilio videtur praetermisisse.

6) *Mauritio Helingo.*

No. 6071. 10. Sept.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 221. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 216. — Baumgartnerus adscripsit: 1556. d. 23. Septb. per Andream.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori incl. urbis Noribergae.

S. D. Conditiones pacis aequas neque vestrae urbi feret hostis vester, neque mihi ferunt mei hostes. Quare nos Deo commendemus. Institueram refutationes duas, alteram contra *Lituanum* quendam, qui rursus spargit Serveticas blasphemias, alteram contra *Cynicum Pragensem*. Sed interrupit hunc laborem *Flacius*, qui totam suam Iliada repetit καὶ πόλεμον εὕδοντα ἀνεγείρει. Quare et huic respondere coepi.

Meus tabellarius in Pomeraniam missus, nondum redierat, cum hanc epistolam scribebam. Quidquid rescribet *Iacobus*, significabo. Episcopum Caminensem audio electum esse, Filium Ducis *Philippi* natu maximum, qui latine iam loquitur et scribit, etsi aetas gubernationi nondum est idonea. Duces Megaloburgenses collegerunt equites, non ut opinor Livoniensis negotii causa, sed

expectatione aliorum motuum. Nunc audio eos minitari *Rostochianis.* Si res Pannonicae infoeliciter gerentur, Turci Boiemiam appetent. Et fata metuo. Sed oro Filium Dei, ut suas reliquias protegat. Bene et foeliciter vale. Die decimo Septembris, quo *Iohannes* *) mortuus est Anno 1456. Est igitur centesimus annus ab eius morte **).

Philippus.

No. 6072. 10. Sept.

P. Vincentio.

+ Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 s.

Petro Vincentio gubernanti literarum studia in urbe Lubeca.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Graio schola nomine dicta est, inquit ille, sed profecto ingens et labor et onus est scholarum gubernatio, quod nos experimur. Quare tuum consilium non improbo, si ex illa palaestra, ut nihil dicam durius, discedis. Petit vestrae scholae gubernationem *Andreas Pouchemius*, qui Marianam scholam regit Brusvigae. Scripsi igitur de eo ad dominum *Falconem.* Te quoque oro, ut tua commendatione adiuvetur. Existimo tibi notum esse, ut etiam eius epistola indicat, quam tibi mitto. Si ad nos accedes, spero consuetudinem nostram utrique iucundam fore. Iam et *Lithuano Conyzae*, et *Pragensi Cynico* et *Illyrico* simul respondebo. Bene vale et rescribe aut advola. Duodecimo [1]) Septembris, quo ante annos 100 mortuus est Iohannes Huniades [2]), dux fortissimus, et Epaminondas. Nunc misere laceratur Pannonia. Deus protegat nos et leniat poenas Pannoniis et nobis.

Philippus.

No. 6073. 16. Sept.

H. Bullingero.

+ Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 s.

Τῷ θεοσεβῆ ἀνδρὶ, Ἐρρίκῳ Βουλιγγέρῳ *), *ἀδελφῷ φιλτάτῳ.*

S. D. P. Reverende vir et carissime frater. Saepissime recito dulcissimum versum, in quo numeri sunt graeci poetae, sententia divinitus tradita est: *εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.* Cum igitur et recte invoces Deum et Ecclesiae pie servias, tua familia etiam Deo curae erit. Filius *Henricus* Dei beneficio recte valet, et in optimis doctrinarum studiis feliciter procedit, quem ut servet Deus incolumem, et faciat eum *σκεῦος ἐλέους* toto pectore opto. Cogitat de gradu, sed nihil nisi te iubente agere eum ea in re volui **). *Φοβοῦμαι γὰρ διαβολὰς παρὰ ὑμῖν τὲ καὶ παρὰ ἡμῖν, καὶ θέλοιμι ἂν διαῤῥήδην αὐτῷ σε γράφειν, τί σοι δοκεῖ πρέπειν.* Libenter ad te multa scriberem, nec impedior occupationibus, etsi non leviter oneratus sum. Sed et rerum et doloris mei magnitudo tanta est, ut instituere alia argumenta non possim. Sed fortassis brevi colloquemur. Nam et ego exilia, usitata Ecclesiae, expecto. Salutem opto vobis omnibus ac nominatim *Petro Martyri* et *Laelio.* Bene et feliciter vale. Die 16. Septb. 1556.

No. 6074. 17. Sept.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 330. (ed. Lond. lib. II. ep. 335.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Clarissime vir et patrone colende, Sciebam tibi iam ad alios dolores accedere cogitationem et curam de bellis *Pannonicis*, in quibus nisi Deus *Turcos* represserit, non dubium est in *Germaniam* processuros esse. Sed precemur Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, custodem Ecclesiae suae, ut poenas Ecclesiae mitiget. Profecto enim ruunt et ruent imperia horribiliter in hac ultima et languida mundi senecta. Sed tamen quia servabit Deus Ecclesiae reliquias, studia doctrinarum non abiiciamus. Quare quod facis, opitulare scholasticis: Scio frugales esse vestros, et intelligere beneficio publico reverenter

---

*) *Huniades* addidit Spanhem.

**) Alia manus adscripsit: an. 1556.

1) In ep. antecedente ad Baumg. nominatur dies 10. Septb.

2) Mortuus d. 11. Aug. 1456.

*) Cod. *βουλιέρῳ*, mendose.

**) Vid. testimonium ei datum d. 1. Maii 1557.

utendum esse, sed precia rerum augentur, non solum difficultatibus temporum, et Imperiorum oneribus, sed etiam privatorum hominum iniustitia. Cum igitur reverenter petant vestri scholastici, ut aliquid ad stipendia addatur, quaeso ut eos, et suffragatione tua et autoritate et vera beneficentia tuae naturae adiuves. Utilia certe docemus, et sumus hortatores, ut nostri ament publicam tranquillitatem, et pietatem esse sciant non inutiles rixas movere, sed veris gemitibus Deum invocare, et praestare ei λογικὴν λατρείαν et cultus, quos decet*). Haec non frustra audire plerosque spero. Modeste enim vivunt, et spero domi concordiae publicae studiosos fore. Oro autem Filium Dei ut nos omnes gubernet, et propter suam gloriam servet Ecclesiae reliquias, et nos inter illas. Bene et feliciter vale. Die 17. Septemb. quo Arca *Nohae* primum quiescere coepit ante annos 3862. Utinam nunc quoque Arca Christi quiescat.

No. 6075. 19. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 708. (ed. Lond. lib. IV. ep. 850.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Etsi nusquam sum libentius quam tecum, cum a meis filiis et filiabus absum, et ad vos libenter accederem, tamen quia aula non postulat, maneo hic in nostro Ergastulo, praesertim cum et pastori nostro inchoatas operas absolvere me ante mercatum Lipsicum oporteat, et nunc Augustanis et Polonis, de rebus maximis respondendum sit. Excusabis igitur me Rectori, quod non venio. Languefacit etiam me cupientem vobiscum proficisci, metus disputationum περὶ διαλλαγῆς cum Polyphemi filiis**), qui eas mihi leges ferunt, quas Deo iuvante, non accepturus essem, etiamsi in Latomias eundem esset. Non recuso ex hac regione discedere, quandocunque Deus volet, in qua scis me consociationis Ecclesiarum studiosum fuisse, et multa non ferenda homini tetrico, tulisse. Maxime volui, ut recte explicata extaret veritas, deinde ut quam plurimae Ecclesiae concordes essent, et utraque in re mediocrem fuisse meam diligentiam scis, quae si mihi nocebit, ut in dissensionibus civilibus fieri solet, Deo iuvante aequo animo feram ea quae accident.

Dolores tuos ex Graeca epistola intellexi, quae mihi non est ingrata, ac de responsione opponenda τοῦ βλακίου scriptis, coram tecum loquar. Mitto *Hencelii* epistolam, Tuam Ecclesiam domesticam ut filius Dei servet, et incolumem ad te reducat, toto eum pectore oro. Bene et feliciter vale. XIII. Cal. Octobr.

Philippus.

*) Peuc. *docet*, mendose.

**) Flacius et socii.

No. 6076. 21. Sept.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 342 sq.

Reverendo viro, Georgio [Buchholtzero], pastori Ecclesiae Dei in urbe Arctoa, fratri suo charissimo.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Doleo tantam rabiem esse calumniandi¹), ut etiam virus evomant sycophantae contra Grammaticam. Dum nos vocabulorum etymologias quaerimus, ut me quidem grammaticum decet, et consideratio antiqui vestitus nos de veterum modestia admonet (ut Aeschines laudat gravitatem Solonis, quem ait nec manum in dicendo protulisse extra pallium:) interea quidam εὐτράπελοι dixerunt, me velle renovare adorationem lacerarum caligarum Iosephi. Sed etiamsi derideor, tamen tibi grammaticas interpretationes de calceis et sandaliis mitto etc.

Commendo autem tibi hunc auditorem nostrum *Bartholomeum Georgium*, natum in Salinis, orphanum: qui rem iustam petet ab illustrissimo et reverendissimo principe *Sigismundo*, ut mandet a cive quodam in Salinis debitam pecuniam haeredibam dari. Mandata Principis illustrissimi petit, quae ut impetret, quaeso ut eum adiuves. Orphanos honestos, et honestorum filios, adiuvare, pietas est Deo grata. Bene vale. Die Matthaei, 1556.

1) Buchholtzer adscripsit: *Islebius.*

Calcei, a calce, est generale nomen. Et veteres calcei usitate sic dicti, sunt integri, sicut mei calcei, et sicut sacerdotum calcei olim fuerunt. Et tales fuisse Romae senatorum calceos, ostendunt veteres statuae.

Sandalia sunt non integri calcei, sed sub pede velut tabellae, et supra pedem subtilia ligacula: a σανὶς, id est tabella, et δέω, id est ligo. Quia tabellae inferiores, propter calorem in solo, fuerunt densiores.

Caligae sunt tegumenta paulum supra genu incipientia, et desinentia ad talos, *stump, strump hosen*: militibus usitatae, et aliis. Sed militum caligae fuerunt ornatae propter brevia saga, id est tunicas militares. Nam vetustas non est usa integris caligis, ut nostrae sunt, tegentes continuo nates, femora et tibias. Quia vetustas sub exteriori veste semper fuit intus tecta brevi tunica, quae nominatur *χιτών*. Corpori proxima fuit interula, *hembd.*

Ocrea est tantum equitum, *beinharnis, stiffel*[2]), ocrea corricea. Latini dicunt nomen ocrea a crure factum esse, quasi ob crura. Haec etymologia rectior est, quam alia, quam formant a *κορύσσειν,* id est, armare. Unde dicitur usitatum nomen *Kürisser*[3]), quasi *κορυθεὶς*, quo saepe utitur Homerus.

No. 6077. 21. Sept.

Melch. Iunio.

Epist. lib. II. p. 274. (ed. Lond. lib. II. ep. 274.).

D. Melchiori Iunio

S. D. Venerande vir et charissime frater, Cum video idoneum virum ad ministerium Evangelii vocari, ex animo laetor, et Deo gratias ago, qui ostendit se servaturum esse semen sanctum, et servat in his Ecclesiis. Quare gaudeo Magistrum *Fabianum* ad gubernationem Ecclesiae vocatum esse, cum et eruditionem et pietatem ad hoc divinum munus adferat, sicut decet, et sit ornatus facundia, et aliis virtutibus, quae erunt ornamento ministerio Evangelii. Oro autem Filium Dei, ut ipsum et nos omnes gubernet. Mitto tibi pagellam, in qua dulcissima dicta sunt de Mediatore*). De rebus *Pannonicis* scire te opinor, Archiducem cum exercitu in *Pannoniam* profectum esse. Precamur Filium Dei ut reprimat *Turcos.* Videmus regnorum minas, et profecto metuo irruptiones Turcicas in *Germaniam.* Sed oro Filium Dei, ut publicas et privatas poenas leniat, nec sinat deleri Ecclesias. Bene vale. Die Matthaei.

No. 6078. 23. Sept.

Matth. Luthero.

Epist. lib. V. p. 725.

Matthiae Luthero, Syndico Northusano.

S. D. Clarissime vir, et charissime frater. Scribo brevius propter molem occupationum. Nam et ad *Polonos* scribo, ubi *Lituanus* quidam movet controversiam de Filio Dei, et renovat Samosatenicas, seu Serveticas blasphemias. Misit ad me et Senatus *Augustanus* refutationes pias furorum *Stenckefeldii.* Interea vociferantur vicini de linea veste. Et vester Melancholicus[1]) dealbat parietes Templi. Oro Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis, et resuscitatum, ut nos gubernet, et servet inter nos Ecclesiae reliquias. † Rex *Maxaemilianus* rediens ex Belgio Studtgardiam venit eo ipso tempore, quo coniunx Ducis *Wirtenbergensis* peperisset filium. Testis fuit baptismi Rex *Maxaemilianus*, et filio Ducis indidit nomen Maxaemiliani. Laetatus sum hac principum inter sese benevolentia, in quibus profecto plus est candoris, quam in nostris commilitonibus."[2]) Mitto vobis pagellam, dignam cognitione de Mediatore. Bene valete. Die XXII. Septembris.

Philippus.

No. 6079. 24. Sept.

Iusto Menio.

† Ex apogr. in cod. Mehnert. No. 4. p. 61.

---

2) Beinharnisch, Stiefel.
3) Cuirassier.

*) Videtur esse disputatio theologica Pauli ab Eitzen, vid. supra ep. d. d. 23. Maii.
1) Antonius Otto, Past. Nordhus.?
2) Addit A. D.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iusto Menio, Pastori Eccl. Dei in inclyta urbe Gotha, fratri suo carissimo,

S. D. Reverende vir et carissime frater. Non libenter mitto literas insuaves. Quare historiam scribam quam heri legi in fratris meis literis; ac diu audivi nihil gratius. *Maxaemylianus*, Rex Boiemiae, filius regis Ferdinandi, ex Belgico rediens per Stutgardiam iter fecit. Eodem tempore cum coniux Ducis *Wirtebergensis* filium peperisset, fuit testis baptismi rex *Maxaemylianus*, et filio ducis nomen Maxaemyliani indidit. Laetatus sum hac principum inter se benevolentia, in quibus aliquanto plus candoris esse gaudeo, quam in nostro grege videmus. Sed oro filium Dei, ut vulnera nostra sanet et servet Ecclesiae reliquias. Commendo tibi *Iohannem Langenhein*. Est in eo Dei beneficio natura doctrinae capax, et mores honesti sunt, et initia studiorum laude digna sunt. Ad me epistolam scripsit, in qua et consilium et genus orationis probo. Et tota scripti forma indicat ingenii bonitatem et diligentiam. Quare eum patri commendabis. Bene vale, carissime Frater. 24 Septb.

Philippus.

No. 6080. 24. Sept.

Ios. Menius ad Melanth.

† Ex apographo in cod. Monac. II., p. 191. — Iosias Menius in schola Noribergensi reprehendebat, iuvenibus enarrare varios scriptores latinos antequam grammaticen et syntaxin recte didicerint. Quum reliqui doctores ei obniterentur, iudicium Melanthonis requisivit, hac epistola ad illum scripta, ad quam Melanthonis responsum habes infra d. 12. Octobris. Hoc responsum, ut intelligitur ex epistolis Menii ad Baumgartnerum et Ioh. Olhafium, voluit Menius typis excudi, quod an factum sit, nescimus. Omnes ad hanc rem spectantes epistolae habentur in cod. Monac. II. p. 188 — 192.

D. Philippo Melanthoni Iosias Menius S. D.

Reverende Praeceptor et Patrone. Gratias tuae Excellentiae reverenter ago, quod me saepius multis beneficiis auxisti, et paterno animo semper fuisti erga me praeditus. Utinam possem vel amore vel obedientia mea aut aliis rebus aliquando gratitudinis significationem vicissim edere, facerem id cupidissime. Scolae meae, quantum possum, praesum fideliter. Et quanquam aliquibus imperitis negligere videor iuventutem, quia Grammaticen tantum tracto, nec adhibeo simul autorum interpretationem: tamen iudicio tuo rem defero. Utor autem hac forma in instituendis adolescentibus. Meo loco interpretor maiorem Grammaticam et minorem, easque lectiones pro captu ingeniorum distribui. Animadverti enim utrumque adolescentibus defuisse, cognitionem regularum grammaticarum et usum. Etsi autem ad eas lectiones alicuius scripti integram explicationem nondum addidi, tamen ex poëtis et aliis scriptoribus illustria et convenientia exempla adduco, quibus exerceo ingenia, et eiusmodi τεχνολογίας eligo, ut quod illic regula, hic exempla autorum doceant. Nam expertus sum, quam difficulter in animis puerorum haereant acervi regularum, et tantisper differendam esse autorum enarrationem statui, donec auditores robur in Grammaticis fecerint. Libellum definitionum vice Catecheseos diebus festis explico. Ad latinam linguam formandam elegi scriptum intimationum tuarum, quas transfero et pro argumentis exhibeo. Adhaec collationum et pronunciationis magnum usum habent. Hunc ordinem sequor in docenda, et quia hunc ductum improbant quidam*), tanquam retardantem adolescentes, sapiens et clarissimus vir D. Iohannes *Olhafen* autor mihi fuit, ut tuae censurae me subiicerem. Peto igitur, ut pro tua excellenti humanitate hoc meum studium adiuves, et tua auctoritate in hac functione me defendas. Bene vale, Noribergae 24. Septembris 1556.

No. 6081. 25. Sept.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 75.

D. Alberto Hardebergio[1]).

S. D. Reverende vir et carissime frater. Cum Paulus iubet ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ certe curam proprietatis et perspicuitatis praecipit. Nec

*) Ex epistola Menii ad Baumgartnerum (ibid. p. 189.) intelligitur, adversatum esse Menio potissimum Rotingum.

1) Eandem ad verbum scripsit Melanthon epistolam eodem die ad Bucholzero, sed addita alia pagella.

me existimes sine magno dolore et ante hoc tempus audivisse, et nunc audire multorum *ἀκυρολογίας,* et aenigmata quae vere sunt ut de Sphynge dicit Eurip. *ἄμουσοι ᾠδαί.* Quaero proprietatem et perspicuitatem, et studeo fugere ambigua. Sed non semper respondet meo conatui eventus. Interdum infirmitas ingenii cedit oneri; interdum metu calumniarum impedior; denique multa impediunt omnes dicentes et scribentes, eos etiam qui ingeniis et eruditione excellunt. Scis de Pericle dici, solitum optare, quoties dicturus erat, ne quod sibi verbum excideret, quod quenquam offendere posset: Memini *Durerum* pictorem, qui dicebat se adolescentem in pingendo amasse monstrosas et inusitatas figuras: Nunc senem intueri naturam, et conari quantum omnino posset eam proxime imitari, sed experiendo se cognoscere, quam difficile sit non aberrare a natura! Fit hoc etiam in dicendo. Sit autem et modus diligentiae. Nam et illud vetus laudatur *τὸ λίαν ἀκριβὲς λογομαχίας τίκτει.* Quaeso ut rescribas, an mea responsione tuae quaestiones utcunque explicatae videantur. 25. Septb.

Responsio ad quaestiones propositas.

Exilitas disputationum de his fugienda est. Multo maiores et graviores quaestiones sunt aliae; de re, quid sit *λόγος*, an sit *ὑφιστάμενον ὁμούσιον* etc. Hic simus vigilantes et veram invocationem retineamus contra Samosatenum, Servetum, Arianos, Mahometistas, contra *Lituanum* in Polonia, qui spargit Servetica, cuius cum liber esset excusus Cracoviae Radzovilus sapienter prohibuit editionem.

De altera quaestione[2]) recte dicitur et sine ambiguitate: Nova obedientia est effectus Dei in nobis, sicut dictum est *ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν.* Item Ephes. 2. *οἷς προητοίμασεν ὁ θεός,* quae praeparavit, et *πρῶτον αἴτιον* est tota divinitas. Agit autem Pater per Filium docentem, qui inquit: Ego sum vitis, vos palmites, et per Sp. S. accendentem corda. Ideo dicit Paulus: Fructus Spiritus sunt.

Deinde recte dicitur: Nova obedientia est effectus fidei, etsi magis proprie dicitur effectus Dei comitans fidem, sed tamen et Paulus dicit *πίστις ἐνεργουμένη διὰ ἀγάπης.*

Alia forma parit disputationes: Nova obedientia est finis fidei. De consummata obedientia verum est: sicut Petrus inquit, *κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως.* Et verum est. Ideo fide accipimus reconciliationem, ut prorsus deleto peccato et morte simus iusti in vita aeterna integra iustitia. Et ibi congruit argumentum: Finis est melior quam res quae antecedit finem; habitatio melior est quam domus; usus melior est, quam materia praecedens. Perfecta novitas seu iustitia vitae aeternae antecellit fidei. Sed de inchoatione in hac vita non sic loquimur: inchoata obedientia antecellit fidei. Possent haec subtilius disputari: sed teneamus illud vetus *ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον*: usus est melior quam materia. Sed de efficiente aliter dici potest: usus non est melior efficiente causa; Deus est melior mundo; mens Archimedis est melior, quam machina fabricata. Sed sit modus subtilitatum, et libenter de omnibus nostris quaestionibus aliorum piorum et eruditorum iudicia audio.

2) Quae nunc dicuntur, congruunt cum iis quae in seq. epistola ad Bucholzerum leguntur.

No. 6082. 25. Sept.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Georgio Buchholzero, Pastori Ecclesiae Berlinensis.[1])

Venerande vir et cariss. frater. Cum Paulus iubet *ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον θεοῦ*, certe curam perspicuitatis et proprietatis praecepit. Nec me existimes sine magno dolore et ante hoc tempus audivisse et nunc audire multorum *ἀκυρολογίας* et aenigmata, quae vere sunt, ut de sphynge dicit Euripides, *ἄμουσοι ᾠδαί.* Quaero proprietatem et perspicuitatem, et studeo fugere ambigua. Sed non semper respondet meo conatui eventus. Interdum infirmitas cedit oneri, interdum metu calumniarum impedior. Denique multa impedient omnes dicentes et scribentes, eos etiam, qui ingeniis et eruditione excellunt. Scis de Pericle dici, solitum optare quoties dicturus erat, ne quod sibi verbum excideret, quod quenquam

1) Eandem ad verbum epistolam eodem die Melanthon scripsit ad Hardenbergium, cui autem inclusa fuit alia pagella.

offenderet. Memini *Durerum* pictorem, qui dicebat, se adolescentem in pingendo amasse miras et inusitatas figuras, nunc senem intueri naturam, et conari, quantum omnino posset, proxime eam imitari; sed experiundo se cognoscere quam difficile sit non aberrare a natura. Fit hoc etiam in dicendo. Sit autem et modus diligentiae. Nam et illud vetus laudatur: *τὸ λίαν ἀκριβὲς λογομαχίας τίκτει.* Quaeso ut rescribas mihi, an mea responsione, quam tibi mitto, tuae quaestiones utcunque explicatae videantur. Bene vale et rescribe. Die 25. Septb.

Philippus.

Usitatae[2]) et receptae propositiones hae sunt in Ecclesia: *ὁ λόγος* est Deus, *ὁ λόγος* est homo; Christus est Deus, Christus est homo. Haec reiecta est: Christus est creatura, propter insidias, quia Ariani sic eam interpretabantur, ut dicerent, *τὸν λόγον* etiam sine humana natura esse creaturam, id est, seu vocem creatam missam ad Ecclesiam[3]), seu personam creatam ex nihilo missam ad Ecclesiam. Quanquam enim Ariani voluerunt videri aliud sentire quam Samosatenus: existimo tamen, eos idem voluisse[4]), sed praestigiis verborum offudisse populo caliginem generalibus verbis. Posteriores scriptores in tertio libro Longobardi distinctione septima addiderunt veterum rixis novas et spinosas cavillationes, quas prorsus omitti propter ambiguitatem satius esset, cum res exponi aliis verbis perspicue possit. Haec propositio ab illis scriptoribus reiecta est. Christus in quantum homo, creatura est; alia vero non multum dissimilis recepta est[5]): Christus secundum humanam naturam creatura[6]) est. Haec exilitas disputationum fugienda est, praesertim cum res aliter perspicue dici possit. Multo maiores et graviores aliae quaestiones sunt de re: quid sit *λόγος*, an sit *ὑφιστάμενον ὁμοούσιον τῷ πατρί.* Hic simus vigilantes, et veram invocationem retineamus contra Samosatenum, Arium, Mahometum, Servetum et similes praestigiatores. Vagatur in Polonia quidam *Lithuanus*, qui Servetica, id est Mahometica, *περὶ λόγου* spargit, et cum liber excusus esset Cracoviae *Razovilus* sapienter prohibuit editionem. Decrevi et *περὶ λόγου* et *περὶ μεσίτου* edere testimonia ex scriptis propheticis et apostolicis collecta.

De altera quaestione recte dicitur et sine ambiguitate: nova obedientia est effectus Dei[7]) in nobis, sicut dictum est: *ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν.* Item Ephes. 2.: *οἷς προητοίμασεν ὁ θεὸς* etc., id est: quae praeparavit. Et *πρῶτον αἴτιον* est tota divinitas. Agit autem pater per filium docentem, qui inquit: ego sum vitis, vos palmites; et per Spiritum sanctum accendentem corda. Ideo dicit Paulus fructus Spiritus. Deinde recte dicitur: nova obedientia est effectus fidei, etsi magis proprie dicitur effectus Dei comitans fidem; sed tamen et Paulus dicit *πίστις ἐνεργουμένη διὰ ἀγάπης.* Alia forma parit disputationes. Nova obedientia est finis fidei. De consummata obedientia verum est, sicut Petrus inquit: *κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως.* Et verum est: Ideo fide accipimus reconciliationem, ut prorsus deleto peccato et deleta morte simus iusti in vita aeterna integra iustitia. Et ibi conguit argumentum: finis est melior quam res, quae antecedit finem, ut habitatio melior est quam domus, usus melior est quam materia praecedens. Perfecta novitas seu iustitia vitae aeternae antecellit fidei. Sed de inchoatione in hac vita non sic loquimur: Inchoata obedientia antecellit fidei. Possent haec etiam subtilius disputari, sed teneamus illud vetus: *ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον.* Usus est melior quam materia. Sed de efficiente sic dici non[8]) potest: usus non est melior efficiente causa, ut Deus est melior mundo. Mens Archimedis est melior quam machina fabricata. Sed sit modus subtilitatum. Et libenter de omnibus nostris quaestionibus aliorum piorum et eruditorum iudicia audio.

Philippus Mel.

---

2) Hanc pagellam Pezelius in Mel. Consil. lat. P. II. p. 221. edidit, eamque inscripsit: „*Responsio Ph. M. anno* 1555. *ad quaestiones propositas ab Adamo Curaeo, Pastore Ecclesiae Vratislaviensis, de propositione: Christus est creatura, et nova obedientia est effectus Dei in nobis: Item effectus fidei.*" — Puto Melanthonem utrique, et Buchholzero et Cureo eandem pagellam misisse.

3) *missam ad Eccles.*] Pez. non babet.

4) Cod. Par. *ideo voluisse.*

5) Verba *Christus in quantum* etc. cod. Par. non babet.

6) *creatura*] cod. Par. *creatus.*

7) *Dei*] cod Paris. *fidei.*

8) *sic dici non*] cod. Paris: *aliter dici*, praetermisso *non.*

No. 6083. 27. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 693 (ed. Lond. lib. IV. ep. 835.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario Pab. fratri suo cariss.

S. D. Quod faustum et felix sit adest *Sabinus*, et filias nostras dulcissimas adduxit, quas intuens et de nostris exiliis, et aliis aerumnis cogitans, quomodo afficiar tibi indicare non difficile est, patri maxime *φιλοστόργῳ*, sed meminerimus Deum esse patrem orphanorum. In fasciculis litterarum quos accepi multos, suaves epistolas duorum bonorum virorum et bonorum Poëtarum tibi mitto, *Stigelii*, et *Acontii*, ac Mathematici *Caesariani* epistolam addidi, quam scio tibi voluptati fore, si potero, cum *Sabino* istuc veniam. Heri nobis *Sarcerii* magnum volumen ex aula missum est, ut nostrum iudicium aulae significemus, metuo ironias *), sed respondebo *λακωνικῶς*. Bene et feliciter vale. Quinto Cal. Octob. **).

Philippus.

No. 6084. 29. Sept.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 157 sqq.

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Etsi multas epistolas ex Francofordia accepi, tamen nihil in illis hac una narratione iucundius fuit. Rex *Max-aemylianus* rediens ex Belgico fecit iter per *Stutgardiam*. Ibi, cum eo ipso tempore peperisset filium Coniunx Ducis Wirtebergensis, ipse Rex Max-aemylianus factus est testis Baptismi, et nomen *Max-aemyliani* tribuit filio, Ducis, infanti. Laetatus sum hac significatione mutuae benevolentiae inter Principes.

Tribuimus officium concionandi in templo arcis, quod tenuit Doctor *Petrus*, cuidam Magistro, *Paulo Crellio*, orphano Islebiensi, ingenioso viro, quaeso, ne sinatis mutari ambitiosis petitionibus. *Drachstadius*, gener Doctoris *Georgii*, nunc est in aula Comitis *Friderici Magni*, *Comitis in Solms*, sed in loco viciniae Hassiae, in quo nec victus conveniens est pueris, nec Oeconomiam instituere potest, propter stipendii tenuitatem. Credo idoneum esse ad Notarii munus in Consistorio Mysnensi. Et scitis in familia honesta natum esse, avo Doctore. Quaeso, ut eius rationem habeatis, redire enim in has regiones cogitat.

In Polonia oppidum *Petrowik*, in quo conventus Regni Polonici aliquot fuerunt, iam terrae motu et tempestatibus disiectum est. Impendent ruinae regnorum, inter quas ut servet Filius Dei suam cymbam, et Ecclesias harum regionum protegat, toto eum pectore oro. Quem oro etiam, ut Ecclesiam vestram domesticam et vos in ea servet et gubernet. Bene valete. Die Festo, quo Ecclesia Deo gratias agit pro excubiis castrorum Angelorum. 1556.

Philippus.

*) Mordisius cum voluptate fuit spectator illarum calumniarum. C. W.

**) Non scripta est epist. anno 1555., ut visum est editori.

No. 6085. 1. Oct.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis, p. 1246.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime vir et cariss. frater. Nihil de bello *) scribo, nec causas novi, nec me iudicem facio. Sed oro Deum, ut et Ecclesiis det piam concordiam, et earum hospitiis pacem. Scribam aliam narrationem iucundiorem. Cum Rex *Maximilianus* nuper ex Belgico rediens, per nostram patriam iter fecit ac Stutgardiam venit, eo ipso tempore coniux Ducis *Wurtebergensis* peperit filium, ac baptismi testis factus est Rex Maximilianus, et filio Ducis Wurtebergensis nomen Maximiliani tribuit. Laetatus sum hac inter se principum benevolentia et significatione pietatis in Maximiliano. De dissensionibus quae apud vos ortae sunt *περὶ ἀναθεματισμοῦ*, cum viderem non esse quaestionem de doctrina, nihil respondi, nec volui in aliena Repub. *πολυπραγμονεῖν*, *καὶ*

*) Quod movebant Duces Megalburgenses adversus Rostochianos illo tempore.

ὁρᾷς, ὅτι τοῦτο ἔθνος ἧττον φιλήσυχόν ἐστιν, ἢ ἡμεδαπόν. Nunc Augustanae Ecclesiae respondeo, de *Stenkfeldianis* furoribus *). Utinam conferre cogitationes meas vobiscum possem. Bene vale. Cal. Octob. Mitto libellum, in quo fortassis versiculos leges non ingratos. Iterum vale et rescribe.

Philip. Melanthon.

No. 6086. 1. Oct.

Barnimo, Duci Pom.

Epistola nuncupatoria in Tomum septimum operum Lutheri latinorum, qui prodiit Witebergae anno 1557. „per Thomam Klug." — Recusa in Melanthonis Declamationibus Tom. IV. p. 617.

Illustrissimo Principi et Domino, Domino Barnimo Duci Stetini, Pomeraniae, Cassuborum et Henetorum etc. Principi Rugiae et Comiti Caycorum etc. Domino suo clementissimo S. D.

Imago duarum gentium in genere humano proposita est, cum filius Dei, dominus noster Iesus Christus, in cruce inter duos latrones pependit, quorum alter furens nihil movetur tot testimoniis universae naturae, terrae motu, rupibus subito fissis, luce solis contra naturae [1]) ordinem extincta, nec sua calamitate factus modestior, quo minus derideat prope pendentem naturae dominum, alter vero et his signis et motu divino flectitur, ut agnoscat hunc servatorem a Deo missum ad Ecclesiam, de quo testimonia prophetica norat, et ab eo salutem petit. Ita etsi totum genus humanum et propter peccata reum est coram Deo, et ingenti mole calamitatum horribiliter premitur, sicut uterque latro et sceleratus est et supplicio afficitur, et ibi cruentus pendet: tamen cum similitudo sit et peccatorum et poenarum, pars altera durior omnibus scopulis Epicureo furore Deum, filium Dei, Ecclesiam, Evangelium inanes fabulas esse iudicat, et in poenis praesentibus ridet Sardonium risum, donec, aeternis fulminibus oppressa, poenas non accidere casu, sed vere Deum iudicem et vindicem esse fatebitur. Altera pars hominum voci divinae assentitur, credit esse Deum, et vere colligere aeternam Ecclesiam per filium voce Evangelii, et secuturum esse iudicium, in quo reiectis impiis Ecclesia adducetur ad consuetudinem Dei, ut laeta fruatur sapientia Dei in tota aeternitate. Quoties filium Dei inter duos latrones pependisse cogitamus, pendere ibi totum genus humanum intelligamus, et consideremus nos, miserias, causam mortis et omnium calamitatum, et liberationem, nec aliter nos in Ecclesiam coelestem transituros esse, quam sicut eo latro ille, qui salutem petit ab hoc naturae domino, accedit.

Cum autem hic Dominus, filius Dei, non aliter agnosci possit, nisi cogitata voce Evangelii, necesse est, libros propheticos et apostolicos legere et [2]) audire. Ab eo studio non sinamus nos abduci impiorum latronum sarcasmis, id est nec Epicureorum cachinnis nec praestigiis fanaticorum hominum, nec Papistarum et Hypocritarum corruptelis. Ac Epicurei, cum palam sint hostes Dei, facilius et agnosci et vitari possunt; sed alii insidiantur astutius, qui, cum iactitent se amplecti libros Propheticos et Apostolicos, tamen pro illis obtrudunt aliena καὶ ὑποκίβδηλα δόγματα. Sadducaei palam reiiciebant Prophetas, ut Epicurei et Mahometistae palam nunc aspernantur apostolicos libros.

Est autem adversus hos perspicua defensio. Impossibile est esse populum Dei illos, qui fatentur, se non recipere libros Propheticos et Apostolicos. Hanc arcem teneamus adversus omnes Ethnicos et manifestos Ecclesiae hostes. Hanc confirmationem saepe cogitandam esse norunt omnes, qui verum Deum et invocant et celebrare student. Sed Pharisaei aliter fallebant populum. Retinere se Propheticos libros simulabant, et interea fingebant alias opiniones, quas tanquam fuco pingebant astute illitis Prophetarum verbis. Sic Samosatenus, Servetus, *Petrus Conyza Lituanus*, qui nunc passim vagatur, vociferantur se retinere libros Apostolicos, et dicta de filio Dei eludunt. Papistae impudenter dicunt, non esse certam doctrinam librorum Propheticorum et Apostolicorum, sed hanc ex interpretationibus usitatis apud ipsos sumendam esse.

Adversus hos tenenda est Regula Esaiae ad legem et testimonium: qui non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et Paulus inquit: si quis aliud Evangelium docet praeter id,

---

*) Serius hoc est factum. Vid. 11. Febr. 1557.

1) *naturae*] Decl. non habent.

2) *legere et*] praetermissa sunt in Decl.

quod docui, anathema sit. Iubet aeternus pater audiri filium, qui ex arcano sinu aeterni patris protulit Evangelium. Huius discipulos cum esse nos oporteat, nequaquam gignere nobis alia doctrinae genera licet. Et hunc doctorem filium Dei, *λόγον* aeterni patris, statuamus et velle intelligi et recte loqui posse, ut manifestum est, propriissimum et rectissimum sermonem esse in iis membris, quae legem, quae promissiones, quae articulos Symboli recitant. Immensa bonitate Deus se patefecit, ut recte agnosci et invocari possit. Pro hoc ingenti beneficio summa est ingratitudo eludere patefactiones divinas, et pro sententiis divinis furtim cogitationes falsas subiicere.

At inquiunt, fatendum est, aliqua dicta obscuriora esse, quaedam etiam inter se discrepantia, ut nebulo *Sebastianus Francus* magnum acervum sycophantice cumulavit dictorum, quae inter se pugnare videntur. Hic primum respondeo quod est in veteri versu:

οὐδὲν κακουργότερον διαβολῆς ἐστί πω.

Nihil tam proprie, nihil tam diserte, nihil tam circumspecte dici potest, quod non cavillatione aliqua depravari possit. Deinde hoc respondeo, quod scripsit *Epiphanius*: *οὐ πάντα θεοῦ ῥήματα ἀλληγορίας δεῖται, ἀλλ᾽ ὡς ἔχει. θεωρίας δὲ δεῖται καὶ ἐκθήσεως εἰς τὸ εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν.* Non omnia, inquit, verba Dei transformanda sunt in allegorias, sed ut nativa significatio sermonis postulat. Speculatione autem et sensu opus est, ut intelligatur cuiusque argumenti propositum. Sensum nominat videlicet experientiam, quae lumen est vocabulorum. Sensus enim docet, quid significent vita, mors, noticia rei laedentis, noticia boni foventis, lex, timor, dolor, peccatum, poenitentia, consolatio accensa cogitatione de misericordia seu fide, et fiducia agnita re bona. Denique ut in omnibus artibus usus lucem adfert, ita exercitia poenitentiae et invocationis illustrant doctrinam Ecclesiae, imo in his ipsis exercitiis lucet filius Dei in mentibus recte invocantium, sicut inquit: ego sum vitis, vos palmites. Addit autem Epiphanius et alterum membrum. Ait opus esse speculatione. Cum verba et phrasin intelligimus, iter [3]) proximum est a Grammatica ad dialecticen. Cogitandum est, quae sint doctrinarum discrimina, quid Ecclesia proprie doceat, quid ab aliarum opinionibus differat, quae sint summa capita doctrinae, constituendae definitiones et divisiones. Et iudicanda est coagmentatio argumentorum, considerandum, quid sit Deus, quid lex, quid peccatum, quid Evangelium, quid gratia, quid sit poenitentia, quid sit fides, quid iusticia coram Deo, quid inchoatio aeternae lucis in mente, quid promissio bonorum aeternorum, quid promissio bonorum corporalium, quid Ecclesia, quid vita politica, quae sint officia necessaria vitae politicae, de quibus loquuntur Prophetae et Apostoli. Denique ordo in docendo necessarius est et membrorum distinctio ut in artibus. Hunc ordinem et mediocrem artis formam nominavit Epiphanius speculationem, quam Paulus nominat *ὀρθοτομεῖν.* Hanc autem diligentiam cognoscendae phrasis, et distinguendi ac definiendi membra et recte contexendi argumenta, scimus adeo necessariam esse in discendis etiam caeteris artibus, ut qui eam negligit, ne sanus quidem iudicari possit. Misceatur autem studio invocatio Dei, quia et magna caligo est humanae mentis et insidiae diaboli multae sunt, et facile flectuntur animi aliorum seu veris seu falsis iudiciis, praesertim quos auctoritas aut vetustas commendat.

Haec eo nunc prolixius recito, quia recens Pragae unus ex Esavitis dies aliquot consumpsit in hac praefatione: cum non sit certa sententia Propheticorum et Apostolicorum librorum, sermonem eorum inflectendum esse ad Pontificum et Monachorum dictata, seque tuentur huius capitis exemplo in Matthaeo, in quo dicitur: si quis percusserit te in dextram maxillam, praebe ei et alteram. In hoc dicto et similibus inquiunt, cum absurditatem esse iudicaret *Iulianus* Imperator, Evangelium derisit. Quaerenda est igitur interpretatio. Facilima et firma responsio est: conferenda sunt dicta in scripturis, et videndum quolibet loco, qua de re dicatur. Alibi divina dicta expresse politiam adprobant, et honorificis testimoniis ornant. In hac autem concione Christus prorsus nihil de politica gubernatione dicit, sed tantum de privata cuiusque poenitentia, et de mundicie cordis loquitur. Non prohibet, uti ordinata defensione divinitus, sed prohibet turbari ordinem. Iohannes Baptista, Paulus non moveant seditiones adversus tyrannos, sed iniuriam tolerent, cum ab ordinariis magistratibus non defenduntur. Ita veram explicationem haec dili-

3) In opp. L. *uter*, ex mendo.

gentia ostendit, cum consideras, qua de re Christus loquatur, an concio de vita politica, aut de privata mundicie cordis et de poenitentia instituta sit.

Ita Reverendus vir D. Doctor Martinus Lutherus ex ipsis fontibus nativam sententiam haurit, qua prolata facilis est refutatio calumniae Iuliani Imperatoris, conspicitur etiam vanitas somniorum, quae Monachi sparserunt de consiliis Evangelicis, et de perfectione. Huius exempli consideratio etiam in aliis materiis ostendit collatione illustrari ea, quae videntur obscura, nec propria calliditate a nobis fingenda esse dogmata, ut pueri ex una [4]) cera nunc anseris nunc canis figuram formant, seu, ut apud Lucianum quispiam dicitur esse, *προμηθεὺς ἐν λόγοις*.

Est autem in hoc Tomo explicatio huius concionis, in qua Decalogum sancit et enarrat filius Dei, quam adparet ex Luca diversis temporibus et saepe repetitam esse. Continet autem Lutheri explicatio amplissimam doctrinam de multis rebus, et simul monstrat viam in conciliandis dictis discrepantibus simplicem, deducit nos ad fontes, et monet consilia et propositum dicentis in quolibet loco intueri, et id fiat non cavillatorie, non sophistice aut sycophantice, sed mens veritatem amet, et serviat gloriae Dei, et adhibeat in iudicando dexteritatem.

Est igitur utilissima huius enarrationis lectio. Ut autem in caeteris Tomis piorum Principum mentionem fecimus hanc ob causam praecipue, ut posteritas sciat doctrinam Ecclesiarum nostrarum, non tantum populi iudiciis receptam esse, sed gravi deliberatione Principum praestantium sapientia et pietate, ita et Celsitudini tuae, Princeps illustrissime, et hunc Tomum dedico, quia et tua Celsitudo hanc doctrinam pie amplectitur, et Ecclesias recte doceri curat, et pericula confessionis constanter sustinet. Utile est autem, pios et nunc et ad omnes posteros piorum Principum exempla intueri. Oro autem filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesias harum regionum clementer gubernet et protegat, et Celsitudinem tuam servet incolumem. Bene valeat C.T. Calendis Octob. anno 1556.

Celsitudinem tuam
reverenter colens
Philippus Melanthon.

4) *una*] Decl. *ima*, ex mendo.

No. 6087. 3. Oct.

Casp. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Casparo Aquilae.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Speremus non procul abesse illum laetissimum diem triumphi filii Dei, in quo Ecclesiam universam ex morte revocatam adducet ad aeternum patrem, ut deinceps Deus sit omnia in omnibus. Omnia enim regna mundi horribiliter ruunt. Romanus tyrannus bellis Italicis suae tyrannidi inclinationem attrahit. Caetera regna, Ungaricum, Germanicum, Anglicum, lacerantur variis modis. Interea, ut filius Dei sit umbraculum Ecclesiae inter nos, assidue petamus. Mitto exemplum edictorum publicorum. Fortassis alicubi versus de prodigiis *) et de festis tibi non ingrati erunt. Bene vale. 3. Oct. 1556.

Philippus.

No. 6088. 8. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 753 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 905.). — Retulit editor hanc epist. ad ann. 1559., sed scripta est anno 1556., quo Camerarius et Peucerus mense Octobri iter fecerunt per Norinbergam Ratisbonam. Commemoravit hoc iter *Saligius* in hist. Aug. Confess. T. III. p. 70., sed in eo erravit, quo illud mense Iunio factum esse putavit. Cf. ep. ad Peucer. d. 26. Oct. et ad Baumgartn. d. 12. Oct.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo cariss.

S. D. Credo *λόγον* filium Dei custodem fuisse familiae Iacob, sicut inquit Senex: Benedicat Deus pueris his, et angelus qui eripuit me ex cunctis malis. Ac voci ipsius filii Dei confirmatae resuscitatione mortuorum credo, cum dicit: Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Oro igitur ipsum filium Dei dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut te et Ecclesiam tuam domesticam, et comites tuos servet incolumes, et nos omnes gubernet. Optarim me comitem esse posse itineris vestri.

*) De prodigiis carmen *Bartholom. Lasani* (Decani collegii Philosophorum) legitur in Scriptis publ. h. a. Tom. II.

Sed scis me tantisper alligatum hic haerere, donec me Deus volet ex hac vita, vel ex hoc carcere educere. Reversus *) etiam litteras accepi, quae narrant mirabilib. technis hoc agi a *Flacio*, ut hinc expellar. Hac de re *διαῤῥήδην* scribam ad aulam, et oro filium Dei, in quo *σωματικῶς* habitat divinitas, ut nos omnes gubernet, et ut regat consilia vestra de filia. Bene vale. Quarto idus Octob.

Philippus.

No. 6089. 10. Oct.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 222. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 217., quod Baumgartnerus, ut ipse notavit, accepit „1556. 21. Oct. per D. Hiero."

Hieronymo Bomgartnero, Senatori incl. urbis Noriberg.

S. D. *Misericordiae Domini*, inquit Propheta, *quod non consumpti sumus.* Nihil dubito Dei opus esse et ingens beneficium, quod hactenus repressi sunt hostes vestri, ac Ecclesiae vestrae preces et gemitus tot piarum matronarum, virginum et aliorum † piorum" a Deo exaudiri statuo. Nec desinamus assiduis votis petere defensionem, et gubernationem † a" Filio [1]) Dei. Vagantur adhuc exercitus in Arctoo littore, et iam Bremensi Episcopo minitantur. Nam Livoniensis controversia reiecta est ad arbitros Regem Danicum et Duces Pomeraniae. *Iacobum* retinet Patria, ut ex ipsius literis intelliges. Credo *Menium* posse vobis usui esse, de quo coram *Ioachimus.* Bene et foeliciter vale. Die 10. Octobr. [2]).

Philippus.

No. 6090. 12. Oct.

Eidem.

Epist. lib. VI. p. 222 sq. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 218., quod Baumgartnerus accepit: „1556. 30. Oct. per M. C."

Hieronymo Bomgartnero, Senatori incl. urbis Noriberg.

S. D. *Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς εἰσβλέπειν γλυκύ.* Itaque et conspectu et dulcissimis sermonibus doctoris *Hieronymi* Medici valde delectati sumus, et Dn. *Ioachimus* et ego: magis etiam, et conspectum tuum et tuos sermones expeto, et ut literae tuae a Scholastico vestro hodie mihi redditae ostendunt, te quoque optare nostrum conspectum intelligo. Quid mihi dulcius esset ad te accedere, si fieri id posset, cum his duobus amicis, cum vobis tribus et fratre meo germano, non alios homines pluris faciam. Bene et foeliciter vale. Die 12. Octob. *)

Philippus.

No. 6091. 12. Oct.

Ios. Menio.

Edita in Epist. lib. VI. p. 1. ut videtur ex apogr. in cod. Monac. II. p. 191 b. Contulimus apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Optimo viro, Iosiae Menio, Norimb. [1])

Charissime *Iosia* [2]). Non mihi plus sapientiae et iudicii sumo, quam quantum fuit in Quintiliano, de quo scriptum est:

Quintiliane vagae moderator summe iuventae [3]).

Is vult adolescentes grammaticas regulas ita discere, ut intelligant, quid recte dictum sit, aut non recte dictum sit [4]). Nec dubito, viros sapientes D. *Hieronymum* et D. *Ioachimum* idem sentire. Quare valde te adhortor [5]), ut assiduitatem in regulis grammaticis inculcandis et reposcendis [6]) praestes. In Belgio [7]) dicunt: *si est bonus Grammaticus est haereticus*, quia sciunt, Grammaticos legere fontes, et amare proprietatem et veritatem. Saepe iocari soleo, nostros non venire in

---

*) Videlicet Lipsia ex nundinis.
1) Spanh. *Filii.*
2) Alia manus adscripsit: a. 1556.

*) Alia manus adscripsit: 1556.
1) De eo vid. ep. d. d. 10. Maii 1555. Haec autem ep. responsum est ad literas Menii ad Melanthonem datas d. 24. Sptb. 1556.
2) *Char. Ios.* in libro VI. non leguntur.
3) lib. VI. *inventae.*
4) *sit*] abest a cod. Par.
5) Cod. Par. *hortor.*
6) Cod. Par. *repetendis.*
7) Cod. Par. *Belgico.*

suspicionem haereseos propter grammaticae cognitionem. Utinam plurimi fierent et boni et sani Grammatici. Mitto tibi exemplum recentium publicorum edictorum [8]). Bene vale. XII. Octobris [9]).

Philippus Melanthon.

No. 6092. 13. Oct.

Sigismundo Augusto, R. Pol.

Edita in *Stanislai Lubieniecii* historia reformationis Polonicae, (Freyst. 1685. 8.) p. 91.

Inclyto et Sernissimo Regi ac Domino, Dom. Sigismundo Augusto, Regi Poloniae et MagnoDuci Lithuaniae etc. Domino Clementissimo S. D.

Inclyte Rex et Clementissime Domine. Nihil dubium est, societatem generis humani, quatenus conservatur, a Deo conservari, et sapientia Dei ad hanc utilitatem monarchias et caetera regna, quae generi humano proferunt, constituta esse. Nam *Turcicum* vastatio est orbis terrarum, et tantum horribilis poena, non regnum. De his tantis rebus consilium Dei considerandum est, et propter regna salutaria Deo gratiae agendae sunt.

Fuit autem regnum Polonicum praecipue salutare reliquae Europae, annis iam quingentis, quia murus fuit adversus *Tartaros*, nec bella nobis intulit. Caetera regna, Germanicum et Gallicum, dum inter sese de possessione Italiae dimicant, publicae saluti defuerunt. Cum igitur Regno Polonico, bene merito de tota Europa, singularis gratitudo debeatur, oro Deum, ut servet regnum tuum et tuam Maiestatem. Opto etiam, ut, cum salutaria regna sint opera Dei, et lucere in eis agnitionem Dei maxime oporteat, ut et in tuo regno Deus recte agnoscatur et invocetur. Nec vero negari potest, magnos in Ecclesiis abusus esse, quos emendari regum sapientia Deus praecepit, cum ait: *et nunc reges intelligite.* Quare quod regia Maiestas tua hanc curam suscipit, pie facit. Nullum Deo gratius sacrificium fieri posset, quam si instituta piorum et eruditorum deliberatione curarent aliqui reges et veritatem illustrari et idola deleri, et piam concordiam constitui. Legimus *Osij* et aliorum quorundam scripta, qui exorientem lucem veritatis suis praestigiis extinguere conantur et idola stabiliunt. Sed sapientiae Regiae Maiestatis tuae congruit fontes inquirere. Nos quid profiteamur ostendit confessio, in qua summam doctrinae Ecclesiae breviter complexi sumus. Quare exemplum mitto, et de singulis membris me ad explicandum uberius offero. Offero me etiam ad verae Ecclesiae iudicium. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, custodem Ecclesiae suae, ut Reg. Mai. tuam servet incolumem et consilia tua gubernet. Datae III. Idus Octobris anno 1556.

Regiae Maiestatis tuae infimus servus
Philippus Melanthon.

No. 6093. 13. Oct.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenberg. ep. 46.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Etsi magis ad nos pertinet cura de dogmatum controversiis, tamen et Pannonica bella omnes scire refert, ac ut sunt *πολλὰ πολέμου κενά*, existimo varias fabulas ad vos perferri. Sed scito duos exercitus *Ferdinandi* in Hungaria esse. Alter in *Zepusio* est, ut recuperet Transylvaniam, quam occuparunt ductores Filii *Ioannis*, tradendam haeredi, filio *Iohannis.* Ibi recens ex nostris quingenti milites interfecti sunt, et ereptae nostris machinae. Hic utrinque res geritur per eos, qui Christiani nominantur. Alter exercitus ducitur a filio regis *Ferdinandi*, *Ferdinando*, versus *Budam*, contra Turcos. Hic exercitus Archiducis *Ferdinandi* adhuc Dei beneficio incolumis est, et recens duas arces occupavit *). In altera vi capta trucidati sunt 600 Turcae. Nec usquam ad initium Octobris alia digna fide ad me perscripta sunt. In Hungaria recens noctibus VI continuis conspectae sunt duae stellae inter se dimicantes: altera Orientalis, altera ab occasu volitans. Tandem vicit orientalis et progressa est ad Meridiem. In Polonia et in Pannonia adeo

---

8) *Mitto tibi* etc.] cod. Par. non habet.
9) Diem cod. Par. non habet.

*) Vid. omnino Annales Melanth. in fine huius anni.

crescunt certamina *περὶ τῆς ἀρτολατρείας*, ut necesse sit pios et doctos communi deliberatione quaerere sanandis aliquorum animis. Bene vale et rescribe. 13. Octob.

Philippus.

No. 6094. 14. Oct.

Ioachimo, Pr. Anhalt.

Edita a *Becmanno* in Access. p. 118. Apographon in cod. Galli II. p. 238.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime et Clementissime Princeps. Adhuc maneo in hac sententia, ut reverenter orem C. V., ne de maledicis libellis ad Senatum Meideburgensem aut alios quidquam scribat, nec nunc respondeat ad scriptum venenatum et calumniosum, quod ex Meideburga misum est. Ego de tota causa, Deo iuvante, respondebo, etiamsi mihi exulandum erit. Videt C. V., delectari et vulgus et alios clamoribus illis, qui laxant frenos disciplinae. Nullum doctrinae corpus adhuc ediderunt, nec certo scire possumus, quid sentiant isti maledici homines de gravissimis doctrinae articulis, nec quo tendant isti clamores; in quibus et nonnulla [1]) mendacia miscent, et vulgi petulantiam confirmant, et errores quosdam stabiliunt. De his verbis suo tempore dicam. Oro igitur, ut C. V. pro sua sapientia et animi moderatione, nihil deinceps de his negotiis scribat. Multa ferenda sunt omnibus hominibus, ac praesertim sapientibus Principibus. Constantio Imperatori concionanti ad exercitum iniectum est stercus in faciem. Davidem fugientem omnibus probris onerat Semeias. Nec ulli creaturae horribiliora convicia dicuntur, quam ipsi Filio Dei. Refutabit lux veritatis aliquanto post et calumnias et falsa iudicia illorum, qui calumniis delectantur, quia veritati tandem opitulatur tempus. Quam inanis est calumnia in Meideburgensi responsione de Caesare, qui tribuit optimo Principi *Georgio* testimonium eruditionis et pietatis. Ille Sycophanta contrarium inde extruit [2]). Tales ludos et praestigias

---

1) Cod. Galli *multa.*

2) Allatraverat Flacius in scripto suo de concordia facienda etiam fratrem Ioachimi, *Georgium* Anhaltinum, episc. Merseb., de quo etiam hoc dixerat: „Allein die Jurisdiction

amat vulgus. Sed commendemus nos et Ecclesiam Filio Dei, et petamus nos defendi contra errores et calumnias. Bene et feliciter valeat C. V. Die 14. Octobr. 1556.

Celsitudinis V.

minister

Phil. Mel.

No. 6095. 14. Oct.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[5].

Matthaeo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Clariss. vir et cariss. frater. Pene exaudiri a vobis Pannoniae eiulatus arbitror, ex qua etsi tristes querelas de bellis accipio, tamen tristiores querelae scribuntur de Ecclesiarum dissidiis, quae variae et multae sunt. Propter has nos oportebat coniunctiores esse, et communia decreta opponere erroribus. Sed coniunctionem et colloquia impediunt isti *δημαγωγοὶ*, qui vulgi plausus captant criminatione nostri. Scripsi supplicem epistolam ad *Flacium*: is postea misit atrocem criminationem. Itaque non sine dolore legi tuam epistolam, in qua iubes nos vela demittere, quasi significes, a me concordiam impediri. An non videor vela demisisse, cum calaphos accipiam nec manifestas iniurias depellam? Scio, illum ubique faces spargere ad inflammanda adversus me odia. Magno dolore adficior, si tuo iudicio etiam talis videor, qualem ille me facit. Labores nostri considerentur, quos iam annos triginta sustineo. Sed commendo me Deo, ac te oro, ne alienari a me animum tuum sinas, sed cogites vetus dictum: *οὐδὲν κακουργότερον διαβολῆς ἐστί που.* Multa falsa crimina in nos conferuntur, quae cum refu-

---

des Papsts und der Bischöffe kann unsere Kirchen gänzlich zu nichte machen, welche ihnen in dem Leipzischen Interim klar wieder übergeben und zugestellt wird, und Fürst George den Sydonium darauf selbst hat] inthronisiren helfen." Id aegre ferens *Ioachimus* Princeps scripsit epist. ad Senatum Magdeburgensem d. d. 19. Septb. 1556., in qua fratrem pie defunctum non solum defendit, sed etiam hortatus est senatum, ut Flacio mandaret: „den löblichen Fürsten ruhen zu lassen, widrigen Falls er (Fürst Joachim) schon die Wege an die Hand nehmen würde, seines Bruders Ehre und Glimpf nach seinem geschlossenen Munde zu erhalten; und wäre gut, wenn eine jede Obrigkeit nicht einen jeden ließe seines Gefallens Bücher in die Welt hinein schreiben." Vid. *Saligii* hist. Aug. Conf. III. p. 240.

tare cogar, maius certamen erit. Sed haec alias. *Simeoni* tuo publicum testimonium tribuimus. Spero etiam nostram institutionem ei prodesse. De *Grespeckii* filiis respondi Domino Carlowizio. Ei nunc idem respondeo. Si grammaticae rudes sunt, profutura est eis schola *Fabricii* in urbe Mysna, et ibi apud civem habitare et mensam habere poterunt. Sed si mavult eos in nostra Academia esse, nostra eis officia non deerunt. Bene et feliciter vale carissime frater et RESCRIBE. Die 14. Octob. 1556.

No. 6096. 16. Oct.

Cph. Piscatori.

Ex autographo Melanthon. in biblioth. Μεγαλαρχοντ. Badens. mihi descripta a Cl. *Moltero.* — Antea iam edita in *Noltenii* Commercio literar. claror. viror. p. 215. Inveni etiam apographon in Collectione *Ballenst.* Vol. I. p. 26., qui eam descripsit ex apographo in bibliotheca *Lesseri.*

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Christophoro Piscatori, Ecclesiarum in ditione inclytorem principum Hennebergensium gubernatori, fratri suo carissimo,

S. D. Reverende vir et carissime frater. Hanc epistolam scripsi die Octobris sedecimo, quo ante annos 1881 [1]) Demosthenes interiisse scribitur, de quo cogitans et miserias generis humani et multorum excellentium virorum tristes exitus mente intuens deo gratias agebam, quod nos ad Ecclesiae societatem vocavit [2]), eumque precabar, ut nos vasa misericordiae faciat, ut labores nostri sint utiles, nec sint tantum perniciosae contentiones, ut illa magna vis ingenii Demosthenis consumta est in acerrimis certaminibus, quae patriae exitio fuerunt. Toto igitur pectore filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit: *sine me nihil potestis facere*, oro, ut nos gubernet, et propter suam gloriam servet Ecclesiam et nos in ea.

Hunc *Iohannem Kirchner* filium Pastoris *Herpfensis* [3]), modestum et doctum adolescentem tibi commendo. Spero, usui futurum esse vel in scholis vel in templis. Et pietas est, iuvare pastorum filios, qui tamen sunt modesti et usui esse possunt. De Pannonia scriberem multa, si tempus haberem [4]). Hactenus exercitus Archiducis *Ferdinandi* duas arces occupavit, in quarum altera sexcentos Turcicos milites, cum se dedere nollent, interfecit [5]). Ita vagantur horribiles poenae per genus humanum. In his tantis tumultibus, ut filius Dei servet Ecclesiam suam toto eum pectore precemur. Bene vale et rescribe. Die 16. Octobris 1556.

Philippus.

1) In Calend. Eberi Demosthenes mortuus dicitur ante Christum natum an. 322. Ergo ep. scripta esset anno 1559. Sed scripta est a. 1556.

2) Ballenst. *vocaverit.*

3) Ballenst. *Herphensis.*

4) Vid. Annal. Melanth. in fine huius anni.

5) Ball. *suppeteret.*

No. 6097. 16. Oct.

Testim. de Hoflero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

S. D. Omnibus lecturis has literas.

Dulce est, nosse patriam, et nonnihil ad disciplinam conducit maiorum virtutes intueri. Est autem celebrata *Franciae* gentis virtus, quae prima Germaniam semper distractam uno imperio complexa est. Postea cum Galliam et Italiam adiunxisset, formam Romani Imperii veterem restituit, et diu magno labore defendit Europam adversus Saracenos, Hunnos, Nortmannos et alios barbaros. Ac Galliam et Germaniam vera doctrina de Deo et de domino nostro Iesu Christo legibus et disciplina ornavit, et instruxit literarum et artium honestarum cognitione. Collocat autem Strabo Βρέγχους inter Noricos et Vindelicos. Quare etsi longius ab Alpibus recesserunt, tamen hos esse Francos consentaneum est, quia nunc quoque Franci sedes tenent inter Noricos et Vindelicos, et nomen a libertate dictum est. Oppidum est autem Franciae *Coburg*, quod diu iam possident inclyti Duces Saxoniae, ornatum verae doctrinae Evangelii voce, legibus, literis et disciplina. In eo oppido natus est in familia honesta, patre Consule, hic *Iohannes Hofflerus*, cuius [ingenium] *) cum sit capax doctrinarum, studiose didicit latinam et graecam linguam et initia

*) *ingenium*] excidit hic.

philosophiae. Ad haec studia adiunxit Ecclesiae doctrinam, de qua pium consensum patriae suae amplectitur, quae constanter retinet confessionem Ducis Saxoniae Electoris *Iohannis Friderici.* Ac pietatem animi declarat hic Iohannes Hofflerus vera invocatione Dei in agnitione et fiducia domini nostri Iesu Christi, et honesta morum gubernatione. Quare hunc Iohannem Hofflerum primum Viro integerrimo, patri suo, commendo, qui, cum vera pietate Deum colat, speret, et suam familiam Deo curae esse, sicut scriptum est: Generationi rectorum benedicetur, quod in graeco versu eleganter dicitur: *εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λωΐα, δυσσεβέων δ' οὔ.* Deinde, cum Reipublicae prosit provehere bona ingenia, etiam alios honestos viros oro, ut huic Iohanni Hoflero benefacere studeant, et, sicubi erit occasio, locum docendi ei tribuant, in quo non deerunt ei eruditio, consilium et fides. Oro autem filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut totum vitae cursum huius Hofleri gubernet et faciat eum *σκεῦος ἐλέους* et organum salutare suae animae et aliis. Anno 1556., die 16. Octob., quo ante annos 1881 *) Demosthenes extinctus est.

Phil. Mel. manu propria.

No. 5762. 17. Oct.

H. Buscoducensi.

Edita in d. Dänischen Bibliothek, P. IV. p. 171. (Danz.)

Ad Henricum Buscoducensem.

Reverende vir et charissime frater. In Pannonia duo exercitus sunt Regis *Ferdinandi*: alter ad *Cassoviam*, ut Transsylvaniam recipiat. Ibi recens quingenti ex Ferdinandicis interfecti. Alterum exercitum ducit ArchiDux *Ferdinandus* in altera Pannoniae parte versus *Budam*. Hactenus hic exercitus ArchiDucis divino beneficio processit feliciter, liberavit arcem *Zigeth* obsidione: cepit deinde duas arces, in altera trucidavit sexcentos Turcas, quia se dedere noluerunt. Nec alia nunc hactenus ex Pannonia. Marchio *Albertus* est in thermis Suevicis, quia corpus, ut audio, intumuit, seu hydrope seu *καχεξίᾳ* *). Plura nunc scribere non potui. Pridie Lucae A. 1556. Bene et feliciter vale.

Philippus.

No. 6099. 18. Oct.

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 238 sq.

Hieron. Besoldo, docenti Evangel. Noribergae.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Cum Doct. *Laurentius Lindeman*, qui nunc Magistratu in Academia fungitur, ad Ratisbonensem conventum proficisceretur, secum duxit *Michaëlem*, Academiae Ministrum, natum Noribergae, qui annos quinque fuit in familia viri optimi *Crucigeri*, cui fides eius valde probabatur. Nobis quoque nunc eius sedulitas in hoc molesto labore, in Academiae iudiciis nota et probata est. Merces nunc propter haec nostra exilia minor est. Ideo tibi nuper a *Paulo Ebero* commendatum esse audio. Etsi in hac publica calamitate petere aliquid a vobis videretur intempestivum; tamen te oro, ut siqua erit occasio, eum adiuves. Ego ei consilium dedi, ut in Ecclesia aliqua doceat, et locus ei inveniri potest; nec ipse recusat, sed hoc anno se prius in Academia exercere *καὶ προγυμνάζεσθαι* cogitat. Salutem vobis omnibus opto. De publicis negociis iam non scribo, quia nescio, quando ad vos hic Michaël venturus sit. Sed metuo, bella per Albiacos plus, quam civilia campos. Deus leniat poenas. Bene vale. Die 18. Octob.

Phil.

No. 6100. 23. Oct.

Camerario, filio.

Epist. ad. Camer. p. 706. (ed. Lond. lib. IV. ep. 847.).

---

*) 1881 scripsi pro 1887, quod mendum est. Vid. ep. anteced.

*) Commorabatur apud Carolum Marchionem Badensem, ubi Pfortzheimii d. 8. Ian. 1557. diem obiit.

Ingenio et eruditione praestanti Ioachimo Camerario, Ioachimi Camerarii viri clariss. filio,

S. D. Cariss. *Ioachime.* Dulcissimum officium est bonorum scriptorum communicatio. Ideo tibi et debeo et habeo gratiam quod pagellas nobis emisti et misisti. Et memor ero veteris dicti, χάρις χάριν τίκτει. Cum edent aliquid nostrae officinae, non indignum tua lectione, mittam. Honestissimae matri tuae mittam exemplum recentissimae editionis eius libri, qui ipsi inscriptus est*). Nunc enim nondum colligatus erat. Quaeso ut pro hoc quadrante rursus mihi Epitaphiorum exempla mittas per hunc meae sororis filium. Bene et feliciter vale. 19. Cal. Novemb.

Philippus.

No. 6101. 23. Oct.

Ge. Agricolae.

Epist. lib. II. p. 561. (ed. Lond. lib. II. ep. 584.).

D. Georgio Agricolae

S. D. Clarissime vir, et charissime frater, Meministi dulcissimam distributionem partium iustitiae, quarum alteram regit proportio Arithmetica, alteram Geometrica, quae gradus in vita distinguit. Hanc Geometricam proportionem nostro loco tueamur in communi societate, nec extra metas erumpamus. Sumus καθηγηταί, docemus modeste et ordine necessaria, ut summa doctrinae *Christianae* recte intelligi possit, simus etiam hortatores, ut iuventus disciplinam amet et Deum veris officiis colat. Rituum vero publicorum ἐπανόρθωσιν illis relinquamus, qui nunc in nostris Ecclesiis habent ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα. Nihil disputo, nec te disputare volo de his, quae iam apud vos constituta sunt [1]). Pluris facito concordiam et tranquillitatem Ecclesiae vestrae, quam harum disputationum subtilitatem. Mitto tibi pagellam, cuius lectionem tibi non insuavem fore arbitror. Invocatione Dei, morum gubernatione, studio concordiae ostendamus pietatem, et prodesse iuventuti annitamur. Rixarum modus aliquis sit. Bene vale. Die 23. Octob. Anno 1556.

*) Vid. d. 24. Febr. 1554. Iterum prodierunt loci Theolog. germanice Viteb. 1556. per Val. Creutzer. — Ioachimus, pater, profectus erat Norinbergam.

1) Cf. Epist. ad Wolfg. Palatinum d. 25. Iul. h. a.

No. 6102. (his fere dieb.)

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 425 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

Ea, quae in Latio agit *Albanus*, audio, ludos esse Cardinalium, arte instructos, ut deliri Pontificis amentiam reprimant. Sed illa non multum ad nos pertinent. Quae meus gener*) scribit, de Turcicis apparatibus magis movere nostros animos debebant. Fata orbem terrarum urgent, quae ut Filius Dei mitiget propter suam gloriam, et ut servet tuum coetum, et similes, toto eum pectore oro.

Mitto generi mei epistolam ad me scriptam, ut aliquid de ipsius itinere cognoscas. Si nondum vidisti Romanos Fastos, quos *Sigonius* summa cura distinxit, spero, nostrum hoc munus tibi gratum fore. Nullam vidi epitomen Romanae historiae meliorem. Et profecto libentius lego vetera, in quibus lucent sapientia et virtus, quam recentia stultitiae et ignaviae exempla. Quid enim omnino gessit Europa post Hunniadae Patris mortem (qui fuit Heroum ultimus) dignum viris. Sed spero, non procul abesse illum diem, quo has confusiones generis humani Filius Dei tollet, et Ecclesiam universam in conspectum aeterni Patris adducet, de quo nuper amico feci tenues versiculos, quos tibi mitto. Bene vale. Mense Novembri, cui apud Ebraeos ab Orione nomen est.

No. 6103. 25. Oct.

Ulr. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 196 sq.

*) Peucerus, haud dubie ex itinere, quod Ratisbonam fecit mense Octobri h. a.

Ulrico Mordisin, *Consiliario Ducis Sax. Elect.*

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Heri advenerunt Transsylvani, qui narrant, *Ioannis* Regis filium nondum in Transsylvaniam introductum esse. Sed tamen famam esse de eo adducendo. Monetam etiam ostenderunt, in cuivis inscriptione titulum Regis sibi tribuit ille adolescens *Iohannis* filius. Bellum igitur est non de sola Transsylvania. Monetam vobis mitto, Illustrissimo Principi dandam, si fortassis nondum vidisset. Nunc Propositiones scribo propter Doct. promotionem, quae hisce diebus futura est *). Mittam Propositiones, cum erunt editae, quia res utiles continent. Bene valete. Die 25. Octobris.

Philippus.

No. 6104. 26. Oct.

Ad. Sibero.

Epist. lib. II. p. 579 (ed. Lond. lib. II. ep. 604.).

D. Adamo Sibero, gubernanti Scholam in urbe Grimma.

S. D. Doctissime *Adame*, Hic adolescens *Ioannes Risebergius* natus in oppido nostro, filius ministri Academiae, qui in hac frequentia, et gubernationis difficultate magnos labores sustinuit, ad te proficiscitur, ut, si ei locus in tuo coetu esse poterit, te audiat. Nam et ingenio valet, et pater tuae honestissimae disciplinae severitate eum regi cupit. Ac offert pecuniam, quae ab hospitibus scholasticis vestra lege petitur. Nunc te oro, ut hunc adolescentem tuo coetui adiungas. Pater tot iam annos servit scholasticis, vicissim igitur eius filio benefaciant scholae. Iudicat autem pater, plurimum ei profuturam et tuam vocem, et disciplinam tuae Academiae. Quaeso igitur, ut in hac re et ipsi, et nobis gratificeris. Ac oro Filium Dei, ut Ecclesiis harum regionum, et earum hospitiis pacem tribuat. Bene vale. Die 26. Octobris, Anno 1556.

*) Conradi Beckeri, Brunsvicensis, promotio d. 5. Nov. 1556. Vide Scripta publ. T. III. lit. c. Quaestionem, de qua disputatum est, quamque Mel. scripsit, edidit Eberus in Mel. Quaestionibus acad. p. 149.

No. 6105. 26. Oct.

C. Peucero.

† Ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I., in appendice.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Casparo Peucero, genero suo carissimo.

S. D. Carissime fili. Die 26. Octobris venit huc communis amicus noster, Doctor *Fabianus*, quem in prandio retinui, adsidentem filio tuo et duabus filiabus. Nam *Martha* iam usu cepit locum apud fratrem. Eo die raciocinabamur vos Ratispona discessisse. Erat in prandio nobiscum *Eusebius Menius*, quia literas ei dederam, in quibus scripsi de voluntate principis Ascanii *Ioachimi*, qui patrem *Menium* 1) ad se accersit. Heri literas a *Casparo de Nidbrak* accepi, ex quibus intelligo, eum commoratum esse Ratisponae. Quare collocutos vos esse ibi existimo. Dei beneficio in Academia, Ecclesia et oppido nostro tranquillitas est. Ante triduum et Lipsicus Pastor 2) adfuit propter deliberationem de *Paceo.* Spero et ibi iam Halcyonia esse. Oro filium dei, dominum nostrum Iesum Christum, custodem Ecclesiae suae, ut d. *Ioachimum* et te et comites vestros servet incolumes, et reducat vos foeliciter, et gubernet negotia d. *Ioachimi* et filiae, et servet nostras Ecclesias invocantes ipsum. Salutem opto vobis omnibus ac nominatim d. *Hieronymo Bomgartnero.* Spero enim d. doctorem *Fabianum* ad vos venturum esse priusquam Noriberga discedatis. Bene et foeliciter valete. Die 26. Octobris.

Philippus.

No. 6106. 26. Oct.

Actio cum Paceo.

† Ex apographo in cod. Galli II. p. 188. — Hoc alterum in causa Pacei scriptum Pfeffingerus secum attulit Vitebergam, ibique d. 23. Octobris, (ut intelligitur ex Epist. Melanth. ad Peucerum d. 26. Oct.), tradidit Melanthoni,

1) Iustus Menius, Superintendens Isenacensis, quia Georgii Maioris sententiam de bonis operibus sequebatur, decreta ab Amsdorfio praescripta in conventu Isenacensi mense Aug. 1556. probare noluit, ideoque, quum aula Wimariensis Amsdorfii partes sequeretur, ex sua statione discessit, et se primum Longosalissam, postea Lipsiam contulit. Vid. *Saligii* hist. aug. conf. T. III. p. 66.

2) Pfeffingerus.

Bugenhagio, Maiori et Ebero qui illud probarunt. Idem illud scriptum postea d. 26. Oct. Lipsiae Paceo et reliquis propositum et ab iis additis suis nominibus comprobatum est. Prius scriptum vid. supra d. 3. Iun.

Secunda actio cum Paceo 1556.

In nomine domini nostri Iesu Christi, Amen.

Dieweil man aus Gottis Gnaden von der Lehr der Rechtfertigung des Menschen vor Gott in der Kirchen dieser Landen einig und nicht strittig ist, so bedarf es unter und bei uns, die wir im Ministerio sind, keiner Disputation, sondern klarer und beständiger Bekenntniß, ob auch alle unter uns in dieser Lehr und Predigt gleichförmig lehren und übereinstimmen.

Demnach zu vermeiden zweifeliger ungleicher und irriger Reden ist nachfolgender Bericht gestellet, wie und waserlei Gestalt die Lehr und Predigt auch hie zu Leipzig beständiglich und gleichförmig soll geführt und gehalten werden, wie wir aus Gottis Gnaden bis anher nach dem Maß uns von Gott gegeben treulich gethan, und mit seiner göttlichen Hülf bis in unser Gruben thun wollen. Dergleichen will auch Dominus *Valentinus Paceus* Licentiatus hinfortan dermaßen lehren und reden, und allen Verdacht zwiespaltiger Lehr vermeiden, und sollen und wollen uns gleichförmig mit Lehr und Leben halten, auch in nachfolgenden Stücken.

I.

Zum Ersten, daß wir alle Sünder von Art und verdammt, durch den Glauben aber in Jesum Christum in ernstlicher Reue Vergebung der Sünden erlangen, und aus lauter Gnade und Barmherzigkeit von der Sünde und Verdammniß losgesprochen, recht, fromm und selig werden von wegen des einigen Verdienstes und Versöhnung des Sohns Gottes Jesu Christi. Und ist kein ander Mittel, Weg noch Weise diese hohe himmlische Gabe zu bekommen, denn allein der Glaube, welcher im Evangelio gelehrt und allen Creaturen geprediget wird.

Und in diesem Artikel der Rechtfertigung vor Gott, Versöhnung mit Gott und der Seligkeit wird ausgeschlossen aller Werk des Gesetzes Gottes, vor, mit, und nach dem Glauben geschehen, und aller Menschen Werke, wie die genennt oder gemeldet werden mögen, Würdigkeit, Verdienst und Ansehen, und allein Gottes Gnad und Barmherzigkeit und Verdienst des ewigen Mittlers, Jesu Christi zugeschrieben und gegeben wird, welche Gottis Gnad, Barmherzigkeit und Verdienst des einigen Mittlers, Jesu Christi, einem jeden durch den Glauben an Jesum Christum wird zugeeignet und appliciret, und nicht von wegen vorhergehender voriger oder folgender seiner Werke des Gesetzes Gottis *).

Und verstehen allhie bei den Worten: Werken des Gesetzes Gottis, nicht allein die jüdische Beschneidung und alles, was des Mosaischen Levitischen Gottesdiensts mehr Werke gewesen sind, sondern auch alle Werke vor dem Glauben, das ist, so von denen geschehen, so noch nicht zu Gott bekehrt sind, und die Werke, die mit und nach dem Glauben geschehen, das ist, von denen, die zu Gott bekehrt sind. Diese allzumal verstehen wir aus St. Paulus Schriften, daß sie Werke des Gesetzes wahrhaftig sind und genennet werden in dem Punkt und Artikel, oder loco iustificationis hominis coram Deo, das ist, in dem Stuck und Artikel, wenn man redet und handelt von der Rechtfertigung des Menschen vor Gott. Und werden genennet des Gesetzes Werk, auch der Christen Werke aus diesen Ursachen.

Zum Ersten, daß dieselbigen in Gottis Geboten der ersten und andern Tafel ausdrücklich geboten und begriffen sind. Zum Andern, daß auch die Gläubigen an Christum, als viel sie noch Fleisch und Blut und angeborne Sünde an ihnen haben, sie das Gesetz Gottis anredet, erfordert von ihnen gute Werke, und sie sind demselbigen zu gehorsamen schuldig, und ist ihnen das Gesetze Gottis desfalls nicht aufgehoben. Zum Dritten, wenn man von dem Richtstuhl Gottis handelt, von Büßung und Vergebung der Sünde, item von Versöhnung Gottes ewigen Zorn, item von ewiger Gerechtigkeit und Verdienst der ewigen Seligkeit, da hat keines Menschen auch der Gläubigen Werke, Tugend oder Verdienst keinen Raum noch Statt, sondern allein die Gnade Gottes, und der einige Verdienst des Leidens, Sterbens und Auferstehung unsers lieben Herrn Jesu Christi, mit gläubigem Herzen gefasset und applicirt, wie geschrieben stehet: wer glaubet an den Sohn, der hat das ewige Leben.

Und haben die heiligen Väter, unsre Vorfahren und praeceptores derhalben recht gelehret und über diesen Artikel gestritten, daß wir allein vor Gott durch den Glauben gerecht werden und sind. Denn sie wohl verstanden haben und erfahren in rechtem Kampf und Anfechtung des Gewissens, daß in Gott ernstes Gericht, da man, wie droben auch gesagt, handelt von Vergebung der Sünden, Gerechtigkeit und ewigem Leben aller Menschen Werk und Verdienst so gar nichts gelten,

*) Usque ad haec verba hoc posterius scriptum cum priori fere ad verbum convenit.

weder Raum noch Statt haben, daß sie auch St. Paulus zu den Philippern in loco iustificationis coram Deo für Schaden rechnet und für Dreck achtet, auf daß er in Christo erfunden werde, und nicht habe seine Gerechtigkeit, die aus dem Gesetz, sondern die durch den Glauben an Christo erfunden werde. Und muß zu allen Zeiten für und für feststehen und bleiben über aller Menschen Werk, Tugend und Verdienst (in loco iustificationis hominis coram Deo) ut supra dictum est der unwandelbare Wille Gottes und Sentenz Joh. 3.: also hat Gott die Welt geliebet ꝛc. Item Röm. 3.: kein Fleisch kann vor Gott gerecht seyn durch des Gesetzes Werk. Item Rom. 4.: nach welcher Weise auch David sagt, daß die Seligkeit sey allein des Menschen ꝛc. Und im 143. Psalm: Herr gehe nicht ins Gericht ꝛc.

Zum Vierten, als oft und wo St. Paulus und die heil. Schrift den Werken des Gesetzes Gottes die Gerechtigkeit, die vor Gott gilt, entzeucht, und gibt sie dem Glauben an Christum: so oft und vielmals sollen verstanden werden alle Werke und Tugenden, die vor, mit und nach dem Glauben geschehen. Denn so man allein verstehen soll bei den Worten Werke des Gesetzes Gottes die Jüdischen und Mosaischen Werke, und allein was vor dem Glauben geschieht, und nicht auch die Werke der Gläubigen, die bei dem Glauben sind und folgen müssen, so würden viel absurda und ungereimtes Wesen und Irrthum daraus entstehen. Denn da solchen Werken, auch Renatorum und der Gläubigen, nicht sollte entzogen werden die Gerechtigkeit vor Gott, und [nicht] dem Glauben an Christum allein gegeben [werden sollte]: so müßte folgen, daß zugleich Glauben und Werke den Menschen vor Gott gerecht machten, welches die Scolastici fidem formatam, und jetzund etliche fidem substantiatam dilectione nennen. Aber alle christliche Lehrer haben solches angefochten und als unrechte Lehr verdammet, und haben wohl auch bei unsern Zeiten ihr Blut darüber vergossen. Item, es würde des Papsts Lehre wiederum eingeführt, der Sohn Gottes seiner Ehre beraubt, den betrübten blöden Herzen der Gewissen Trost entzogen, rechte wahre Anrufung Gottes, kein rechter Unterscheid des Gesetzes Gottes und des h. Evangelii gehalten, und Gnad und Verdienst der Werke in einander gemengt. In summa, alles würde wiederum in einander zurüttet und wüst gemacht, wie es unter dem Papstthum geschehen und gewesen ist, davor uns Gott, der himmlische Vater, gnädiglichen behüten, und das Licht des h. Evangelii auch bei uns für und für rein und klar erhalten wolle, um seines lieben Sohnes, unsers Herrn Jesu Christi willen, Amen.

II.

Zum Andern ist wahr, lehren's und bekennen's auch, daß mit und bei dem Glauben, der gerecht macht, neuer Gehorsam oder gute Werk sind, und folgen müssen, wie die in den zehen Geboten Gottes verfasset und begriffen. Denn der Glaube, davon wir hier reden, ist nicht schlecht ein historischer, todter, sondern ein lebendiger und thätiger Glaube, der das Verdienst Jesu Christi, wie das im Evangelio und hochwürdigen Sacramenten nach Christi Ordnung und Einsetzung wird verkündiget und vorgetragen, ihme applicirt, und mit herzlicher Zuversicht, und wir *) in selbigem wahrhaftigen Trost Gott durch seinen Sohn, und gibt heiligen Geist und macht uns zu seiner Wohnung und Tempel, daß in uns neu Erkenntniß und Anrufung Gottes und neuer Gehorsam anfahet; wie der Spruch sagt: effundam super domum David spiritum gratiae et precum. Und kann noch mag solcher christlicher Glaube und h. Geist bei einem rohen, frechen epicurischen und unbußfertigen Leben und Sünden wider das Gewissen nicht stehen noch bleiben.

Item, wir lehren, glauben und bekennen, daß der Christen oder Gläubigen gute Werk Gott wohlgefallen, und haben in diesem und jenem Leben reiche Belohnungen, sind auch weit zu scheiden von den Werken und Tugenden der Ungläubigen, und haben herrliche Titel und nomina in der heil. Schrift, denn sie zuweilen auch iustitia, donum, fructus Spiritus genennet werden. Gleichwohl soll und muß der [Glaube, der] uns von Gott zugerechnet wird, und sich mit einfältigem Herzen hänget und fest hält an Gottes Gnade und Verdienst Jesu Christi, immer und zu allen Zeiten vorleuchten und scheinen, das ist, es muß nicht obgedachten Werken und Tugenden, die mit dem Glauben seind und folgen, die Würdigkeit und Verdienst der Rechtfertigung gegeben und zugeeignet werden. Denn diese Sprüche der h. Schrift stehen und bleiben auch über alle Christen zu allen Zeiten: non iustificabitur in conspectu omnis vivens. Item: ut totus mundus sit reus Deo. Item Iob IX.: non est iustus homo coram Deo. Item: also auch ihr, wenn ihr alles gethan ꝛc. Sondern für und für, allweg und zu allen Zeiten, alleine [durch] den einigen vollkommenen Gehorsam nnd Verdienst des Sohnes Gottes, mit

*) wirkt?

gläubigem Herzen gefasset und ihme applicirt, soll und muß die Würdigkeit und Verdienst der Rechtfertigung vor Gott gegeben und zugeeignet werden, wie jetzt droben auch gesagt ist.

Und soll hie nicht in einander geflochten und gemengt werden der Christen Glaub und Werk. Ob sie gleich mit und beisammen sind, allein immerdar für und für der Glaub gerecht macht, das Verdienst Jesu Christi fasset, und also uns von Gott zur Gerechtigkeit zugerechnet wird, und nicht unser, der Christen, Werke oder Tugend, auch nicht Glaub und Werk zugleich. Denn diese und dergleichen Wort: aus Gnaden seyd ihr selig worden, allein durch den Glauben; Gottes Gabe ist das ewige Leben ohne Zuthun der Werke des Gesetzes Gottes; die Seligkeit ist allein des Menschen, welchem Gott zugerechnet die Gerechtigkeit ohne Zuthun der Werke; diese Worte, sagen wir, schließen aus und schneiden abe in der Rechtfertigung des Menschen vor Gott aller Werk, Tugend, Würdigkeit und Verdienst, und geben sie der ewigen Gnade Gottes und Verdienst Christi, in Glauben gefasset, wie droben vielmals gesagt ist; denn dieser Spruch bleibt für und für fest stehen: ists aus Gnaden, so ists nicht aus Verdienst der Werk, sonsten würde Gnade nicht Gnade seyn. Ists aber aus Verdienst der Werk, so ist die Gnade nichts, sonst wäre Verdienst nicht Verdienst. Und seind also Gnad und Verdienst der Werk diesfalls in St. Paul wider einander.

III.

Zum Dritten sollen und wollen wir einträchtiglichen und gleichförmig von diesen obgedachten und allen andern Artikeln der christlichen Lehre reden, lehren und predigen, wie aus Gottes Gnaden bis anher und noch in Schulen und Kirchen dieser Landen, nach Inhalt der Augsburgischen Confession, welche der prophetischen, apostolischen und der allgemeinen christlichen wahren Kirchen Lehre gemäß ist, gelehrt und geprediget worden ist und wird. Und wollen also fein unterschiedlich von rechter Reu und Leid über die Sünde und [von] Erkenntniß der Sünden reden. Item, vom Glauben an Christo, dadurch man allein vor Gott gerecht wird, und von dem neuen Gehorsam der guten Werke, die bei dem Glauben sind und folgen müssen. Und wollen und sollen uns in fremde Händel nicht mengen, noch unrechte verwirrete Lehr, und was nicht zur Besserung dienet, auf der Kanzel in öffentlichen Predigten nicht gedenken. Da aber jemands aus unserm Mittel etliche in unsern Kirchen und Gemeine Gottes wüßten, die falscher Lehre, Wiedertäuferischer, Antinomischer oder anderer, verdächtig, soll er dasselbige dem Superintendenten anzeigen. Der soll im Fall der Nothdurft die andern ministros zu sich bescheiden, und mit ihnen davon, was hierinnen zu thun, freundlichen conferiren und berathschlagen.

So sollen und wollen wir auch keiner andern Version oder Dolmetschung in Vorlesung des Textes für der Predig gebrauchen, denn allein Doct. *Martini*, christlicher seliger Gedächtniß, welche die allerbeste ist, und die Kirchen dieser Lande gewohnet haben. Und soll ihm keiner ein sonders und eigenes machen, und nicht nach seinem Gefallen und Gutdünken den Text für der Predig aus dem Griechischen oder Lateinischen verdeutschen. Denn solchs die Kirche nicht bessert, sondern vielmehr verhindert und verwirret. Denn ob wir wohl alles Macht haben, so bessert es doch nicht alles, und ist uns aller Gewalt zur Besserung und Bauung der Gemeine Gottes, und nicht zur Verwirrung und Zerstörung gegeben.

IV.

Zum Vierten sollen und wollen wir auch der ewigen göttlichen Wahrheit zu Ehren und unserm lieben Predigamt, und zu verhüten und zu vermeiden der Aergerniß uns vor Gemeinschaft und Beiwohnung hüten, fliehen und meiden der Widerwärtigen des heil. Evangelii Jesu Christi unsrer wahren christlichen Religion, sie seind geistliches, hohes oder niedern Standes, noch ihrer Lehr und unchristlicher Religion und Mißbräuch in gutem zu approbiren und vertheidigen, weder auf der Canzel oder sonsten nicht gedenken; in Ansehung des ernstlichen Befehls Gottes: fliehet den Götzendienst. Item: ziehet nicht am fremden Joch mit den Ungläubigen, denn was etc. Item der Befehl ist ausdrücklich, daß man sich unter die Unzüchtigen, Geizigen, Raubischen, Abergläubische oder Abgöttische nicht mengen soll. Und in der Epistel Johannis stehet geschrieben: welcher diese Lehre nicht mit sich bringt, den nehmet nicht zu Haus etc. Nu ist bei den Christen solcher und dergleichen Sprüche dieser Verstand, daß sie bei Verlust göttlicher Gnaden und ihrer Seligkeit mit den Unchristen und Widerwärtigen der heilsamen Lehre des Evangelii vom Sohne Gottes keine Gemeinschaft haben sollen, also daß sie derselben Vornehmen, Handel und Wandel mit ihnen nicht treiben oder stärken. Und im Fall der

Aergerniß ist den Christen auch aller dieser Leut Verwandniß verboten, daß man mit ihnen nichts soll zu schaffen haben. Denn ob wir alles Macht haben, so frommt oder bauet nicht alles. Und sollen falschen Lehrern der Christen Häuser zu ihrem Handel nicht offen stehen, noch ihnen diesfalls Freundschaft oder Gunst erzeiget, noch auch bei ihnen gesucht werden, daraus öffentlich ein Beifall zu vermerken.

Und ist ein großer Unterscheid zwischen denen, die unter den Widerwärtigen der heilsamen Lehre wohnen, oder sonsten mit Diensten ihnen verhaftet, und ihren Wandel und Handwerk haben. Und ob sie wohl schuldigen billigen Gehorsam in äußerlichen Dingen ihnen leisten, so geben sie ihnen doch in ihrer falschen Lehr, Mißbräuchen und gottlosem Wesen keinen Beifall, noch vertheidigen, billigen oder stärken dieselbigen, sondern vielmehr ihnen dasselbe von Herzen lassen mißfallen, und nach Erforderung der Nothdurft ihres Amts und Berufs, als viel Christen gebühret und zustehet, strafen, und dagegen die heilsame Lehre des h. Evangelii bekennen, und Gott die Gefahr darüber heimstellen und befehlen ꝛc. Und von solchen Leuten reden wir hie nicht. Und zwischen denen, die an den Orten wohnen, da man Gottes Wort, den wahren rechten Gottesdienst rein und klar hat, und wohl selber im Predigamt seyn ꝛc., und sich doch zu den Widerwärtigen unsrer wahren christlichen Religion gesellen, halten Gemeinschaft mit ihnen, und ob sie gleich ihnen ihr gottlos papistisch Wesen und Thun, wie sie sagen, nicht billigen, so werden doch die Adversarii in ihrem Thun und falschen Wesen hiemit gestärkt, und die lieben Kirchen geärgert, und ihnen Beifall gegeben dafür angesehen, und wir Prediger und unsre Kirchen [werden] bei den benachbarten und ausländischen Lehrern in Verdacht gesetzt. Und von denen reden wir allhie vornehmlich.

Wir verstehen auch mit den Worten: der christlichen Lehre Widerwärtige ꝛc. die Bischoffe und Geistlichen hohes und niedrigs Standes, welche unsrer wahren christlichen Religion entgegen und feind sind, und papistische Lehre und Mißbräuch, die wider Gottes Wort und Ordnung streiten, halten und vertheidigen; mit welcher Personen Reichthum, Einkommen, Pracht und Gewalt wir nichts zu thun haben noch haben wollen, sondern mit ihrer falschen Lehr und abgöttischem Wesen und Mißbräuchen. Das können und wollen wir als christliche Lehrer nicht billigen noch darzu stillschweigen, sondern wie vor andern Ketzereien das Volk treulich dafür verwarnen und dawider lehren, also auch vor solchem Gräuel. Daß sie aber uns und unsre Kirchen ohne Aufhören verdammen, befehlen wir Gottes Gericht. Denn wir sind deß gewiß, Gott Lob, daß unsre Kirchen haben die rechte wahre christliche Religion, Gottes Wort rein und klar und unverfälscht, die rechte und wahre Anrufung Gottes durch den einigen Mittler Jesum Christum und den rechten Brauch der heil. hochwürdigen Sacrament nach Christi selbst Ordnung, Befehl und Einsetzung, alles in rechtem einfältigen Verstand, nach Inhalt der prophetischen [und] apostolischen Schriften, und der dreien Symbolen, Apostolischen, Nicenischen, Athanasianischen, und der ganzen wahren rechten allgemeinen christlichen Kirchen einhelligem Sinn, Meinung und Verstand. So arbeiten wir nach dem Maß uns von Gott gegeben am Dienst des h. Evangelii (ohne Ruhm zu reden) treulich, lehren und vermahnen das Volk zu aller Gottseligkeit, und leben für unsere Person im ehelichen Stande mit unserm Weib und Kindlein unsträflich, haben ein fröhlich Herz und gut Gewissen gegen Gott. Darum ists uns ein geringes, daß wir von ihnen gerichtet werden, oder von einem menschlichen Tage. Wir freuen und trösten [uns], daß sich gewißlichen alles finden wird am Tage des Herrn, welcher ans Licht auch bringen wird, was im Finstern verborgen ist, und den Rath der Herzen offenbaren. Alsdann wird einem jeglichen von Gott Lob widerfahren.

V.

Zum Fünften sollen und wollen wir mit Lehr und Leben und allem gebührlichem Gehorsam in unserm Amt getreu nichts anders denn Gottis Ehre, Heil und Seligkeit der Kirchen und Gemeine Gottes suchen, welche er, Gott, gar theuer, nämlich durch sein eigen Blut erworben und erkauft hat *), und wollen also einerlei gesinnet nach der Lehre des Sohnes Gottes und St. Pauli, und die Einigkeit des Geistes und Bande des Friedens mit Gottes Hülf treulich halten, und wollen all unser Leben und Wandel dermaßen anstellen und führen, daß wir dem befohlnen Volk gute Exempel geben, und zur Besserung reizen, und denen, die draußen und fremd sind, nicht Ursach geben mit Wahrheit unserthalben von Gottes Wort übel zu reden.

Desgleichen mit unserm Gehorsam wollen wir uns auch christlich, gebührlich und getreulich in unserm Amt gegen unsre ordentliche Oberkeit, Superintendenten, Pastoren erzeigen, beweisen und verhalten, allen entstandenen Widerwillen zwischen uns lassen fallen, hin-

*) Act. 20. 28.

fort an und mit einander freundlich und brüderlich leben und vertragen, keiner den andern verachten, und wollen uns mit göttlicher Hülf und Gnaden also halten, daß männiglich spüren und merken soll, daß uns mit obgedachten Puncten und Artikeln die treulichen zu halten rechter Ernst ist. Darum wir alle sämmtlich und sonderlich von Herzen bitten Gott, den Vater aller Gnaden und Barmherzigkeit, er wolle uns um seines lieben Sohnes unsers Herrn und wahrhaftigen Heilands Jesu Christi willen mit seinem heil. Geist in solchem droben erzählten unsern christlichen Vorhaben und Artikeln gnädiglich stärken, führen und leiten, daß er unsre Gedanken, Wort, Werke und Thun auf seine Wege richte, daß wir durch Eingeben seines heiligen Geistes allezeit gedenken, was recht ist, und dasselbige durch seine Kraft auch vollbringen, und also mit allem unsern Thun und Amt zu Gottes Lob und Ehre, zu Besserung seiner lieben Kirchen und Gemeinen, und Aufnehmung gemeines Nutzes in Fried und Einigkeit dienen, Amen.

Und solches alles, wie droben in dieser Schrift verfasset, wollen wir nach höchstem unsern Vermögen mit Gottes Hülf fleißig und treulich halten. Und das zu mehrer Sicherheit, steter und fester Haltung hat sich ein jeglicher aus unserm Mittel, die wir allhie zu Leipzig im Predigamt, mit eigener Hand unterschrieben.

Auf diese Form und Weise alle Puncten und Artikel in dieser Schrift begriffen und verleibt, glaub und bekenne ich, recht seyn, und will denselben mit Gottes Hülfe nachkommen, gemäß und gebräuchlich halten.

Nomina deren, so sich unterschrieben:

Iohann Pfeffinger D. Superintendens, des mein eigen Hand.
M. Georgius *Hala* Pfarrherr zu St. Thomas. Mein Hand.
Henricus *Salmut.* C. des mein eigen Hand.
M. Georgius *Coelestinus* Plauensis, des mein eigen Hand.
M. Wolfgangus *Harderus*, des meine Hand.
M. Andreas *Dittel* Lipsensis, des mein eigen Hand.
M. Ambrosius *Otto* Lipsensis, des mein eigen Hand.

Ego *Alexander Alesius* audivi hoc scriptum a clarissimo domino D., perlegi, et quantum intelligo iudico verum esse in doctrina, et servandum esse ab iis, qui doctrinam Evangelii hic profitentur. Ego quoque, ne quem offendam, Deo volente, servabo.

Et ego *Philippus Melanthon* iudico doctrinam hic recitatam veram esse, et maxime opto, ut vox docentium sit eadem, nec Ecclesiae disturbentur dissimilibus modis loquendi in veris dogmatibus. Et ad consensum istum me libenter adiungo. Serviamus communi concordiae in nostris Ecclesiis, sicut Christus filius Dei petit, ut unum simus in Deo. Scio, quomodo scriptores vetusti plerique locuti sint, et facile est serere *λογομαχίας*. Sed nos in dogmate de iustificatione simplicissime retinemus et sententiam et verba scripturae divinitus tradita. Necesse est, retineri hanc propositionem, quod etiam post regenerationem in hanc vita coram Deo homo sit iustus sola fide, i. e., gratis fiducia misericordiae, et propter mediatorem Deo sit acceptus ad vitam aeternam, sicut David inquit: *non iustificab.* etc. Item: *salvum me fac propter misericordiam tuam.* Et tamen renati sunt templum Dei et habent inchoatam obedientiam. Et damno Antinomos, qui fingunt homines perseverantes in delictis contra conscientiam fide iustos esse. Sed retinenda est regula: *milita bonam militiam, habens fidem et conscientiam bonam.*

Phil. Melanchton (?) manu propria.

Et ego *Ioannes Bugenhagen* Pomeranus D. hanc doctrinam toto pectore confiteor et doceo cum vera Ecclesia Christi. Docentes vero contra hanc doctrinam hoc tempore revelati Evangelii pronuncio esse aut malignos spiritus, qui non sunt audiendi, aut erroneos spiritus, quos convertat Spiritus S. Amen. *Nemo sit mihi molestus. Hunc audite. Quicunque autem conturbat eos, probabit iudicium etc.*

Et ego *Ioannes Forsterus*, D., infirmus Iesu Christi usque ad mortem subscribo huic scripto sanctissimi viri D. Ioannis *Pfeffingeri*, Episcopi Lipsensis, cuius mihi cum integritas et summa doctrina inde a multis annis perspecta fuit et probata. Et in hac doctrina oro filium Dei me constantem conservare usque ad extremum animae halitum velit. Amen.

Legi et ego *Georgius Maior* D. hoc scriptum, et iudico, hanc doctrinam, quae hic recitatur, convenire cum scriptis propheticis et apostolicis et symbolis receptis, et confessione Augustana. Itaque hoc scriptum amplector, et censeo ea, quae de tuenda et de vitanda consuetudine adversario-

rum hic monentur, servanda esse. Et ipse, quoad vivam Deo iuvante servabo.

Perlegi et ego *Paulus Eberus* hoc reverendi viri domini D. Ioannis *Pfeffingeri* scriptum, et iudico, eo exponi simplicem et incorruptam doctrinam de iustificatione et bonis operibus, habentem testimonia clara in scriptis propheticis et apostolicis et congruentem cum venerandi viri Dom. Doctoris Martini *Lutheri*, sanctae memoriae, et aliorum pie docentium in his Ecclesiis doctrina, quam et ipse amplector toto pectore, et pro eius patefactione et illustratione Deo aeterno patri eiusque filio coaeterno, domino nostro Iesu Christo, *λόγῳ* aeterni patris, deinde etiam piis doctoribus et praeceptoribus meis gratias ago, agamque in aeternitate. Caetera etiam, quae adduntur de tuenda concordia et fugienda consuetudine et suscepto commercio aperte adversantium huius sanae doctrinae, et de vitandis scandalis iudico recte et pie et necessario moneri, et merito a ministris Ecclesiae omnibus promitti et servari.

Actum coram Senatu Lipsiae
1556. 26. Octobris.

No. 6107. 27. Oct.

A. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenbergium ep. 21.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir, et carissime frater. Ex *Pannonia* tristiores querelae de dissidiis docentium *περὶ ἀρτολατρείας* scribuntur, quam de Turcico bello. Crescunt et in *Polonia* de eadem re certamina. Ac omnino colloqui eruditos oportebat. Sed repugnant in gynaeceis et in aulis indocti, qui veras deliberationes impediunt. Oro autem filium Dei, ut propter suam gloriam Ecclesiae opem ferat, et gemitus nostros exaudiat. Utile esset edi communes praemonitiones contra *Serveti* reliquias, et contra *Stenckefeldium* et *Thammerum*, Item *περὶ ἀρτολατρείας*. Harum gravissimarum rerum explicatio negligitur. Interea repetuntur sine fine rixae de linea veste. Scripsi ad amicos quosdam tibi bene notos de colloquio. Horum expecto litteras. Nam commune decretum fieri vellem. Nequaquam velim te in concionibus pugnare. Sed si caeteri suggillant, potius discedendum censeo, quam cum indoctis et rabiosis rixandum. Si de migratione cogitabis, coram nos colloqui velim. Bene et feliciter vale. Die 27. Octobris, quo meus pater vir optimus ante annos 49 placide ex hac vita decessit.

Philippus Melanthon.

No. 6108. (hoc temp.)

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 424 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti scholam Misnensem.

Clarissime vir, et charissime frater. Laetabar, cum sperarem, me ad vos cum caeteris amicis accessurum esse, praesertim cum et consilium tuum iis de rebus, de quibus nec scribi breviter potest, et insuavis est commemoratio, libenter audivissem. Sed aula scripserat, ut caeteri ante diem, quem constitueram, iter susciperent. Non igitur me ingessi, ne esset *ἄκαιρος εὔνοια*. Sed tamen, cum gener meus redierit*), expatiari ad te cogito. Non dubito, te, virum sapientia et virtute praestantem, et Reip. et mihi bene velle. Quare tuo consilio libenter utar. Mitto pagellas, quae aliquorum et labores et aerumnas ostendunt. Bene vale. Nam plura scribere non potui.

Carolum Imperatorem in littoribus Gallicis scribitur honorifice a Rege Gallico ubique exceptum esse, et ad portum Cantabricum pervenisse. Est igitur Almania, ut nomen sonat, Almana, id est, misera, quia et Turcicae irruptiones impendent. In Pannonia continuis noctibus 17 conspectum est certamen ductus stellarum, sed vicit progressa ab ortu. Deus adsit nobis. Bene vale.

No. 6109. 29. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 709 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 851.).

---

*) Vid. ep. ad Peucerum d. 16. Oct. h. a.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo,

S. D. Scripsit ad me ex vicina Parthenopea quidam [1]), mecum expostulans, quod non approbo nova decreta, similia decretis triginta virorum, qui Athenis damnabant cives sine cognitione. Scis me nondum quidquam ea de re scripsisse, et flagitante quidem *Ascanio*. Sed in dissensionibus civilibus etiam silentium in suspicionem venit. Existimo autem et hoc ex artificiis *τοῦ ῥαπτοῦ* oriri, a quo hunc veterem auditorem nostrum subornatum esse arbitror, ut exculpat aliquid. Deliberandum tandem nobis erit, de reprimenda istorum infinita petulantia, etsi crucior aliis longe maiorib. dolorib. Oro filium Dei, ut moestissimae Ecclesiae suae opem ferat et nos gubernet.

Expecto *Sabini* litteras. A *Marchione Iohanne* rediit is [2]), cui stipendium in nostra Academia iam duplicavit, qui narrat ipsi quoque displicere *τὴν ἀσέλγειαν τῶν ἀπογόνων τοῦ πολυφήμου.* Fortassis tandem et harum calumniarum seu ineptiarum satietas veniet. Ante inspectionem Ecclesiarum in Tyrigetis [3]), lex rogata est, ut mandaretur, ne libri hic editi legerentur, sed intercessione duorum veterum amicorum abolita est. *Sneppius* et *Menius* responderunt, se non assentiri, ac potius discessuros esse ex tota ditione. Delector et virtute et testimonio horum, quod ostendit, quid iudicent de voluntatibus illorum Areopagitarum. Scriberem pluro, sed et dolore et brevitate temporis impedior. Bene et feliciter vale. Totam Ecclesiam tuam domesticam protegat filius Dei. IIII. Cal. Novemb.

Philippus.

No. 6110. 29. Oct.

Io. Giganti.

Epist. lib. V. p. 534 sq. Etiam in *Kindervateri* Nordhusa illustr. p. 60.

Iohanni Giganti.

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Vere hoc possum affirmare de mea conscientia, cum Deus ad hos docendi labores me vocaverit, magna me cura quaesivisse simplices explicationes, et vitasse quosdam labyrinthos, in quibus alii ostentant ingenia. Quotidie enim crebris gemitibus Deum oro, ut me doceat. Ideo scio, despici a quibusdam meas enarrationes, quas, fateor, esse tenuiores, quam ut amplitudinem sapientiae divinae satis exponant. Illud praecipue ago, ut adolescentes considerent phrasin et ordinem disputationis, postea sententiam sumant ex fontibus. Sed qualiacunque sunt scripta mea, uno quidquid est meorum consiliorum et actionum, omnia illa et me ipsum iudicio Ecclesiae subieci semper, teque oro, ut, sicubi hallucinari me senties, me admoneas. Hanc ob causam tibi mitto meas pagellas enarrationis epistolae Paulinae, teque et alios pios doctos viros censores esse volo. Scribam plura per eum, quem mihi commendasti. Narrant, Romam captam esse a Duce *Albano*. Bene vale. Die 29. Octobris 56.

Philippus.

No. 6111. 1. Nov.

U. Mordeisen.

Epist. lib. V. p. 195 sq.

Ulrico Mordisin, Consiliario Ducis Sax. Elect.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Epistolam ex Vratislavia missam, quam hodie accepi, vobis mitto, quia et de *Ioannis* Waivodae natura et de apparatibus Turcicis quaedam significant. Profecto Genesis significat inquietum hominem. Scribit mihi et primarius civis Vratislaviensis literas plenas desperationis de Silesia et vicinia. Oro autem Filum Dei, ut has regiones protegat, et Germanicorum Principum animos ad salutem communem flectat.

Mitto propositiones proximae disputationis [1]), de quibus iudicium omnium piorum subire non recuso. †Nec recuso cedere ex his regionibus, si . . . . . calumniae. Multa hodie mecum locutus est D. *Cracovius*, de quibus scribam alias." [2]) Bene valete. Calend. Novemb.

Philippus.

---

1) Godeschalcus. C. W.
2) D. Petr. Prulocius. C. W.
3) A Ducibus Saxoniae institutam.

1) Conradi Beckeri d. 5. Nov. 1556. Vid. Quaest. Acad. Eberi p. 149. cf. ep. d. 25. Oct.
2) Addit A. D.

No. 6112. 6. Nov.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 86. (ed. Lond. lib. II. ep. 70.)

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, *Syracides* praecipit in contractibus dari syngraphas. Eam sententiam et sequor ipse, et alios sequi iubeo: mitto igitur pagellam inclusam literis, quas scripsi ad eum qui dedit munus, in qua nomina sunt *Pannoniorum* scholasticorum, qui pecuniam acceperunt. Quaeso ut mitti cures nostras literas ad eum cui inscriptae sunt; decet enim grata commemoratione invitari eum ad hoc beneficentiae genus. Vester tabellarius nimium properabat, quare ipsi syngraphas tradere non potui. Postea dedi *Ambrosio* Pastori Ecclesiae Dei in monte *Mariano**). Gratias ago et vestro civi *Pulachero*, qui literas meas ad *Austriacum* scriptas legere potest. Orationem recitatam in renunciatione gradus tibi mittam. Bene vale. Die 6. Novembris.

No. 6113. 9. Nov.

N. Gallus ad Melanthon.

† Ex autographo in cod. Galli II. p. 219. — Apographon est descriptum a scriba, et ut videtur ex prima delineatione. Antiquissima manu, fortasse Galli ipsius, apographon passim mutatum et auctum est, eademque denique adscriptus est dies et annis.

Epistola Nicolai Galli ad Philipp. Mel.

Gratiam et pacem in Christo, in quo vere unum simus. Clarissime vir, praeceptor in caeteris observande. Non ita sumus ignari rerum ecclesiasticarum, nec alieni ab omnis pietatis affectu, ut non consideremus deformitatem et mala dissensionis huius in eadem nostra Ecclesia, quidquid in his malis et ipsi debeamus Ecclesiae, et in caeteris quoque tibi debeamus. Ut magis ergo appareat, nos et consultum paci Ecclesiae et unitati cupere, et debitum honorem tibi deferre, nolui ego et publico pene bonorum virorum hortatu privatim iam ad te scribere occasione etiam huius in urbe nostra conventus, in quo plurimi interest ad alia religionis negotia tractanda cum adversariis nostris communibus, nos ipsos prius inter nos consentire.

Causam et materiam dissentiendi scis nobis hanc fuisse. Primum nata et promulgata Augustae declaratione Caesaris ad transformandas in Papismum nostras rursus Ecclesias, eaque forma a communibus statibus recepta, vos bono sane sed parum pio et utili consilio suasistis obedientiam in nonnullis, eoque solo facto, ut mollissime dicam, confessionem labefactastis, et pro ea instituistis hypocrisin, conscientias perturbastis, et introduxistis exemplum ad corrumpendam in posterum totam religionem.

Deinde etiam dogmata quaedam inflexistis ad voluntatem adversariorum, et ad formam comprehensam in declaratione: noluistis pugnare de exclusiva, *sola*, operum necessitatem ad salutem adseruistis, et vim liberi arbitrii in conversione; de poenitentia, de sacramentis loquuti estis parum sincere, denique et Ecclesias subiecistis potestati iuratorum Rom. Antichristi Episcoporum. Quibus si contradixisset nemo, quo tandem quaeso prolapsi fuissemus, vel tua ipsius teste conscientia? Nec satis fuit contradicere coeptis, sed et positis iam mutationibus istis, necesse fuit hortari ad quaerendam peccati veniam propter Deum et conscientiam, et ad correctionem aliquam peccati istius propter Ecclesiam. Ibi vos nobis amnistiam sanxistis, novum genus poenitentiae in iis, quae post lapsum corrigi possunt atque interest, sicut hic permagni interest et gloriae Dei et salutis plurimorum extare aliquam vestram confessionem, quod illa non satis pie in religione tunc administrata fuerint.

Dum haec ita geruntur, nescio quo malo auspicio *Maior* repetit ex declaratione Caesaris propositionem de necessitate bonorum operum ad salutem, et declarationem adfert nec verbis propositionis nec scripturae per omnia consentientem. Et hodie vestri mussitant, propositionem sua natura esse veram, tantum propter nostros clamores veritatem ad tempus esse simulandam. Atque alterum etiam vicinum bellum de libero arbitrio gliscit ex eadem declaratione Caesaris, cui vos ipsi voce, literis et disputationibus nomina dedistis publice. Qua etiam quaestio haec de libero arbitrio vult mihi a nonnullis propriis quasi attribui. Conferam ego de hac pluribus tecum sententiam, mi *Philippe*, seorsim iam et placide, quam pacis studio, cum aliter forte potuissem, et a quibusdam lacessitus satis essem, neve auge-

---

*) Marienberg.

rentur certamina, nolui hactenus publice contra vos tuendam suscipere.

Protestor autem, me nec stoicam necessitatem defendere, quam tu ex falsa quorundam credo narratione mihi tribuis nec praedestinationem miscere huic quaestioni, nec voluntatis libertatem tollere in efficiendis actionibus civilibus ante regenerationem nec post regenerationem etiam in spiritualibus cultibus praestandis. Tantum nego, hominem naturaliter propagatum posse ipsum sese vi liberi arbitrii ulla ex parte regenerare seu vere ad Deum convertere, contraque sentio, voluntatem sicut et intellectum et alias superiores hominis vires, (ut terminis nostris dialecticis utar) esse subiectum in regeneratione, quod regeneratur nulla ratione esse efficiens. Efficiens proximum affirmo solum esse Spiritum s., instrumentale vero verbum et Sacramenta, per quae Spiritus sanctus est efficax, renovans intellectum, voluntatem et alias vires, sicut inquit Christus: *nisi quis fuerit renatus ex aqua et spiritu* etc. Item: *qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis aut viri, sed qui ex Deo nati sunt.* Et ratio manifesta est. Natura enim hominis tota in iis, quae ad vitam pertinent adipiscendam mortua est propter vicium originis, Gen. 2. nec alia re differens a trunco aut incude, quam quod repugnat iis, quae vitae sunt et spiritus; 1. Cor. 2. Rom. 8. et quod habitudine est ad vitam prae incude comparata, nec motus in ea esse potest aut actio ad vitam ante vitam redditam.

Hac igitur sententia, testimoniis et argumentis scripturae nisus, verba et sententiam veteris illius definitionis improbo, recitatae in posterioribus tuis locis et approbatae, qua libero arbitrio tribuis facultatem in homine applicandi se ad gratiam. Haec definitio, collata cum Erasmica et Longobardica, utraque est deterior. Longobardica gratiam facit *συναίτιον* lib. arbit. ad electionem, non expresse ad applicationem; Erasmica facit obiectum, mediante scilicet verbo. Loquitur etiam de iis, quae perducunt ad aeternam salutem, quod gratiae seu spiritus est per verbum. Tua vetus ista definitio simpliciter obiectum facit, sive favorem sive donum Dei intelligas per gratiam, et verbum cum Erasmo includas. Eo autem ipso, quo obiectum facit, ab efficientibus removet gratiam contra tuam ipsius alioqui sententiam, ac vim inesse soli libero arb. statuit ante gratiam non eligendi solum sed et applicandi, hoc est, conandi et adsentiendi, ut ipse exponis. Ut autem vim liberi arb. solam absque gratia cum Erasmo, sive opitulante gratia cum Longobardo applicandi se ad gratiam, hoc est, ad verbum, Spiritum, misericordiam Dei in Christo adserat tua ista definitio, utrunque fit contra scripturam et doctrinam *Lutheri* in nostris Ecclesiis. Et est in ea sententia ut vicii originalis ita beneficii Christi et propriae actionis Spiritus sancti insignis quaedam extenuatio, saluti et moribus perniciosa opinio. Nam mortuum in peccatis applicare se ad gratiam perinde est ac mortuum Lazarum iubere ante vitam redditam ipsum etiam ad vocem Christi et porrectionem manus eius sua aliqua vi adsurgere, imo ex Paulo Christi persecutore officium pro Christo petere. Ubi hic Paulus cum Davide deplorans destructionem totius humanae naturae? *Non est iustus, non est intelligens, non est, qui requirat Deum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt ad faciendum bonum, non est iustus, ne unus quidem.* Ubi Moyses detestans insuper malitiam? *Omne figmentum humani cordis tantummodo malum est omni tempore.*

Habebit etiam gloriam homo ad meritam in Christo vitam perveniendi, non erit Christi gratiae etiam huius meritum: non erit Christi per Spiritum opus, ut verbum donare ubi et quando ipse vult, ita et docere, trahere, regenerare, sed erit hoc vi lib. arbit. commune cum Christo et Spiritu. Denique erit in hominis potestate, semel agnita promissione gratiae, delictorum poenitentiam suo semper arbitrio agere, vel Spiritum s. ad eam velut obnoxium habere, fietque ut multi hac persuasione peccatis indulgeant, de vi lib. arbit. istius praesumant, vel humanarum virium hypocrisin pro nova, ut vulgo fit, poenitentià ducant.

Diserte hic etiam respondeo de vestra obiectione, quod a verbo inchoare necesse sit, conari, adsentiri, abiicere peccata contra conscientiam, haec omnino esse vera; verum etiam necesse est distinguere, quod et initio factum est, inter quaestiones lib. arb., diversas item causas et effectus. Liberum arbitrium in non renatis, ut potest facere civilia legis opera, ita insuper potest facere hypocrisin operum spiritualium in utraque tabula, ut difficile saepe sit discernere inter renatum et non renatum, vere sanctificatum et hypocritam, quin hoc est solius Dei iudicium. Veros autem cordis motus, adsensionem, timo-

rem, fidem efficere liber. arbit. non nisi in renatis potest, quos quatenus renati sunt, Paulus ex dicto Christi Ioann. 3. ipsos etiam spiritum nominat, eique tribuit totam luctam adversus carnem, Gal. 5. Regenerationem, de qua sola nobis quaestio est, scriptura soli tribuit Spiritui s., libero arbit. nihil tribuit, nisi quod hoc in ea subiectum requirit. Et quia regenerationem, sive etiam conversionem Spiritus s. facit per verbum et sacramenta, iubemus et nos omnes, etiam non renatos, ut libero arb. ad audiendum, cogitandum verbum, ad cavendos lapsus contra conscientiam, sicque expectare donum Spiritus sancti. Spiritus autem ubi vult spirat, Ioann. 3.

Urgentem causas cur Deus non aeque det spiritum sicut nec verbum aeque dat, cur universaliter promittat? adorare tandem cum Paulo maiestatem iubeo, cognitionis in hac vita metas considerare, eoque magis cum timore et invocatione adniti verbo, et inde certitudinem consolationis petere. Quae cum fiunt ipsa iam effectus sunt et testimonia praesentiae spiritus et regenerationis, ne sit necesse talibus tunc desperare.

Potest denique homo sua voluntate repellere donum verbi ac Spiritus s. a Deo iam oblatum, sicque etiam sua aliqua culpa perit, aut voluntate post datum verbum aut spiritum quodammodo servari. Accersere autem verbum ac spiritum arbitrio suo ac vi voluntatis contra non potest, ut fateri tandem necesse sit, esse insuper etiam occultam aliquam causam sive in Deo sive in nobis, cur alium prae alio ipse volet aut moneat per verbum et spiritum, in quo ut iniustitiae accusari propterea a nemine potest, ita causam hanc investigari, dum in verbo non revelavit, neque vult neque possibile est. Et est Deus iustus adhuc et laudandus in omnem aeternitatem *).

Habes summam meae huius de lib. arb. sententiae, quatenus abs te, mi Philippe, dissentio, et sane malim, rebus alioqui plus exulceratis, amice nos transigere, quam publice contendere, ut veritatis consensum in hoc etiam amplecteremur.

Superest illa prorsus iam nova novae inter nos dissensionis materia de coena Domini, de qua vetus suspicio consensum tibi cum illis tribuit, qui corpus Christi in pane virtute tantum et efficacia collocant, ut spiritualis tantum communicationis fideiussionem seu obsignationem, non corporali etiam praesentia, ad corporalis insuper communicationis et totius beneficii oppignerationem. Cuius tamen praesentiae et communicationis corporalis iuxta verba coenae modum nos non definimus, sed iubentis omnipotentiae permittimus ac credimus. Ad eam avertendam suspicionem ego quoque ante triennium tuas recudendas sententias dedi, quam nunc denuo *Calvinus* suspicionem auget, et non paucis persuadet privatim et publice, ita ut ipsi iam tibi tua aliqua defensio necessaria sit.

Atque haec sunt fere capita nostrae nunc dissensionis, de quibus, ut scis, summa prius consensio nobis fuit, saltem publice, et quae omnes pii credo intelligunt esse eiusmodi, ut discedentibus vobis ab ea consensione, nos non debuerimus consentire in lapsus et errores vestros, quin lapsos et errantes debuerimus revocare ad priorem consensionem in verbo Dei, (quod unum etiam nunc agimus), non cedentibus verbo insuper resistere. Quod si in eo fuisse vehementiores plerisque videamur, divini mandati severitas in lege nos excusat, et eventus ostendit, vehementia et acrimonia opus fuisse in tanta causa. In quam ipsam nos agendam nec levitate nec diabolo nec rabie incitati, sed conscientia devenimus, et novis subinde errorum ac criminationum occasionibus provecti sumus.

Nunc quia multae nos graves causae utrinque hortantur ad concordiam, nec ideo bellum geritur, ut perpetuo bellum sit, sed ut ex eo pax tandem constituatur, si vos eam serio expetitis concordiam una nobiscum, et simul vultis esse piam, firmam et salutarem Ecclesiae: necesse est, primum vos reverti ad confessionem illam priorem de disceptatis inter nos et reliquis articulis augustanae confessionis non disceptatis, inque eis perseverare. Deinde necesse est, consensum hunc esse publicum, ut fiat communis etiam multorum et ut publice prosit, denique tolli offensas inter nos mutuo necesse est, et condonari.

Si haec vobis conditio placet, ut sit tandem etiam initium reconciliationis, nos primi veniemus, quae nimium forte agendo in vos peccavimus, eorum petituri veniam, daturique vicissim quae vestra in nos commemorare possemus non levia: et ut prius vos venerabimur. Si minus placet conditio nos nihil remittere de verbo Dei,

*) Sententia: *Potest denique homo sua* etc. aliena, ut videtur Galli ipsius, manu apographo adscripta est in margine.

de veritate, de priori in eo consensu possumus; utque vos vincatis doctrina, eloquentia et caeteris donis, item praemiis donorum illorum, authoritate, gratia apud homines, quae ultro vobis libenter cedimus, potentiorum denique suffragiis et artibus ad nos opprimendos in hac ipsa causa, ut, inquam, viceritis in his omnibus, nos una hac victoria contenti erimus, quod a priori nostro omnium in verbo Dei consensu nusquam dimoti, et aliquid pro eo a vobis etiam passi simus. Certi etiam sumus, quod causae huius veritas vincet in iudicio Dei et verae eius Ecclesiae, et in vestris tandem ipsorum conscientiis.

Itaque functi denuo officio nostro sic esse volumus ad ineundam necessariis et aequissimis conditionibus pacem vobiscum et concordiam in nostris rursum Ecclesiis, simulque his inchoandam, si Deo ac vobis visum fuerit. Sed mundus posthac forte non erit dignus ut veritate verbi Dei ita praecipue tali rursus in verbo coniunctione, qualis sub *Luthero* divinitus ad hoc excitato fuit. Utque in politia crescent dissidia, et maior pars premet iustiorem, sic erit posthac in Ecclesia. Fiat ergo voluntas domini. Bene in Christo vale, clariss. D. *Philippe*, et si me dignaris tuo responso, nec potes assentiri nostris rationibus, aliud nos tandem doce ex verbo Dei, ac cogita, quaeso, nos non malitia, sed verbo et conscientia victos dissensisse a vobis hactenus. Datae V. Idus Novembris anno 56.

In debito honore colens
Nicolaus Gallus.

Definitiones lib. arbit. papisticae et impiae Sentent. 2. Dist. 24. cap. 3. Lib. arbit. est facultas rationis et voluntatis, qua bonum eligitur adsistente gratia, vel malum, gratia desistente.

Erasmus in diatribe: lib. arb. est vis humanae voluntatis, qua se potest homo applicare ad ea, quae perducunt ad aeternam salutem, aut ab iisdem avertere.

Vetus definitio in *locis:* lib. arb. est facultas in homine applicante se ad gratiam.

Summa doctrinae de lib. arb. propheticae et apostolicae.

1) Voluntas hominis *ante* regenerationem potest facere opera legis civilia in 2da tab. item hypocrisin spiritualium operum in 1. tab., audire verbum, prae se ferre adsensum etc.

2) Voluntas hominis *in* regeneratione potest facere nihil, sed est pure passive sive subiectum, in quo Spiritus S. solus per verbum creat novam vitam, novos cordis motus, sine ulla voluntatis propria actione.

3) Voluntas hominis *post* regenerationem potest facere obedientiam erga Spiritum vere conando, adsentiendo et alios cultus praestando.

De prima et ultima consensus est in nostris Ecclesiis; de secunda discrepatur iam cum nonnullis, an homo possit ipse sese ulla ex parte regenerare, vel esse partialis causa regenerationis sui ipsius. Regenerationem porro intelligimus ex scriptura donationem novae vitae, novarum qualitatum et motuum, quibus potest homo vere adsentiri Evangelio, credere, vere Deum colere etc. Ao. 56.

No. 6114. 9. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 711. (ed. Lond. lib. IV. ep. 852.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Vincunt igitur *Senones* [1]) liberalitate *τοὺς μύσους*, quorum olim est iusticia laudata et hospitalitas. *Marchio Elector* promisit *Sabino* trecentos aureos, et filio sacerdotium, et princeps *Sigismundus* addit centum quotannis. Litterarum exemplum vult *Sabinus* tibi ostendi, et misissem, si hic tabellarius mihi notus esset. Gaudeo *Sabinum* hilariter redire ad littus Balticum, et opto ut iter sit felix existimo et viaticum mediocre esse. Nostra Academia ei donavit viginti quinque Ioachimicos, ego addidi viginti, et patria urbs viginti. *Περὶ γαμικοῦ πράγματος* dixi *Georgio*, ut adolescentem cum huc veniet, ad me ducat. Sed si alibi vultis rem agi, significa. Mihi videretur Lipsiae posse agi commodius.

Augustani necessarium tuum *Saxam* [2]), et quosdam eius collegas vellent esse moderatiores, in reprehensionibus quibusdam, et minus miscere conviciorum, quae nec prosunt, nec gravitati conveniunt, quae decebat loca sacra. Sed tale est hoc seculum, te tamen vellem ad tuum illum scribere. Scripsi ad eius collegam [3]). Scire cu-

1) Brandenburgii.
2) Kezmannum. C. W.
3) Hausmannum. C. W.

57*

pio an sacerdos cui litteras ad ducem *Othenricum* dedi, apud te fuerit, iussi enim a te litteras petere. Bene et feliciter vale. Filius Dei dominus noster Iesus Christus servat totam Ecclesiam tuam domesticam. Scribam plura, cum alius istuc ibit mihi notus. V. Idus Novemb.

Philippus.

No. 6115. 10. Nov.

G. Hausmanno.

Epist. lib. II. p. 303. (ed. Lond. lib. II. ep. 311.).

D. Guilhelmo Hausmanno

S. D. Venerande vir et charissime frater, Quod interdum ad nos scribis, et aliquid de Ecclesia vestra significas, facis officiose: Atque utinam non solum per literas, sed coram colloqui possemus, prodesset enim interdum communis deliberatio. Nunc absens non multa monere possum, quod literas alii aliter interpretantur. Video rabiem in Monacho *Augustano* infinitam esse, qua irritari etiam homines non iracundos, nihil mirum est. Et quaedam opinionum dissimilium contagia istic sunt, propter quae Ecclesia minus tranquilla est. Sed vos propter Filium Dei adhortor, primum, ut vos qui idem genus doctrinae amplectimini, et consensum vestrum et animorum coniunctionem tueamini, quam ad rem etiam arte, non solum animi moderatione, et ἐπιεικείᾳ et tolerantia opus est: deinde, quaeso ut praecipue ad utilitatem Ecclesiae directa sit oratio. Doceatur populus de rebus necessariis, ut recte cognitis doctrinae fontibus, piae mentes et ament hoc genus doctrinae, et contraria iudicare et refutare possint. Hostes vero discernatis. Est interdum refutatione opus, quae cum fit graviter et placide, multo plus conducit, quam si quis velit scurrilitate cum Monacho certare. Cumque auditorum vestrorum aliqui non malitia adhuc habeant aliqua errorum contagia, sed quia specie veri seu religionis, animi occupati sunt, quomodo sanandi sint, cogitandum est. Formula concordiae de coena Domini olim hic facta est, quae non defendit Papisticam ἀρτολατρείαν, nec de praesentia Christi extra usum loquitur. De illa tota controversia quomodo loquendum sit, profecto magna cura cogitandum est. Vides in *Megalburgensi Examine* quomodo locuti simus. Oro Filium Dei ut vos et nos gubernet, qui est λόγος aeterni Patris, alloquens Ecclesiam, et eam inter horrendos mundi furores mirabiliter servans. De hac ipsius praesentia perspicue docendi sunt homines. Tuas literas accepimus, quibus additae erant imagines *Forstero**) missae. Bis scripsisti de Typographo, qui nescio quam fabulam istic narravit de libro, quem velim edi. Scito totam illam fabulam a Typographo confictam esse, nec credas erronibus ac magis etiam caveas, ne pecuniam des petentibus mei nominis mentione sine meis literis. Multi vagantur impostores, et stelliones adversus quos tenenda est admonitio vetus: μέμνησο ἀπιστεῖν, ταῦτα ἄρθρα τῶν φρενῶν. Bene vale. Salutem vobis omnibus opto. Die Natali *Lutheri.*

No. 6116. 10. Nov.

B. Hencelio.

Epist. lib. II. p. 329. (ed. Lond. lib. II. ep. 334. et in Consil. latin. P. II. 258.).

D. Iohanni Baptistae Hencelio

S. D. Vir clarissime, Vides in hac delira mundi senecta et opinionum et imperiorum deliria maiora esse, quae non prorsus sanabuntur. Sed bonae mentes in Ecclesia orent Filium Dei, ut ipse, sicut *Samaritanus* ille, quem describit, saucio viatori medetur, nostris vulneribus quoque medeatur. Deinde et pii gubernatores suo quisque loco, quantum possunt aegrum Ecclesiae corpus foveant, et ut *Pindarus* inquit, μαλακὴν χεῖρα admoveant. Ego qua utar forma doctrinae, et quos hostes esse censeam ostendunt mea scripta. Et soleo monere caeteros, ut fontes doctrinae recte discant, et aliis recte proponant et magis studeant consulere suis auditoribus, quam praeliari cum hostibus. Aliquando refutatione opus est, quae sit gravis et erudita. Ego natura abhorreo ab illa βωμολοχία quam exercet Monachus apud vos, tantum abest, ut aut possim ipse imitari, aut delecter si alii imitentur. Utinam etiam multi

---

*) Io. Forsterus mortuus est d. 8. Dcbr. 1556.

prudenter discernerent adversarios. Scripsi *Guilhelmo* *) me orare, ut collegae studeant tueri concordiam, et de coena Domini formula concordiae contenti sint, nec Papisticam ἀρτολατρείαν propugnent. O rem miseram! de aliis maximis rebus doceri Ecclesiam necesse erat, cur Filius dicatur λόγος, quomodo semper adfuerit et adsit Ecclesiae, et eam alloquatur, et servet inter horrendos mundi furores, quod per eum Pater aeternus colligat Ecclesiam, quomodo facienda sit invocatio, de his tantis rebus et saepius et perspicue dicendum erat, et haec praesentia illustranda erant et accendenda fides, ut ea intueretur in quotidiana invocatione. Interea quales disputationes in Ecclesiam περὶ μεταστοιχειώσεως invectae sunt? Sed Deum oro ut nos gubernet. Nunc subito non potui longum scriptum ad Pastores Ecclesiarum vestrarum instituere. Sed scribam alias, praesertim si cognovero melius, quo dirigenda sit oratio. Bene et feliciter vale. Die Natali *Lutheri.*

No. 6117. **11. Nov.**

Nic. Radziwilo.

† Ex autographo, quod in biblioth. Wallenrod. Regiomonti, descripta a Clar. *Richtero*, Biblioth. Acad. Regiomont. Bibliothecario. (Lunz.)

Illustrissimo Principi et Domino, Dom. Nicolao Radivilo [Radziwil] Duci Olivae et Niesvis in Lituania, Palatino Vilnensi et Cancellario Lituaniae etc. Domino suo clementiss.

S. D. Illustrissime Princeps et Domine clementissime. Et debeo et habeo gratiam Celsitudini Tuae, quod est *Sabinum* benigne amplexus es et postea literas ad me misisti de tua erga me benevolentia luculenter scriptas. Cum autem sciam, te maxime propter publicam utilitatem complecti literatos, ac velle, ut noster ordo pio consensu et veritatem illustret et communi concordiae[1]) consulat, in eo genere profecto tibi et aliis Superioribus et bonis viris satisfacere cupio. Quatenus disputationes moderatus sim, notum est: et de aliis quibusdam controversiis eruditos pios colloqui optarim. Ad hanc rem necessariam opus est aliquorum Regum et principum consilio: nec aliud remedium publicarum dissensionum cogitari potest. Oro autem te propter Ecclesiae vulnera, ut de his tantis rebus cogites: et ad hanc deliberationem idoneum esse virum sapientia et pietate praestantem, *Iohannem a Lasky*[2]) existimo. Bene et feliciter valeat Tua Celsitudo. III. Idus Novembris 1556.

Tuae celsitudini
minister
Philippus Melanthon.

No. 6118. **13. Nov.**

Esr. Rudingero.

Edita in *Strobelii* neuen Beiträg. zur Literat. II. 2. St. p. 14. (Danz.)

Viro optimo et eruditissimo Esromo [Rüdingero] gubernanti studia literarum in urbe Cygnea, amico suo carissimo *).

S. D. Ideo sic instituta est propagatio generis humani, ut non ab uno tantum oriretur posteritas, ut fit in plantis, sed duo iungerentur, ut Ecclesiae societas esset, ut quidem mas et foemina, ut verus et ordinatus amor esset, et vera ac ardens στοργή, quae esset imago amoris Filii Dei erga sponsam Ecclesiam. Ac scio, coniugium vestrum vere Ecclesiam Dei esse, vosque mutuo et casto amore flagrantes Deum invocare, et ei vestram et populi salutem commendare. Quare non dubito, te magno in dolore esse propter honestissimae coniugis imbecillitatem. Ego quoque et tuo et parentum dolore adficior, ac Deum oro, ut vos servet, et vires corporis coniugi restituat. *Bartholomaeum* nostrum, qui te valde diligit, tibi commendo. Bene et feliciter vale. Idib. Novembr.

Philippus Melanthon.

---

*) Hausmanno; vid. ep. anteced.

1) Videlicet in Polonia, ubi, ut ex epistolis huius anni videmus, multa et magna erant certamina de doctrina.

2) Vid. epist ad Landgrav. Hass. d. d. 21. Nov.

*) Quum Esromum iam mense Aug. 1557. Cygnea discesisse et in academiam Witebergensem migratum esse, ex ep. d. 6. Aug. 1557. scripta constet; haec ep. non anno 1557. scripta esse potest, sed fortasse a. 1556. Annam, filiam Camerarii, Esromus duxerat (vid. ep. d. 15. Ian. 1549.) anno 1549, quae mortua est Witebergae mense Septb. a. 1558. Vid. Scripta publ. T. III. p. 218.

No. 6119. 16. Nov.

Abr. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Honesto et erudito Abrahamo Buchholtzen[1]), *amico suo in oppido Elysiae*[2]) *Grunenberg.*

S. D. Clarissime *Abrahame.* Scio te meminisse dulcissimum versum, quem saepe recito: *ἅπαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει φύσιν.* Cum igitur sciam, te et honestum esse, et nostra amicitia delectatum esse, spero, te nostri non oblitum esse, nec te naturam aliam induisse. Eoque magis silentium tuum miror, quod profecto reprehendo. Scribes igitur deinceps ad me, quoties habebis idoneos tabellarios, quod ut facias, mitto tibi pagellas, quarum lectio argumenta tibi suppeditare potest. Ante triduum a patre literas et aulicas quaestiones accepi. Bene vale et rescribe. Die XVI. Novembris, 1556.

Philippus.

1) *Bucholzero;* nam est filius Georgii Buchholzeri, praepositi Berlinensis.

2) *Elysiae*, i. e. Silesiae.

No. 6120. 16. Nov.

Io. Giganti.

† Ex apogr. in Cod. Paris. D. L. 54[3].

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Giganti, Pastori Ecclesiae Dei in urbe Elysiae Freistadio, fratri suo cariss.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Habet aetas nostra inde usque a Caroli Imp. electione historiam maximarum mutationum, et multa mira exempla, inter quae et hoc est, quod Carolus volens abdicat gubernationem Imperii, et quidem hoc tempore, cum Turcicae irruptiones quotidie expectandae sunt. Vere nunc est Almania, ut vox Ebraea sonat, Almana, id est vidua. Sed teneamus hanc veram consolationem, Deo curae esse Ecclesiam suam. Hic reget tuam familiam et similes. Mitto vobis pagellas, quae et Academiae studia et genus doctrinae ostendunt. Quaeso etiam, ut iudicium mihi tuum significes. Salutem opto *Erasmo* et vobis omnibus. Bene vale. Die 16. Novemb.

Philippus.

No. 6121. 19. Nov.

Wesaliensibus.

Latine editum est hoc scriptum in Mel. Consil. lat. P. II. p. 251. a Pezelio. — Germanice illud nuper prodiit in J. P. Berg's Reformationsgeschichte der Länder Jülich, Cleve, Berg, Mark, Ravensberg und Lippe. (Hamm, 1826. 8.) p 151. *Bergius* unde hoc iudicium descripserit, et fueritne latine an germanice exaratum, non significavit. Quum vero apud Bergium manifesti errores in vertendo commissi deprehendantur, haud dubie latino sermone scriptum est. Neque enim Senatui Wesaliensi, sed, ut ex Bergii versione intelligitur, Consiliario cuidam Ducis Iuliacensis inscriptum fuit. Bergius enim illud non ex Pezelii libro sed ex alio fonte hausit, quum quaedam habeat, quae Pezelius praetermisit. — De re ipsa Bergius p. 150 haec habet: „Im Anfange des 1554. Jahres kamen die ersten (Flüchtlinge aus England) hieher. — Nach von Steinens Angabe geschah ihre Aufnahme im Jahre 1554.; nach Lenhofs aber erst im November 1556. Beide haben wahrscheinlich recht, indem eine wiederholte Aufnahme statt fand. — Man trug Bedenken im J. 1556. sie daselbst ferner zu dulden, oder auch andre neu ankommende aufzunehmen. Heinrich Bommelius (Prediger zu Wesel) hielt es mit den Fremdlingen; Hermann Stein, genannt *Hollandus*, und Thomas Plateanus waren ihnen entgegen, und vermuthlich die Stadtobrigkeit und die Bürger eben so sehr in ihren Urtheilen getrennt." — Inde factum est, ut Melanthon rogatus sententiam suam ea de re perscriberet, quam etiam Senatus Wesaliensis sequutum esse, Anglisque hospitium porro praebuisse dicitur. Sed conf. ep. ad Languet. d. 28. Mart. 1557.

Ad Wesalienses.
An Angli et Galli hospites sint tolerandi?

Francofordia et Argentina Gallis et Anglis non solum praebent hospitium, sed etiam concedunt, ut proprios congressus in docendo, et in usu Sacramentorum habeant, quod propter linguam peregrinam necessarium est. Ita etiam minus est dissidiorum et quidem Argentorati prorsus tranquillitas est[1]). Idem si fieret Wesaliae, credo ibi tranquillitatem fore. Iam[2]) nunc expellere receptos, si non sint aliae causae praeter has, quae nunc proponuntur, durum esset[3]). Si[4]) essent Anabaptistae, aut haberent alias blasphemas opi-

1) Verba: *et quidem Argent. — est*, non vertit Bergius.

2) Pez. habet: *nam*, mendose; Berg.: Nun aber.

3) Berg.: ist viel zu hart.

4) Berg.: Wenn diese Fremdlinge.

niones contra filium Dei, ut *Servetus*, *Thammerus* et similes, dicerem sententiam clarissima voce[5]), ut mox expellerentur.

Sed audio*) tres causas commemorari. Una est, quod ab externis ceremoniis, quae adhuc retinentur in nostris Ecclesiis in coena Domini abhorreant[6]). Etsi est morositas[7]), cum sint hospites, quod non boni consulunt nostros ritus, tamen propter hanc causam non velim eos expelli, postquam recepti sunt. Scio multos valde moveri externa specie rituum, et suos cuique mores placere[8]). Ideo non velim eos cogere, ut nostris ritibus utantur. Sed cum propter linguam[9]) concedatur eis docendi ministerium in propriis congressibus, malim eis etiam concedi usum Sacramentorum inter suos.

Altera causa est de baptismo. Si improbarent Angli et Galli baptismum infantum[10]), etiam dicerem sententiam, ut expellerentur. Sed opinor, eos et probare et retinere baptismum infantum. Scio autem, quosdam de baptismo incommode locutos esse: non oportere inseri Ecclesiae infantes per ministerium, etiam cum ministerio uti possumus[11]). Hic contemtus ministerii nequaquam tolerandus est[12]). Sed de hac re credo placida collatione posse illos hospites flecti, ut a nobis non dissentiant.

Tertia causa est de praesentia corporis Christi in coena domini, de qua scio et apud nostros et apud illos peregrinos alios magis alios minus horride loqui. Sed etiamsi haec dissensio prorsus tolli nunc non potest, tamen mea voce expelli illos hospites, postquam recepti sunt, non velim. Colloquio piorum et eruditorum tolli dissensionem posse arbitror. *Lutherus* recepit Argentoratenses et Augustanos, fatentes, in ipso usu adesse Christum substantialiter et efficacem esse[13]). Caeterae disputationes omissae sunt. Necesse est enim certe fateri, coenam domini non tantum esse signum foederis, seu consociationis inter homines sine praesentia et efficacia[14]) filii Dei. Quod autem dicunt aliqui, confirmari a nostris idola pontificia, manifeste fit nobis iniuria[15]). Et saepissime a nobis repetita sunt haec verba: nihil habet rationem Sacramenti extra institutum usum. Non dicimus: *hic panis est Deus*[16]), ut dicebat *Osiander*; non dicimus fieri transsubstantiationem panis, sed loquimur cum Paulo: panis est communicatio corporis Christi, id est, hac re Christus suum corpus nobis communicat, et nos testatur membra esse sui corporis, in quo est efficax[17]).

Sed omitto disputationem, in qua multas magnas quaestiones movent aliqui, de quibus non recuso quod pios et eruditos dicere meas sententias. Et de summa rei extat mea sententia in aliquot meis scriptis. Spero autem, eam esse Illustrissimi Principis Iuliacensis et civium Wesaliensium pietatem, ut, cum praebuerint hospitium tot familiis, non sint eas expulsuri, cum quidem spes sit conciliationis. Ac interea concedi eis proprium ministerium posset. 1556.[18])

---

5) Berg.: wollte ich mit lauter Stimme sagen und schreien.

*) Audivit baec haud dubie a Ioanne Lascio, Pastore horum exulum, qui, ut ex ep. ad Landgravium Hassiae d. d. 21. Nov. et ex ep. d. d. 11. Nov. intelligitur, Melanthonem in itinere, quam fecit in Poloniam, Vitebergae adierat, commendatus a Landgravio.

6) Berg.: einen Abscheu haben und tragen.

7) Berg.: welches, ob es wohl morosum.

8) Berg.: Denn mir wohl bewußt, daß viele aus solchen fremden Nationen an den äußerlichen Gebräuchen sich leichtlich stoßen, und die ihrigen, als reinere, zu viel lieben.

9) Berg.: wegen der fremden Sprachen.

10) Berg. Die andere Ursache ist von der heil. Taufe, welche so die Französischen als Engländer, wenns die jungen Kinder angehet, verwerfen.

11) Berg. pro: *Scio autem* etc. haec: wiewohl etliche von denselben anfänglich geredet, daß man solche auch, wenn man schon den ordentlichen Dienst derselben haben könne, nicht gebrauchen solle.

12) Berg.: nicht zu dulden, wie geschrieben stehet Röm. 8. welche er erwählet, die hat er auch berufen.

13) Berg.: welche bekenneten, daß Christus im Gebrauch des heil. Abendmahls wahrhaftig gegenwärtig sey.

14) Berg.: kräftige Wirkung.

15) Berg.: Unrecht, da unser Bekenntniß ausdrücklich die päpstliche Anbetung und Umtragung des Brodes und der Hostie verwirft.

16) Berg.: ist von Gott.

17) Berg.: sondern reden allein mit Paulo: das Brod ist die Gemeinschaft des Leibes mit Christo, welches ausdrücklich von der Genießung geredet wird, weil Christus hierdurch seinen Leib zu genießen oder zu empfangen gibt, und bezeuget, daß sie Glieder seyen seines Leibes, in welchen er will kräftig seyn, als das Haupt in seinen Gliedern alles vollbringen.

18) Berg.: nachdem sie vielen ehrlichen Leuten und Familien die Herberge einmal vergönnet, dergleichen Barmherzigkeit an ihnen continuiren, zumalen wegen der Vereinigung gute Hoffnung, und die Berathschlagungen hiervon unter gelehrten Leuten geschehen müssen. Unterdessen könnte diesen elenden Flüchtlingen ein abson-

No. 6122. 21. Nov.

Philippo, Landgr. H.

Edita in *Kuchelbeckeri* Analect. Hass. T. IX. p. 445.

Dem Durchleuchten Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philipps, Landgraven zu Hessen, Graven zu Catzenelnbogen, Ziegenhain, Nidda und Dietz etc. meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jhesum Christum unsern Heiland und wahrhafftigen Helffer, und ein kunfftig neu, frölich Jahr zuvor. Durchleüchter, Hochgeborner, gnädiger Fürst und Herr, E. F. G. Schrifft hat mir der Ernwürdig Herr Johann Laßky überantwort, welcher einen gantzen Tag allhie bey mir geblieben ist, und hat mit mir von allen streittigen Artikeln frundlich und Christlich geredt, hat mir auch gesagt, daß ihn E. F. G. sehr gnädiglich gehalten haben, und dabey gegen ihn viel wolbedachter Christlicher Reden gehabt. Nu hab ich ihm gerathen, nicht durch die Mark zu ziehen, derhalben er uff Dresden gezogen, darnach strak gegen Presla sich zu wenden. Ich hatte ihm auch Schrifften gen Dresden gegeben, so ist dieselbige Zeit der Durchleüchtigst Hochgeborn Fürst und Herr, der Churfürst zu Sachsen M. G. Herr nicht in Dresden gewesen. Ich hab aber selb an den König zu Polen, und an den Herrn Radziwiln*), geschrieben, welchs gedachter Herr Johann Laßky begehrt, und wiewol ich weiß, daß die Bischoff, und andre viel Practiken machen werden wider Christlichen Lehr und wider Herr Laßky Person, so stehen doch diese Sachen in Gottes Handen, was aus Gott ist, wird nicht zerstöret. Herr Laßky hoffet, die Herrn welche Christliche Lehr zu pflantzen begehren, werden die ihren in einen Synodum zusammen beruffen, ein einträchtige und gleichlautende Lehr in Poln uffzurichten, darzu auch aus Teutschland Personen sollen erfordert werden. Was ich davon vernehmen werde, will ich E. F. G. zuschreiben. Der allmächtige Gott, der ihm gewißlich ein ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht durchs Evangelium sammlet, wolle E. F. G. an Seel und Leib stärken, und vielen Christlichen Menschen zu gut lange Zeit im Leben und seliger Regirung erhalten. Datum 21. Novembris 1556.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

---

derliches Ministerium oder Predigtamt in ihrer Sprache verstattet werden. Denn wie traurig sollte es seyn, daß so viele Familien nicht unterwiesen, sondern ausgestoßen, und also das Wüthen bei den Abgöttischen Päpstlern bestätigt werden sollte. Ich bitte aber den Sohn Gottes, daß er des durchlauchtigen Herzogen und Regenten Rathschläge regiren wolle. Wittenberg d. 19. Novembr. 1556.

Phil. Mel.

*) Vid. ep. d. 11. Nov. h. a.

No. 6123. 27. Nov.

Plankenfeldt.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Dem Ehrnvesten und gestrengen Herrn Planckenfeldt zu Berlin, meinem günstigen Herrn und Freund.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn J. C., unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, und ein künftig neu frölich Jahr zuvor. Ehrenvester, gestrenger und günstiger Herr. Für den gesandten Wein, und von wegen Eures guten Willen gegen mir dank ich Ewr Ehrenvest, und bitt Gott, er woll Euch und die Euern gnädiglich bewahren.

Gestern hab ich Schrift bekommen, daß der König in Frankreich von den Sueitzern über den gesandten Haufen, der gegen Rom den Papst zu schützen gesandt ist, noch achttausend Schweitzer begehret, die er fürgibt in Pedemont zu senden, und ist zu besorgen, daß Teutschland von Orient vom Türken, von Occident aus Frankreich Anfechtung haben wird. Der allmächtige Sohn Gottes, Jesus Christus, der gewiß ihm eine Kirche in dem menschlichen Geschlecht durchs Evangelium sammlet, und hält, wolle uns gnädiglich helfen. Der wolle auch E. Ehrnvest und die Euern allezeit bewahren. Datum 27. Novembr. 1556.

Ew. Ehrnvest

williger

Philippus Melanthon.

No. 6124. 30. Nov.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Georgio Buchholzero, Pastori Ecclesiae Berlinensis.

S. D. Reverende vir et cariss. frater. Insitae sunt ab ipso conditore Deo hominum pectoribus

στοργαὶ erga sobolem, ut sint commonefactiones de *στοργῇ* in Deo erga filium et erga nos. Vult igitur Deus, nos dolore adfici in rebus adversis nostrorum, sed vult nos etiam dolorem ita moderari, ut docuit. Haec tibi cum nota sint, scribo brevius, et filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum oro, ut servet Ecclesiam et in ea nostras familias, ut ipsum vere celebrent in tota aeternitate. Quod interrogas de verbo *ἐντυγχάνειν*, non dubia est significatio: intercedere vel interpellare, apud iratum aliquid pro alio petere. Christus intercedit, ut merita sua pro nobis offerens, at Spiritus sanctus interpellat, ut inclinans ad petendum et accendens corda nostra et adiuvans. Exempla verbi plura colligam. Nunc hoc adscribam, quod legitur apud Plutarchum de legatis missis ad Coriolanum petituris pacem: *ἐνετύγχανον αὐτῷ καθεζομένῳ* etc. interpellarunt eum sedentem etc. Miror, reprehensores nostros ne quidem veteris Ecclesiae testimoniis moveri. Perspicuum est, quod ex Eusebio recitavi. Utinam docti de multis rebus colloqui possent, quia vides, subinde fieri maiores dilacerationes. Mitto rursus exemplum nostrae disputationis *), quod ostendit, nos laborare, ut in nostris Ecclesiis et veritas et consensus retineatur. Hoc nostrum studium adiuvare multos optarim. Bene vale et rescribe. Prid. Cal. Decemb. 1556.

Philippus.

No. 6125. 1. Dec.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 86. Cod. Goth. 188. ep 154.

Clarissimo viro, ingenio et eruditione praestanti, D. Ioanni Stigelio, fratri suo cariss. S. D.

Clariss. vir et cariss. frater. Coniugium humanae divina Academia vitae est, ut in tuo carmine scriptum est. Nam et commonefactio est de Deo multipliciter, et exercitium est omnium virtutum. Testantur metae coniugii, Deum mentem castam esse. Et hoc ipsum foedus praecipuum vinculum est universae consociationis hominum, et praesentiam Dei in genere humano ostendit miranda defensio societatis. Denique amplissima sapientia est in hoc divino consilio, quo coniugum et coniugii leges sanxit. Quare diserte scriptum est: *dixit Dominus.* Non casu, non coeco naturae motu iunguntur homines; sed certo Dei consilio, et miranda sapientia hoc foedus sancitum est. Quod igitur maluisti, propter voluntatem Dei, in coniugio [1]) casto vivere, quam in periculis vitae coelibus, pietas tua Deo grata est. Tecum autem, et cum pudicissima sponsa tua, hunc verum Deum, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani, amantem castitatis oro, ut faciat, ut coniugium tuum sit faustum et felix. Haec vota vobiscum facio, etiamsi [2]) corpore istuc non accedo. Scio enim nos sententiis, votis, benevolentia non fucata, coniunctos esse, et fore in tota aeternitate. Honestissimae sponsae tuae mitto *γαμήλιον*, quod ei exhibebis ipse. Bene vale, vir optime et cariss. frater. Calend. Decemb. 1556.

Philippus Melanthon.

*) Cunradi Bekeri, habitae d. 5. Nov. Vid. Eb. quaest. acad. p. 149.

No. 6126. 1. Dec.

a Tautenburg.

Danz. in epp. ad Stigel. in appendice, ep. 1. Cod. Goth. 188. ep. 158.

Illustrib. et generosis Dominis, D. Ioanni, et D. Georgio, fratribus, Baronibus in Tautenburg et Fargela, Dominis suis reverenter colendis, S. D.

Illustres Domini. Ne fieri quidem potest, ut exempla insignia literis mandentur omnia. Sed tamen multa describi Deus voluit, ut posteritas et testimonia de Deo, et commonefactiones habeat, de discrimine virtutum et vitiorum, de praemiis et de poenis. Est autem vestra familia celebrata in illa pulcherrima expeditione, tanquam Argonautica, quae suscepta ad recuperationem terrae Palestinae, hoc est, ad repressionem barbararum

1) Secundas nuptias igitur celebravit Stigelius, primae enim fuerant anno 1544. Vid. ep. ad Stigel. d. 24. Maii 1544. Epitaphium, quod Stigelius in memoriam Barbarae, coniugis prioris, scripsit, legitur in Scriptis publicis Viteberg. T. II. lit. Z. 3, post diem 22. April. 1556.

2) Danz. mendose: *etiam.*

gentium, Saracenicae et Turcicae. Nec profecto alia ulla longinqua militia honestior unquam fuit. In ea expeditione legi, Dominum *de Fargela* fuisse Imperatoris *Friderici* Primi signiferum. Quare consentaneum est, excellentem eius virtutem fuisse. Memini autem avum vestrum et ipse, qui quidem meum patrem singulari benevolentia complexus fuit. Nec dubito, vos multorum inter maiores vestros honesta facta audivisse. Ut autem ab ipsis, cum natura virtutum semina accepistis, ita et exempla vos hortentur, ut Deo et Reipub. recte servire studeatis. Oro etiam Deum, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, qui gradus hominum ideo distinxit, ut Nobilitas sit legum, disciplinae et pacis custos, ut vos servet et gubernet. De vino misso gratias vobis ago, et Deum oro, ut faciat, ut hic veniens annus sit vobis et his regionibus faustus et felix, ut sit foecundus et tranquillus. Datae Cal. Decemb. 1556.

Philippus Melanthon.

No. 6127. 1. Dec.

N. Gallo.

† Ex apographo in cod. Galli II. p. 228. — Epistolam Galli, ad quam Melanthon hic respondit, vide supra d. 9. Nov. 1556. — Quae Gallus ad hanc epistolam rescripserit, leges infra d. 20. Decb. h. a.

Nicolao Gallo Philippus Melan.

S. D. Reverende vir. Me cupidum esse pacis inter nos ostendit silentium meum, cum interea de hostibus Ecclesiarum nostrarum non taceam, sed multorum subinde refutationes edam. Iudico enim discernendos esse cives et hostes, et concordiae causa inter nos non adspernor illud Syracusani ducis: *οὐκ αἰσχρὸν οἰκείους οἰκείων ἡσσᾶσθαι.* Tu contra cum in duabus Academiis ad Istrum non procul a te monstrosa deliramenta *περὶ ἀρτολατρείας* et alia edita sint, illis omissis me insectaris, ut lenissime dicam. Cumque toto quinquennio me publice omnibus probris oneraveris, nunc scribis, te prius mittere privatam admonitionem, postea, nisi abiiciam errores, publice te mecum disputaturum esse. Hac ironia plane derideor. Sed ludite ut vultis. Respondi, ut mihi quidem videtur, placide et humiliter *Flacio* nuper flagitanti, ut conditiones pacis acciperem. Ipse contra misit *λόγον στηλιτευτικὸν* atrociorem quam antea scripserat, qui nunc editur. Et ex tuo nuncio intellexi, eum properare ad Parthenopen, eoque non concedebat respondendi tempus, credo ut hae epistolae aliis adiungantur, quas ibi edit. Quare tunc prolixius respondebo, cum illas editiones videro.

Me miserum! Quid causa est, cur tam astute et tam crudeliter oppugnor? Scribis, a me corruptam esse doctrinam de poenitentia; ubi, in quo meo scripto? Non genui nova dogmata sed communem sententiam harum Ecclesiarum utcunque collegi, cum docere iussus essem, et cum magna confusio esset opinionum; distinxi quaedam, ut oeconomia iunioribus prodesset, ac semper ostendi, me iudicio piorum et doctorum in Ecclesiis nostris obtemperaturum esse. Idem nunc quoque adfirmo. Scribis in apologia tua publica nos non retinere librum de servo arbitrio. An tu defendis stoicam necessitatem? Nec recuso explicare meam sententiam, quae universae veteris Ecclesiae sententia est. Deinde etsi plurimas actiones divinas mirandas in omnibus sanctis esse scio, in quibus humana voluntas etiam in sanctis tantum se habet ut subiectum, tamen nos in docendo et in privata lucta, in conversione et postea regulam intueri oportet, hominem non esse truncum, non debere indulgere diffidentiae, aut delictis contra conscientiam, sed semper initio cum lucta coepit trahente Deo, et postea, cogitare debere dictum: *praebete membra vestra, ut obediant iustitiae*, id est, mentem et voluntatem et caetera organa. De hac tota causa libenter vel privatim ad te, vel publice scribam. Sed malim et de hac controversia et de aliis multis plures viros doctos et pios colloqui.

Expostulas mecum et de silentio meo. Scribit Thucydides, in seditione Atheniensi etiam silentium civibus periculosum fuisse. Tale est et hoc tempus. Sed habeo causam gravissimam. Omnia calumniis depravantur, quae dicimus. Et exempla possem multa recitare. Etsi igitur saepe ostendi, me non dissentire a confessione nostrarum Ecclesiarum, tamen tu praecipue seris suspiciones, ut tua dulcissima praefatio ostendit, quam dictis a me collectis addidisti. Miror autem, cur vos Episcopi mihi homini scholastico et misero non componatis explicatam formulam loquendi; scitis enim, vos ipsi aliter alios loqui.

Quidam disputant, corpus ubique esse, quidam iubent abradi terram, si quid effusum sit. Nemo vestrum posuit propositionem, quam necesse est opponi Papistis: nihil habet rationem sacramenti extra usum. Sed haec alias copiosius.

Oravi *Besoldum*, ut tibi hortator esset ad concordiam sarciendam; nunc idem te ipse adhortor, et memini te promittere nobis ea in re studium tuum, cum a nobis discederes. Tu fuisti postea ut Alcibiades cum ad Lacedaemonios accessisset. Sed sanari haec adhuc possunt, si vultis, meque offero ad iudicium Ecclesiarum Hamburgensis, Brunsvicensis et Luneburgensis. Bene vale et rescribe. Cal. Decemb. anno 1556.

No. 6128. 6. Dec.

A. Hardenbergio.

Edita in Salig's Historie der Augsb. Confess. P. III. p. 731.

D. Alberto Hardenbergio.

Reverende vir et carissime frater. Prudenter fecisti, quod tantum instituisti disputationem de propositione [1]), de qua universae antiquitatis sententiam defendis. Meum consilium et iudicium scripsi D. Consuli [2]), ac profecto optarim, etiam Lutetiae et plurium academiarum iudicia flagitari. Properari eo minus velim, quia et in Polonia et in Germania conventus eruditorum fore arbitror. *Iohannes a Lasco* hac iter fecit [3]), proficiscens in Poloniam, qui sperat, nobilitatem Polonicam postulaturam esse, ut Germani etiam aliqui ad Synodum Polonicam veniant, praecipue ut περὶ ἀρτολατρείας pium decretum condatur. Commoratus hic est integrum diem, et de te multa honorifice locutus est. Adhuc etiam in Germanico conventu colloquium theologorum exspectatur. Nam *Ratisbonae* nuper decretum est, ut sint collocutores *Canisius*, *Staphylus*, *Vicelius et Brentius*, *Snepfius* ac *Philippus*. Si veritas quaereretur, optandum esset, ut procederet colloquium. Sed quas voluntates, quae praeiudicia singuli adferent, non ignoras. Quicquid autem erit, tibi significabo. Te oro, ut de negotio omnium maximo cunctanter agas, praesertim cum Polonicas deliberationes exspectemus.

Mitto pagellas, etsi ante me misisse arbitror. Nunc nihil habeo recentius. Mitto et epistolam vicino vestro inscriptam, quam *Lasco* mitti petivit. Bene vale et rescribe. Die VI. Decb. 1556.

Phil. Mel.

1) Propositione: an caro Christi sit ubique?
2) Dan. van Buren. (*Salig.*)
3) Vid. epist. d. 11. et d. 21. Nov. 1556.

No. 6129. 9. Dec.

Iohanni Alberto D. M.

Ex autographo in tabular. Suerinensi edita in *E. Io. de Westphalen* monumentis ineditis German. praecipue Cimbric. et Megapolensium T. IV. (Lips. 1745.) p. 1269 sq. (*Foerstem.* descripsit.)

Iohanni Alberto, Duci Megapolit.

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Quod Celsitudo Vestra et Ecclesiae et meis vulneribus mederi conatur, gratiam habeo Celsitudini Vestrae, atque utinam ita felix sit medicatio ut est illa Samaritani in Evangelio recitata. Nec vero tam ignarus sum communis vitae aut historiarum, ut non sciam in dissensionibus civilibus exspectandos esse varios casus, iis qui ad negotia adhibentur, ut in acie, et varias esse vices ac saepe ante 20 annos haec mihi fata cecini, fore, ut aliquando a collegis opprimerer, ut Theramenes in historia Attica. Feram igitur Deo iuvante quicquid accidit. Etsi autem scio me non ἀναμάρτητον esse, tamen meos labores spero multis prudentibus et bonis viris notos et probatos esse. Et filium Dei quotidie oro, ut me σκεῦος ἐλέους et organum ipsi gratum faciat. Scripsi pene supplicem epistolam ad *Illyricum*. Haec adeo non placavit eum, ut rescripserit longe atrocius. Sive aut papismorum sive aliorum mihi saevicia subeunda erit, Deo me commendo. Sed si Celsitudo vestra dirimere controversias nostras volet, scribat conditiones et in his pro sua excellenti sapientia ἐπιείκειαν adhibeat, quam profuturam paci existimabit; nec recuso parere Celsitudini Vestrae. Sed velim de toto doctrinae corpore explicatas utriusque sententias inquiri. Nam ipse quid sentiat de multis magnis rebus ignoratur. Mea scripta exstant et propemodum totum doctrinae corpus in examine quod exstat titulo Ecclesiarum V. complexus sum. Inde quid sentiam in-

telligi potest. Commendo Deo et Celsitud. Vestrae totam hanc causam et me ipsum. Mitto Celsitudini Vestrae pagellas, quae etiam sunt testes et laborum meorum et meae sententiae. Bene et feliciter valeat Celsitudo Vestra. die 9. Decembr. 1556. Celsitud. Vestrae addictus servus

Philippus Melanthon.

No. 6130. 9. Dec.

Scriptum.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. III. lit. D.5. — Nisi fallor haec pagella Melanthonem habet auctorem.

Rector Academiae Witebergensis.

Hodie hora nona in eodem tumulo sepelientur exuviae Reverendi viri, D. *Iohannis Försteri*, Doctoris Theologiae, et filiae ipsius adolescentulae *Margaridos*, quae ei charissima fuit. Pridie ante patris mortem filia ex hac vita evocata est: Pater cum diu aegrotasset, languidior etiam factus dolore, quem ei paterna στοργή propter filiae mortem attulerat, postridie cum sese et Ecclesiam domesticam et publicam ardentissimis votis filio Dei commendasset, ex hac aerumnosa vita discessit.

Natus est honestis parentibus in urbe Augusta Rhetica, ubi adhuc frater eius vivit. In Academia Bavarica *Capnionis* auditor fuit, qui cum in illa senecta et postremo vitae actu, cum attigisset annum septuagesimum, diu antea sponte relictis aulis, non ut Laërtes se in agro abdidisset, sed in Academiam invitatus a Duce Bavarico secessisset, maxime delectabatur studiis iuniorum. Ut igitur quisque maxime cupidus erat discendi, et plurima sciscitabatur, ita illi maxima comitate respondebat et libros dabat utendos. Erat igitur *Capnioni* inter auditores familiarissimus *Forsterus*, quia maius erat eius studium quam aliorum. Postea Lipsiae audivit Petrum *Mosellanum*, cuius oratio vere Xenophonteam suavitatem referebat. Egressus adolescentiam docuit alias linguam Ebraeam, et alias Ecclesiae doctrinam in Academiis et in templis. Annos iam octo in nostra Academia multum profuit discentibus et interpretatione Prophetarum et linguae Ebraeae propagatione, et servivit Ecclesiis in iudiciis et in inspectione. Cumque recte sentiret de omnibus christianae doctrinae articulis, et abhorreret ab omnibus seditiosis et fanaticis opinionibus, vera fide Deum invocabat in agnitione et fiducia filii mediatoris, et animi pietatem omnibus honestis officiis declaravit. Vita casta et sobria fuit: pacem publicam et nostrarum Ecclesiarum coniunctionem semper tueri summa cura studuit; privatas aerumnas etiam placide tulit. Et in hoc ipso morbo leniit sibi dolores eruditis et piis amicorum colloquiis.

Cum Reverendus vir D. *Martinus Lutherus* edidit germanicam interpretationem scripturae propheticae et apostolicae, adhibitus est et ipse, ut de phrasi Ebraea iudicaret, et in tam utili opere sepe eius iudicium D. Lutherus caeteris praetulit, ut in sententia dulcissima in Hosea: *non faciam furorem irae meae: non prorsus delebo Ephraim, quia Deus ego sum, non homo, in medio tui sanctus. Nec tamen intrabo in civitatem.* Hic cum alia multa monebat, tum vero hac phrasi: „non intrabo in civitatem", hoc proprie significari dicebat: non servabo regnum politicum Ephraim, seu Samariae. Et hanc emphasin esse in verbo intrandi ex aliis locis ostendebat.

Talis cum fuerit Doctor *Iohannes Försterus* amisimus virum utilem studiis Ecclesiae, et nobis omnibus propter ipsius candorem et pietatem carissimum. Quare luctus nostri multas graves causas habemus. Oramus autem filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut Ecclesiam, et hanc Academiam in ea, servet et gubernet, et faciat nos vasa misericordiae. Vos quoque iam in funere, ad quod vos hora nona convenire volumus, piis votis et gemitibus publicam et vestram salutem Deo commendate. Anno 1556. die 9. Decembris, quo die ante annos centum et viginti mortuus est *Sigismundus* Imperator, cuius vita etiam plena laborum et aerumnarum fuit.

No. 6131. die brumae.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 223 sq. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 202, cui Baumgartnerus adscripsit: „1556. 27. Dec. per Ambrosium."

Hieron. Bomgartnero, Senatori inclyt. urbis Noribergae.

S. D. Ut veniens annus sit faustus et foelix Ecclesiae et hospitiis eius, et vestrae urbi, quae est et Ecclesiae et multarum honestarum artium hospitium, faciat Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, qui ideo assumsit massam nostri generis, ut nos sibi insertos tanquam surculos servet, sicut inquit: *Ego sum vitis, vos palmites.* Profecto enim non humanum odium est in hostibus vestris, sed quaerit Diabolus Ecclesiarum et honestarum politiarum eversionem. Eo magis speremus a filio Dei auxilium, et petamus id ardentius, sicut Ieremias vociferatur: *Tu in nobis es Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne deseras nos.* Mitto pagellas proximae disputationis, quae ostendunt de magnis rebus passim moveri certamina, propter quae nos oportebat coniunctiores esse. Sed commendo Ecclesiam et me in ea Filio Dei. Habeant nostri inimici suos adplausores, agant triumphos. Sed astute faciunt. Nusquam totum doctrinae corpus edunt, tantum excerpunt ex nostris mutila quaedam membra, quorum reprehensionem sciunt plausibilem esse. Spero me brevi ex his rixis migraturum esse ad Ecclesiam, in qua sine sophistica Deus celebratur[1]). Oro filium Dei ut te et tuam domesticam Ecclesiam servet et protegat. Bene vale. Die Brumae[2]).

Philippus.

No. 6132. die brumae.

D. Chytraeo.

(Ex David. Chytraei epistolis p. 1218.)

Davidi Chytraeo.

Clarissime Vir et Carissime frater. Etsi ante triduum misi litteras ad te, in quibus gratias ago περὶ μαινίδων, tamen et huic nuntio epistolam dedi. Optarim enim nos non solum per litteras, sed coram quotidie colloqui posse, et quidem illis ipsis de rebus, de quibus in tota aeternitate colloquemur, non de Regum tumultibus. Historica etiam quaedam in brevi pagella nuper annotata misi. Postea hic *Forsterum*, honestum et doctum virum, linguae Ebreae interpretem amisimus, qui multos utiliter docuit; ac de successore nobis deliberatio difficilis erit. Mitto tibi Epistolam *Edelbergensem*, quae narrat πολίτευμα, quo petulantia prohibetur lacerandi caligas, quales sunt militum in littore vestro caligae, qui utinam procul ἐς κόρακας abirent. Bene et feliciter vale. Die Brumae.

Philippus.

1) Spanb. mendose: *eclebrabitur.*
2) Alia manus adscripsit: ann. 1556.

No. 6133. (12. vel 13. Dec.)

Wernero.

Werneri epistola ad Melanth., et Melanthonis responsum.

Separatim editae: „*Epistola a Wernero Pastore Barbiensi scripta ex mandato Flacii Illyrici, et praescripta ab eo formula ad Phil. Melanthonem, — — et responsio D. Phil. Mel. ad istam epistolam.*" (Viteb.) ann. 1558. 4. Apographon utriusque epist. habetur in cod. Mon. II. p. 205. ex impresso descriptum. Nos illas dedimus ex archetypo. Vid. quae in epistolis Scholasticorum Vitebergensium p. 9. de hac epistola leguntur, ubi Pastor Barbiensis dicitur subornatus a Flacio, qui formam epistolae totam ei praescripsisset.

A.

Clarissimo viro, doctrina et pietate praestanti Dom. Philippo Melanthoni, praeceptori suo semper colendo S. D.

Venerande et semper colende praeceptor. Nunquam de tua voluntate dubitavi, et pio animo *definitionem Evangelii*, qua praedicationem poenitentiae complecteris, a te positam credo. At vicini[1]) conqueruntur, hac generali descriptione *Antinomorum* furores confirmari, qui contendunt: evangelium et gratiam tantum docendam esse, ne homines legis comminationibus et fulminibus terreantur. Moisen quam longissime a concionibus pellendum. Mirantur tuum consilium, qui toties inculcas discrimen legis et evangelii. Fateris, confusione harum doctrinarum, quae fine et effectu dissident, veritatis lucem obscuratam et paene extinctam esse. Nollem itaque unicam illam vocem novis certaminibus occasionem praebere. In privatis simultatibus etiam gestus severior suspicionem offenso movet. Priori que-

1) i. e. *Flacius*, tum Magdeburgi versatus.

relac de D. *Georgio* hoc adiicitur, quod nunc dicit, fide et confessione fieri applicationem beneficiorum Christi, cum antea docuerit, sola fide apprehendi gratiam. Huc accedit aliud malum, quod *Stenckfeldius* movet, elevans ministerii externi autoritatem, et affirmat, mortuum elementum inutile esse. Hunc errorem toti posteritati perniciosum duabus hypothesibus: quod filius Dei sit verbum Dei, et: quod pater intuendo et cogitando sese gignat filium, stabiliri aiunt. Posito hoc fundamento sequi: *verbum Dei proprie loquendo esse filium Dei, sacras vero literas improprie verbum Dei appellari.* Contra primam ergo hypothesin opponunt[2]), quod in sacris literis nusquam legatur, quod verbum Dei sit filius Dei, excepto uno loco Apocalypseos 19., ubi filius vocatur *λόγος τοῦ θεοῦ.* Sed illum librum inter apocrypha numerari. Et si quis opponit: *verbo Dei coeli firmati sunt, et spiritu oris eius*, respondent, sequi absurditatem, si illa mandata, *fiat lux*, filium Dei esse dicamus. *Spiritu oris* similem locutionem esse illi, 2 Thess. 2 „*Christus spiritu oris sui interficiet Antichristum.* Paulum de externa doctrina, non de substantia filii loqui. Addunt, verbum Dei in latino et germanico sermone nihil aliud sonare, quam doctrinam, quam Deus locutus est per prophetas, Christum et apostolos. Iam si sacrae literae improprie dicuntur verbum Dei, et filius Dei proprie loquendo verbum Dei nominatur, quis quaeso Stenckfeldianum errorem refutabit? Altera hypothesis videtur non minus patrocinari eidem errori. Nam si pater cogitando gignit filium[3]), qui verbum vocatur, verisimile, imo certum est, per hoc ipsum verbum potius efficacem esse patrem, quam per illam blesam et raucam ministri vocem, verba ad populum facientis. Deinde, si patris intuitio gignit separatam filii personam, quare filius non gignit eodem modo cum Spiritu sancto separatas personas? Non enim hae personae ociosae sunt, sed habent reflexam actionem, et sese intuentur. Sequitur et hoc, Spiritum sanctum et omnes creaturas cogitatione genitas. Ita certus numerus personarum non poterit constitui, et spargentur semina absurdarum opinionum.

2) *Flacii* hic sententias profert.

3) Melanth. in locis theol. de filio: „*pater aeternus sese intuens gignit cogitationem sui*" etc.

Haec est fere summa earum rerum (si recte intellexi *Illyricum*) de quibus tecum et cum aliis piis colloqui cuperent. Ad has res explicandas quam necessaria sit concordia, quis non videt? Et, coniunctionem animorum fieri posse animadverto, si tua voce et publico testimonio Lipsicas actiones[4]) irritas feceris, et inposterum vitentur ambiguae voces in explicatione scripturae, ut doctrina incorrupta posteritati transmittatur. Haec tibi, quem parentis loco veneror, significanda duxi, fretus tua benivolentia, qua me semper complexus es. Filius Dei Michaël stet et pugnet pro ecclesia et populo suo, ne opprimatur Turcica et Pontificia tyrannide, inclinetque animos nostros ad piam et salutarem pacem. Bene et feliciter vale. Datae Barbi, 9. Decembris, 1556[5]).

T. Wernerus.

B.

Responsum Phil. Melanth. ad epistolam Werneri.

S. D. Non longis intervallis tres accepi epistolas, primam *Flacii*, quae repetit toties propositam *κράμβην*, de qua adeo sumisse respondi*), ut quicunque legerunt, agnoscant, mihi non deesse studium pacis. Mox aliam *Gallus* misit a ripa Istri, denuncians mihi bellum de coactione humanae voluntatis; cui respondi, me non moturum certamen, sed *ἀμυνομένῳ βέλτιον ἔσεσθαι.* Tertia nunc accedit seu tua, seu ab alio dictata, de quaestione gravissima *περὶ λόγου.* Ita res arte instructa est, et divisae operae, ut pluribus confodiar vulneribus; qua in re tamen te, virum prudentem, miror hanc partem suscepisse, in qua plurimum est periculi. Nec quisquam tuorum amicorum hic, a quibus scis te vere diligi, sine gemitu tuam epistolam legit, etsi, cum plena sit artis et ironiarum, nemo te auctorem esse existimabat. Sed tamen manum te locasse alteri ad hanc scriptionem dolemus. Quid aliud quam ironia est, cum extenuas disputationem de poenitentia? Leve quiddam est, cedas publicae tranquillitatis causa. Habui causas mei consilii, quia

4) Interim Lipsicum?

5) Si ep. ad Camerar., quae d. 29. Oct. scripta est, non habet errorem in die, sequitur, vel Wernerum vel alium quendam iam antea ex Flacii mandato ad Melanthonem ea de re scripsisse.

*) Vid. lit. d. 4. Sptb. 56.

in Evangelii proprie patefit peccatum, quod mundus ignorat, et contemnit filium Dei, et scriptum est: *spiritus arguet mundum de peccato, quod non credunt in me.* Exponam et alias causas, cum videro censuram, quae nunc, ut audio, cuditur. Sequentia in tua epistola aut ironiae aut insidiae sunt. Nam si ingenua, ut inter amicos, dissertatio esset, non praeterires primum caput Iohannis, quod tibi non ignotum est. Et tamen dicis: nusquam nominatur filius *λόγος*, nisi in Apocalypsi cuius auctoritatem abiicis. Nec ignoras initium primae epistolae Iohannis. Ac, discerni in Ecclesia *λόγον ὑφιστάμενον* a voce creata evanescente, nosti. Scio autem, multa contra et disputata esse olim, et hoc tempore moveri. Nec sum adeo rudis historiarum, ut Samosateni et aliorum certamina nesciam, nec adeo stolidus sum, ut mihi nullae *πιθανολογίαι* in mentem veniant. Sed retineo invocationem filii Dei, et saepe expresse Serveticos furores refutavi. At, inquis, confirmari Stenckfeldiana deliria, si filius dicatur *λόγος*. Ego perspicue refutare posse Stenckfeldiana adfirmo, etiam sine Samosatenicis et Serveticis auxiliis. Quid opus est, inquis, rauca et blesa voce, si filius ipse concionatur? Hoc bello scommate subsannari me, *καὶ ἐκθεατρίζεσθαι*, non valde moleste fero. Scio me raucum et blesum esse. Sed hos ludos in re tanta non probaturos esse viros graves arbitror, et te, miror, has delicias, cum ad me veterem amicum scribis, amare. Dicitur de ministerio: *ex ore infantium* etc. In eo ministerio filius caput est non otiosum; *ego sum vitis, vos palmites. Nemo novit patrem nisi filius, et cui volet filius revelare.* Nec reiicio Augustini dictum de filio: *quotidie mittitur sapientia, ut sit cum homine.* Nec tamen inde Stenckfeldiana sequuntur, quae tollunt externum ministerium.

Postremo dicis: si cogitatione nascitur filius, erunt innumerabiles. Unicus est filius aeterni patris quem adfirmant scripta apostolica esse *εἰκόνα* aeterni patris, et *χαρακτῆρα ὑποστάσεως*. Has appellationes tota vetustas interpretatur, ut in meis scriptis recito, cumque notae sint tibi explicationes vetustae, longiorem commemorationem omitto. Scio, homines astutos, qui doctrinam Ecclesiae aspernantur, non difficulter invenire quod opponant, et hoc seculum delectatur profanis disputationibus. Sed Deo iuvante nunquam abiiciam invocationem filii Dei, nec discedam a Symbolis, apostolico et Niceno, et congruentibus. Memini, Flacium ante annos aliquot reprehendere *formam nostrae invocationis*: „*omnipotens Deus, aeterne Pater Domini nostri Iesu Christi, creator cum Filio tuo coaeterno et Spiritu sancto.*" Mirabar, cur reprehenderet, nec tamen quidquam mali suspicatus sum. Nunc video, quas disputationes moveat. Non genui nova dogmata, sed communem doctrinam harum Ecclesiarum, ut potui, congessi in unum corpus, ut iuniores summam rerum complecti possent. Quaedam minus horride recitavi propter iuventutem, et semper me iudicio Ecclesiae subieci. Vides, quantum nostris opus sit concordia, quare etiam si quae, ut fieri aliter in hac imbecillitate naturae non potest, dissensiones inciderent, pia diiudicatione nostra vulnera sananda erant. Nunc certatur odiis, et factionibus incitantur contra nos et principes et populus saevitia scriptorum. Laceror a Pontificiis, et recens contra me librum edidit *Staphylus.* Multi fanatici, *Servetus*, *Stenckfeldius* et alii contra me atrocia scripta ediderunt. Interea incurrunt in me non minus atrociter *Flaciani.* Inter haec pericula me filio Dei, Domino nostro Iesu Christo commendo, et eum oro, ut me gubernet, et *σκεῦος ἐλέους* faciat. Scio me non esse *ἀναμάρτητον*, nec defugiam iudicia nostrarum Ecclesiarum.

Haec ad epistolam, quam mihi misisti, breviter respondeo, et te oro, ut sis hortator caeteris ad studium publicae tranquillitatis. Bene vale.

No. 6134. 15. Dec.

Ioachimo Anhaltino.

† Ex apographo in cod. Galli II. p. 238 b.

Illustrissimo Principi ac domino, dom. Ioachimo, Principi in Anhalt et Ascania, domino in Zerbst et Bernburck, domino suo clementiss.

S. D. Illustr. et Clementiss. Princeps. Oro Deum aeternum patrem domini nostri I. C., creatorem coeli et terrae et hominum, qui et annum sua sapientia ordinavit, ut Ecclesiae et his regionibus et Cels. V. det faustum et foelicem venientem annum, et servet Cels. vestram incolumem, et confirmet vires animae et corporis Cels. vestrae.

Legit epistolam[1]) apud me Consul Dessaensis scriptam *Illyrici* mandato, propter quam magis fugienda mihi est eius societas. Tempus ostendet, quales opiniones apud se coquant. Ideo Cels. vestr. iudicium Deo commendet.

Scribitur mihi ex Ratisbona[2]) etiam hanc propositionem oppugnari a *Gallo*: ad retinendam fidem necesse est retinere iustitiam bonae conscientiae[3]). Si volunt fidem esse in his qui ruunt in scelera contra conscientiam, quam tetra imaginatio est? Contradicam talibus furoribus donec vivam, Deo iuvante. Nec metuo pericula et odia. Deus servet Cels. V. incolumem. Bene et foeliciter valeat C. V. Die 15. Decembris 1556.

C. V.

addictus
Phil. Mel.

No. 6135. 20. Dec.

D. Chytraeo.

(Ex Dav. Chytraei epistolis p. 1213.)

Davidi Chytraeo.

S. D. Clarissime vir et carissime frater. Tecum nuper iocatus sum περὶ μαινίδων*); postea aliae mihi longe graviores quaestiones missae sunt. Amicus quidam *Flacii* scripsit Epistolam, cuius tamen architectus fuit ipse Flacius**); ait, in scriptis Propheticis et Apostolicis τὸν υἱὸν θεοῦ οὐκ ὀνομάζεσθαι λόγον. Reprehendit in meis seu potius in veterum explicationibus de Filio et alia quaedam. Nescio quo consilio haec ad me scribantur. Vetustas in Symbolis et alibi quomodo locuta sit non ignoras. Theodoretus diserte discernit Patrem et filium inquiens, υἱὸς μονογενὴς θεὸς λόγος. Sunt autem Theodoreti Dialogi admodum perspicue scripti, quos nuper mihi quidam amicus misit, et ero hortator Basiliensibus ut recudant. Non nunc primum animadverto, semina Servetica circumferri a multis Italicis, ut a *Stancaro* et aliis. τοιαῦτα δοκεῖ ποτε τοὺς βλακόφρονας βλαστήματα δείξειν. Oro filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, qui caput est Ecclesiae suae, ut nos doceat et gubernet. Bene vale. die 20. Decembris.

Philippus.

1) Werneri ad Melanthonem.

2) Fortasse a Schallingio.

3) Margini adscripta sunt in apographo haec: „*Gallus: calumnia est et foedum mendacium.*"

*) Vide ep. die brumae scriptam h. a.

**) Werneri epist.

No. 6136. 22. Dec.

Senatus Bremensis ad Theologos Witteb.

Ex *Kenkelii* diario mss. edita in „Dan. Gerdesii historia motuum ecclesiasticor. in civitate Bremensi sub medium sec. XVI. ab anno 1547—1561. tempore Alberti Hardenbergii suscitatorum." (Groningae et Bremae 1756. 4.) p. 110. — Etiam in historia Aug. Confess. Lipsiensi 1548. fol. 464 sq. — De lite ipsa vid. *Gerdesii* scriptum, ex quo haec descripsimus, et *Saligii* hist. Aug. Conf. T. III. p. 730 sqq. — Responsum Witeberg. est datum d. 10. Ianuarii 1557.

(*Senatus Bremensis ad Theologos Viteberg.*)

Den Ehrwürdigen, Würdigen und hochgelehrten, achtbaren und ehrbaren Herren, Johann Pommern, Georgen Major und *Philippo Melanchthoni*, samt allen andern der heil. Schrift Doctorn und Lehrern zu Wittenberg unsern günstigen lieben Herrn, und besondern Freunden.

Unsern freundlichen Gruß und Dienst allezeit zuvor. Ehrwürdige, Würdige, Hoch und Wohlgelehrte, Achtbare, Großgünstige Herren und geliebten Freunde.

E. E. und Gunsten ist sonder Zweifel nicht unbewußt, daß wir, Gott Lob in Ewigkeit, nun in die vier und dreißig Jahr das reine und liebe Gotteswort in unsrer Stadt haben verkündigen und predigen lassen, welches uns durch Schickung des Allmächtigen aus Eurer christlichen Kirchen zu Wittenberg ist zukommen. Nun haben uns dieselbe Lehre des Sohnes Gottes Jesu Christi unsers Seligmachers, sampt den heiligen Sacramenten der Tauf und des Abendmals, unsre Prädicanten und Kirchendiener aufs Einfältigste und Klärlichste nach dem Evangelio gelehret, daß wir damit wohl zufrieden, und Gott, dem Allmächtigen für seine ewige Wohlthat unserm schwachen Vermögen nach fleißig gedankt, zudem auch ohne Ruhm zu reden (dieweil es Gottes Werk gewesen) solche Lehre nicht allein vor dem Römischen Reich und Kaiserlicher Majestät bekannt, sondern auch darüber, mittelst göttlicher Gnade, was gelitten, wie männiglich bewußt.

Und ob dann wohl der hochgelehrte Doctor Albert Hardenberg in unsrer Stadt in der Thumbkirchen etliche Jahr her fleißig gelehret, und sich nicht anders vermerken lassen, dann daß er unsrer wahrhaftigen Religion ganz anhängig wäre; so hat sichs doch neulich befunden, daß er mit der Lehre von der wahren Gegenwärtigkeit des Leibes und Bluts unsers Herrn Jesu Christi im heiligen Abendmal (wie dann vom seligen Doct. *Martino Luthero*, und E. W. und Gunsten, aus Gottes Wort je und allwege vertheidigt, und unsere Prädicanten uns bis anher getreulich gelehret) nicht zufrieden gewesen, sondern sich öffentlich einer andern weitläuftigen Meinung vernehmen lassen, darüber dann die Gewissen der Zuhörer nicht wenig verirret und unruhig gemacht, also, daß wir unmeidlicher Noth halben verursacht worden, von unsern Kirchendienern eine Erklärung und Bekenntniß dieses Artikels halben [1]) zu fordern, welche wir sofort gemeldtem Doct. Hardenberg zugestellt, er aber dieselben nicht hat annehmen, viel weniger unterschreiben, noch sich sonst in Schriften deutlich erklären wollen, was Mangels er daran haben möchte, sondern sich dagegen weitläuftig auf die Commentaria *Musculi* super Matth. cap. 14. et 26. und super Psal. 68. berufen, welche wir wohl in ihren Würden, soferne sie nicht wider Gottes Wort und den Abschied, so zu Wittenberg anno 36. beramet [2]), und von demselbigen Musculo mit unterschrieben, verstanden werden, beruhen lassen.

Es hat auch gemeldter Doctor uns etliche *positiones contra ubiquitatem Christi* [3]), (wie denn solches neue Wort ganz odiose in die Weitläuftigkeit außerhalb dem wahren Gebrauch des h. Abendmals des Herrn gedeutet wird) übergeben, mit denen wir gar nichts zu thun, uns auch derselben in keinem Wege theilhaftig machen, können aber wohl leiden, daß von solchen hohen Sachen ohne unsre Beförderung in hohen Schulen disputirt werde, dieweil es uns allein um den lieben, heiligen, einfältigen Catechismum zu thun ist, daß wir denselben reine mögen behalten, gründen auch für unsre Personen die Lehre vom h. Abendmale auf nichts anders, denn auf das allmächtige Wort unsers Herrn Jesu Christi und seine Einsetzung.

So wir denn nun nicht zweifeln, daß unsrer Prädicanten Confession, (die wir hierin verschlossen E. Ehrw. und Gunsten zusenden) sey dem Worte Gottes, der Augsburgischen Confession und Apologie, auch E. Ehrw. und viel mehr Gelehrten gehaltener sämptlicher Handlungen und Recessen gemäß: derwegen und derhalben so bitten wir freundlich, fleißig und gutlich, Ew. Ehrw. und Gunsten wollen kein Verdruß haben, dieselbige zu berathschlagen und ponderiren, und uns Euer Bedenken und christlichen Rath aus christlicher Liebe mittheilen, wie diesem Unrath mit einfältigen wahrhaftigen Grunde des Wortes Gottes bei Zeiten möchte begegnet werden zu Erhaltung Gottes Ehre, Kraft und Allmächtigkeit, die wir denn deshalben die würdigen, hoch und wohlgelehrten Herrn Johann Rolwagen, der Rechten Doctorn, unsern Syndicum, und Johann Esich, unsern des Raths Mitverwandten abgefertigt, welche Ew. Ehrw. und Gunsten von aller Gelegenheit (wills Gott) weiter werden zu berichten wissen, fleißig bittend, Ew. Ehrw. und Gunsten wollen dieselbigen diesmals gleich unsern eigenen Personen Glauben zustellen und vertrauen, und sein bei denselbigen E. Ehrw. und Gunsten schriftliche, christliche und tröstliche Antwort erwarten. Das sind wir wiederum gegen den Allmächtigen und gemeiner Christenheit treulich zu rühmen und sonst zu verdienen und zu verschulden allezeit bereitwillig. Hiemit E. Ehrwürden und Gunsten sämptlich und sonderlich, als eingeleibte Gliedmaß der heiligen christlichen Kirchen, dem ewigen Gott in seinen gnädigen Schutz und Segen befehlende. Datum unter unsrer Stadt Secret anno 1556. den zwei und zwanzigsten Decembris.

1) Confessio Concionatorum tradita d. 21. Octbr. 1556. legitur in Biblioth. Danica, P. V. p. 194.

2) Concordia Wittebergensis a Melanthone scripta, facta inter Lutherum et Bucerum.

3) Dedit eas Gerdesius in libro C. p. 96.

No. 6137. (25. Dec.)

N. Gallus ad Melanth.

† Ex apographo in cod. Galli II. p. 229b. — Est responsum Galli ad epist. Mel. d. 1. Decbr. 1556. scriptam, quod quum Melanthon, ut intelligitur ex ep. ad Camerar. d. 27. Decbr., illo die iam acceperat, scriptum esse videtur fere d. 20. Decbr. 1556.

Nicolaus Gallus Philippo Mel.

S. in Christo Emanuele nostro. Clarissime vir. Duo nos hoc tempore post longam disceptationem divina admonent miracula de resarcienda pia inter nos concordia, naturarum in Christo admirabilis unio, omniumque nostrum in eadem carne sibi adiunctio, et pacis inde cum Deo hominumque inter ipsos demandatio, quam angelorum myriades de coelo praedicant. Harum ego tantarum

etiam causarum consideratione, uti gravi dolore affectus sum ex tua iam responsione, prae se ferente vestram ubique innocentiam et iustam in nos iracundiam, qua pacis spes omnis praecidi videbatur; ita rursus tandem laetitiam accepi legens in fine istius responsionis denominationem iudicii. Ut nos ergo semper expetivimus legitimam totius causae cognitionem, ita posthac nunquam faciemus, ut stetisse per nos iure videri possit, ne vel cognitio procedat, vel finem suum ad restituendam piam concordiam abunde consequatur.

Respondeo vero ipse etiam te iubente ad partes epistolae tuae hoc quidem libentius, quod aditus faciendi sunt ad transactionem. Si quae tamen ad hanc minus videbuntur accommodata [1]), iuri dabis rescribentium et necessitati, ut quae minus commode obiecta fuerint, diluantur quatenus vere possunt.

Praedicas nobis silentium tuum, quod cum apologiae vice tuis semper habitum sit, non paci serviit, sed auxit dissidium; quamvis adeo non siluistis quidem, ut dicendo, scribendo, pingendo omnium in nos odia concitare, ad vindictam etiam reges et principes solicitare non intermiseritis. Et quod pacis studio minime erat conveniens, sub initium actionis huius de concordia, nos capitalibus pene criminibus nominatim oneraveritis, contempseritis quam superbissime.

In refutatione hostium, quid in te, *Philippe*, talem gerente personam, diu iam desideratum sit, nosti, et Ecclesiae praesertim Brutenicae [2]) magno suo malo sentiunt. Accipimus tamen, quod nos pro civibus, non pro hostibus verae Ecclesiae habendos censes, nec sane ullius falsi aut novi dogmatis arguere potes, aut publicae actionis perniciosae Ecclesiae, ut nos potuimus; et vos propterea ex civibus pene hostes fuisse factos, ex animo dolemus, quanquam non hostes, sed ab hostibus quasi victos iudicavimus. Non vitio igitur verti hoc etiam nobis debebat, si quid in recuperandis victis, caeterisque tuendis civibus laborassemus vehementius quam in feriendis adversariis.

Nec ego me quidem continui prorsus adversus communes Ecclesiae nostrae hostes plurimos, ut ipsi mihi testimonium perhibent et succensent graviter. Notae sunt eis, qui me heic docentem audiunt, extantque publice vel testificationes meae vel refutationes adversus plerasque purioris doctrinae in Ecclesiis Augustanae confessionis recentiores corruptelas, ut Anabaptistarum, Sacramentariorum, *Stenckfeldianorum*, *Iesuitarum*, *Osiandri*, *Maioris* et alias quasdam adhuc minus pervulgatas, contra quas monendi causa etiam catechesin meam institui. Pervelim scire, ubi *Canisius* scripserit, Christum non esse invocandum, ut mediatorem, et quomodo se declaret, ut impudentiam arguere alterius possim. Habeo ipsum iam doctorem et alios quosdam ovina pelle contectos lupos in urbe, quibus me oppono non sine praesenti periculo. Et audio a proceribus ab ipso regis consilio contra publicas actiones meas, me discessisse ab Augustana confessione. Utinam non vestri tales etiam de me insinuent sermones, ad quos arguendos meum hunc de summo doctrinae nostrae articulo edidi, daturus forte plures etiam de aliis. Ah, si vos perinde nihil discessissetis ab ea confessione atque nos discessimus, nihil inter nos fuisset dissidii, sique sententiam declarassetis contra *Maiorem*, minusque fuissetis indulgentes, non dedisset ille novas turbas, neque adhuc daret legali sua propositione in doctrina Evangelii.

Vulgo nobis obiicitur omnibus carpentibus hominum vitia, ut ad poenitentiam se convertant, nos conviciari, hos si tuo quoque iudicio confirmaveris et exemplo, quale dabis ministerium?

Te fuisse a me quoque praemonitum de adiaphoris, testis est epistola disputationi publice adiuncta, tibique per doctorem *Ionam* piae memoriae, Witebergae tum hospitem, exhibita, post privatam *Maioris* in me stomachationem. Testis eris et ipse, si fideliter retines, cum post Begensem [3]) deliberationem iturus ad Iuterbocensem ipsi mihi responderes monenti, bona conscientia neminem posse interesse istis actionibus, teque aliquem iter alio [4]): Intelligis, quid dicam. De libero arbitrio vero cum prius nihil publice contra vos, spe pacis ineundae, volui tandem et istam praemittere admonitionem.

---

1) Cod. Galli II. *accommoda.*

2) Pruthenicae.

3) Pegaviensem.

4) Haec Melanthonis ad Gallum epistola videtur periisse. Caeterum ultima verba mendosa sunt, fortasse sic restituenda *teque iturum alio.*

Quam placide et humiliter *Flacio* responderis nescio; hoc scio, quod ipse et alii apud me conquesti sunt graves viri de ea responsione tua, cui vicissim *Flacius* opposuerit fundamenta nostrae causae, et quod privatas eas literas primi vos sparseritis. De editione nihil etiam scio, et ut priores meas scripsi ipso plane inscio; ita nec tuas, mihi crede, prius vidit, quam hinc ad eum mitterentur. Quid ergo astutiae et crudelitatis accusamur ex vana suspicione vestra?

Excipis de *poenitentia*, eam non esse abs te corruptam doctrinam, ut de caeteris videaris adeo non inficiari, de fide, de necessitate operum ad salutem, de libertate voluntatis in conversione, de sacramentis, de potestate episcoporum. Eodem certe loco corruptelae istae omnes leguntur. Sed erant tunc alia etiam tempora.

Agnoscimus in te ut alia plurima dona ita elocutionem et methodum, qua res late diffusas distincte, ordine et perspicue explicas, et magno in Ecclesiam beneficio doctrinam christianam artis instar complexus es. In iudicando utinam alios non nimium aspernareris, nec personis magis quam veritati dares, unde res tendere ad novum primatum videri nonnullis solet.

Disputatio mea de libero arbitrio ad definitionem tuam spectat, ac vim regenerandi seu convertendi ad Deum, non ad alias actiones ante vel post regenerationem, in quibus omnibus suam voluntati libertatem non adimo tam eligendi quam efficiendi civile opus et spirituale, suo quodvis loco et modo, ut in prioribus scripsi. In regeneratione autem et conversione ita adimo, ut aliter differre a trunco non videam, quam quod dispositione talis est voluntas, ut renasci ipsa posset, natura quidem sua rebellans, truncus non possit: conatum adscensionem et totam luctam, quam scio esse necessariam, cum Paulo in concreto ipsi tribuam spiritui, hoc est, toti homini renato iam per spiritum Dei, cuius regenerationis homo prius, existentiae videlicet et efficaciae ordine, subiectum fuerat; sicque definitionem tuam et sententiam magis convenire vel integrae hominis naturae iudico, vel renatae, quam corruptae et nondum renatae, de qua sola nobis quaestio est. Renascentium porro et non renascentium electionem ad occultam causam tandem reiicio, sive in Deo, sive in nobis, cum reverentia. Et explicatam sane formam dari nobis heic aliam quam tuam opto de utraque re loquendi, ne vel ita extollatur voluntatis libertas, ut in ea vis poenitentiae posita pro arbitrio videatur, Christoque detrahatur et eius spiritui, vel nimium detrahendo voluntati laquei iniiciantur conscientiis, et abstrahantur homines a studio regendi mores, audiendi cogitandi verbum, et utendi donis Spiritús s. acceptis per regenerationem.

In causa *Eucharistiae* Zuingliani negant tuum silentium, quia consensum iactant privatim publiceque, et hoc nomine plus damni dant in Ecclesia; nos vero ubi tuam adversus ipsos declaraveris sententiam proferre testimonium diu iam nullum possumus. Ipsi ergo sunt, qui de eo suspiciones serunt, et tu, qui silentio tuo, publico detrimento Ecclesiae, easdem pene confirmas. Nec iure mihi succenses depellenti has suspiciones editione veteris nobiscum consensus. Eum te adhuc etiam tenere consensum magna profecto cum voluptate ex tuis iam accepi literis, utque idem testimonium pluribus de te confirmem operam dabo. Plus tamen effeceris ipse publice testando recteque sentiendo et loquendo. Non est quod calumnias venerare. Nec est, quod loquendi formulam vel ab Episcopis vel a Scholasticis petamus, ut tu pro auctoritate in nos iocaris, quia habemus iam a communi omnium praeceptore praescriptam formulam, qui cum panem dicat suum esse corpus in coena, nos praesentiam eius corporalem ex coniugatis inferimus necessario et efferimus. Tuaeque regulae, quam servata mysteriorum reverentia studiose semper probavimus, nos nostram etiam adiungimus tum Papistis tum excedentibus in contrariam partem, Zwinglianis, opponendam: Christus sedet ad dextram patris, ut possit adhuc esse ubi vult, quando et quomodo vult. Vult autem esse in coena ad edendum ibi corpus suum et bibendum sanguinem. Ergo et corporaliter adest, et nos sibi corporaliter adiungit, eamque consolationem una cum corpore Zuingliani nobis ex substantia coenae tollunt, falsoque calumniantur de modo praesentiae, quem nos non definimus, ut proxime scripsi, sicut nec illam cum Christo unitionem nostram corporalem in usu definimus, sed ad alia adoranda magis quam pervestiganda Dei mysteria referimus.

Besoltus de concordia nihil ad me, cuius si non ipse adeo percupidus essem coniunctionemque sperarem, non meas ad te. Nunc tres nobis

viae sunt propositae ad transactionem. Una privata in communi subscriptione articulorum aliquot controversorum. Secunda, iudicii Ecclesiarum Hamburgensis, Luneburgensis et Brunsvicensis, quas eligis. Tertia publici illius iudicii, quod status facere decreverunt ante illam cum communibus adversariis papistis congressionem, ut fieri pene necesse est. Nobis quaelibet istarum placet, ut pie transigamus secundum verbum, iusticiam et conscientiam, quemadmodum contra nos adigi ad aliam transactionem ullo vel pacto vel periculo nostro haud unquam patiemur.

Si quiessetis vos post meam ad Magdeburgenses discessionem et actionem, mea de compositione promissio non fuisset irrita, quia secutum post incendium fuisset in ipso quasi cinere restinctum. Verum cum decreta Lipsica factis ......[5]) astutius urgerentur novis edictis, et augerentur pericula corrumpendae religionis et Ecclesiae, feci ego quod christianum facere tali causa conveniebat, et me non neutralem gessi, sed perseverantibus in priori confessione apertius adiunxi, quodque mei tunc erat publici muneris, commonefactionem et disputationem opposui defectioni. Huius facti expostulatione recte me nunc quidem admones articuli articulis faciendae compositionis inserendi. Si quid superiorum actionum a quoquam repetitum vel novatum posthac contra Augustanam confessionem fuerit, ne obstare pacificatio ad contradicendum aliis possit. Bene in domino Iesu vale, clariss. *Philippe*, et, cuius in te pars magna sita esse creditur, desideratam in eo pacem illam nobis restitue.

No. 1638. (25. Dec.)

Iohanni Alberto D. M.

† Ex autographo Melanthonis in Tabular. secreto Suerinensi, descripta a praefecto illius tabularii, Clariss. *Evers.*

Illustrissimo Principi et Domino, Dom. Iohanni Alberto Duci Megalburgensi, Principi vetustae gentis Henetae et Suerini, Domino Rostochii et Stargardiae etc., Domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et Clementissime Princeps. Apud Homerum laudat Ulyssem Rex Alcinous tribuens ei sapientiam et eloquentiam hoc versu:

σοὶ δ᾽ ἐνὶ μὲν μορφὴ ἐπέων,
σοὶ δὲ φρένες ἐσθλαὶ[1]).

Harum duarum rerum copulatio quantum decus sit, Celsitudo vestra haud dubie, saepe cogitat, quia deus et celsitudinem vestram his duobus pulcerrimis bonis ornavit. Memini autem patrem *Ionam*[2]) Collegam *Lutheri*, in quo cum aliae virtutes erant convenientes viro bono, Veri dei Invocatio, iusticia, castitas, publicae pacis studium, tum vero eminebant prudentia, et in dicendo splendor. Ac sepe audivi avum huius nostri *Ionae* Consulem Northusanum consilio et dicendi facultate diu sustinuisse gubernationem, et principes viros sepe eum deliberationibus gravissimis adhibuisse. In hac oratoria familia cum natus sit hic *Ionas*, qui nunc forensem doctrinam didicit, refert maiores ingenii viribus et facundia. Quare valde [opto] [3]), ut apud sapientes et salutares principes usui sit reipublicae, ne qua saeva tempestas tantum ingenium in causas indignas rapiat, ut accidit Graccho et aliis multis. Libenter autem regi se iudicio gravissimo Celsitudinis vestrae patietur. In Anglia siquid disputavit, venia aetati praesertim in hac confusione temporum danda est. Postea cum eo multa collocutus sum, et ad eos qui praesunt in Salinis saxonicis scripsi, adfirmare *Ionam* se non discessurum a Confessione Ecclesiarum saxonicarum quae extat. Quare et spero concordiae publicae studiosum fore, et reverenter eum Celsitudini vestrae commendo. De facundia eius pauciora scribo, quia Celsitudo vestra, ubi eum audierit, optime de eius oratione iudicare poterit. Sed ego excellentem eius naturam esse ad dicendum et scribendum sentio, et deum oro, ut et gubernet eum, et praebeat ei honestum curriculum. Bene et foeliciter valeat Celsitudo vestra. Initio Anni 1557. qui ut sit faustus et foelix Ecclesiae dei, et hospitiis Ecclesiarum et Celsitudini vestrae faciat filius Dei.

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

---

5) Scriptum est: *Sum̃ulis*, aut *suñudis*; simulatis?

1) Hom. Odyss. λ'. 364 sq.

2) Mortui anno 1555. Cf. Epitaphia eius in Scriptis public. Viteb. anni 1556. T. II. lit. V.

3) *opto*] addidi, quia desideratur.

No. 6139. 25. Dec.

Rauscher ad Wolfg. Palat.

† Ex apographo in cod. Galli II. p. 233b. — Vid. quae Mel. scripsit d. 25. Iulii 1556. — Missa etiam est postea haec sacrorum forma Brentio, eiusque iudicio etiam accepto iam Reischerus utramque censuram tradidit Principi suo.

An Pfalzgrafen Wolfgang bei Rhein, Herzogen in Bayern ꝛc.

Durchleuchtiger, hochgeborner Fürst, gnädiger Herr. Ich hab das Bedenken der ehrwürdigen und hochgelahrten Herrn Phil. Mel. und Joh. Brentii über E. F. G. Kirchenordnung verlesen. Und wiewohl ich mich viel zu gering und unverständig erkenne von solcher hochberühmten Leute Gutdünken zu reden, so erfordert doch mein Amt und E. F. G. aufgelegter Befehl, daß ich mein einfältig Bedenken darin auch anzeige.

Ich laß mir wohlgefallen alles, was der Hr. Philippus darin geändert und gebessert hat, außerhalb dieser nachfolgenden Stücke.

Erstlich, daß er seine eigne locos communes verwirft, und will nicht, daß sie allegirt sollen werden. Zum Andern, daß er ihm den Katechismum Lutheri, welcher in allen christlichen Kirchen etlich und dreißig Jahr mit großem Nutz und Frucht gebraucht ist worden, nicht mehr gefallen lassen will. Zum Dritten, daß er in demselben Katechismo ändert die Wort Lutheri vom Nutz des hochwürdigen Abendmals, und setzt solche Wort, die ich nicht anders verstehen kann, denn als wollt er haben, daß wir im Abendmal nur der Vergebung der Sünde ermahnet würden, und nicht wahrhaftig auch Vergebung der Sünden darin bekommen. Zum Vierten, so verwirft er die gebräuchliche Vorrede vom Abendmal: „Ihr allerliebsten in Gott! Dieweil wir jtzo" etc., welche mit Fleiß die Wort des Herrn Abendmals erklärt, und in des Churfürsten, des Herzogen von Wirtemberg, Marggräfischen und Nürnbergschen Kirchenordnung begriffen ist. Ich möchte aber in diesem allen wohl eine rechte Erklärung von ihm selb haben.

Der Herr Brentius läßt ihm die Kirchenordnung gefallen; allein daß er im Missiva erstlich besorgt, man fahre zu scharf mit den Wiedertäufern, will nicht, daß man sich auf die Kaiserliche Constitution ziehen soll: in demselben Fall wird sich E. F. G. als ein christlicher und tugendsamer Fürst wohl wissen zu halten, auf daß E. F. G. Unterthanen nicht verführt, und doch nicht frevентlich oder leichtfertig Menschenblut vergossen werde.

Was darnach die Censur und den Actum bei dem Abendmal, so zu lang seyn soll, betrifft, wird sich E. F. G. auch wohl nach Gelegenheit wissen zu halten. Diese meine einfältige Meinung habe ich auf E. F. G. Befehl in aller Unterthänigkeit nicht sollen noch wollen verhalten. In Weihnachten des 56. Jahrs.

E. F. G.

unterthäniger

M. Hieronymus Rauscher

Hofprediger.

Philipp. *Annotata* in des Herrn Statthalters Herzog Wolfgangs Kirchenordnung*).

Omittatur mentio *locorum*, quia est privatum scriptum et quaedam reprehenduntur a nostris quibusdam. Satis est nominasse scripta prophetica, apostolica, symbola et confessionem Augustanam, sicut ipse tantum haec nomino in repetitione confessionis nostrae.

Cum catechismus, qui ibi recitatur, usitatus sit, nihil mutavi. Sed vellem deliberari de catechismo non quidem prolixo, sed tamen pleniore, et qui ad verbum reposceretur a discentibus.

Vermahnung, Confessio, Absolutio, Danksagung, Invocatio etc., ista omnia iudico recitanda esse ante Ecclesiae communionem, quia communio debet habere talem commemorationem, ut in graeca Ecclesia veteri talis forma Canonis fuit. Haec est res magni momenti.

Altera brevior forma non habet expressam sumentis applicationem nec gratiarum actionem. Ideo non est idonea.

Ihr allerliebsten in Gott, dieweil wir jetzo das heil. Abendmal ꝛc. In hac forma non est posita expressa gratiarum actio, quae debet in communione fieri. Nec est heic posita expressa sumentis invocatio et applicatio.

Multae sunt precationes seu collectae ieiunae, non sumptae ex fontibus doctrinae principalis. Unam mutavi de Trinitate, quia priores nihil dicebant de discrimine personarum. Et vellem

---

*) Confer. Annotata adiecta epist. Melanthonis d. 25. Iul. h. a. scriptae.

semper in compellando servari formam: Allmächtiger Gott, ewiger Vater unsers Heilands Jesu Christi, Erschaffer sampt deinem Sohn und heiligem Geist.

Von der Tauf in examine setzt Phil. selb für das Wort: Bedeutung, daß sie sey ein Zeugniß der Vergebung.

Vom Ehestand addit tertiam causam finalem his verbis: oder zu treuen Diensten und Schutz, wie Joseph und Maria ehelich gewesen sind.

Vom unzüchtigen Wesen schreibt Alexandrinus, addit: Epiphanius.

Scholion marginale de actualibus peccatis in baptismo ausgethan.

Von der Jachtaufe ausgethan die Wort: wo sonst ein christlich Person vorhanden.

Im Catechismo Lutheri: Was bedeut denn solch Wasserteufen? Antwort: Es bedeut, daß der alte Adam rc., mutavit: daß wir mit dem Blut Christi gewaschen sind von allen Sünden, und sind in den Tod und Auferstehung Christi gesteckt.

Das Sacrament des Altars; scripsit et bene: des Leibs und Bluts Christi.

Was nützet denn solch Essen und Trinken? Antwort: Das zeigen uns diese Wort: für euch gegeben und vergossen zur Vergebung der Sünden. Reliqua cum sequenti quaestione et responsione abiecit et eorum loco subiecit: nämlich daß diese Nießung ein Zeugniß und Pfand seyn soll, daß uns Gott gewißlich Vergebung der Sünden, Gerechtigkeit und Seligkeit geben will darum, daß der Herr Christus seinen Leib und Blut für uns geopfert hat, so wir dieses mit Glauben annehmen.

De coena: und soll die Elevation in allen Kirchen abgethan seyn.

Das Fest, das man genennet hat corporis Christi, soll ganz abgethan seyn, und sollen die Leut ernstlich unterrichtet werden, daß die Umtragung und Anbetung des Brods öffentlich Abgötterei ist.

De reconciliatione. Sind es auch Sachen die in Gerichten hangen, soll das Herz den Haß ablegen, und des Urtheils friedlich erwarten. Denn darum hat Gott Regiment und Gericht geordnet, daß wir nicht selb Rache üben und Haß tragen.

De porrectione sacramenti pro communi forma: Der allmächtig Sohn Gottes Jesus Christus, der ein Opfer für dich worden ist, und bezeuget mit dieser Nießung, daß du sein Gliedmaß bist, und daß er dich mit seinem Blut erlöset hat, wolle dich trösten und stärken zum ewigen Leben.

Von den Verstorbenen. Für die Wort: wir sind in tröstlicher Hoffnung rc. So sollen wir nicht anders denn also von ihm schließen, laut des Spruchs: beati qui in domino moriuntur, nämlich, daß ihm Gott hab um des Mittlers Christi willen alle seine Sünde vergeben.

Subscriptio: Laus Deo anno 1556. die Iacobi Apostoli.

Ego Philippus Mel. legi totum scriptum, et probo doctrinam in hoc scripto recitatam, et iudico congruere eam cum confessione Ecclesiarum, quae in ditione Ducum Saxoniae et in urbibus Saxoniae amplectuntur confessionem Augustanam, et iudico Ecclesias his ritibus qui heic ordinis causa proponuntur, pie uti posse. Et hoc meum iudicium non calumniose depravari volo.

No. 6140. 28. Dec.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Ad Dn. Georgium Buchholzerum.

S. D. Reverende vir et carissime frater.

Ipse Deus sapiens verbo qui cuncta creavit,
Et certis annum legibus ire iubet,
Efficiat, veniens nobis sit faustus ut annus,
Protegat et dextra teque tuosque sua.

Mitto exempla epicedii, quod scriptum est sanctae memoriae coniugi Reverendi viri D. *Iohannis Agricolae Islebii*, et oro, ut alterum ei exemplum exhibeas *). De verbo ἐντυγχάνειν habes exemplum Rom. XI. Helias interpellat seu compellat Deum contra Israel. Nazianzenus in oratione de filio Dei enarrans dictum ad Rom. 8. sic inquit: πρεσβεύει ἔτι καὶ νῦν ὑπὲρ ἐμῆς σωτηρίας, id est, filius est legatus seu dicens pro mea salute etiam nunc. Non dubia significatio est verbi πρεσβεύειν, quo et Paulus usus est 2 Cor. 5. loco Christi legatione fungimur. Et de verbo ἐντυγχάνειν multa exempla hactenus observavi. Quaeso ut mihi rescribatis. Bene valete. D. 28. Decbr.

Philipp.

---

*) Vid. supra epp. ad Buchholz. d. 31. Oct. 1555. et d. 23. Maii 1556.

No. ——. h. a.

Scriptum.

Scriptum: „de initiis dominationis Pontificum oratio, scripta a Ph. Mel. anno 1556."; quod Pezelius dedit in Mel. Consil. lat. P. II. p. 235 sqq. quaere in Melanthonis Declamationibus.

No. 6141. hoc a.

Scriptum.

Mel. Consil. latin. P. II. p. 250 sq.

Summa doctrinae Philippi Melanthonis, de Coena Domini, ipsius verbis expressa, quibus in explicatione alterius partis Symboli Nicaeni usus est. Descripta ex autographo, quod extat.

Nihil quidquam in hac tota hominum societate pulcrius est his congressibus, nec maius: Quia certissimum est, Deum ibi adesse, et in credentibus efficacem esse voce Evangelii, et usu Sacramenti. Dico igitur plane et firmissima fide: Nequaquam inane spectaculum esse Coenam Domini, sed vere hanc sumtionem esse testimonium et pignus, quod filius Dei Dominus noster Iesus Christus sit IN SUMENTIBUS. Nec tantum adsit in illa sumtione, sed habitet in iis, iuxta haec dicta, Iohan. 14. *In illo die cognoscetis vos, quod ego in patre meo sum, et vos in me estis, et ego in vobis.* Item, *Qui manet in me, et ego in eo.* Et apud Paulum Ephes. 3. dicitur: habitare Christum in cordibus nostris per fidem. Nec ita instituta est haec Coena, ut tantum unius exigui momenti praesentiam significet, sed ut sit pignus assiduae praesentiae, et efficaciae in credentibus. Quare statuendum est, in sumtione vere et substantialiter adesse filium Dei, et hanc sumtionem testimonium esse assiduae praesentiae et efficaciae in credentibus. Haec qui cogitant de perpetua praesentia, magis laetabuntur usu Coenae Domini, et consolationem ex ea maiorem percipient.

Quod vero Papa fecit decreta de abiectione substantiae panis, et inclusione corporis Christi in illam figuram: Et Monachi dicunt, ibi esse praesentiam extra usum: Haec prorsus aliena sunt a ratione Sacramenti. Firmissime autem tenenda est haec sententia: *Deum non alligandum esse ad aliquam rem, ad quam se ipse non alligat suo verbo: Nec habere rationem Sacramenti ullam rem, sine expresso testimonio verbi Dei.*

Tantum autem loquitur Dominus de sumtione, non de aliis rebus, aut actionibus extra sumtionem. Ac deplorandum est, Papistas tantum dicere de praesentia IN PANE, et prorsus tacere de praesentia assidua in credentibus.

Propter hanc assiduam praesentiam instituta est haec sumtio. Eodem modo *Hilarius* de Coena Domini loquitur: *De naturali enim in nobis veritate, quae dicimus, nisi ab eo didicimus, stulte et impie diceremus. Ipse enim inquit: Caro mea vere est cibus.* Et deinceps: *Haec accepta et hausta efficiunt, ut nos in Christo, et Christus in nobis sit.*

No. 6142. —

Annales.

Annales Melanthonis ad ann. 1556. spectantes. Ex Eiusd. christlichen Berathschlagungen und Bedenken p. 759. (Vid. quae de his annalibus diximus anno 1552. exeunte.)

(*Annales ad Ann. M.DLVI. spectantes.*)

Im Anfang des 1556. Jahres ward ein Reichstag angestellet zu Regensburg, darauf beschrieb König Ferdinandus die deutschen Fürsten, daß sie sich daselbst mit einander unterredeten, wie man Frieden in Deutschland erhalten möchte. Denn Marggraf Albrecht war wiederkommen aus Frankreich, und wartet auf die Verträg, welche wohl auf diesen Tag vorgenommen, aber lange aufgezogen worden bis herum ins andre Jahr, da Marggraf Albrecht starb, wie hernach soll angezeigt werden.

Im Februario starb Churfürst Friederich, Pfalzgraf bei Rhein, Philippi Sohn, ein frommer, löblicher Fürst. Nachdem kam ins Regiment *Otthenricus* *), Pfalzgraf Ruprechts Sohn, der im Anfang seiner Regierung die Kirchen in der ganzen Pfalz reformiret, und befahl, daß sie alle einerlei Lehr des heiligen Evangelii mit einhelligem Consens, nach der Form der Augsburgischen Confession, wie in Sächsischen Kirchen, führen sollten.

Anno 1556. den 5. May haben wir allhie einen Cometen gesehen, welcher angezündet war in aste-

*) Otto Heinrich; vulgo: Ottheinrich.

rismo der Jungfrauen, nahe bei dem Stern, den die Griechen nennen προτρυγητῆρα. Weil aber das Jahr ein sonderlich Exempel ist, daß ein Comet der Sonnen gegen über stehen sollt in signo opposito, (denn andre Cometen, wie wir derselben in vorigen Jahren etliche gesehen, gemeiniglich nahe bei der Sonne entzündet werden nach des Ptolomäi Regel): haben wir dies Exempel hiemit gedenken wollen, daß unsre Nachkommen sich deß erinnern könnten. Und waren diese Planeten dazumal nahe bei der Sonnen: Saturnus, Mars und Venus im Widder. Diese Planeten zogen den Cometen nach sich. Denn da er erstlich seinen Gang hatte vom Mittag nach Mitternacht, wendet er sich darnach gegen den Aufgang nach dem Widder, und hatte, wie wir sahen, gar einen schnellen Gang vom Protrygetere zum Arcturo, darnach zum Cepheo und zur Andromeda. Endlich kam er der Sonnen gar nahe, die dazumal war im Widder, und da eben zugleich bei der Sonnen waren Saturnus, Mars und Venus. So bald er aber zur Sonnen kommen, haben wir ihn länger nicht sehen können, da wir ihn zuvor allein 36 Tage gesehen hatten. Man hat ihn aber, wie wir nachmals berichtet, durch ganz Europam und in Kleinasien gesehen, und war fast gleich, beides mit seinem positu und motu dem Cometen, der vor des Caroli, Herzog aus Burgundien und des Türkischen Kaisers Mahomet Tod ist gesehen, und vom Regiomontano ist beschrieben worden.

Darauf erfolgete eine große Dürre, die doch dies Jahr dem Getreide nicht geschadet, und dem Wein mehr gefrommet hat.

Im Reich aber folgten bald darauf allerlei Empörung, derer Ausgang wir noch nicht sehen konnten, da wir dieses aufzeichneten.

In Liefland fingen die deutschen Herren Marggraf Wilhelm, Bischofen zu Rige, und den jungen Fürsten von Mechelnburg, auf welchen der Marggraf wider der deutschen Herren Willen nach seinem Tode das Bisthum gerne gewandt hätte.

In Siebenbürgen that einen Einfall Johannes der jüngere, Johannis, des Königs in Ungern, Sohn, der große Hülf von den Türken und Wallachen hatte. Also verlor König Ferdinandus Siebenbürgen.

In Welschland richtet Papst Paulus, dies Namens der vierte, einen Krieg an, daß er seine Blutsverwandten, so aus Neapoli vertrieben, mit Gewalt wiederum möchte einsetzen.

Im Reich Neapolis war verordneter Gubernator *Duc de Alba*, der des Papsts Kriegsvolk abtrieb, und ihm etliche Städte in Welschland einnahm, die doch darnach der Papst durch Hülf des Königs aus Frankreich wiederum an sich bracht hat.

In Sachsen, nahe bei der Stadt Hamel im Herzogthum Braunschweig gelegen, erhub sich jähling eine neue Wallfahrt zum Heilbrunn, welches Wasser vor allerlei Schäden und des Leibes Gebrechen dienen sollte. Wir werden aber berichtet, daß im selben Erdreich, daraus der Brunn quillet, viel Berggeel sey, so man Ochra nennet, und dasselbige Berggeel oder Ochra mit dem Wasser herausquelle, darum das Wasser alte Schäden und Geschwär mag geheilet haben. Aber ihr viel, so das Wasser getrunken, sind vor großen Wehthaten *) des Magens daselbst gestorben. Also hat diese Wallfahrt nach dreien Monden ein Ende genommen, und ist dieser Zulauf an dem Ort in Sachsen ein Exempel der großen Leichtfertigkeit beim gemeinen Mann, der mit Haufen zuläuft, wenn neue Aerzte oder sonst etwas neues vorhanden. So bald sie aber den Vorwitz gebüßet, so hat der Zulauf ein Ende.

Im Jahr nach der Geburt unsers Herrn und Heilandes Jesu Christi 1556. war es den Sommer über in Deutschland stille.

Kaiser Carl und sein Sohn Philippus waren im Niederland, und weil man Königs Ferdinandi zu Regensburg wartet, wurden die deliberationes aufgezogen bis ins folgende Jahr.

In Ungern hatte König Ferdinandus zweierlei Kriegsvolk liegen, aber nicht an einem Ort. Das eine Kriegsvolk lag an der Siebenbürgischen Grenze, welches oft mit dem *Petrovicio*, der Johannis Kriegsvolk führete, scharmützelte und obsiegte. Aber endlich wurde des Ferdinandi Volk irre gemacht. Denn da der Feind zurück wiche, dachten sie nicht anders denn der Feind würde den Hügel, so nahe dabei gelegen, und zur Schlacht bequemer war, einnehmen, wichen derhalben, und im Abzug ließen sie etliche große Stück hinter sich. Darnach nach langer Belägerung ward Agria dem *Petrovicio* aufgegeben, und wurd der Abschied gemacht, daß Debo und sein Bruder, beide streitbare Helden, so Agriam innen gehabt, und wider den Feind beschützet, sollten unterm freien Geleit aus Siebenbürgen ziehen. Aber sobald sie aus Siebenbürgen kommen, werden sie von den Petrovicianern gefangen, und zum Türkischen Kaiser gen Constantinopel

*) Pez. Wehtagen; mendose.

geschickt, und deuten sie ihre Verträge und Zusagung also, daß ihnen nur allein in Siebenbürgen, nicht außerhalb, sicher Geleit zugesagt wäre. Das sind rechte thrazische Verträge, wie man auch vor Zeiten pfleget zu sagen: Thraces ignorant foedera, die Thraces halten keinen Glauben.

An einem andern Ort in Ungern nicht weit von Fünfkirchen, lagen die Türken vor der Festung Zigeth; und Darnißberg, so ihr Heerführer war, bekrieget die Festung ganzer zween Monat, den Julium und Augustmonat, und blieben viel Türken dafür, da die Festung wurd erhalten, fürnehmlich durch des Obersten, mit Namen Horwatt Mannheit, der sich in dieser Belägerung sehr wohl gehalten und tapfer gewehret, also daß viel Jahr in Ungern wider den Türken nichts mannlicheres geschehen.

Nach dieser Belägerung führet Ferdinandus, Erzherzog in Oesterreich, König Ferdinandi Sohn, ein ziemlich groß Heer von Böhmen, Oesterreicher und Ungern vor die Stadt Gran in Ungern, so man *Strigonium* heißt. Aber der Türk wollte nicht heraus, daß er mit ihnen eine Feldschlacht gehalten, sondern hielte sich auf in der Festung. Bisweilen doch fiel er heraus, und hätte den Haufen gern von hinten angegriffen. Aber des Ferdinandi Volk nahm dem Türken zwei Schlösser ein, das eine mit Gewalt, darinnen fünfhundert Türken erschlagen worden, das andre gab sich selbst auf. Nachdem aber die Stadt Gran geplündert, führet Herzog Ferdinandus sein Kriegsvolk wiederum zurück ohne sonderlichen Schaden.

Im Jahr nach der Geburt unsers Herrn und Heilandes Jesu Christi 1556., im Anfang des Winters, schiffet Kaiser Carl wiederum in Hispanien, und befahl unterdeß die Regierung des römischen Reichs König Ferdinando. Er aber, der Kaiser, hielt sich eine Weil in Hispanien in einem Kloster, als in einem heimlichen, stillen Ort, nicht, daß er wollte ein Mönch werden, sondern, wie er selbst sagt, daß er ein wenig ruhen und seiner Gesundheit warten könnte.

Philippus, Caroli Sohn, regieret das Niederland. Aber Henricus der König aus Frankreich, ließ ihm anzeigen, er wollte den Papst zu Rom Paulum, dies Namens den vierten, der den Neapolitanischen Krieg erreget, vertheidigen. Daraus folget eine neue Uneinigkeit zwischen Philippo und dem König aus Frankreich, und verheerete der König aus Frankreich wider den Anstand, so sie mit einander hatten, etliche Flecken in Hennigau. Aber es war gleichwohl zu der Zeit, da dies aufgezeichnet, nichts sonderlichs auf keinem Theil geschehen. So schiffet auch Philippus bald darauf wiederum in Engelland.

HALIS
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.

